This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`




HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

NOVA EDITIONE ACCURATISSIMA, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATA, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DILIGENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PARTIS EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SAECENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATEM VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI ; PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUE MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI FORIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLVIII.

MICHAEL GLYCAS. JOANNES ARGYROPULUS. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

BR
60
.7138
t.158

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNI 1448-1453.

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΜΙΧΑΗΛ ΓΛΥΚΑ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

MICHAELIS GLYCÆ

OPERA OMNIA,

POST PHILIPPI LABBEI, JOANNIS LAMI, FRANCISCI FONTANI, JOANNIS LEUNCLAVII, C. FR. MATTHÆII, LEONIS ALLATII, ANGELI MAII CURAS

IN UNUM CORPUS NUNC PRIMUM COLLECTA.

ACCEDUNT

JOSEPHI CPOLITANI PATRIARCHÆ, JOANNIS DIACONI ADRIANOPOLITANI, ESAIÆ CYPRII, HILARIONIS MONACHI, JOANNIS ARGYROPULI, THEODORI AGALLIANI, JOB MONACHI, BARTHOLOMÆI DE JANO, NICOLAI BARBARI, ANONYMI

EPISTOLÆ, OPUSCULA HISTORICA, FRAGMENTA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV, ANNI 1448-1453.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLVIII CONTINENTUR.

MICHAEL. GLYCA (*a*).

Notitia ex Bibliotheca Joan. Alb. Fabricii.

Joannis Lamii De Michaele Glyca ejusque scriptis Dissertatio prior, ex Deliciis Eruditorum, tom. I. vii

— *Dissertatio posterior, ex ejusdem operis tom. VI.* xix

Casim. Oudini Dissertatio de ætate et scriptis Michaelis Glycæ. xxiii

Michaelis Glycæ Epistolarum recensio, ex cod. 193 bibl. Reg. Taurin., ap. Pasini Codd. Regg. mss. Taurin. xxxix

Michaelis Glycæ Annales a mundi exordio usque ad obitum Alexii Comneni imp. 1

Phil. Labbei Epistola nuncupatoria ad card. Mazarinum. *ibid.*

Ejusdem ad Lectorem Præfatio. 3

Joan. Launclavii Præfatio. 5

Michaelis Glycæ Tabulæ, ex cod. ms. Fontebraldensi, a celsissima principe Joanna Baptistide Borbonia liberalissime communicatæ. 9

Michaelis Glycæ Annalium pars I, totius universitatis rerum a Deo conditarum historiam continens. 27

— Annalium pars II, ab Adamo usque ad Cæsaris imperium. 251

— Annalium pars III, ab imperio Cæsaris usque ad Constantinum Magnum. 265

— Annalium pars IV. De Cpolitanis impp. qui deinceps regnarunt. 465

Glycanorum Annalium continuatio, a Joanne Comneno usque ad imperii Byzantini eversionem, auctore Joanne Launclavio. 625

Michaelis Glycæ Epistolæ, ex editione Joannis Lamii, Franc. Fontani, C. Fr. Matthæi, Angeli Mai, Leonis Allatii. 647

JOANNES DIACONUS ADRIANOPOLITANUS.

Carmen in laudem Joannis Palæologi ex edit. Ang. Mar. Bandinii. — Præcedit operis Argumentum, in quo de auctore inquiritur. 967

ESAIAS CYPRIUS.

Epistola ad Nicolaum Slengam de processione Spiritus sancti. 971

HILARIO MONACHUS.

Dissertatio dialectica de pane Græcorum mystico et azymo Latinorum, contra Græcos. 975

JOANNES ARGYROPULUS.

Notitia ex Boerneri De doctis hominibus Græcis, Græcarum litterarum in Italia instauratoribus. 983

Joan. Argyropuli libellus de processione Spiritus sancti, in quo habetur explanatio Decreti facti in synodo Florentina. 961

— Epistola ad Dominicum Roboreum, cardinalem, ex cod. ms. Taurin, 433. 1007

Theodori Agalliani dicæophylacis Refutatio libri Joannis Argyropuli, ex Dosithei TOMO ΑΓΑΠΗΣ. 1011

JOSEPHUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

Confessio fidei dicta in conc. Florent, sess. 25, cum in extremis esset. 1051

Ejus Epitaphium. 1053

JOB MONACHUS.

Prooemium commentarii in Psalmos, ex cod. Taurin. 178

BARTHOLOMÆUS DE JANO, ORD. MINORUM.

Epistola contra Turcas, ad Albertum de Sarthiano; ex cod. ms. 1130 biblioth. S. Michaelis Venetæ. 1035

NICOLAUS BARBARUS, PATRICIUS VENETUS.

Ephemeris de Cpoli anno 1453 obsessa atque expugnata, ea quæ inde a 5 Aprilis usque ad 29 Maii evenerunt complectentes. 1067

ANONYMUS.

Narratio de vita Mohammetis, ex D. W. Gaes. Append. ad Gennad. und Pletho. 1077

(*a*) De Michaelis Glycæ ætate inter doctos controvertitur. Alii circa annum 1118, quo ejus Annales desinunt, eum floruisse existimant; aliorum sententia Michaelis epistolis nititur quas dedit ad Esaiam monachum et alios quos constat sæculo decimo quinto floruisse. Priori sententiæ potius putat acquiescendum Harlesius, et cum eo Walchius et Morellus; posteriorem tuentur Leo Allatius, quem exscribit et sequitur Casim. Oudinus; Joannes Lamius in duplici dissertatione epistolis Glycæ præmissa, et Labbeus in notis ad Glycæ Chronicon. Card. Ang. Maius, qui anecdotam Glycæ epistolam, Esaiæ monacho inscriptam, publici juris fecit, ad dogma tantum respicit, nihil de auctoris ætate statuens. Adhuc ergo sub judice lis est; judex ipse sit lector, cui, ut has partes implere possit, ob oculos ponimus in Prolegomenis quid quid afferunt utriusque sententiæ patroni.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

NOTITIA.

(Fabric. *Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. XI, p. 199.)

Michaelem Glycam, non Siculum patria, sed Byzantinum et circa a. 1150 (*a*) vixisse observat Joannes Boivinus, qui pro Στκελιώτου docet legendum Στκυδιώτου sive Στκυδίτου, hoc enim illius nomen apud Nicetam: nomen autem Glycæ assumpsisse videri tunc demum cum habitum monasticum induit. Vide Mich. le Quien, tom. I, ad Damascen. p. 633; Allatium, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, pag. 702, et Theophilum Raynaudum, tom. VI Opp., pag. 119 seq.

(*a*) Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossianos est Mich. Glycæ Chronici fragmentum. V. Cat. *bibl* publ. Leid. p. 391, n. 9. — Ibid. in bibl. publ. p. 334, n. 2, Chronicon, ex veteri cod. descriptum, quasi paratum ad editionem. — *Annales* Augustæ Vindel. in bibl. publ. plut. 5, n. 26. V. Reiseri indic. mss. bibl. August. p. 68. — *Chronicon* Monac. in cod. Bavar. 152, quomodo præmissi versus et ipse titulus differat ab edito a Labbeo in notis ad Glycæ *Chronicon*, docet cl. Hardt in *Aretini Beyträgen*, etc., ann. 1804, part. x, p. 48. — Veronæ in bibl. Saibantis, teste Scip. Maffeio in *Verona illustrata*. — Taurini in bibl. Reg. cod. 93, cujus lectiones sæpius discrepare ab edit. Veneta 1729, et in eo illas lacunas, in ista edit. occurrentes, eo modo, ut Labbeus ex suis codd. fecerat, esse suppletas, animadvertit confector Cat. codd. Gr. Taurin. p. 184. — De Mich. Glyca, a quo quidem in *Annalibus* leges, historico præscriptas, non observatas esse, multa tamen notatu digna narrata, judicant eruditi, universim tamen mactant eum laude celebris historici, philosophi ac theologi, conf. G. J. Vossium *De histor. Græc.* lib. II, cap. 27, ad sæculum duodecimum; Cave in *Hist. lit. SS. eccl.* II, pag. 206 seq., qui eum claruisse scripsit ann. 1120; — Antonin. Mongitor. in Bibliotheca Sicula, tom. II, p. 75 seq., qui a p. 69 multorum Michaelum Siculorum vitam scriptaque persecutus, nostrum quoque perperam in numerum Siculorum scriptorum, incertæ tamen patriæ, recepit, ejus autem ætatem ad annum 1118 retulit, aliorum vero sententias subjunxit, multosque, qui de illo egerunt, laudavit; — Jo. Fabricium, in *Historia bibl. Fabric.* tom. V, p. 262 seqq., qui præterea Olearium in *Bibl. eccles.* part. I, 487, aliosque appellat; — Casim. Oudin. in *Comment. de SS. eccl.* tom. III, qui p. 2522 sqq., longam dissertat. de ætate et scriptis Mich. Glycæ contexuit, et in cap. primo subscripsit sententiæ Leon. Allatii, qui lib. II, *De perpetuo consensu Ecclesiæ Occid. et Orient.*, cap. 18, § 17, fol. 870, ex Glycæ epistolis effecisse sibi persuasit, Glycam floruisse circ. ann. 1430 et deinceps, atque Oudinus longum ex Allatii libro locum, cui intexta est epistola Glycæ (1), antea inedita Gr. cum versione Lat. repetiit, graviterque invectus est in Caveum. — In eadem hæresi versabatur Jo. Lamius, qui tomo *Deliciarum eruditorum*, Florent. 1736, 8, edito longam de Michaele Glyca ejusque scriptis, præsertim epistolis, præfixit dissertationem cujus ab initio statim scribit, Michaelem cognominatum esse Glycam quod, prouti versus, qui in variis codd. ejus *Annalium* occurrunt, manifeste ipsi videntur indicare, ex Glycetarum esset familia: refellitque Fabricium nostrum, nullo antiquitatis monumento, nulla historiæ fide arbitratum, cognomen illud ab eo ascitum, cum monasticum habitum induisset. Tum, eum Siculum natione (quam tamen opinionem postea in alio tomo mutavit, Joannem Boivinum secutus), grammaticumque professione fuisse, ex inscriptione epistolæ primæ in cod. Riccardiano docuit et pluribus exposuit. Posthæc multis, forsan nimiis, laudibus ejus ingenium, litterarum copiam et scribendi genus extulit, existimans, illum in codd. jure appellatum esse λογιώτατον καὶ σοφώτατον. Dein inquirit in ætatem Glycæ, accedit Allatii atque Oudini judiciis, atque potissimum Glycæ epistolis, ab ipso editis, 35, 36 et 41, ad Constantinum Palæologum, qui ab anno 1445, vel 1448, usque ad ann. 1453, imperavit, aliisque, quæ uberius explicuit, argumentis ductus Glycæ ætatem demum illis annis alligat. Hujus rationibus subscripsit Hamberger. in *Zuverläss. Nachricht*, part. IV, p. 729, et Glycam post ann. 1445 vixisse adnotavit. At secus sensit Walch, theologus quondam Gottingensis, qui in singulari recitatione de Glycæ annis in comment. societ. Gott. vol. V, p. 18 seq., censet, ex epistolis illis, ad quas provocavit Lamius, haud posse tuta sumi argumenta, et probabilius ex iis epistolis, quæ consensum quemdam cum Glycæ Annalibus prodant, hujus ætatem ad sæculum XII referendam, definiri: qua de re quia in *Introduct.*, tom. II, part. I, p. 554 sqq. et in Supplem. ad illam, tom. II, p. 68, fusius disserui, nolo ea quæ ibi dixi, h. l. recoquere. Atque non solum Saxius in *Onom. litt.* II, pag. 241, ad ann. 1150 retulit Glycæ ætatem, sed quoque cl. Morell. in *Bibl. mss. Gr. et Lat.* tom. I, p. 266 sq. ex cod. Veneto bibl. Marc. 402, ad sæculum XIII referendo, qui continet Glycæ *Annales* et habet adnotationem, ann. 6798 (ær. vulg. 1290); comprobat Walchii sententiam, et censet docetque, illas tres epistolas Glycæ, si quidem auctor is est, ascriptas, aliisque Jo. Zonaræ et fortasse etiam aliorum immistas in codd. Parisienis., Vindobon., Musquensi, Taurinensi et Naniano, ad alium quemdam Constantinum Palæologum, antiquiorem, fuisse scriptas: in qua sententia mihi potius acquiescendum videtur. (Harl.)

SCRIPTA.

Anno Christi 1118 desinunt ab orbe condito deducti *Annales* Michaelis Glycæ (*a*), quorum partem [n. librum tertium a pag. 204 edit. Regiæ] a Julio Cæsare ad Constantinum M. ex codice Andreæ Schotti sub falso Theodori Metochitæ nomine Græce cum versione et notis edidit Jo. Meursius Lugd. Bat. 1618, 4 [et in Meursii Opp. tom VII, Florent. 1746, fol. pag. 737 sqq.]. Integros ex Jo. Sambuci codice vertit vulgavitque Latine Jo. Leun-

(1) Imo Isaiæ Cyprii. Edit.

123

clavius, et ad captam usque a Turcis CPolin continuavit, Basil., 1572, 8. Inde Philippus Labbeus pluribus codd. mss. usus, Claromontano, Fontisebraldensi, et variis lectionibus ex codice Bavarico, Vallicellano atque Augustano Glycam Græce primus edidit, versionem Leunclavii recensuit notasque suas, perinde ut Meursii quoque, et Leunclavii continuationem adjunxit, Paris., 1660, fol. Laudat hic Glycas, pag. 82, Pyronem sive Pyrrhonem χρονογράφον, ex eoque refert, Adamum quadragesimo demum, cum conditus esset, die paradisum esse ingressum. (Fabr.) — Rec. in Corpore Byzantino, ed. Venet., 1729, Lambec. in Comm. de bibl. Cæsar., tom. II, pag. 247, emendat Πλαχίδη pro Πλαχιδία (uti legitur in Glycæ Ann. pag. 256, ed. Paris.) ex Socratis *H. E.* IV, cap. 26, et ex cod. Glycæ Annal. Cæsareo 41, inter codd. Gr. histor., atque Nessel in Cat. bibl. Vindob. part. v, pag. 55, 141 et 144, laudat tres codd. n. 28 (ex quo Nessel. scribit, non contemnendo spicilegio editionem Paris. Glycæ augeri posse ac suppleri), 79 et 86, in quibus est Glycæ *Chronicon*. Sed Kollarius in Supplem. ad Lambecii Comment. copiosius curatiusque recenset illos codd. Glycæ Annalium Cæsareos, n. pag. 657 sq., cod. 111 (in quo fol. 15 occurrunt quoque XXII, sive epistolarum sive disputationum Glycæ argumenta; Kollarius vero animadvertit, Labbei edit. multum distare a perfectionis laude, cum ille unius potissimum Claromontani, frequentibus lacunis interrupti, codicis auctoritatem in textu secutus, ex Fontisebraldensi codice, qui multo integrior, et Cæsarei Vindob. persimilis esset, lacunas sui cod. separatis in notis tantum explevisset); — pag. 665 cod. 112, ex quo Leunclavius versionem suam confecit; et p. 667, cod. 113, in cujus inscriptione dicitur χρονικὴ σύντομος ἐπὶ σύναξιν, ἥτις συνετέθη παρὰ γραμματικοῦ Κύρου τοῦ Συκηλιώτου, — a Syceliota grammatico; cujus inscriptione deceptus et in eum errorem inductus esse Kollario videtur Leunclavius, qui primus omnium Glycam compellaret Siculi cognomine. — Glycæ *Annal.* in cod. Veneto D. Marci 402 — et in cod. Coisl. 312; de quo v. Montfauc. *Biblioth. Coislin.* pag. 426. — Item inter codd. Vossianos secundum cat. codd. Angliæ etc., II, pag. 57. — Leidæ, in bibl. publ. Chronicon ex veteri codice descriptum, quasi paratum ad editionem (catal. bibl. Leidens. pag. 234, n. 2). — Paris. in bibl. publ. in cod. 1079, et fragmentum, res a Leone M. ad Monomachum usque gestas complectens, cum animadverss. viri docti margin. in cod. 1769. — Teste Montfaucon in Bibl. bibliothecar. mss. Glycæ chronicon in bibl. Veronensi (tom. I, p. 490, E) (Harl.)

Epistolæ 92 hujus Michaelis Glycæ mss. in bibl. Regia Paris. Ex his nonnulla afferuntur ab Allatio *De consensu*, ut ad Esaiam monachum p. 1280, ad Gregorium Acropolitam, pag. 1359; ad Alypium enclistum monachum, p. 1137, 1179, 1344, 1350; ad Nilum monachum, p. 1194, etc. In bibl. Cæsarea præter capita quædam philosophica mss. exstant etiam *Epistolæ quinquaginta* varii argumenti theologici εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς, de quibus Lambecius IV, pag. 152 seq. (*b*), argumenta sin-

(*b*) Sive p. 343 sqq. ed. Kollar. de cod. 159. Præterea exstant ibidem in codd. 160 epistolæ *quinquaginta sex*, atque sex posteriorum epp. quæ desunt in antecedenti codice, inscriptiones atque initia refert Lambec. in mem. vol. IV, p. 353 sqq. — In cod. Cæsar. 232, Glycæ Epistolæ theologicæ quinquaginta quinque, atque Lambec. V, p. 139 seq. affert inscriptiones epistolar. 54 ac 55, quæ in superioribus desunt codd. — In cod. 233, in quo epistolas tam numero, quam ordine differre a memoratis, monet Lambec. V, p. 143 seq., denique in cod. Cæsar. 111, n. 2. Glycæ Epistolæ seu Disputatt. undeviginti. V. Kollar. Supplem. ad Lambecii comm. part. I, p. 661 sqq. Ibid. in codd. 333 Epist. ad Alypium. V. Lambec. V, p. 619, n. 2. — Per hanc occasionem codd. epistolarum quæ interdum uberius pertractant capita theologica variasque quæstiones theologicas, et peculiares habent inscriptiones, in aliis bibliothecis asservatorum, dabo notitiam. — Augustæ Vindel. in cod. bibl. publ. *Explicatio quæstionum dubiarum e Litteris sacris*, teste Reisero in indice mss. bibl. August. pag. 25, n. 15. — Paris. in bibl. publ. cod. 160, *De dubiis S. Scripturæ*, libri duo, et in cod. 2746, n. 2, opus, capitibus viginti duobus constans, ubi de rebus ad theologiam pertinentibus disseritur. — In sex codd. *Epistolæ*, et quidem in codd. 228, epp. 88, a n. 14-102, quarum singularum argumenta indicantur in cat. codd. mss. Regg. Paris. vol. II, p. 35 sqq. — In cod. 1583, n. 7, dicitur inesse epistola Glycæ inedita, ad Isaiam monachum, *An certis quibusdam diebus carnes apponi nefas sit*. — In cod. 1589, n. 6, epistola ad Isaiam monachum. — In cod. 3015, Joannis quidem Zonaræ triginta epistolæ de rebus ad theologiam pertinentibus ascribuntur, sed confector catal. cit. p. 601, e nomnum, que apposuit, similitudine bene colligit, genuinum illarum auctorem esse Michael. Glycam. In cod. quoque 1218, undecim epp. similes, quarum auctor in aliis codd. nominatur Glycas, tribuuntur Jo. Zonaræ. — Denique in cod. 3100, n. 5, epistola ad Andronicum Palæologum, cujus nomen in controversia de Glycæ ætate est notandum. — Taurini in cod. Regio 57, fol. 238, Epistola ad Alypium. — In cod. 111, epp. triginta sex. — In cod. 195, epp. 92. V. Cat. codd. gr. Taurin. pag. 158, 216, in primis p. 286 sqq., ubi inscriptiones atque initia singularum, in ultimo codice exstantium, epistolarum copiose recensentur. Add. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 1598. *B.* — In cod. Escorial. Collectio variorum doctorum et interpretatio historiæ divinæ Scripturæ, teste Plüero, in *Itinerar. per Hispan.* p. 182. — Romæ in cod. Ottobon. *Quæstiones*. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 185 *E*. — Ibid. in cod. Vaticano bibl. reginæ Suec. *Oratt. ecclesiast.* Item ejusd. Glycæ, uti videtur, *Epp. de diversis rebus ecclesiasticis*. V. Montfauc. l. c. p. 55 *E*. — Basileæ, in cod. bibl. publ. *Capita quæ de Adamo et triplici hominis statu ante et post lapsum et post resurrectionem*. Ibid. pag. 617 *D*. — *Sermones varii*, h. e. epistolæ quædam, in bibl. Bodlei. in cod. Laudi 77, sive n. 719, Cat. codd. Angliæ etc. vol. I. — In eadem bibl. cod. Laud. 91, s. num. 735, cit. Cat. opus, quod dividitur in varia capita. — *Sermones* quoque sunt in cod. quondam Gudiano. V. Marquardi Gudii *Biblioth.* etc. Kilon. 1706, 4, p. 557. — Mosquæ in cod. 22 typograph. synodal. epistolæ 90. V. Mat-

gularum et initia græce exponens. Nomina eorum, ad quos Glycas scribit, hæc sunt:

[Alexius Contostephanus, in cod. Paris. 228.]

[Andronicus Palæologus, in cod. Paris. et Taurin.]

Andropulus Palæologus, τῷ μεγαλοδοξάτῳ κυρῷ Ἀνδροπούλῳ τῷ Παλαιολόγῳ.

Alypius ἐγκλειστος sive inclusus, 20, 38, 44.

[Barlaam, monachus, in cod. Par. 228.]

[Chariton, 53, in cod. 160 Vind. et in cod. Paris. 228, ac Taur.]

Constantinus Palæologus. Τῷ πανσεβάστῳ σεβαστῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Παλαιολόγῳ 33, 36, 41.

Isaias monachus, 8, 9, 10, 13, 14, 15, 16, 17, 45, 50. Monachus et domesticus, 18, 19, 22.

Gregorius Acropolites, 11, 12.

De dicto Gregorii Naz. qui diem τῶν Φώτων dixit λαμπροτέραν festo Nativitatis Christi, quod Chrysostomo est cæterorum festorum metropolis, 43.

Joannes Aspiota, monachus, 5, 6, 7. [Plures in cod. Taurin.]

Joannes dux. Τῷ μεγαλοδοξοτάτῳ μεγάλῳ ἑταιράρχῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ δουκί, 21 [et 52, in cod. 160].

Joannes Sinaita, monachus Stylita, 1 [quatuor in cod. Paris.]

[Joannicius monachus in cod. Taur.]

[Jo. Tricha in cod. Taur.]

[Leo ὁ ἐγκλειστος, 51, in cod. Vind. 160 et cod. Taur.]

[Leontius, monachus, in cod. Paris. 228.]

De Manuelis Comneni imp. edicto circa astrologiam et divinationem, 39, 40.

Maximus Smeniota (al. Asmeniota), 2, 3, 4, 27, 28.

Meletius Critopulus, 45.

[Nectarius, monach. in cod. Paris. 228 et Taurin.]

Nicephorus Sinaita. Τῷ οἰκειοτάτῳ ἀνθρώπῳ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυρῷ Νικηφόρῳ τῷ Σιναΐτῃ, 24, 25, 26.

[Nicolaus, monach. in cod. Taur.]

Nilus monachus, 47, 48, 49.

Onufrius monachus, 23, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 42.

Stephanus monachus, 37.

De tropario Theodori Studitæ. 34. Πῶς ἐκληπτέον τὸ τροπάριον τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου

A τὸ οὕτωσι λέγον· Βάθει τῶν κριμάτων σου, Χριστέ, πανσόφως προώρισας ἑκάστου τέλους ζωῆς τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον, etc. [Nomina eorum, quibus editæ litteræ sunt missæ, in indice illarum notavi. Harl.]

Ex his epistolis prima et secunda est, quas nec integras tamen, Latine tantum edidit Jacobus Pontanus S. J. ad calcem Dioptræ Philippi Solitarii, Ingolstad. 1604, 4, unde in Bibliothecis Patrum [ex. gr. Paris. tom. XV, p. 794 sqq.] (c) recusæ sunt, disputationes duas: 1, ad Joannem Sinaitam monachum et stylitam, *Utrum in peccatum lapsis condescendendum, an prout ratio postulat, increpandi sint*; 2, ad Joannem (lege *Maximum*) Smeniotam, *Utrum audiendi sint docentes hominem a principio*

B *caducum corpus habuisse, et passionibus sive incommodis naturalibus etiam ante transgressionem obnoxium fuisse, cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse, et lignum scientiæ, ficum exstitisse.* (Fabr.) Joannes Lamius edidit Epistolarum Glycæ Collectionem, primum specimen illarum ex cod. Riccardiano, tres epistolas, n. 10, 13 et 32, Gr. ac Lat. dedit in Appendice ad commentar. s. libros VI, de recta Christianorum in eo, quod mysterium divinæ Trinitatis attinet, sententia (Florentiæ, 1734, 4, de quo opere v. nova acta erudit. 1739, m. Jul., n. 3, p. 400 sqq.). Idem in Diss. de Mich. Glyca, p. 13 seq. observat, Bon. Vulcanium ex cod. quem Georg. Dousa CPoli attulit, tres epistolas Gr. ac

C Lat. publicasse in Notis ad Cyrillum contra Anthropomorphitas. Postea ex cod. Riccard. quatuordecim epp. interdum longiores de rebus theologicis, Gr. ac Lat. cum uberioribus adnotatt. evulgavit in *Deliciis eruditorum*, et quidem in tomo, qui prodiit Florent. 1736, 8, cui præfixa est laudata dissertat. additusque p. 28 sqq. Index auctorum et librorum, tam editorum quam ἀνεκδότων, ex quibus Glycas sua collegit, 1, ad Joann. Sinaitam, monachum, cum interpretat. Jac. Pontani; 2, ad Maximum Smeniotam (sive uti legitur in codd. Vindobon. Asmeniotam), longa disput. s. λόγος, *sermo*, uti reliquæ inscribuntur; eod. interprete, qui tamen eum falso appellavit Joannem: 3, 4, ad eumdem, Lamio interprete; 5, ad Joannem Aspiotem, cum Lamii

D versione; est perlongus sermo theologicus. Tum in tom. VII, ann. 1739, secundam epistolarum s. dissertationum Glycæ partem sive alias quinque epistolas pari ratione in lucem edidit, et ab initio comm. de Glyca continuavit; n. 6, 7, ad Jo. Aspiotam Notit. codd. Gr. Mosquens. p. 273 sqq., ubi et ordinem et inscriptiones atque initia singularum epp. diligenter enotavit. — Eædem ibid. in cod. 48, n. 9, atque Matthæi l. c. p. 326, eum cod. cum superiore comparando, diversum adnotavit ordinem. — Ibid. p. 300, n. 2, de cod. 4, qui continet aliquot Glycæ epistolas, quas tamen alibi Jo. Zonaræ tribui adnotat Matthæi. — Florent. in cod. Riccardianæ bibl. epistolæ quatuordecim, ex illo quasdam edidit Lamius, ut postea videbimus. Atque is in Præfat. ad *Delicias eruditorum* ann. 1736, p. 18 sqq. copiose enumerat quosdam codd. in quibus Zonaræ adjudicantur epistolæ, et nonnullorum virorum doct. sententias de hac quæstione, ac pro Glyca discernit item; denique p. 25 seq. cod. Riccardian. curatius recenset. Add. ejusd. Præfat. ad *Delicias*, etc. ann. 1739, pag. XIV seq., ubi quoque de patria Glycæ it quidem in Boivini sententiam, addit tamen, non repugnare Glycam nostrum origine CPolitanum fuisse, incolatu vero Siculum, præcipue si monachus erat. (Harl.)

(c) Et ante Annales Glycæ in edit. Labbæi, Paris. 1660, fol.

tam, quibus Lamius subjunxit longam *de carnis resurrectione* disputationem; 8 et 9, ad Isaiam monachum; 10, epist. ex Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino et Jo. Damasceno conflata, cum versione Bon. Vulcanii. Illis Franciscus Fontani in *Novis eruditorum Deliciis*, Florent. 1785, 8, addidit Gr. et Lat. quatuor Glycæ Grammatici disputatt. εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς, *in divinæ Scripturæ dubia*, s. epistolas, quarum tamen duas lucem jam vidisse, observat Fontani; nempe alteram ope Lamii, in tomo VIII Operum Meursii, p. 261; alteram vero opera Dominici Becuccii, qui eam cum *orthodoxis dogmatibus, quæ SS. apostoli exposuerunt*, Florent. 1768, vulgavit, quibus vero Fontani notas adjecit. Sunt vero: 1, disputatio XIII, ad Gregorium Acropolitam, cum versione Lamii; 2, disput. XIV, qua de causa Deus die quarto luminaria (τοὺς φωστῆρας) condiderit; 3, disp. XV, ad Isaiam monachum interprete Dominico Becuccio; 4, disput. XVI, ad eumdem. — Add. Oudin. l. c. p. 2527 sqq. ubi in cap. 2 copiose affert atque examinat quid scribat Car. du Fresne in Præf. ad Historiam Jo. Zonaræ, Paris. 1686, fol. de epistolis mss. nomine Jo. Zonaræ et Michaelis Glycæ inscriptis; in cap. tertio de epp. editis et earum codd. ubi præcipue Lambecii judicium locaque repetit; et in cap. quarto de ejusdem epistolis et Glycæ mss. homiliis s. sermonibus, cum Lambecii atque Allatii narrationibus ac judiciis. Denique cel. C. F. Matthæi in edit. Isocratis, Demetrii Cydon. et Michael Glycæ aliquot epistolarum, etc., Mosquæ 1776, m. 8, p. 47 sqq. ex cod. Mosquensi edidit Græco Mich. Grammatici Glycæ tres epistolas: 1, ad Joan. Tricham; 2, ad Charitonem monachum; 3, ad Nectarium monachum. Add. not. pag. 168. (HARL.)

JOANNIS LAMII

DE MICHAELE GLYCA

EJUSQUE SCRIPTIS

DISSERTATIO.

(*Deliciæ Eruditorum*, tom. I, Florentiæ 1736.)

Michael cognominatus est Glycas, quod ex Glycetarum familia esset, ut versus, qui in variis codicibus ejus *Annalium* mss. occurrunt, manifeste indicant: in iis enim habetur:

Ὃς ἐκ γένους ἔσχηκε Γλυκετῶν λάχος
Ὁ συγγεγραφὼς Μιχαὴλ τὸ βιβλίον.

Qui ex genere habuit Glycetarum sortem
Is, qui conscripsit, Michael, hunc libellum.

Quare fallitur Jo. Alb. Fabricius, qui cognomen illud ab eo ascitum, cum monasticum habitum induisset, nullo antiquitatis monumento, nulla historiæ fide, arbitratur.

Siculus autem natione fuit, (1) quod ex codicibus mss. elucet: eum enim Σικελιώτην constanter appellant, ut eruditissimus Phil. Labbeus in *Annalium* Glycæ Præfatione testatur. Nec abluderet τοῦ Γλυκέ cognomen, si qua is vixit ætate, Siculos Dorica adhuc dialecto usos fuisse constaret; quod tamen cur non credamus nulla causa subest: *In Calabria enim et in aliis Neapolitani regni regionibus, atque in Sicilia, ad proxima usque sæcula Græca lingua obtinuit, ut non plebeio solum usu, sed etiam ecclesiastico, in officiis suis Græca lingua frequentatum, donec Sixti IV jussu ac decreto, omnibus ut Latine persolverent officia provisum est;* quæ sunt verba doctissimi Montisfalconii *Diar. Ital.* capite 15. Simile tamen cognomentum etiam Byzantii fuit; nam Joannes Glycys Byzantinus, hujus urbis patriarcha, claruit anno 1316, de quo videndus Rob. Gerius *Append. ad Hist. litter. script. eccles.* Gul. Cavei: quanquam Joannes Glycas Dufresnio dicitur.

Privatus an in magistratu, laudatus Labbeus inquit, *aut dignitate aliqua publica, militari, aulica forensive ornatus; conjugatus, an cælebs vixerit, plane nescio: nec aspersa singulis fere paginis υἱοῦ, τέκνου καὶ ἀγαπητοῦ vocabula, patrem potius, quam seniorem ac magistrum, discipuli aut amici juvenis gratia opus illud elucubrantem, designant.* Grammaticum tamen professione fuisse argumento est inscriptio epistolæ primæ, ut in codice Riccardiano quo usi sumus, habetur; quæ quidem ea est quæ sequitur: Γραμματικοῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ στυλίτῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Στυλίτῃ κ. τ. λ. *Michaelis Glycæ grammatici, ad maxime venerandum monachum et Stylitam Joan-*

(1) Hanc opinionem retractavit postea Lamius. *Vide* infra col. XIX.

nem Sinaitam, etc. Quod quidem Grammatici nomen professionis esse non est cur dubitemus, et quod, etiam postquam monasticam vitam amplexus esset, retinere potuit, si quidem eam unquam amplexus est: nam, ut dixi, omni historiæ auctoritate destitutus id, una cum Fabricio, quis crederet? Et quidem monachi passim, aliique in eminenti dignitate constituti, super theologicis gravissimisque controversiis eum consulebant, ut ex Epistolis, seu dissertationibus, quas edimus, certum exploratumque est. Quis autem facile opinetur, hominem sacris et castioris alicujus sectæ institutis minime addictum, sed e medio populo, cum tot episcopi ecclesiasticique præceptores vulgo suppeterent, ab eis in religionis dogmatumque Christianorum negotio consultum adeo frequenter fuisse? Non me quidem latet, mere etiam laicos aliquando in Ecclesia docuisse, et habuisse conciones, ut ex Eusebio de Origene adhuc juvene liquet; et Prosper Aquitanus multa, quæ ipsis ecclesiastici ordinis magistris ardua et salebrosa videri poterant, in re theologica docte et præclariter pertractavit; attamen isthuc ipsum in re tam obscura et ambigua nescio quid suspicionis inducere dissimulandum haudquaquam existimo. Confirmari id etiam posset animadvertendo in codice Cæsareo κυρὸν Glycam appellari; quo vocabulo contracto monachi præsertim, sequioribus sæculis, indigitantur: non secus quidem atque nos *domnos* monachos honoris causa nuncupamus, quod latius ac dilucidius in scholiis ad dissertationem primam expedimus, et classicorum scriptorum testimoniis in medium adductis comprobamus. Quid quod codex ms. *Annalium* Glycæ Vallicellanus hujusmodi titulum præfert? Τοῦ λογιωτάτου καὶ μακαριωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ Χρονικὸν, κ. τ. λ. *Eloquentissimi et beatissimi domni Michaelis Glycæ Chronicon*, etc., qui forte non tam morum probitatem et sanctitudinem, quam monasticam professionem designare posse videatur. Codex quoque monasterii Fontisebaldensis paucis mutatis sic incipit: Τοῦ σοφωτάτου καὶ μακαριωτάτου, etc., *Sapientissimi et beatissimi*, etc.

Quidquid autem sit, illud exploratæ fidei est, virum hunc litterarum studiis maxime deditum, φιλόλογον καὶ φιλομαθῆ, fuisse cunctisque adeo fere disciplinis eruditum: passim enim in suis operibus theologum simul, sacrarum Litterarum interpretem, medicum naturalisque scientiæ indagatorem solertissimum, peritissimumque se prodit historicum. Nec eloquentiæ quidem laude caret, et facili quadam ac plana dicendi ratione lectorem oblectat ac detinet, ita ut eloquentia cum ingenii facilitate certare videatur. Itaque ob ejus doctrinæ præstantiam merito λογιώτατος καὶ σοφώτατος appellatus est, ut ex ejus Epistolarum generali inscriptione in codice Cæsareo apud P. Lambecium, cod. theolog. 159, intelligitur; est enim ea, quæ sequitur: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ, κ. τ. λ. *Sapientissimi et eloquentissimi Michaelis Glycæ*, etc.; et ex inscriptionibus codicum *Annalium* Vallicellani et Fontisebraldensis, quas paulo superius attulimus. Et quidem in magna ob doctrinam existimatione fuisse indicant etiam luculenter ejus epistolæ, quæ monachis passim aliisque, qui eum de quæstionibus difficillimis consulebant, mittuntur, ut per ea tempora omnes fere ad eum doctrinæ causa, seu accessu, seu litteris, confluxisse videantur.

Qua ætate Glycas noster vixerit, post novam eruditissimi Leon. Allatii opinionem, quam Casi. Oudinus suo calculo comprobat, in sententiis est. Plerique tamen omnes sæculi XII scriptorem eum existimant, Jo. Zonaræ, Georgii Cedreni, Const. Manassis σύγχρονον, aliorumque similium. Et quidem suam Historiam, quam ab orbe condito exorditur, usque ad obitum Alexii Comneni, et annum Christi 1118, deducit. Hinc a G. Jo. Vossio, lib. II *De histor. Græc.*, cap. 27, ad annum 1120 refertur; quemadmodum et a Guliel. Caveo, in *Hist. litter. script. eccles.* Ph. Labbeo verisimile est, eum circa annum 1150 floruisse: cui epochæ alii quoque astipulantur, si Allatium et Oudinum laudatos excepseris. Ille enim Glycam sæculi XV scriptorem esse, et anno 1430 ac deinceps claruisse, pertendit, ratioque, qua innititur, est, quod ex Glycæ epistolis plures ad Maximum Smeniotem, et Isaiam Cyprium monachum, qui tunc temporis vivebant, scriptæ sunt. Oudinus addit Glycæ syntagma historicum olere Græciam recentissimam, quod ille vel morte vel negotiis occupatus ultra annum 1118 non extenderit. Itaque juxta memoratos scriptores Glycas σύγχρονος fuisset Macarii Ancyrani metropolitæ, Nicolai Sclengiæ, Jo. Ducæ, aliorumque hujus ætatis virorum, qui lucubrationibus editis nomen suum posteritati commendaverunt. Verum id, quod litem omnem dirimit, sunt Epistolæ Glycæ 35, 36 et 41, quæ ad imperatorem Constantinum Palæologum scriptæ sunt; constat autem ex verioribus chronologis Constantinum Palæologum non ante annum 1445, vel juxta alios 1448, imperium suscepisse Orientis, quod anno 1453, in Constantinopolitana clade exstinctus, amisit, cum annis 8, vel juxta alios 5 etsi non integris imperasset. Jam memoratarum Epistolarum inscriptiones in alio volumine una cum aliarum titulis afferemus, et ex iis veritas illa quam astruimus evidenter elucebit. Carol. quidem Dufresnius, vir doctissimus, in præfatione, quam operibus Jo. Zonaræ præmisit, cum in eam sententiam discessisset, quæ vult hasce Epistolas esse Jo. Zonaræ fetum, ut evincat eas, vel earum saltem aliquas, esse scriptas ea ætate, qua ille vivebat, clarum perspectumque esse ait, nonnullarum auctorem, si non omnium, vixisse sub Manuele Comneno; nam epistolam 38 in indice Lambeciano Manuelis Comneni imperatoris esse arbitratur, quare et subsequens *Antapologeticum*, quod quidem statim subditur in

siensi, eodem tempore scriptum esse infert. Eam ætatem etiam arguit ex viris primariis aulæ Constantinopolitanæ, quibus aliquot epistolæ inscribuntur : atque in iis Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris mentio occurrit apud Niceiam in Alexio Manuelis fil., et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo, cujus pariter Cinnamus meminit lib. v. Sed recte observat Cas. Oudinus falsum esse Dufresnium, dum censuit epistolam 38 ad Alypium monachum esse Manuelis Comneni, cum vere Glycæ sit monachum illum ab astrologiæ studio dehortantis : concedit tantum *Antapologeticum* esse Manuelis Comneni, cujus quidem nomen præfert, et numero 39 collocatur. Cum enim Alypius in astrologiæ studium toto pondere ferretur, nec Glycæ consiliis et hortationibus acquiesceret, ut studium suum defenderet, nihil ipse regessit, sed aliena scriptione usus est, mittens pro responsione *Antapologeticum* Manuelis Comneni ab annis circiter 300 in gratiam astrologiæ, qua delectabatur, conscriptum; vel alium Manuelem Comnenum fuisse suspicatur. Ad ea vero quæ Dufresnius de primariis aulæ Constantinopolitanæ viris adducit, ita laudatus Oudinus respondet : *Non his nominibus veteres hi intelliguntur, sed recentiores ejusdem nominis et dignitatis, qui anno circiter 1450 in imperio Orientali sub Constantino Palæologo, ultimo Græcorum imperatore, dignitatibus his fungebantur : ut constat ex Joanne Duca, cujus historiam in manibus habemus : qui Michaelis Glycæ σύγχρονοι cum fuerint, ad illos epistolas dedisse nihil mirum videbitur.* Atque ita quidem ille. Et, ut videtur, Joannes Ducas, ille idem est, qui scripsit Historiam Constantinopolitanam, quando Constantinopolis a Mahumete II Turcarum imperatore expugnata est, eaque illis imperii esse sedes cœpit, quod fuit anno Hegiræ 857, Christi autem 1453, quo vivebat ille Ducis ex inclyta Ducarum familia oriundus. Hic de gestis Turcarum adversus Græcos, et Constantinopoli subacta, commentarios exstat ms. Græce in Bibliotheca Christianissimi Francorum regis, quem una cum interpretatione sua Latina Ism. Bullialdus in corpore Byzantinæ historiæ edendum curavit, et de quo Ger. Jo. Vossius, lib. IV *De Histor. Græc.*, cap. 19. Exstant inter Epistolas Michaelis Glycæ epistolæ duæ ad hunc Joannem Ducam, nempe 21 et 52. De Joanne autem Duca plura videnda apud Cas. Oudinum ad annum 1460, et in Jo. Zonaræ.

Opera, quæ Glycas scripsit, sunt in primis *Annales*, patriarcharum, regum atque imperatorum res gestas, historiamque omnem Judaicam, Romanam ac Constantinopolitanam, ita complectentes, ut eodem contextu controversas inter theologos philosophosque quæstiones agitaverit, ac de rebus omnibus, quæ in cœlo, aere, terra ac mari fiunt, de avibus, piscibus, animalibus, homine, atque angelis, disseruerit, secutus veterum Patrum Eustath i, Basilii, Nysseni, Chrysostomi, Sinaitæ, Pisidæ, aliorumque vestigia ac pene verba : qui quidem omnes opus sex dierum, quod Græca voce Hexaemeron dicere solemus, singulari diligentia concinnarunt. Sed quia notatur a Th. Dempstero, lib. I *Paralip. ad Rosinum*, cap. 1, quasi leges historico præscriptas non servaverit, hic tempestive describenda videntur verba Leunclavii proœmio in Glycæ *Annales : Quod si quis arbitratur*, inquit, *hisce de rebus minime disserendum vel in historia, vel in adnotatione temporum, is sciat, primum hæc junioribus esse perscripta, quorum animos rectis sententiis (ut paulo ante significabamus) imbui permagni refert. Deinde velim Glycæ nostro vel illam ob causam sit æquior, quod pleraque non ita prolixe, nec confuse, tradiderit, ut Cedrenum et alios factitasse videmus : qui compendia quædam promittentes, volumina prorsus ingentia, quæque sine tædio perlegi nequeunt, posteris reliquere.* Hujus operis titulus in codicibus Vallicellano et Fontisebraldensi ita habet : Τοῦ λογιωτάτου καὶ μακαριωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ χρονικὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου συνοπτικόν, διεξιὸν κατ' ἐπιτομὴν περί τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, περί τε τοῦ φωτὸς αὐτοῦ, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθέντων ἐν ἡμέραις ς'· περί τε τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδάμ, καὶ τῶν λοιπῶν καθεξῆς. *Eloquentissimi et beatissimi domni Michaelis Glycæ Chronicon compendiarium ab orbe condito, breviter percurrens ea, quæ attinent cœlum et terram, lucemque ejus, et omnia, ut uno verbo dicam, a Deo sex diebus fabrefacta, Adamique fictionem, et cætera, quæ deinceps contigerunt.*

Præter *Annales* scripsit Glycas Epistolas plurimas, interrogatus a diversis super variis quæstionibus theologicis, dubiisque ad cœlestium Scripturarum enarrationem resolvendis; quas solita dicendi facilitate et multijugis eruditionis illecebra et amœnitate conscripsit. Quæ quidem earum exstant, quod sciam, 56 numerum explent. Lambecius tamen in codice theolog. 233, lib. v Comm., observat in hoc codice aliter Epistolas Glycæ disponi, tam numero, quam ordine, adeo ut ea, quæ in aliis codicibus est 35, in hoc codice sit 64 et ultima. Hæ omnes enim quinque codicibus mss. Bibliothecæ Cæsareæ continentur, ut apud Pet. Lambecium codicib. Theolog. 159, 160, 232, 233 et 333 videre est. Glycæ quidem Epistolæ magno in pretio habitæ sunt a viris doctis, et plerique etiam publici juris facere conati sunt; sed vel integris codicibus destituti, vel morte præventi, vel alia de causa impediti, id præstare non potuerunt. Earum quidem codicem Georg. Dousa Constantinopoli attulerat, sed recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscriptum, imo et mutilum interdum, ut ex epistola 15, quam ex eo codice Bon. Vulcanius edidit, patet. Nam Bon. Vulcanius, cum Dousæ codicem nactus esset, tres ex illis epistolis edidit una cum sua Latina interpretatione in Notis ad S. Cyrillum, *Contra Anthropomorphitas*, cum interim omnium harum Epistolarum editionem meditaretur,

ut in laudatis notis affirmat. Tres autem Epistolæ, A quas typis mandavit Vulcanius, ordine sunt 10, 13, 32. Jac. quoque Pontanus duas ex hisce litteris, quas ab Andrea Schotto habuerat, Latine a se conversas excudendas curavit, quæ hodie in *Maxima Patrum Bibliotheca*, et in *Annalium Glycæ* editione Parisiensi a Philippo Labbeo adornata habentur: sed nec textum Græcum apposuit, et alterius vix dimidia pars est, quam edidit, adeo mancum et detruncatum fuisse oportet codicem, quo usus est. Tandem Leo Allatius *De Consensu utriusque Ecclesiæ, contra Creigthonem; De libris ecclesiasticis Græcor.; lib. de Purgator.* et *lib. adversus Hottingerum*, hasce epistolas sæpe laudat, et fragmenta plurima, nec contemnenda quidem, earum adducit; imo in quibusdam locis nonnullas etiam integras describit. B

Nos igitur horum virorum præstantissimorum propositum laudabile secuti, nonnullas Glycæ Epistolas in lucem edere animum induximus, nostræque ἀνεκδότων collectionis velut in ipsa fronte constituere; cum ob argumentum nobile et excellens, utpote theologicum, tum in memoratorum scriptorum laudis et venerationis argumentum. Cum enim in ms. bibliothecæ Riccardianæ, cui præsum, codicem quinto decimo quidem, ut videtur, sæculo, sed egregie exacteque descriptum incidissem, quo harum Epistolarum quatuordecim continentur, has saltem publico non invidere mecum ipse deliberavi, adeoque exscripsi mea manu diligenter, et in Latinam linguam sedulo pro virili C accurateque converti. Hujus autem meæ editionis specimen dederam in Appendice illorum Commentariorum, quibus *De recta Christianorum in eo, quod mysterium divinæ Trinitatis attinet, sententia*, titulum feci, memoratarum Epistolarum tertia Græce ac Latine publici juris facta: ibique jam me olim cæteras quoque, quas habuissem, editurum receperam; quare nunc fidem libero. Inter has quidem non eas tantum proferam, quæ ἀνέκδοτοι sunt, sed ut opus perfectum et absolutum, quoad fieri potest, exsistat, iis suo loco et illas, quæ ab aliis editæ fuerunt, interseram: fragmenta etiam, undecunque corradere licuerit, adjiciam: et ubi plus præstare non dabitur, saltem reliquarum nudos titulos (1), ut eos Lambecius recenset et exhi- D bet, in medium adducam. Quanquam et eas, quæ alias editæ fuere, ἀνεκδότους, et nunc primum in publicum prodire visum iri prudentioribus spero; nam vel exactiores et emendatiores, vel integriores, vel primigenia sua lingua, qua exaratæ fuerunt, emittentur. Ecce enim Pontanus Latine tantum, alteramque mutilam excudit: ipse Græcum contextum apponam, et quæcunque desunt ex codice Riccardiano supplebo. Bonavent. Vulcanius Græce quidem ac Latine suas vulgavit, sed mendoso codice usus, unam etiam ἀκέφαλον edere coactus est: in hac editione et emendatæ omnes, et integræ perlegentur. Denique fragmentis earum et titulis illud novi saltem accedet, quod cum Latina interpretatione prodibunt. Adde quod opportuna scholia identidem ascripsimus, et perpetuum prope commentarium attexuimus. Id quod novum saltem erit in iis quas Leo Allatius edidit; nam eas et Græce et Latine, et castigatissimas, quæ fuit viri diligentia et eruditio, evulgavit. Non quod nostri propositi pars sit, adeo frequentia et prolixiora etiam scholia ad ea opera, quæ in collectione nostra publici juris facturi sumus, commentari, sed in editione harum Epistolarum id necessarium esse arbitratus sum. Cum enim Glycas noster sequioribus sæculis vixerit, et quando Græci homines sine nugis et ineptiis vix quidquam scribere aggressi sunt, ejus opinionum licentiam et τὸ παράδοξον compescere interdum oportuit, ac certis frenis coercere, theologorum melius sapientiusque opinantium consulta e regione, ut ita dicam, statuendo, tanquam adversus eum aciem instructissimam, atque ita legentium rectæ sententiæ et securitati consulere. Non enim semper optimas ratasque sententias, et antiquorum Patrum placita, seligere et amplexari videtur; sed de regia opinionum via ita quædam ad divortia deflectere aliquando, ut facile possit a delicatioribus quibusdam novitatis et αὐτομολίας insimulari. Ad hoc igitur saltem meæ observationes inservient, ut recta Glycæ sententia apertius dilucidiusque percipiatur, et non facile cujuscunque criminationibus in his, in quibus minime meretur, obnoxius evadat. In quibusdam excusari aut defendi non potest, utpote Græci schismatis homo, et erraticarum illius gentis opinionum aliquando propugnator, ut ostendetur inferius. Non tamen ideo spernendus auctor hic videatur; nam et ex his sequioris ævi scriptoribus Græcis magnam catholicæ Ecclesiæ utilitatem provenire cognoscitur, sive ut historia ecclesiastica locupletior exactiorque habeatur, sive ut Græci schismatis errores facilius refellantur, sive ut nostrorum temporum sectarii falsarum opinionum certorumque deliramentorum rei manifeste revincantur: id quod aperte elucet ex Jo. Morini, Leon. Allatii, Petri Arcudii, Fr. Combefisii, aliorumque doctissimorum hominum lucubrationibus, quos inter memorandus præcipue Nicol. Comnenus Papadopolus, qui anno 1697 librum typis mandavit Patavii, ita inscriptum: *Prænotiones mystagogicæ ex jure canonico, sive Responsa sex, in quibus una proponitur Ecclesiæ utriusque, Græcæ et Latinæ, suffragium de iis, quæ omnino præmittenda sunt ordinibus sacris, atque obiter et Græcia adversus calumniatores defenditur, et præcipuæ Photianorum ineptiæ refelluntur.* Ibi innumeri scriptores Græci, proximioris præsertim ætatis, in medium afferuntur, qui maxima pars ignoti nobis erant, ut scribit præstantissimus Monsfalconius *Diar. Ital.* cap. 28.

(1) Et hoc etiam non præstitit, quod ejus loco fecimus. Edit.

Cæterum nunc monendum est, in quibusdam codicibus hasce Epistolas non Michaeli Glycæ, sed Jo. Zonaræ tribui, ut in codice Regio, cujus meminit Dufresnius, quanquam recentiori manu scripto, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), indict. 6. Hunc enim titulum præfert : Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ καὶ πρωτοασηκρῆτις καὶ δρουγγαρίου τῆς Βίγλης. *Epistolæ domni Joannis Zonaræ, et protoasecretis, et præfecti Vigilum.* Zonaræ quoque has Epistolas ascribebat codex, quem Georg. Douza Constantinopoli attulerat, exstatque modo in Bibliotheca Lugduno-Batava ; quare et illæ, quas ex eo edidit Bonav. Vulcanius, eidem Zonaræ tribuuntur. Zonaræ pariter vindicat Index Græcorum librorum ex codice ms. Regio 2813. Philippus quoque Labbeus, tom. I *De Scriptor. Eccles.*, in Georg. Cedreno, hasce Epistolas Zonaræ potius esse existimat, quas exstare tantum numero 46 affirmat, et suspicatur eis additas aliquot fuisse alicujus scriptoris Glyca recentioris epistolas. *Qui enim fieri potuit*, inquit, *ut de Cedreno ne verbum quidem fecerit in Annalibus suis Glycas, qui Joannem Scylitzen, Joannemque Zonaram tam sæpe appellat?* Quæ quidem ratio mihi languidula videtur ac futilis. Labbeus usus videtur codice ms. Claromontani collegii Parisiensis societatis Jesu, qui epistolas 46 continet Zonaræ tributas. Hinc factum est, ut promiscue hasce Epistolas sub nomine Zonaræ, aut Glycæ, laudet Allatius ; quanquam contra Creigthonum scribens in eam concedere sententiam videtur, ut Glycæ potius quam Zonaræ illas attribuat : ibi enim ita scribit : *Hæc et alia Michael Glycas, epistola satis prolixa ad Joannicium monachum*, etc. Et idem quoque facit passim in opere *De perpetuo consensu utriusque Ecclesiæ*, etc., et in dissertationibus *De libris ecclesiasticis Græcorum* quoque ut plurimum Glycæ eas vindicat. Et recte quidem, ut arbitror, ita sentit vir ille doctissimus. Quomodo enim Jo. Zonaræ adseri possunt illæ Epistolæ, quas Constantini Porphyrogeniti ætate scriptas fuisse exploratæ fidei est, ut superius ostendimus? Zonaras enim non sub hoc principe, neque sæculo xv, sed sub Alexio Comneno, xii videlicet sæculo, ab anno 1110 ad 1120 floruit, ac paucis post annis Joanne Alexii filio imperante naturæ concessit. Insuper duo Cæsarei codices, quos lib. iv Commentariorum laudat Lambecius, quorum prior epistolas 50, alter 56 continet, Michaelem Glycam auctorem præferunt, hoc lemmate : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς. *Sapientissimi et eloquentissimi domni Michaelis Glycæ in divinæ Scripturæ dubitationes.* Et ad calcem codicis posterioris hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. *Hic libellus est Michaelis Glycæ.* Sed et Codex Riccardianus, quo utimur, ita inscribitur : Γραμματικοῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. *Grammatici Michaelis Glycæ.* Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hœschelio ex bibliotheca Augustana eodem titulo, cod. 65, et a Jac. Pontano, qui priores duas Latine convertit atque edidit. Sed et has sub Glycæ nomine citant Casaubonus *Exercit. in Baron.* 16, n. 49 ; Antonius Possevinus, tom. II *Apparatus sacri*, et Jo. Baptista Cotelerius in Notis ad Opera SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt, ubi inquit : *Quæ etiam citat Michael Glycas in libro posteriore operis* εἰς τὰ ἄπορα τῆς Γραφῆς, cap. 32. *Exstat id opus ms. in bibliotheca Thuana, compositumque est ex orthodoxa fide S. Joannis Damasceni, adjectis nonnullis aliorum Patrum.* Sed et Gul. Caveus in Joanne Zonara eas Glycæ potius adjudicandas existimat. Ex his, quæ hactenus disseruimus, constitit, arbitror, non tantum has Epistolas genuinum esse Michaelis Glycæ fetum, verum etiam, quem eæ in diversis codicibus titulum præferant. Quibus addi potest inscriptio codicis Augustani 57, quæ ita habet : *Michaelis Glycæ explicationes obscurorum locorum sacræ Scripturæ.*

Cæterum aliquot alios tractatus hactenus inedito recenset Leo Allatius, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, lib. II, cap. 18, nempe, librum ad Maximum Smeniotem *De processione Spiritus sancti*, cujus fragmentum habet ibidem lib. III, cap. 2. Ad eumdem, *an Christus azymo in suprema cœna usus sit.* Ad Isaiam monachum *De animabus a corpore separatis.* Verum hi omnes tractatus nihil aliud mihi cum Oudino esse videntur, quam Epistolæ Michaelis Glycæ, in quibus Scripturæ loca quædam obscura, vel controversa, ille explicat.

Sed quia ad calcem codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritate usus est Epistolarum scriptor, eam hic describere operæ pretium esse existimavi : Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοὶ, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσσης, Ἰωάννης ὁ χρυσορρήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, Γρηγόριος ὁ Διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης · σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καὶ τις ὁ φωτίζων τούτους, καὶ μάρτυς ἀψευδὴς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Qui simul scripserunt, simulque testes hujus libri fuere, sunt hi : Gregorius Theologus, Magnus Basilius, Gregorius Nyssenus, Joannes Auriffuus, magnus Athanasius, Cyrillus, magnus Epiphanius, Anastasius Sinaites, Joannes Damascenus, Gregorius Dialogus, Andreas Cretensis, Petrus et Paulus apostoli, Nicephorus patriarcha, cumque his Moses et David, et, qui hosce illuminat testisque est mentiri nescius, Spiritus sanctus.*

Verum antequam de Glycæ Epistolis agere desinamus, de codice Riccardiano lectorem edocere fert animus. Codex hic chartaceus est, notatus numero 19, Pluteo K, ordine I, inter Græca manuscripta. Continet primum Epistolas Glycæ nonnullas, deinde Christoduli monachi, seu Joannis Cantacuzeni, dialogos 8 adversus Judæos manu diversa

exaratos. Primi autem titulus ita habet : Χριστοδούλου μοναχοῦ κατὰ Ἰουδαίων λόγος α'. *Christoduli monachi adversus Judæos sermo I.* Incipit vero : Οὐκ οἶδ' ὁπότερον κάλλιον φαῖεν ἂν τινες, ἐπιγράψας τῷ τοιούτῳ συντάγματι κατὰ Ἰουδαίων ἆρα, ἢ μᾶλλον ὑπὲρ αὐτῶν, κ. τ. λ. Est in fine et aliud perbreve opusculum, alia quoque manu, ut videtur, exscriptum, cui præfigitur : Δόγματα ὀρθόδοξα, ἅπερ ἐξέθεντο οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι Πατέρες, καὶ οἰκουμενικοὶ διδάσκαλοι. *Dogmata orthodoxa quæ exposuerunt sancti apostoli, et omnes sancti Patres, et œcumenici doctores.* Initium autem ejus est : Πιστεύομεν, καθὼς ἐβαπτίσθημεν, εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὸν ἕνα Θεὸν, κ. τ. λ. Omnia tamen hæc opera sæculo xv descripta esse videntur, etsi nullibi anni, vel temporis, quo scripta fuerunt, adnotatio pareat. Glycæ autem Epistolæ omnes, quæ hoc codice habentur, quatuordecim tantum sunt, quarum prima ad Joannem Sinaitam scripta est, prout in Indice Lambeciano, et cæteræ etiam eodem ordine ac serie, qua in memorato indice progrediuntur. Unum tantum singulare habet hic codex, quod numeri adnotatio indicat, eam epistolam non esse Glycæ primam, sed tertiam ; ita ut quarta decima decima sexta, numero ascripto, significetur. Cæterum est admodum correctus et emendatus, integer quoque et eleganter exaratus, ut plurimi faciendus esse videatur.

Sed jam in alia Glycæ opera inquiramus, deque iis loquentem audiamus Cas. Oudinum in Glyca : *Inter mss. codices,* inquit, *Bodleianæ Oxonii in Anglia bibliothecæ cod.* 720, *in mss. codicibus Guillelmi Laudi litt. c. cod.* 77, *Græce exstant Michaelis Glycæ sermones varii : et ibidem cod.* 723 *in manuscriptis codicibus ejusdem ibidem cod.* 91, *n.* 2, *exstat Michaelis Glycæ tractatus, qui in varia capita dividitur etc., qui liber anno æræ Græcanicæ* 6978 *scriptus esse dicitur, hoc est, anno Christi nati* 1470. *Denique in catalogo bibliothecæ Marquardi Gudii, qui regiæ majestatis Daniæ consiliarius fuit in supremo tribunali ducatus Sleswicensis, anno* 1706 *Kilonii edito in* 4, *apud Bartholdum Reutherum, pag.* 533, *inter mss. codices Græcos in* 4, *cod.* 50, *Michaelis Glycæ sermones, chartaceo codice bonæ notæ, quem titulus* σοφώτατον καὶ λογιώτατον *laudat, ubi argumenta sermonum recensentur summatim, singulis per ordinem operi præmissis.* Hæc quidem ille. Sed hæc fere omnia nil aliud mihi esse videntur, quam ipsæ Glycæ Epistolæ, quæ Λόγοι, *Sermones* interdum inscribuntur, ut quidem aliquando fit in codice Riccardiano. Guil. quidem Caveus in sua *Litteraria scriptorum ecclesiasticorum Historia* scriptum reliquit, codice philosophico 103 bibliothecæ Cæsareæ, nonnulla Glycæ capita philosophica asservari : sed ejus inimicus et insectator acerrimus, Cas. Oudinus, id falsi arguit affirmatque, cum consuluisset, nihil se tale reperisse

Jam tempus, cum de Glycæ scriptis late egerimus, perscrutati, quibus ille Christianæ religionis dogmatis censendus sit, quod quidem ex ipsius scriptis eruendum videtur. Glycam quidem orthodoxum Phil. Labbeus arbitratur, sed evidentia ipsa contrarium demonstravit. Antiquum enim schisma et ipse fovens, quædam contra Latinos composuit. Nam scripsit primum ad Maximum Smeniotem, Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι λαβὼν ὁ Χριστὸς ἄζυμον ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τῆς μεγάλης Πέμπτης ὡς τῶν τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, τηνικαῦτα δῆθεν τοῖς οἰκείοις τὸ Πάσχα ἐτέλεσεν· *An dicentibus attendendum sit Christum vespere magnæ feriæ* v, *cum Pascha celebraretur, accepisse azymum, et sic suis tum Pascha tradidisse.* Principium autem est : Ὁ περὶ τῶν ἀζύμων λόγος, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ πολλοῖς ἔφθασε. Scripsit deinde Περί τινων χρήσεων, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὐ μὴν δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται, καὶ ὅτι οὐ ταυτὸν ἀποστολὴ καὶ ἐκπόρευσις· *De nonnullis Patrum testimoniis, quibus probatur, ex solo Patre, non autem et ex Filio, Spiritum sanctum procedere : et non esse idem missionem et processionem.* Principium, Τί δέ σοι καὶ περὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Verum tamen est eum pro Latinis quoque contra suos Græcos scripsisse ad Isaiam monachum, Περὶ τοῦ ὁποῖον ἅπαντι τέλος ταῖς ψυχαῖς χωριζομέναις τοῦ σώματος, καὶ ὅπου αὐταὶ ἀπέρχονται. *Quid sit de animabus, postquam fuerint a corpore separatæ, et quo illæ abeant?* Principium, Καὶ περὶ τῶν μὲν δικαίων, τί χρὴ καὶ λέγειν. Inibi probat luculentissime in cœlum eas deferri, ideoque præsentes Deum manifeste intueri, atque ita summa beatitate gaudere : ut hinc arguas omnes Græcorum errores, ipsis etiam Græcis, qui schisma foverunt, non eodem loco fuisse. Hic postremus sermo decimæ octavæ epistolæ locum obtinet in Indice Lambeciano, a qua non multum dissimilis argumenti videtur esse ea, quæ sequitur, undevicesima, eidem monacho scripta. Alii autem duo tractatus adversus Latinos sunt vicesima septima, et duodetricesima, epistolæ in Indice memorato, quem post epistolas ad operis calcem, ut jam diximus, cum aliis fragmentis, tempestive exhibebimus.

Jam vero quid de Glycæ eruditione, judicio, diligentia et opinionibus dicendum et sentiendum sit, alibi, licet perfunctorie et obiter, enuntiavimus, quare hæc in præsentia pluribus diducere pro inutili ac supervacaneo haberi posset. Hic tantum ascribere e re fore arbitror catalogum auctorum, qui in Glycæ operibus, cum Epistolis, tum Annalibus, citantur, et ex quibus omnia sua collegisse compilans ille videtur,

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant.

Hunc quidem præter brevem illum auctorum, qui in Epistolis laudantur, quem paulo superius descripsimus, alii quoque concinnarunt ; sed, quem ipse contexui, copiosiorem absolutioremque esse inficiabitur nemo.

Auctores et libri, tam editi quam ἀνέκδοτοι, ex quibus MICHAEL GLYCAS *sua collegit.*

Acacius Cæsariensis.
Ælianus.
Alexander Monachus.
Ambrosius Mediolanensis.
Amphilochius Iconiensis.
Anabatianus, *S. Pauli Anabaticon.*
Anastasius Sinaites.
Anastasius Sinaites alter.
Anaxagoras.
Anaximander.
Anaximenes.
Andreas Cretensis.
Andromachus medicus.
Antonius Augustus.
Apollinarius Laodicensis.
Apollonius Tyaneus.
Aquila.
Arcadii Responsum.
Aristoteles.
Athanasius.
Athenodorus philosophus.
Auctor quæstionum ad Antiochum.
Augustinus.
Barlaam.
Barsanuphius.
Basilius Magnus.
Basilius medicus.
Cæsarius, Nazianzeni frater.
Caius historicus.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Carthaginiense.
Cosmas Hierosolymitanus Majumæ episc.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Damasus papa.
Daniel propheta.
David propheta.
Democritus.
Diodorus Tarsensis.
Diogenes Cynicus.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Coripthius.
Dioscorides.
Empedocles.
Ephræmus.
Epiphanius episcopus.
Epiphanius, presbyter.
Eusebius Cæsariensis.
Eustathius Antiochenus.
Eutyches hæreticus.
Eutychius patriarcha.
Galenus.
Gennadius, patriarcha CP.
Georgius Cedrenus chronographus.
Georgius Syncellus.
Germanus, patriarcha CP.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssenus.
Gregorius Magnus, papa.
Gregorius II, papa.
Hadrianus imperator.
Heracleæ episcopus.
Heraclitus.
Hermes Trismegistus.
Herodotus.
Hieronymus.
Hippocrates.
Hippolytus martyr.
Hippolytus Thebanus.
Homerus.
Innocentius I, papa.
Isidorus Pelusiota.
Jamblichus.
Joannes Chrysostomus.
Joannes Climax.
Joannes Damascenus.
Joannes Scylitzes.
Joannes Xiphilinus.
A Joannes Zonaras.
Josephi precatio.
Josephus Flavius.
Julianus Halicarnasseus, hæreticus.
Julius Cæsar.
Justinus Martyr.
Justinianus Augustus.
Juvenalis, Hierosolymorum antistes.
Leo I, papa.
Leo, archiepiscopus Thessalonicensis.
Leo Sapiens, Augustus.
Liber de Basilii miraculis, qui ab Amphilocho scriptus putatur.
Libanius Sophista.
Macarius Ægyptius.
Manes.
Marcus monachus.
Maximus monachus.
B Methodius patriarcha CP.
Michael Cerularius.
Michael Parapinacius imperator.
Michael Psellus.
Nectarius, patriarcha CP.
Nestorius, patriarcha CP.
Nemesius Emesenus.
Nicander Colophonius.
Nicephorus, patriarcha CP.
Origenes.
Papias, historicus.
Parva Genesis.
Patricius Prusensis.
Paulus Samosatensis.
Petrus ad Faustum.
Philo Judæus.
Philo philosophus, historicus ecclesiasticus.
Philolaus.
Photius.
Pionius.
Plato.
Plotinus.
Plutarchus.
Porphyrius.
Proclus.
Procopius Cæsariensis.
Προσευχὴ τοῦ Ἰωσήφ.
Psellus. *Vide* Michael.
Ptolemæus Alexandrinus.
Pyrrhon Chronographus.
Pythagoras.
Rufus scriptor medicus.
Sabellius hæreticus.
Serapio mathematicus.
Severianus Gabalorum episcopus.
Severus.
Simeon Metaphrastes.
Sophocles.
Symmachus.
Tertullianus.
Theodoretus.
Theodorus Mopsuestenus.
Theodorus Studita.
Theophanes Confessor, chronographus.
Theophilus Alexandrinus.
Theophylactus.
Thucydides.
Timotheus, patr. Alexandrinus.
Valens astronomus.
Valentinus hæresiarcha.
Xenophanes philosophus.
Zoroastres.

CANDIDO LECTORI

J. LAMIUS S. D.

(Ex Præfatione ad tomum VI *Deliciarum*, Florentiæ anno 1739 editum.)

En alias quinque Michaelis Glycæ Epistolas, seu Dissertationes, in vulgus prodimus, nunc primum omnes, decima excepta, quam quidem Bonav. Vulcanius in Scholiis ad Cyrillum Alexandrinum contra Anthropomorphitas, Latina sua interpretatione addita, olim publici juris fecit, licet initio et medio mutilam, quæ nos ei ex codice Riccardiano restituimus. In præfatione quidem, quam primæ harum Epistolarum a me editarum parti præfixi, asserui Michaelem Glycam Siculum fuisse, codicum, quos doctissimus Phil. Labbeus consuluerat, fidem secutus; sed cum modo videam eruditissimum virum Jo. Boivinum docere pro Σικελιώτου legendum Σικυδιώτου, sive Σικυδίτου, quod hoc illius nomen apud Nicetam occurrat, adeoque Glycam nostrum Byzantinum fuisse affirmare; hic id monendum censui, sed ut et monerem Boivinum probabiliter falli, dum credit Glycam nostrum a Niceta Choniate, qui anno 1204 florebat, memorari potuisse; cum exploratæ prope fidei sit, contra quam Vossius, et Labbeus, et Caveus, et Fabricius, senserint, Michaelem Glycam medio circiter quinto decimo sæculo C claruisse; quod et in alia præfatione observavimus. Quis enim communi sensu præditus dicere queat Michaelem Glycam, si sæculo XII, ut illi putant, vixissèt, epistolas 35, 36 et 41, τῷ πανσεβάστῳ σεβαστῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Παλαιολόγῳ, *augustissimo imperatori domino Constantino Palæologo*, qui demum anno 1448 regnare cœpit, scribere potuisse? Quin ea, quæ habet Nicetas libro II et IV, de Michaele Sicydite mago et facinoroso homine, miror quomodo Boivinus de Michaele Glyca intelligere potuerit, cum, vel Glycæ Annales evolvas, vel ejus Epistolas perlegas, nihil aliud ex iis exstet nisi quædam pietas, et sacrarum Litterarum studium, divinorumque Patrum ampla cognitio; et multo magis miror in ejus sententiam tam facile D ivisse doctissimum Jo. Alb. Fabricium tom. X *Biblioth. Græc.*, pag. 228 et 545. Non ignoro a quibusdam objectum iri nos certo non scire, an illæ omnes Epistolæ Michaelis nostri sint. At certe Zonaræ, cui quidam codices tribuunt, esse non possunt illæ quæ Constantino Palæologo scribuntur. Zonaræ enim ætas repugnat. Sed quædam alterius

alicujus esse non poterunt? Argumenta ut id evincatur afferre necesse est. Pro Glyca stat codicum mss. inscriptio; stat quod illarum Epistolarum plures ejus quoque Annalibus totidem verbis insertæ sunt; stat idem stylus, eadem scriptionis materies, eadem dispositionis et ratiocinationis methodus. Quæ quidem omnia simul collecta et expensa prævalere videntur jejunæ illi dubitationi: Quid si Epistolæ miscellæ sunt? Quod si Glycæ dictio elegans et florida est, non ideo sæculo XV minus congruit, quo exploratum habemus, Plethones, Bessariones, Trapezuntios, Gazas, Argyropylos, Lascares, Chalcocondylas, Musuros, et Græcos alios sexcentos disertissimos, omnes eloquentiæ ornatus, et dictionis phaleras, copiamque uberem, in suis instructissimis commentariis et epistolis exhibuisse. Qui I autem habent alii de Glycæ ætate aliter sentientes, quo suam opinionem fulciant? Illud unum nimis incertum et fallax, *Glycam* suos Annales ad sæculum XII tantum deduxisse. Multa in causa esse potuere, cur ulterius Annales *Glycas* non produceret, ut alibi observavimus; et lectorem exemplis obruere possem, nisi brevitati consulerem, eorum, qui licet serius vixerint, susceptas tamen historias ad suam usque ætatem non deduxerunt. Et hæc quidem, conjecturis probabilioribus indulgens; cum tamen plurimi faciam de Glycæ ætate dubitationem, qua vir doctissimus æque ac amicissimus se in ea traducit ambiguum. Non tamen a Boivini sententia longe recesserim in eo quod *Glycam* Byzantinum putet; a me enim jam animadversum fuit Glycetarum familiam etiam Constantinopoli fuisse, et Joannem Glycyn, seu Glycan, ut Dufresnius appellat, patriarcham CP. claruisse anno 1316. Item, Daniel Glycys unus est ex iis, ad quos Georgius, seu Gregorius Cyprius patriarcha CP., qui anno 1283 florebat, scribit, ut apud L. Allatium *De Georgiis* videre est, et ex eadem forte familia ac Joannes fuit. At non repugnat *Glycam* nostrum origine Constantinopolitanum fuisse, incolatu vero Siculum, præcipue si monachus erat, ut Fabricius arbitratur. Patet enim Siciliam et Calabriam Græcis Basilianorum monachorum cœnobiis referas fuisse, et in iis non Itali tantum, sed et Græci ipsi (quanquam Sicilia olim et Calabria, quæ Magna Græcia quoque dicta est, Græcissantes provinciæ erant) philosophiam Christianam profitebantur. Rochus Pyrrhus in suæ *Siciliæ Sacræ* libro IV triginta Basilianorum cœnobia in Sicilia exsistentia recenset atque describit, quorum plurima sub Constantino Copronymo excitata fuisse videntur, cum scilicet ille impius imperator edicto promulgato vetuerat esse monachos in Oriente. Tunc enim ingens monachorum orientalium multitudo sese in urbem et Italiam infudit, quorum cum Græca lingua esset peculiaris, eosdem in monasteriis collocatos voluit Paulus I papa ea præstare, quæ consuevissent in monasteriis Orientis, et psalmorum cantus, aliaque officia ecclesiastica sua ipsorum lingua absolvere, ut scribit Baronius, Annalium parens eminentissimus. Quod quidem succedentibus temporibus usque ad suam ætatem, hoc est, usque ad annum 1640 et quod excurrit, servatum esse testatur Rochus Pyrrhus, Netini cœnobii Basiliani abbas, laudatus notit. I libri IV, cum quo nescio quomodo conciliare præstantissimum Montemfalconium, qui cap. 15 *Diarii Italici* scribit, in Calabria, et aliis Neapolitani regni regionibus, atque in Sicilia, linguæ Græcæ in ecclesiasticis officiis usum fuisse, donec Sixtus IV vetuit, ne quis nisi Latine divina officia persolveret; nisi dicamus Sixti IV edictum ad monachos etiam Basilianos extensum non fuisse, sed tantum clericos sæculares, aliosque aliorum ordinum monachos respexisse. Et quidem Jo. Mabillonius *Itinere Italico* tradit monachos cœnobii Cryptæ Ferratæ, duodecimo ab urbe lapide distantis, missam Græce celebrare, sed Romano ritui prorsus accommodatam. Jam vero cum hæc ita se habeant, quis non videat facilem et non ingratum Græcis ad hæc Sicula cœnobia transitum fuisse, multosque illorum in ea insula austeriorem vitam sumpto sacro schemate profiteri potuisse; eorumque unum Michaelem Glycam forte fuisse? Quis enim ignorat laudatum Baronium tradere sub Leone quoque Armenio imperatore, sacrarum imaginum hoste, orthodoxos monachos Constantinopoli, et ex aliis Orientis partibus exactos et extorres in Italiam et Romam confugisse? Sed exemplis etiam id confirmare proclive est, ex ea circiter ætate, ac deinceps petitis, qua *Glycam* vixisse veroquamsimillime credimus. Ecce Bessarion cardinalis, patria Trapezuntius, anno 1446 ac deinceps, archimandrita erat monasterii Sancti Salvatoris Linguæ Phari Messanæ, et monasterii SS. Petri et Pauli de Agro, et Sancti Philippi Majoris, et Sancti Angeli de Brolo, cum insuper esset protector universi ordinis Basiliani, ut Pyrrhus citatus memoriæ prodidit. Anno 1551 Anatolius Constantinopolitanus monachus, una cum monacho pariter Græco Basiliano Davide, et presbytero quodam societatis Jesu, in Sicilia diploma Rogerii regis anno 1145 concessum, quo rex confirmat Athanasium hieromonachum, secundum abbatem cœnobii S. Philippi Majoris, describit, quod in libros regiæ cancellariæ transfertur. Imo non dubitandum linguæ Græcæ præceptores aliquos in memoratis monasteriis per ea tempora esse, præsertim cum in Sicilia et Calabria Italica lingua passim invaluisset, et major monachorum numerus tunc temporis Italus fuisset; ut Græcis litteris animo comprehensis monachi Græca lingua de more ecclesiastica officia perficerent. Ex his esse potuit Michael Glycas, qui in codice Riccardiano ideo forte *Grammaticus* dicitur. Et certe hujusmodi præceptores necessarios fuisse evincit etiam id, quod deinde consecutum est, anno videlicet 1461 senatum Messanensem a Pio II pont. max. petisse, et obtinuisse, ut gymnasia Græca

Messanæ pro monachis Græcis, seu Calogeris, constituta præceptori annua mercede aureorum 80 de camera solvenda a monasteriis Basilianis, erigerentur; quod executioni mandandum Bessarion Ordinis protector litteris Romæ anno insequenti datis edixit, Athanasio episcopo Hieracensi et quibusdam abbatibus scribens. Hinc Constantinus Lascaris CP. ex litteris protectoris Ordinis datis Romæ pridie Idus Decembris 1467, cum mercede annua scutatorum 80, quæ solvere tenerentur monasteria Græca Siciliæ, docendæ linguæ Græcæ præficitur. Anno 1478 Constantinus Lascaris adhuc in Sicilia docebat, et hoc anno, jussu Ægidii Romani abbatis monasterii SS. Petri et Pauli de Agro, e Græco in Latinum convertit primævum diploma fundationis et dotationis illius cœnobii datum anno mundi 6625, indictione 9. Anno pariter 1499 idem Lascaris Latine reddidit Græcum Diploma Rogerii comitis, quo is testatur parta de Saracenis victoria templum et cœnobium Sanctæ Mariæ de Mili ædificasse, et ei Michaelem abbatem præfecisse, datum anno mundi 6600, die 10 Decembris, indictione 14, Christi 1092. Sed vix dubitare possum, quin hic ipse Lascaris et ante hæc tempora in Sicilia et Calabria versatus sit, cum videam eum librum *De Calabris et Siculis scriptoribus exarasse*, et Alphonso Neapoleos regi, qui anno 1458 naturæ concessit, nuncupavisse; qui liber habetur apud Fabricium, tom. XIV *Bibliothecæ Græcæ*. Atque hæc quoad Glycæ ætatem et patriam dicta sint. Nunc, aliam præfationem etiam in hoc suppleturi, memorabimus Michaelis Glycæ *De Pœnitentia Salomonis* tractatum, unum illorum opusculorum fuisse, quæ Allatius libro IV suorum *Symmicton* inserere meditabatur, ut apud Fabricium laudatum citato tomo videre est; qui forte nil aliud est, quam una ex Glycæ Epistolis. Insuper monemus Græcum Annalium Glycæ codicem ms. in Bibliotheca Salbantis Veronæ asservari, ut prodit in sua *Verona illustrata* vir doctrinæ et eruditionis immensæ Scipio Maffeius marchio.

Glycæ Epistolæ juxta Fabricium numerum 50 explent, quot ille credit a Lambecio recenseri; sed multo plures ille memorat, et ad numerum 64 ascendere affirmat, ut jam in prima præfatione animadverti. Quin ipse Fabricius observat Parisiis in bibliotheca Regia epistolas 92 Michaelis Glycæ mss. asservari; ipse vero addiderim Glycæ Epistolarum codicem, manu exaratum, qui in Augustana Bibliotheca exstat, et cujus alibi mentionem fecimus, mihi missum et commodatum iri, si velim, ut omnes describam, spem fecisse vir clarissimus Jac. Brukerus Augustanus, Caufbyrensis minister et scholarcha doctrina juxta ac humanitate præcellens; quem quidem nondum senatum illum amplissimum petii, quod omnes illæ his *Deliciarum* mearum angustiis comprehendi non possint, ut materiarum varietas in iis promissa servetur. Memorabile et insigne exemplum, quod multos patriæ ingratos, litteris exitiales, sibique et suæ famæ inimicos homuncliones, qui ad inutiles sibi suas bibliothecas viris doctis aditum præcludere sustinent, merito pudore suffundat. Epistolæ 5 Glycæ, quas hoc volumine publici juris facio, partim Joanni Aspiotæ monacho, partim Isaiæ pariter monacho scribuntur. Quis sit Joannes ille Aspiotas ignoro prorsus. Idem proferrem de monacho Isaia, nisi Cas. Oudinus opinari videretur esse eumdem ac Isaiam illum, cujus Epistolam contra Nicolaum Sclengiam *De processione Spiritus sancti*, producit Allatius tom. I *Græciæ orthodoxæ;* et qui anno 1430 probabiliter florebat, ut observant Wartonus et Fabricius. Hic Isaias appellatur etiam monachus et domesticus, ut jam innuimus.

DISSERTATIO

DE ÆTATE ET SCRIPTIS MICHAELIS GLYCÆ.

(Cas. Oudin. *De script. eccles.*, tom. III, col. 2521.)

PROLOGUS.

Michael Glycas, natione Siculus, non sub Alexio et Joanne Comnenis imperatoribus Constantinopolitanis vivens, ut vulgo creditur, sed sub Constantino Palæologo ultimo illo imperatore ad annum 1450 clarus, scripsit anno incomperto *Annales quadripartitos*, opus non modo theologicum, sed et physicum et historicum. Prima parte agit de opere sex dierum. Altera de rebus gestis ab orbe condito usque ad Christum natum. Tertia res gestas a Christo usque ad Constantinum Magnum prosequitur. Quarta res tractat Byzantinorum imperatorum usque ad obitum Alexii Comneni, qui anno 1118 moriens, Joannem Comnenum successorem habuit. Exinde usque ad captam a Latinis Constantinopolim perstringit res Byzantinas Joannes Leunclavius, qui et primus Glycæ interpretationem nobis dedit, Basileæ, anno 1572, in 8, typis Episcopii editam. Habetur autem eadem Historia Græce et Latine in folio inter Historicos Byzantinos Parisiis ex typographia Regia, cum interpretatione et notis Philippi Labbei, de quo tam sæpe loquimur.

Exstat autem illa Græce ms. in bibliotheca Vallicellana Romæ, Regia Gallica, Claramontana Parisiensi, imperatoria Viennensi, et Augustana Vindelicorum Cod. 80.

CAPUT PRIMUM.

Quid sentiat Leo Allatius de ætate Michaelis Glycæ.

Ætatem quidem Michaelis Glycæ omnes fere scriptores ad annum 1120 assignant, ut Gerardus Joannes Vossius, lib. II *De historicis Græcis*, cap. 27, pag. mihi 304; Guillelmus Cavus in *Historia rei litterariæ* ad annum 1120, pag. 654. Sed longe aliter Leo Allatius libro IV *De perpetuo consensu Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis*, cap. 10, § 17, fol. 870, cujus tamen maxime intererat, ut Glycam antiquiorem faceret, quem vult contra Græcos stetisse a partibus Romanis. In causæ ergo suæ præjudicium Michaelem Glycam vult floruisse anno circiter 1430, trecentis post vulgarem sententiam annis, fuisseque synchronum Macario Ancyrano metropolitæ, Nicolao Selengiæ atque Isaiæ Cyprio monacho, hujus ætatis scriptoribus. Novam quamvis sententiam, non absurdam, imo veram putem, hucusque Glycæ Syntagma historicum olere Græciam recentissimam, quod ille vel morte, vel negotiis occupatus, ultra annum 1120 non extendit, etsi tribus post hanc epocham sæculis vixerit. Igitur hic a me relinquitur, etsi in scriptoribus ecclesiasticis nimium innovare videar, hanc tamen Allatii sententiam non dissimulare aut tacere, mearum fuit partium. Id potissimum colligit ex Glycæ Epistolis, quarum plures ad Maximum Smeniotem et Isaiam monachum, qui tunc temporis vivebant. Ne vero fidem quis mihi detrectet, ipsum Allatium verbotenus produco. « Michael quoque Glycas hoc eodem ævo floruisse videtur, qui inter alia pie doteque scripta, quædam etiam contra Latinos composuit : 1. Ad Maximum Smeniotem, Εἰ χρὴ προσίχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι λαβὼν ὁ Χριστὸς ἄζυμον ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τῆς μεγάλης Πέμπτης, ὡς καὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, τηνικαῦτα δῆθεν τοῖς οἰκείοις τὸ Πάσχα ἐτέλεσεν· *Si dicentibus attendendum est, Christum vespere magnæ Feriæ V, cum Pascha celebraretur, accepisse azymum, et sic suis tunc Pascha tradidisse.* Principium, Ὁ περὶ τῶν ἀζύμων λόγος, ὃν θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, καὶ πολλοῖς ἐρθασε. 2. Eidem : Περί τινων χρήσεων, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὐ μὴν δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται, καὶ ὅτι οὐ ταυτὸν ἀποστολὴ καὶ ἐκπόρευσις· *De nonnullis Patrum testimoniis, quibus probatur, ex solo Patre, non autem et ex Filio Spiritum sanctum procedere : et non esse idem missionem et processionem.* Principium, Τί δέ σοι καὶ περὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Scripsit pro Latinis contra Græcos ad Isaiam monachum, Περὶ τοῦ ὁποῖον ἅπαντα τέλος ταῖς ψυχαῖς χωριζομέναις τοῦ σώματος, καὶ ὁποῦπερ αὖται ἀπέρχονται· *Quid sit de animis, postquam fuerint a corpore separatæ, et quo illæ abeant?* Principium, Καὶ περὶ μὲν τῶν δικαίων τί χρὴ καὶ λέγειν ; Probat luculentissime in cœlum eas deferri, ibique Deo præsentes visione beatifica frui : ut hinc arguas omnes Græcorum errores, ipsis etiam Græcis, qui schisma foverunt, non eodem loco fuisse, ut alibi dicemus. » Atque ut rectius hæc intelligantur, adjungenda, quæ habet paragrapho 16, præcedenti col. 866 : « Nullam apud alios ipsius (*Macarii Ancyrani metropolitæ*) memoriam reperi, quemadmodum nec de Nicolao Selengia, qui iisdem fere temporibus contra Latinos, varias hinc inde collectas auctoritates Patrum, male consutas, pejusque intellectas publicavit. Illæ cum in manus pervenissent Isaiæ Cyprii, examinatæ discussæque, tantum abfuit, ut mentem Selengiæ et Græcorum opinionem comprobarent, ut collectorem summæ ignorantiæ nulliusque judicii hominem arguerent. Quare Epistola ad Nicolaum scripta, idemmet Isaias futilitatis et nugacitatis reprehendit (1). »

Agit de Michaele Glyca Guillelmus Cavus in *Historia litteraria*, tomo I, seu parte I, ad annum 1120, pag. 654; et parte II, pag. 383, editionis Londinensis; et in editione Genevensi ad eumdem annum 1120, parte I, pag. 456, et parte II, pag. 223, ubique cum erroré, sed scriptoribus omnibus communi, qui illum anno 1120 assignarunt. At præter errorem hunc, quem Cavo condonare debemus, licet, si accurate Leonem Allatium *De consensu utriusque Ecclesiæ* legisset, quem tam frequenter citat, corrigere illum potuerat ac debuerat : vel etiam ex Lambecio in mss. codicibus Græcis Epistolarum Glycæ, quos non semel recensuit, emendare eumdem poterat. Sed his non contentus, quod Cavo nostro turpius est, aspersit falsas citationes omnes codicum manuscriptorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, parte II, pag. 383, his verbis, dum loquitur : « Michael Glycas, natione Siculus, claruit anno 1120. Epistolæ LVI maximam partem theologicæ de variis sacræ Scripturæ controversiis, Græce mss. in bibliotheca Vindobonensi aliquoties habentur, nempe codice theologico 67, codice 83, num. 2, fol. 29; codice 155, codice philosophico 103, ubi etiam nonnulla ejus *Capita philosophica* asservantur. Speciatim harum Epistolarum recensionem exhibet Lambecius *Commentariorum* libro IV, pag. 152, etc. Epistola ad Alypium monachum *de Assumptione* beatæ Virginis Deiparæ, exstat separatim codice theologico 265, num. 11, fol. 5. » Ita quidem Cavus. Verum hæc omnia mendacia et falsæ citationes, ad Guilielmi Cavi confusionem et dedecus : exstant enim in mss. codicibus quatuor istis, codice ms. theologico Græco 149, num. 2, 160, de quibus libro IV Commentariorum hujus bibliothecæ pag.

(1) Hanc epistolam habes apud nos in Isaia Cyprio, ad ann. 1139.

152 et 157. Item codice theologico ms. Græco 232, ut habet Lambecius lib. v Commentariorum, pag. 64, et codice sequenti 233, ut idem habet ibidem, pag. 66. Epistola autem ad Alypium monachum *De assumptione B. Virginis Deiparæ* separatim non exstat, ut falso Cavus inquit, sed codice citato 233 cum aliis ejusdem Glycæ epistolis pluribus. Est etiam falsum, quod Cavus addit, *Codice philosophico* 103 ejusdem bibliothecæ *nonnulla etiam ejusdem capita philosophica asservari*, ut mihi conferenti patuit.

CAPUT SECUNDUM.

Quid scribat Carolus Dufrenius de epistolis mss. nomine Joannis Zonaræ et Michaelis Glycæ inscriptis.

Nemo accuratius de *Epistolis* istis diffusius doctiusque disserit Carolo du Fresne, domino du Cange, in Præfatione, quam præmisit *Historiæ Joannis Zonaræ*, quam anno 1686 Græce et Latine edendam Parisiis curavit 2 tomis in folio, typis Regiis ornatissimis, ubi inquit : « Enimvero supra laudata Joannis Zonaræ opera circumferuntur passim in bibliothecis *Epistolæ dogmaticæ*, continentes obscuriorum sacræ Scripturæ locorum explanationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta describit Petrus Lambecius libro IV *De bibliotheca Cæsarea*, quas quidem Joanni Zonaræ quidam codices, alii Michaeli Glycæ ascribunt, adeo ut hactenus incertum maneat, utrius sint : tametsi in eam concedere sententiam videtur Leo Allatius contra Creigthonum pag. 544, ut Glycæ potius illas tribuat, quam Zonaræ, ubi ita scribit : *Hæc et alia Michael Glycas, Epistola satis prolixa ad Joannicium monachum* etc. Hujus etiam Epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus *Exercit.* in Baronium 16, num. 49, sed sub nomine Zonaræ editam, quam Glycæ esse codices antiqui repræsentant. Cujusnam vero sint illæ Epistolæ, quæ sub nomine Glycæ et Zonaræ in mss. prostant, alius erit disserendi locus. Utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quæ nos ab hac inquisitione levasset. Certe Zonaræ has ascribit codex Regius, sed recentior manu scriptus, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), indict. VI, hoc titulo : Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ, καὶ πρωτοσυγκρίτης, καὶ δρουγγαρίου τῆς βίγλης. Continet porro hic codex XLV duntaxat epistolas, quarum prima Joanni Sinaitæ inscribitur, penultima vero, quæ est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imperatoris, scripta videlicet ut profert inscriptio, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ, Εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρόπαιον ἡγεῖσθαι παντάπασιν. Initium vero illius est, Τὰ τῆς μαθηματικῆς etc. Atque in hæcce verba desinit : Ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλή, ὡς εἱμαρμένη καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπαγορεύεται. Καὶ γὰρ τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πλασθέντα λογικὸν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον οὐ φυσικοῖς ἀνάγκαις ὑποκεῖσθαι καταδεξόμεθα, προγνωστικὴν δέ τινα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδοξάσθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν· οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ δεκάλογον ὀρθὸν αὐτοῖς ἀπεχρώμεθα. Istius epistolæ Antapologeticum sequitur in codice Regio, et in Indice Lambeciano, qui hanc Manueli omnino ascribunt hoc titulo : Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρός τινα μοναχὸν, ἐπιμεμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διά γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστῆσαι μάθημα φυσικοῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι. Tum vero illius initium hisce verbis concipitur : Τολμῶν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐλήλυθεν. Καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνούς, καὶ περιεπτυξάμην αὐτῷ, καὶ θερμῶς κατεφίλησα. Τίνος; ἕνεκεν; Ὅτι παναγίᾳ τῷ ὄντι, καὶ ἠρεμαίᾳ φωνῇ, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τοῦ ἀπερισκέπτως οὕτω τοῦ θεοστεφοῦς κατα-βοώμενον κράτους σου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμασα κατά γε τὸ πρόσθεν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὔρυθμον, καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνὸν, οἷς δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, περιπεσὼν, χειροδεθῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τέλεον, etc. Alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonaram, ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus, sub finem vero hæc subduntur : Πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος παύσαιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθήματος, εἴπερ εὐπαράγραπτοί εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες. Ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina, quorum auctoritatibus usus est Epistolarum scriptor. »

« Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοῦ, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσορρήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, Γρηγόριος ὁ Διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης· ἐν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καί τις ὁ φωτίζων τούτοις, καὶ μάρτυς ἀψευδὴς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ex hisce Epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in Notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex codice quem Georgius Douza attulerat Constantinopoli, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur exscripto, qui Joannis Zonaræ nomen præferebat. Zonaræ ascribuntur præterea istæ epistolæ in Indice librorum Græcorum ex codice ms. Regio 2843. Verum duo Cæsarei, quos

lib. v Commentariorum fol. 30 laudat Lambecius, quorum prior Epistolas L, alter LVI continet, Michaelem Glycam auctorem præferunt, hoc lemmate : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς Θείας Γραφῆς. Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hœschelio ex bibliotheca Augustana eodem titulo, et a Jacobo Pontano, qui priores duas Latine reddidit. Sed et ad calcem codicis posterioris Cæsarei hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. Promiscue vero hasce Epistolas sub nomine *Zonaræ* sive *Glycæ* semper laudat Allatius lib. II *De consensu utriusque Ecclesiæ*, cap. 18, num. 17; lib. III, cap. 15, num. 8, cap. 16, num. 24, cap. 18, num. 8, et contra Creigthonem pag. 541 et 544. In quibus quidem locis quasdam ex iis integras descripsit, ita ut cum scribebat, cujus essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. Id duntaxat constat, nonnullarum auctorem, si non omnium, vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico, cujus meminimus, tum ex viris primariis aulæ Constantinopolitanæ, quibus aliquot inscribuntur : atque in iis, Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios omittam, mentio occurrit apud Nicetam in *Alexio Manuelis filio* num. 7 et 9, et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo, cujus pariter Cinnamus meminit libro v, num. 14 et 15.

Falsum porro est, quod scribit Dufrenius allatus, epistolam nempe 38 hujus collectionis esse Manuelis Comneni imperatoris ad Alypium monachum, quem a studio astrologiæ avertere omnimode nititur : nihilque in hoc Collectaneo, quod spectet ad imperatorem hunc, quam *Antapologeticus*, qui nomen ejus præfert, et loco 39 collocatur. Porro cum Alypius astrologia mirum in modum afficeretur, nec studium ejus hortante Michaele Glyca, licet monacho minus conveniens relinquere vellet : Epistolæ Michaelis Glycæ, ne illum exasperaret, respondere nolens, pro responsione habuit, ad sui justificationem, *Antapologeticum Manuelis Comneni imperatoris*, quem inter codices suos habebat, ab annis circiter 300 conscriptum in gratiam astrologiæ, qua delectabatur. Atque hoc modo studium suum commendavit instantius, quam si ipse responsionem propriam Michaeli Glycæ adornasset. Nam hoc modo astrologiam multo magis commendabat, quam imperator Græcus ante trecentos annos defenderat adversus vituperatores et monachum quemdam illi insultantem. *Antapologeticum* igitur esse Manuelis Comneni agnoscimus, at epistolam 38 præcedentem Alypio monacho scriptam fuisse a Michaele Glyca *Adversus astrologiæ studium* constat. Nihil igitur occurrit in his epistolis, quo probetur illas ad Joannem Zonaram pertinere, qui maxime sub Alexio Comneno, qui anno 1118 mortuus legitur, floruit, ac paucis post annis Joanne Alexii filio imperante fatis cessit.

Nec juvatur etiam in conjectura sua in Zonaræ gratiam facta : *Ex viris primariis aulæ Constantinopolitanæ, quibus aliquot inscribuntur : Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios omittat, mentio occurrit apud Nicetam* in Alexio Manuelis filio num. 7 et 9, *et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo, cujus pariter Cinnamus meminit libro* v *num.* 14 *et* 15. Non enim his nominibus veteres hi intelliguntur, sed recentiores ejusdem nominis et dignitatis, qui anno circiter 1450 in imperio Orientali sub Constantino Palæologo, ultimo Græcorum imperatore, dignitatibus his fungebantur : ut constat ex Joanne Duca, cujus historiam in manibus habemus : qui Michaeli Glycæ synchroni cum fuerint, ad illos epistolas dedisse nihil mirum videbitur. Hæc adversus conjecturas Dufrenii pro Zonara factas. Contra autem illorum plurimæ Michaelis Glycæ nomen expressum habent, inscriptæ nonnullæ diserte *Constantino Palæologo imperatori*, qui ab anno 1444 ad 1453 imperium tenuit, aliæ aliis ejusdem temporis viris illustribus.

CAPUT TERTIUM.

Quid de his epistolis editum fuerit, qui codices mss. illarum in diversis bibliothecis, ac de illis quid Petrus Lambecius scribat et sentiat libris IV *et* V *Commentariorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis.*

Ejusdem *Michaelis Glycæ disputatiunculæ duæ* Latine factæ per Jacobum Pontanum soc. Jesu, Ingolstadii, anno 1604, in 4, cum Dioptra Philippi Solitarii, quæ Græce quoque mss. exstant in bibliotheca Cæsarea Viennensi et in Augustana cod. 57 : *Michaelis Glycæ explicationes obscurorum locorum sacræ Scripturæ :* vel ut in imperatoria, ejusdem *Quæstiones et dubitationes in Scripturam*, quæ nondum, quod sciam, impressæ sunt : de quibus loquitur Antonius Possevinus tomo II *Apparatus sacri*, pag. 112. Joannes Baptista Cotelerius in notis ad Opera SS. Patrum, qui temporibus apostolicis floruerunt, col. 77, lit. E inquit : *Quæ etiam citat Michael Glycas in libro posteriore operis* Εἰς τὰ ἄπορα τῆς Γραφῆς, cap. 32. *Exstat id opus ms. in bibliotheca Thuana, compositumque est ex orthodoxa fide S. Joannis Damasceni, adjectis nonnullis aliorum Patrum.* Aliquot etiam tractatus hactenus ineditos recenset Leo Allatius *De consensu utriusque Ecclesiæ*, lib. II, cap. 18, paragr. 17, nempe *Librum ad Maximum Sueniotem de processione Spiritus sancti*, cujus fragmentum habet ibidem lib. III, cap. 2, § 3. *Ad eumdem, an Christus ἀζύμῳ in suprema cœna usus sit. Ad Isaiam monachum de animabus a corpore separatis.* Verum hi omnes tractatus nil aliud mihi esse videntur, quam epistolæ Michaelis Glycæ, in quibus Scripturæ loca quidem obscura vel controversa explicat. Scripsit enim epistolas plures, ex quibus plurima fragmenta, nec contemnenda quidem, non uno in loco adducit Leo Allatius, in opere *De consensu utriusque Ecclesiæ Occidentalis*

lis et Orientalis, lib. III, cap. 15, § 1; cap. 14, § 15, cap. 16, § 24; cap. 18, § 8; libro *De purgatorio*, pag. 28, 49, 789; libro *Adversus Ottingerum*, cap. 18, pag. 320; *De libris ecclesiasticis Græcorum*, pag. 118, 127, 254, 324, ubi notandum est, aliquot ex his epistolis passim sub nomine Zonaræ vel Glycæ ab eo citari.

Τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ τὰ ὕδατα πάντα εἰς τὰς ἑαυτῶν συναγωγὰς συνήχθησαν κατὰ θείαν κέλευσιν, καὶ οὕτως ἐφάνη ἡ ξηρά. Τότε δὴ καὶ παντοίοις αὕτη φυτοῖς τε καὶ δένδρεσι παραδόξως ἐκαλλωπίζετο. Τῷ γὰρ θείῳ δυναμωθεῖσα βουλήματι, ὡς ὁ Νύσσης φησὶν, ἀθρόον ἀπεκύησεν ἅπαντα, οὐ χρόνου δεηθεῖσα πρὸς αὔξησιν τῶν ἐξ αὐτῆς ἀναδιδομένων, ἀλλ' ὁμοῦ τοῖς ἄνθεσι καὶ τοὺς καρποὺς ἐκβλαστήσασα θεαμά τι τερψίθυμον ἦν. Εἰ γὰρ ἀηδές τι πρᾶγμα καὶ παρεκτικὸν ὀδύνης ἡ ἄκανθα, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς· ἡ γῆ καὶ ταύτην ἀνέδωκεν, ἀλλ' ἡνίκα μετὰ τὴν παράβασιν ἤκουσεν ὁ Ἀδὰμ « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. » Ἵνα γὰρ τῷ τερπνῷ τὴν λύπην παρακειμένην ἔχωμεν, κἀκ τούτου τὴν ἁμαρτίαν μνημονεύωμεν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος, διὰ τοῦτο προσεφύη τῷ ῥόδῳ ἡ ἄκανθα. Πρόσεχε οὖν. Εἰ μὴ γὰρ ἤκουσεν ὁ Ἀδὰμ « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, » τάχα ἂν ἡ γῆ καὶ αὖθις φυτὰ παρεῖχέ σοι ἔγκαρπα μὴ δεόμενα χρόνου πρὸς αὔξησιν. Τότε μὲν γὰρ, πρὸ τῆς παραβάσεως δηλονότι, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος, ἐν ἀκαριαίᾳ χρόνου ῥοπῇ ἀπὸ τῆς βλαστήσεως ἀρξαμένη ἡ γῆ, ἵνα φυλάξῃ τοὺς νόμους τοῦ κτίσαντος, πᾶσαν ἰδέαν αὐξήσεως διεξελθοῦσα, εὐθὺς πρὸς τὸ τέλειον ἤγαγε τὰ βλαστήματα. Καὶ λειμῶνες μὲν γὰρ ἦσαν βαθεῖς τῇ ἀφθονίᾳ τοῦ χόρτου, τῶν δὲ πεδίων τὰ εὔκαρπα βρίθοντα τυῖς ληΐοις εἰκόνα πελάγους κυμαίνοντος ἐν τῇ κινήσει τῶν ἀσταχύων ἀπέσωζε. Καὶ ταῦτα μὲν, ἡνίκα ἔλεγεν ὁ Θεὸς « Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου· » ὁπηνίκα δὲ προσετίθει « Καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, ἐπὶ τῆς γῆς, » τότε δὴ, τότε πᾶσαι μὲν λόχμαι κατεπυκνοῦντο, πάντα δὲ ἀνέτρεχε δένδρα, ἐλάται καὶ κέδροι, πεῦκαί τε καὶ κυπάρισσοι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, αἵ τε ῥοδωνιαὶ καὶ μυρσίναι καὶ δάφναι, πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, οὐκ ὄντα πρότερον, εἰς τὸ εἶναι παρήχθη μετὰ τῆς οἰκείας ἑκάστου ἰδιότητος.

Μὴ θαύμαζε δὲ εἴπερ αἱ βοτάναι πᾶσαι οὐκ ἐδώδιμοι. Τὰ γὰρ μὴ χρησιμεύοντα τῷ ἀνθρώπῳ χρήσιμά ἐστι τοῖς δι' αὐτὸν γεγενημένοις ζῴοις. Εἰ δὲ καὶ δηλητήρια πρόσεισιν αὐταῖς, οὐδὲ τοῦτο ξενίζεσθαι χρή. Πολλάκις γὰρ καὶ ταῦτα παθῶν ἰατήρια γίνονται· κεραννύμενα γὰρ ἑτέραις βοτάναις ἀλεξίκακα γίνεται καὶ ὑγείας παρεκτικά. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ μέγας Βασίλειός φησιν ὅτι τῶν δηλητηρίων οὐδὲν ἀργῶς οὐδὲ ἀχρήστως γεγενημένον ἐστὶν, εἰ καὶ τοὺς ἀχαρίστους ἡμᾶς κατὰ τοῦ πεποιηκότος παρασκευάζει φρονεῖν. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἢ τροφὴν παρέχει τινὶ τῶν ἀλόγων, ἢ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς παρὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς παραμυθίαν τινῶν ἀῤῥωστημάτων ἐξεύρηται. Τὸ μὲν γὰρ κώνειον οἱ ψῦλλοι βόσκονται, διὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος τὴν ἐκ τοῦ δηλητηρίου βλάβην ἀπο-

DIES TERTIA.

Die tertia coactæ sunt aquæ omnes vi mandati divini suas ad collectiones, eoque modo siccum apparuit; quod quidem mox admirabiliter omnis generis plantis et arboribus exornabatur. Quippe terra divinæ voluntatis efficacia corroborata, quemadmodum Nyssensis antistes scripsit, hæc omnia subito quasi peperit, non temporis egens intervallo ad incrementum eorum quæ de ipsa exorirentur : sed una cum floribus etiam fructus proferens, jucundum quoddam spectaculum præbebat. Quodsi quis dicat spinam esse rem minime pulchram atque etiam molestam, is sciat eam rerum initio e terra non provenisse, sed post mandati primum divini violationem, cum hæc Adamus audiret : « Infelicem tui labores terram experiantur, sentes atque carduos tibi procreet [13]. » Nimirum ut voluptati dolorem adjunctum habeamus, eaque re peccati nostri nobis subeat recordatio, sicut Basilius ait, idcirco spinæ rosis additæ sunt. Itaque velim mihi animadvertas, quod nisi Adamus audisset, « Infelicem tui labores terram experiantur, » fortasse deinceps quoque frugiferas nobis plantas produxisset, ad incrementum sui nullo temporis spatio indigentes. Nam ante lapsum, ut idem Basilius inquit, momento temporis a germinatione tellus, ut legibus opificis pareret, quavis augescendi specie absoluta, mox fructus maturos proferebat. Itaque prata copioso altoque gramine abundabant, et campi frugiferi segetibus onerati motis earum culmis imaginem fluctuantis pelagi referebant. Et hæc quidem orta sunt, cum diceret Deus : « Edat humus gramineas herbas [14]. » Verum posteaquam adjecit : « Et arbores fructiferas, quæ suo quæque in genere semen suum in terris habeant, » tum vero luci densabantur et quævis arbores oriebantur, abietes, cedri, pinus, cupressi, cæteræ. Præterea rosarum myrtorumque frutices, ac lauri uno temporis momento productæ sunt, suis quælibet cum proprietatibus, cum antea non exsisterent.

Nec mirum tibi videri debet non omnes herbas esculentas esse. Nam si quæ homini maxime non sunt usui, nihilominus aliis animantibus conducunt, quæ propter hominem condita sunt. **12** Ne id quidem novum existimabis, esse illarum in numero quasdam venenatas. Etenim illa quoque sæpenumero certis morbis medentur; nam aliis cum herbis mistæ valetudinem nostram tuentur In hanc sententiam Basilius scribit nullam herbam venenatam sine fructu quodam esse factam, ut nos ingrati eas intuentes impie de rerum opifice sentiamus. Partim namque brutis aliquibus alimentum præbent, partim nobis ipsis per artem medicam ad certorum morborum depulsionem atque remedium serviunt. Etenim cicuta propter peculiarem quamdam sui corporis constitutionem

[13] Gen. III, 17. [14] Gen. I, 11.

sturni vescuntur, nec quidquam ab ejus herbæ veneno læduntur: quippe cum meatus cordi vicini porquam in eis arti sint, citius haustam eam concoquunt quam ejus frigiditas cæteroqui lethalis nocere possit. Itidem elleborus coturnicum cibus est, nihil ex eo detrimenti capientium propter peculiare ipsis temperamentum (4). Interdum usuvenit ut eædem herbæ nobis quoque sint usui; nam per mandragoram somnum medici conciliant, per succum e papaveris scapo inciso expressum dolores acres vehementesque sopiunt. Cicuta nonnullos insanas etiam appetitiones exstinxisse accepimus, et elleboro multos diuturnos morbos abegisse. Quo fit ut quod reprehendendum in creatore putabas, magis te cohortetur quo erga ipsum gratus sis.

A διδράσκοντες· λεπτοὺς γὰρ ἔχοντες τοὺς περὶ τὸ καρδίαν πόρους, φθάνουσιν ἐκπέψαι τὸ καταποθὲν πρὶν τὴν ἀπ' αὐτοῦ ψῦξιν τῶν καιρίων καθάψασθαι. Ἑλλέβορος δὲ ὀρτύγων ἐστὶ τροφὴ, ἰδιότητι κράσεως τὴν βλάβην ἀποφευγόντων. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα ἐν καιρῷ ποτὲ καὶ ἡμῖν χρήσιμα· διὰ μὲν γὰρ τοῦ μανδραγόρου ὕπνον οἱ ἰατροὶ καταπάτσουσιν, ὀπίῳ δὲ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας κατακοιμίζουσιν. Ἤδη δέ τινες τῷ κωνείῳ καὶ τὸ λυσσῶδες τῶν ὀρέξεων κατεμάραναν, καὶ τῷ ἑλλεβόρῳ πολλὰ τῶν χρονίων παθῶν ἐξεμόχλευσαν, ὥστε ὃ ἐνόμιζες ἔχειν κατὰ τοῦ κτίσαντος ἔγκλημα, τοῦτο εἰς προσθήκην εὐχαριστίας περιελήλυθεν.

Inter cæteras autem arbores quarum mentionem fecimus, etiam vitæ prudentiæque tum ortam esse arborem Josephus ait, per quam quid bonum, quid malum esset, dignosceretur. Verum mali bonique cognitionem aliter Chrysostomus noster accipit, uti paulo post intelliges.

B Ἐπὶ μέντοι τοῖς προειρημένοις φυτοῖς καὶ τὸ τῆς ζωῆς ὁ Ἰώσηπος καὶ τὸ τῆς φρονήσεως ἔφησεν ἀναδοθῆναι φυτὸν, ᾧ διαγιγνώσκειν τί τε τὸ ἀγαθὸν εἴη καὶ τί τὸ κακὸν, εἰ καὶ καθ' ἕτερον ἐκλαμβάνει σκοπὸν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς τὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, καθὰ δὴ μαθήσῃ μετὰ βραχύ (5).

Jam de proprietatibus ac discrimine arborum quam longa institui oratio possit? quo pacto quædam ab sole percoquantur, quædam intra cortices abditæ adolescant. Quarum tener fructus est, eæ foliorum tegmen quoddam crassum habent, ut ficus: quarum contra fructus solidior, iis leviora sunt folia, quod in nucibus est videre. Nimirum illi propter debilitatem suam subsidio majori egebant; his densius crassiusque tegumentum propter umbram noxium quoque fuisset. Folium vitis etiam sectum est, ut aeris injuriis obsistere racemus possit et per rimas illas solis radios largiter recipere.

Περὶ δὲ τῆς ἰδιότητος καὶ διαφορᾶς τῶν δένδρων, τί ἂν τις εἴποι πῶς τινὰ μὲν πέπτεται τῷ ἡλίῳ, τινὰ δὲ ἐν ἐλύτροις κεκαλυμμένα πληροῦται; Καὶ ὧν μὲν ἁπαλὸς ὁ καρπὸς, παχὺ τοῦ φύλλου τὸ σκεπαστήριον, ὡς ἐπὶ τῆς συκῆς, ὧν δὲ οἱ καρποὶ στεγανώτεροι, ἐλαφρὰ τῶν φύλλων ἡ προβολὴ, ὡς ἐπὶ τῆς καρύας, ὅτι ἐκεῖνα μὲν διὰ τὸ ἀσθενὲς πλείονος ἐδεῖτο τῆς βοηθείας, τούτοις δ' ἂν πρὸς βλάβην ἐγένετο παχυτέρα ἡ περιβολὴ ἐκ τῆς ἀπ' αὐτῶν σκιᾶς. Πῶς κατέσχισται τῆς ἀμπέλου τὸ φύλλον; Ἵνα καὶ πρὸς τὰς ἐκ τοῦ ἀέρος βλάβας ὁ βότρυς ἀντέχῃ καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀραιότητος ἁψιλῶς ὑποδέχηται.

Præterea merentur admirationem arbores non solum propter diversi, verum etiam ejusdem generis fructuum discrimina. Etenim alias in masculis, alias in feminis fructuum notas agnoscunt ii qui arborum serendarum periti sunt. In palmis certe alias mares, alias feminas esse tradunt. Et quod inauditum quiddam ac novum est, **13** amor in eis naturalis exsistit. Quippe submittit se mari femina, veluti libidine quadam incitata et complexum expetens: deinde quasi sentiens evenisse sibi fruitionem ejus quod expetebat, rursum ramos erigit ac priorem ad formam redit. Solent et curatores arborum ficos silvestres hortensibus adjungere, quo fructus earum inde dulcior reddatur: nam si quid in hortensibus est acerbitatis, id obscura quadam ratione ad silvestres velut ablegatur. Itidem ficos immaturos sive grossos alligantes frugiferis et hortensibus medentur, quo minus earum fructus delabantur atque pereant. Atque hæc fieri opifex hoc modo voluit, abhorrente quadam ratione ab hominum opinione, ut et nos aliquando nostris ab adversariis ad virtutis cultum excitemur. Nam videre est non paucos ex legis

C

D

Θαυμαστὰ δὲ δένδρα καὶ οὐ μόνον δι' ἣν ἔχουσι πρὸς τὰ ἑτερογενῆ τῶν καρπῶν διαφοράν, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὰ δηλαδὴ τὰ ὁμογενῆ. Καὶ γὰρ ἄλλος μὲν χαρακτὴρ τοῦ καρποῦ τῶν ἀῤῥένων, ἄλλος δὲ τῶν θηλειῶν παρὰ τοῖς φυτουργοῖς διακέκριται. Καὶ αὐτοὺς γὰρ τοὺς φοίνικας εἰς ἄῤῥενας καὶ θηλείας διιστῶσι· καὶ τὸ παράδοξον, ἔρως φυσικὸς παρ' αὐτοῖς. Ὑποκύπτει γὰρ ἡ θήλεια τῷ ἄῤῥενι ὀργῶσα τρόπον τινὰ καὶ τῆς συμπλοκῆς ἐφιεμένη, καὶ οὕτως οἷον ἐν αἰσθήσει τῆς ἀπολαύσεως γεγονυῖα καὶ ἀνορθοῦται πάλιν τοὺς κλάδους καὶ πρὸς τὸ πρότερον ἀποκαθίσταται σχῆμα. Ἀλλ' οἱ τῶν τοιούτων θεραπευταὶ καὶ συκᾶς ἀγρίας ταῖς ἡμέροις παραφυτεύουσιν, ὡς ἐντεῦθεν τὸν καρπὸν αὐτῶν γλυκύτερον γίνεσθαι· εἴ τι καὶ γὰρ τοῖς ἡμέροις δριμύτερον πρόσεστι, πρὸς τὰς ἀγρίας ἀδήλως ἐκπέμπεται. Καὶ τοὺς ὀλύνθους δὲ προσδήσαντες τῶν εὐκάρπων καὶ ἡμέρων συκῶν τὴν ἀτονίαν ἰῶνται, ῥέοντα ἤδη καὶ σκεδαννύμενον τὸν καρπὸν τοῖς ὀλύνθοις ἐπέχοντες. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ ποιητὴς αὐτῶν οὕτω παραδόξως γίνεσθαι συγκεχώρηκεν, ὡς καὶ ἡμᾶς πολλάκις ἐκ τῶν ἀντικειμένων ἡμῖν εὐτονίαν λαμβάνειν πρὸς αὐτήν γε τῶν ἀρετῶν τὴν

(4) Lucretius:
Præterea nobis veratrum est acre venenum;
At cavris adipes et coturnicibus suavi

(5) *Ἐπὶ μέντοι . . . . μετὰ βραχύ.* Ex V. Deerant in aliis.

ἐπίδειξιν· οὐκ ὀλίγοι γὰρ αὐτῶν ἐννόμως αἱροῦνται ζῆν, κἂν ἐν δόγμασι σφάλλωνται. Ἀλλὰ καὶ φοῖνιξ καρπὸν μὲν ἀποφέρων γλυκὺν, ἐν ἁλμυροῖς δὲ τόποις ὡς τὸ πολλὰ εὑρισκόμενος, αὐτὸ τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ δυνάμεθα τὰ κατὰ γνώμην μὴ διαφθείρειν, κἂν ἐν τοῖς ἐναντίοις τισὶ συνδιάγωμεν.

quidem præscripto vitam agere, qui tamen in doctrina suos quosdam errores habeant. Quin et illa de qua diximus palma, cum dulcem fructum ferat ac nihilominus in amaro plerumque solo reperiatur, significare videtur posse nos animis incorruptos manere, quamvis inter eos deganus qui moribus a nobis dissideant.

Ὅρα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τὰ εὐώδη πάντα, ὅταν σκόροδα καὶ κρόμμυα τούτοις παραφυτεύηται, εὐωδέστερα γίνεται, διότι πᾶν εἴ τι δριμὺ καὶ δύσοσμον ἐν τούτοις ἐστὶν, ἐν τοῖς δριμυτέροις τῶν σπερμάτων φυσικῶς ἀπορρεῖ, καὶ γίνεται τὸ καταλειφθὲν εὐωδέστατον. Ἀλλὰ καὶ τὸ πήγανον ὑπὸ τῇ συκῇ φυτευόμενον δριμύτερον ἑαυτοῦ γίνεται· μετατίθεται γὰρ εἰς αὐτὸ τὸ ἐν τῇ συκῇ βαρύοσμον, κἀντεῦθεν βελτίω τὰ σῦκα γίνεται. Ἀλλὰ καὶ κρέη τινὰ παρὰ τῇ συκῇ κρεμαννύμενα εὔθρυπτα γίνεται. Τὸ γὰρ φυτὸν, ὡς εἴρηται, ἡ συκῆ ἁπάντων ἐστὶν ὀπωδέστατον. Θερμὸν πνεῦμα καὶ δριμὺ καὶ τμητικὸν ἀφίησι, καὶ τοῦτο θρύπτει καὶ πεπαίνει τὴν σάρκα τοῦ ὄρνιθος. Ὅθεν καὶ τῶν ταύρων ὁ χαλεπώτατος συκῇ προσδεθεὶς ἡσυχίαν ἄγει καὶ ψαύσεως ἀνέχεται, καὶ ὅλως ἀφίησι τὸν θυμὸν ὥσπερ ἀπομαραινόμενος. Τοῦτο γοῦν τὸ πνεῦμα καὶ τοῖς κρέασι προσπίπτον διαιρεῖ τὴν σάρκα καὶ περιθρύπτει. Διὰ ταῦτα καὶ πρὸ τῆς γλυκείας συκῆς ἕτερα σῦκα λεγόμενα ὄλυνθοι τὴν ἄχρηστον ὑγρότητα τοῦ φυτοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἕλκοντα χρηστοτέραν ἀφίησι. Διὰ τοῦτό φησι καὶ ἡ Γραφὴ « Ἡ συκῆ ἐξήνεγκε τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, » τουτέστιν, ἡ ψυχὴ διὰ καθάρσεως τὸ ἄχρηστον ἅπαν ὥσπερ ὄλυνθον ἐξήνεγκε καὶ ἀπωχέτευσεν.

Præterea disce, fili dilecte, quasvis res fragrantes, si ad eas in propinquo allium et cepæ serantur, magis etiam odoratas reddi. Nam quidquid in fragrantibus nimis acris aut gravis odoris est, naturali ratione quadam ad semina illa acriora quasi defluit, quodque reliquum est, fragrantissimum ac suavissimum efficitur. Etiam ruta sub ficu si seratur, scipsa fit acrior; nam quod gravis est odoris in ficu, ad ipsam transfertur, qua ipsa causa fici meliores efficiuntur. Neque tantum hoc accidit in ruta, sed etiam certæ carnes ad ficum appensæ molliores delicatioresque redduntur. Nam ficus arbor, uti diximus, inter omnes alias succi plenissima est. Quamobrem halitum ex se calidum, acrem, secandi penetrandique vim habentem emittit; qui quidem avium quarumdam carnes mollit ac nonnihil coquit. Eadem ex causa fit quod etiam ferocissimi tauri ad ficum allegati quiescunt et tangi se patiuntur omnique prorsus iracundia remissa tantum non marcescunt. Igitur idem halitus iste in carnes incidens eas quasi dividit ac teneriores facit. Itidem ante fructus arboris hujus dulces ortæ ficus immaturæ, quas grossos dicimus, inutilem ejus humorem attrahunt, relicto succo qui melior est. Propterea sacris in Litteris dicitur : « Ficus grossos suos extrusit [15], » hoc est, tanquam grossum extrusit et extra se emisit.

Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτό σε παραδραμεῖν ἄξιον· λόγος γάρ τις ἐστὶ καὶ τὸ ἤλεκτρον ὀπὸν εἶναι φυτῶν εἰς λίθου φύσιν ἀποπηγνύμενον. Ἀλλὰ καὶ τὰ μὲν τῶν φυτῶν ἀειθαλῆ γέγονε, τὰ δὲ γυμνούμενα, καὶ τῶν ἀειθαλῶν τὰ μὲν φυλλοβόλα, τὰ δὲ ἀείφυλλα. Καὶ φυλλοβόλα μὲν ἐλαία καὶ πίτυς (λεληθότως γὰρ ὑπαλλάσσει τὰ φύλλα, ὡς μηδέποτε δοκεῖν τῆς κόμης ἀπογυμνοῦσθαι), ἀείφυλλον δὲ ὁ φοῖνιξ, τὸ αὐτὸ φύλλον ἐκ τῆς πρώτης βλαστήσεως συμπαραμένον ἔχει εἰς τέλος. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ne id quidem omitti a nobis debet. Aiunt electrum nihil aliud esse quam succum arborum in lapideam [14] quasi quamdam naturam duratum. Præterea nonnullæ sic conditæ sunt arbores ut semper floreant, nonnullæ foliis nudentur. Iti'em ex iis quæ semper florent, quædam abjiciunt folia, quædam ea perpetuo retinent. Abjiciunt verbi gratia olea et pinus : nam tacite quasi ac latenter folia pro aliis alia sic consequuntur, ut nunquam comis suis denudari videantur. Palma vero perpetuo finem usque retinet. Ac de his quidem hactenus.

Μὴ θαύμαζε δὲ, ἀγαπητὲ, εἴπερ ἡ ἁγία Γραφὴ φησιν εἰς μίαν συναγωγὴν συναχθῆναι τὸ ὕδωρ, ποῦ δὲ εἰς συναγωγάς· καὶ τοῦτο γὰρ κἀκεῖνο γέγονε, καὶ οὐκ ἐναντιοῦται πρὸς ἄλληλα. Ὁ μὲν οὖν Θεοδώρητός φησιν ὅτι καλῶς εἶπε καὶ συναγωγὴν καὶ συναγωγὰς ἐπὶ τῶν ὑδάτων· τὰ γὰρ πελάγη κατὰ τὴν ἔξω ἐπιφάνειαν διῃρημένα δοκοῦσιν (ἄλλο γὰρ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος καὶ ἄλλο τὸ Ὑρκανικὸν), κάτωθεν δὲ συνήρμοσται διά τινων ὑπογείων πόρων. Ἔξωθεν δὲ τὸ μέγα πέλαγος ἐπίκειται, τουτέστιν ὁ Ὠκεανὸς, τὸ καὶ Ἀτλαντικὸν καλούμενον. Καλεῖται δὲ οὕτως διὰ τὸ ἐκεῖσε ὄρος τὸν Ἄτλαντα. Τοσοῦτον δὲ ὁ Ἄτλας οὗτος ὑψηλός ἐστιν

Nec vero mirum tibi videatur Litteras sacras nunc in unam collectionem aquam esse coactam dicere, nunc in collectiones; nam cum utrumque factum sit, nihil hæc inter se pugnant. Ac Theodoritus quidem ait recte aquarum et collectionem et collectiones dici; nam maria quod exteriorem superficiem attinet, a se invicem esse divisa videntur. Quippe aliud est Indicum mare, aliud Hyrcanicum, quæ tamen inferius per subterraneos quosdam meatus inter se conjunguntur. Extra hæc autem magnum illud mare situm est, quod Oceanum dicimus et Atlanticum pelagus; quod nomen est ei ab Atlante inditum, qui mons tantæ

[15] Cant. II, 13.

sublimitatis est ut apud poetas cœli columna vocetur. Nemo verticem ejus vidit propterea quod illa nive tecta sit. Hæc Theodoriti est sententia. Magnus autem Basilius noster inquit recte dictum in collectionem unam. Nam ut aqua confluens ea loca non demergeret a quibus recipitur, nec semper quasi progrediendo aliaque post alia loca replendo tandem continuo tractu continentem universam inundaret, idcirco dixit Deus : « Coeant aquæ unam in collectionem [16], » hoc est, ab hac aqua nulla se segreget, sed quod modo colligitur in hac prima collectione persistat. Sic et Salomonicus ille concionator inquit : « Omnes torrentes in mare pergunt, neque tamen idcirco mare completur [17]. » Nam ipsam quoque fluxionem suam aquæ hoc ex mandato Dei consecutæ sunt, cum diceret : « Coeant aquæ. » Ab eadem lege principe profectum est quod intra limites suos mare circumscriptum manet. Adverte animum, mi fili : « Coactæ sunt, ait Moses, unam in collectionem aquæ, ac siccum apparuit [18]. » Quia enim terra cerni non poterat, et rudis ac informis erat, dum in ejus superficie fluitaret aqua, propterea suas in collectiones aqua coacta cerni tandem cœpit terra prius inaspectabilis. Quo quidem tempore mandato divino exornata est omnigenis stirpibus, uti supra indicabamus.

Quodsi etiam quæris, quamobrem ita particulatim terra suum ornamentum consecuta sit, non statim ab initio prorsus ab omnibus rebus instructa **15** prodierit, equidem ejus tibi rei causam explicabo, vel potius non ego, sed Joannes Chrysostomus. Nam cum terra sit parens et altrix hominum, quando ex ea cuncti sunt orti et in eam redeunt, et quando ea quamvis fructum nobis largitur, ne illi omnia tribuerentur, eaque de causa cultus quidam accederet tanquam vi facultateque sua tot bona nobis proferenti, idcirco Deus illam primum aqua tegit et inornatam rudemque condit ; deinde aquam in collectionem unam cogit, atque hoc tandem modo terram instruit.

Hoc etiam a nobis inquiri pretium operæ fuerit, ubinam aqua collecta fuerit, ut siccum deinceps conspiceretur, si quidem universa terræ superficies quemadmodum sacræ Litteræ tradunt, ab aquis occultabatur. De hoc Justinus ille philosophus ac testis Christi, magnusque Basilius dicunt mandato divino tum concavitates quasdam esse factas. Cujus rei testes sint insulæ, nullis certis descriptæ locis, quæ passim reperiuntur. Eæ concavitates intra se demissam aquam receperunt. Quod nisi factum fuisset, non dixisset Moses adapertum siccum apparuisse. Quin etiam (o insignem Dei curam de nobis ac providentiam !) hujusmodi concavitatibus insulas adjunxit. Cur id, quæso ? Ut tempestatibus jactati homines istic requiescerent, quoties longioribus itineribus sese dederunt.

[16] Gen. I, 9. [17] Eccle. I, 7 [18] Gen. I, 2.

A ὡς καὶ κίονα τοῦ οὐρανοῦ παρὰ τοῖς ποιηταῖς λέγεσθαι · οὗ τὴν κεφαλὴν οὐδεὶς ἑώρακε διὰ τὸ χιόνι καλύπτεσθαι. Καὶ οὕτω μὲν ὁ διαληφθεὶς Θεοδώρητος, ὁ δὲ μέγας Βασίλειός φησιν ὅτι καλῶς εἶπεν εἰς μίαν συναγωγήν. Ἵνα γὰρ μὴ τὸ ἐπιῤῥέον ὕδωρ τῶν δεχομένων αὐτὸ χωρίων ὑπερχεόμενον μετεκβαίνοι ἄν, καὶ ἄλλα ἐξ ἄλλων πληροῦν πᾶσαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπικλύσῃ τὴν ἤπειρον, « Συναχθήτω τὰ ὕδατα » εἶπεν « εἰς συναγωγὴν μίαν, » τουτέστιν ἄλλη ἀπὸ ταύτης μὴ ἀπογευηθήτω, ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συλλογῇ ἀπομεινάτω τὸ συναγόμενον. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς φησιν ὅτι πάντες οἱ χείμαῤῥοι πορεύονται εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἐμπιπλαμένη, ἐπειδὴ καὶ τὸ ῥεῖν τοῖς ὕδασι διὰ τὸ θεῖον πρόσταγμα· « Συναχθήτω » γάρ φησι « τὰ ὕδατα. » Καὶ τὸ εἴσω δὲ
B τῶν ὅρων περιγεγράφθαι τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς πρώτης νομοθεσίας ἐστί. Πρόσεχε, ἀγαπητέ. Συνήχθη τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. » Ἐπειδὴ γὰρ ἀόρατος ἦν ἡ γῆ καὶ ἀκατασκεύαστος ἅτε τοῦ ὕδατος ἐπιπολάζοντος αὐτῇ, διὰ τοῦτο τὸ ὕδωρ συνήχθη εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτοῦ, καὶ οὕτως ὁρατὴ γέγονεν ἡ ἀόρατος οὖσα τὸ πρότερον. Τότε δή, τότε καὶ φυτοῖς παντοίοις ἐκαλλωπίζετο θείῳ προστάγματι, ὡς ἄνωθεν εἴρηται.

Εἰ δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν ἐπιζητεῖς οὕτω κατὰ μέρος ἡ γῆ τὸν οἰκεῖον ἐδέχετο κόσμον καὶ οὐκ ἐξ
C ἀρχῆς αὐτῆς ἀπηρτισμένη παρήγετο, ἐγώ σοι ἐρῶ, μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγώ, ἀλλ' ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ γῆ μήτηρ ἡμῶν ἐστι καὶ τροφός, ἐπειδὴ πάντες ἐξ αὐτῆς γεγένηνται καὶ εἰς αὐτὴν αὖθις ἐπιστρέφουσιν, ἐπειδὴ πᾶσαν ἀπολαύειν ἡμῖν αὕτη χαρίζεται, ἵνα μὴ τὸ πᾶν αὐτῇ λογισθῇ κἀντεῦθεν σέβας αὐτῇ προσαχθῇ, δυνάμει δῆθεν οἰκείᾳ τοσούτων ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίᾳ γεγενημένῃ, διὰ τοῦτο πρῶτα μὲν ἐπικαλύπτει ταύτην τῷ ὕδατι καὶ ἀκατάσκευον ποιεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ὕδωρ εἰς μίαν ἐπισυνάγει συναγωγὴν, καὶ οὕτως ὀφθῆναι παρασκευάζει αὐτήν.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ζητῆσαι ἄξιον, ποῦ συνήχθη τὸ ὕδωρ, ὡς ἐντεῦθεν ὀφθῆναι τὴν ξηράν, εἴγε τὸ πρόσωπον ἅπαν τῆς γῆς, ὥς φησιν ἡ Γραφή, τοῖς
D ὕδασιν ἐκαλύπτετο. Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος καὶ μάρτυς Χριστοῦ ὁ μέγας τε Βασίλειός φασιν ὅτι κοιλότητες ἐγένοντο τηνικαῦτα κατὰ θείαν κέλευσιν (καὶ τοῦ λόγου μάρτυρες ἀπαράτρεπτοι αἱ κατὰ τόπους εὑρισκόμεναι νῆσοι), καὶ οὕτως αὗται τὸ ὕδωρ ὑποχαλασθὲν ἐδέξαντο. Εἰ μὴ γὰρ συνήχθη τὸ ὕδωρ ἐν ταῖς τοιαύταις κοιλότησιν, οὐκ ἂν ἀποκαλυφθῆναι ἔφθασεν ἡ ξηρά. Ἀλλὰ, κηδεμονίας Θεοῦ ! καὶ νήσους γὰρ ταῖς κοιλότησι προσεῖναι παρεσκεύασε. Τίνος ἕνεκεν ; Ὥστε τοὺς ναυτιλλομένους ἐκεῖσε διαναπαύεσθαι, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ὁδοιπορίαις μακραῖς, ἑαυτοὺς ἐκδιδόασι.

Μὴ θαύμαζε δὲ εἴγε ποτίμων ὄντων τῶν εἰς τὴν θάλασσαν εἰσρεόντων ὑδάτων ἁλμυρὰ μόνη αὕτη καὶ ἄποτος δείκνυται. Διὰ γὰρ τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν παρακειμένην αὐτῇ καὶ οἱονεὶ παρακαίουσάν τε καὶ παραφρύγουσαν, καὶ τὴν ἁλμυρὰν αὐτῇ ἐμποιοῦσαν ποιότητα, ὥσπερ τι περίττωμα τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ ὑφίσταται. Ἔδει μὲν οὖν καὶ τὸ τῶν ποταμῶν ὕδωρ ἐξατμιζόμενον καὶ παραφλεγόμενον ἁλμυρὸν δείκνυσθαι· ἀλλ' ἡ διηνεκὴς κίνησις τοῦτο οὐ συγχωρεῖ. Ἐκείνη δὲ ἐν τόπῳ κοίλῳ περιλιμνάζουσα καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσα, ἑτοιμοπαθής ἐστι τοῖς αἰτίοις τῆς ἁλμυρότητος. Τοῦτον μέντοι τὸν λόγον ἐπιβεβαιοῖ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης λέγων· « Ὁ μὲν οὖν Ὠκεανὸς πότιμος ὢν καὶ γλυκύτατος ἐπιχορηγεῖ τὸ ὕδωρ τῇ θαλάσσῃ· χρονίζων δὲ ὅμως καὶ ἑστὼς ἀκίνητος πικρὸς γίνεται, τοῦ ἡλίου ἀεὶ τὸ λεπτότερον ἀνιμωμένου καίπερ ἐκ τῶν σιφώνων, ὅθεν καὶ τὰ νέφη συνίστανται καὶ οἱ ὄμβροι γίνονται διὰ τῆς διηθήσεως γλυκαινομένου τοῦ ὕδατος. » Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης ἐν τῇ Ἑξαημέρῳ αὐτοῦ διέξεισι λέγων· « Ἡ δὲ θάλασσα γλυκεῖα ἦν κατ' ἀρχὰς καὶ νᾶμα πότιμον ἔχουσα· ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ καὶ τοῖς στοιχείοις τὴν ἀλλοίωσιν ταύτην ἐδέξατο. » Ὁ γὰρ ἥλιος, ὡς εἴρηται, τῇ οἰκείᾳ θερμότητι ἐξατμίζων τὴν θάλασσαν, καὶ τὸ γλυκύτερον ἕλκων καὶ κουφίζων πρὸς τὸν ἀέρα, κάτω τὸ ἁλμυρώτερον ἐᾷ καὶ βαρύτερον. Ὅτι δὲ παχύτερόν ἐστι τὸ θαλάττιον ὕδωρ τῶν ποταμίων ὑδάτων, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα παρίστησιν· ἐν μὲν γὰρ τοῖς ποταμοῖς οὐ δύνανται πλοῖα βαρὺν ἔχοντα φόρτον πλεῖν, ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ ἐλαφρῶς ταῦτα βαστάζονται διὰ τὴν ὑποκειμένην παχύτητα.

Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τοῦτο δέον εἰδέναι σε, ὅτι πάντα τὰ ὕδατα τά τε πηγαῖα καὶ φρεατιαῖα ἐκ τῆς θαλάττης ἔχουσι τὰς ἀρχάς. Ἡ γὰρ γειτνοῦσα τῇ θαλάσσῃ γῆ διάτρητός ἐστι καὶ ὑπόνομος, ὥσπερ τινὰς φλέβας ἔχουσα, δι' ὧν ἐκ τῆς θαλάσσης δεχομένη τὰ ὕδατα τὰς πηγὰς ἀναδίδωσι. Πρὸς οὖν τὴν ποιότητα τῆς γῆς καὶ τὸ τῶν πηγῶν ὕδωρ ἄνεισι. Κατὰ τοῦτο καὶ ὕδατα ὀξώδη ἢ ἐλαιώδη, τερφρώδη, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τὰ πάντα γὰρ τῆς ποιότητος ἐκεῖθεν μετέχουσιν ἀφ' ἧς γῆς διέρχονταί τε καὶ ἀνέρχονται. Οὕτω μὲν οὖν καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα διὰ πυρώδους γῆς διερχόμενα, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος, ἢ στενοχωρούμενα καὶ βίᾳ ῥηγνύμενα, τὴν ζέσιν ἐκεῖθεν ἐφέλκονται. Αἱ μέντοι μεγάλαι πηγαὶ διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον ἐν ὄρεσι γίνονται, ὅτι μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ ὄρους γίνεται κορυφῆς ἡ ἀπὸ τοῦ βάθους ὁλκὴ καὶ ἀναθυμίασις, καὶ μᾶλλον εἰ σομφώδες τύχῃ τὸ ὄρος εἶναι καὶ πρὸς τὴν ὁλκὴν ἐπιτήδειον. Εἶτα καταῤῥέον ἔνθεν κἀκεῖθεν τὸ ὕδωρ, καὶ ἔν τινι τόπῳ συῤῥεῦσαν, τὴν γῆν ἐκεῖσε ῥήγνυσι καὶ οὕτω μετὰ βίας ἐξέρχεται. Ἀένναος δὲ ἡ πηγή, ὅτι καὶ διηνεκὴς ἡ ἀπὸ τοῦ βάθους παρὰ τοῦ ἡλίου ὁλκή. Καὶ μαρτυροῦσι τῷ λόγῳ τὰ μέγιστα τῶν ὀρῶν, ὅ τε Καύκασος, ὁ Παρνασσός, ἡ Πυρήνη, καὶ ὅσα τοιαῦτα· μέγιστοι

A Nec est quod mireris aquas quidem in mare fluentes dulces ac potabiles esse, ipsum autem mare tantum amarum nec ulli ad potum usui. Nam propter exhalationem illam fumosam, quæ in eo fit, quæque veluti spumeum efficit et accendit mare ac qualitatem ei amaram indit, tandem aqua salsa reliquiarum quasi quarumdam instar relinquitur. Et fluvialis quidem aqua nihilo secius salsa redderetur, cum et ipsa sentiat exhalationes ac uratur; verum id motus ipsius perpetuus haud concedit. At mare concavo in loco restagnans, et seorsum manens et insistens, facile salsuginis causas admittit. Hanc rationem nostram Joannes Damascenus confirmat, cum inquit: Oceanus cæteroqui potabilis ac dulcis mari aquam suppeditat. Verum B cum ea diu jam uno insistat loco nec moveatur, amarescit, sole scilicet perpetuo quod subtilius est exhauriente, itemque siphonibus quasi quibusdam, unde nubes exsistunt et pluviæ gignuntur, aqua veluti percolatione quadam edulcata.» Eodem modo et Sinaites Anastasius in commentario suo de sex primorum dierum **16** operibus hanc rem explicat. «Mare, inquit, erat initio dulce, liquoremque potabilem continebat; sed deinceps a temporibus diuturnitate ac elementis ipsis eam mutationem accepit, quam modo experimur.» Nam sol calore suo maris exhalationes quasdam efficiens, ac partem ejus dulciorem attrahens et in aera tollens, quod gravissimum est atque salsius, inferne relinC quit, et crassiorem maris aquam esse quam sint aquæ fluviatiles, ipsa res docet. Nam in fluminibus admodum onerata navigia vehi nequeunt, cum ea mare leviter admodum gestet ob crassitiem videlicet suam.

Præter hæc illud etiam tibi sciendum est, omnes aquas, sive fontanas sive puteales, e mari suam originem habere. Nam vicina mari terra foraminosa est, multisque cuniculis abundat, qui sunt ei venarum instar, per quas e mari receptis aquis fontium scaturigines emittit. Quare pro qualitate soli etiam fontium aqua comparata est. Quo fit ut aquæ quædam aceti, quædam olei, quædam cinereum saporem aliosque tales referant. Nam ejus soli qualitatem accipiunt quod permeant et D de quo ebulliunt. Sic aquæ calidæ, quemadmodum Basilius ille magnus ait, vel igneum quoddam solum penetrantes; vel in artum pressæ vique collisæ, fervorem illum accipiunt. Eadem de causa magni fontes plerumque in montibus oriuntur, quod ad ipsius etiam montis verticem attractio quædam et exhalatio de partibus imis fiat præsertim, si mons cavernosus forte sit et ad hanc attractionem idoneus. Deinde hac et illac demanans aqua, et quodam in loco confluens, terram istic perrumpit ac vi exit. Et perennes sunt hi fontes, quia perpetuo fit ab imo solis attractio. Verum hoc esse montes longe maximi testantur, nimirum Caucasus, Parnassus, Pyrene, cæteri; nam ex eis amnes amplissimi promanant, de magnis orti fontibus. Et quid

hac de re prolixius disseri opus est? Omnis amnium fluxionis, omnis reciprocationis, aliarumque rerum in fluviis quæ motus et causas naturales habent, sol auctor est, a Deo efficacitatem hanc omnigenam consecutus. Ille naturali quadam vi facultateque sua et caloris abundantia humores imos commovere potest. Quo fit ut verno æstivoque tempore propius ad nos accedens succum in arboribus sursum trahat, easque frugiferas reddat. Ejus est æstas, autumnus, hiems.

Nili incrementa per æstatem fiunt. Quippe tum nubes omnes a ventis ad torridam usque zonam abiguntur, ubi vehemente copiosaque pluvia delapsa turgescit Nilus, nec se pro flumine haberi vult amplius. Nam ripas suas egreditur, et Ægyptum exundatione quasi marina quadam operit. Et dulcis ille quidem est, tanquam a pluviis ortus, **17** sed tepidus, uti cujus ab æstu sit principium. Eadem de causa reliquorum amnium de more nullas auras præbet. Nam cum nubes, ut antea diximus, a ventis anniversariis abigantur, vapor omnis residuus ab eorum locorum æstu consumitur; quæ ratio est quamobrem auræ a Nilo nullæ proveniant. Quodsi de quorumdam opinione liquescentibus a nivibus augesceret, haud dubie largas eæ regiones auras ex Nilo haberent. Atque hoc Nili prodigium a nobis commemoratum, sicut Anastasius ille noster ait, fieri vult Deus, ut priscæ mundi hujus creationi fides habeatur. Quis enim Nilum cernens Ægyptum inundantem ac rursus intra pristinas ripas suas redeuntem, non etiam de illo die certus sit, quo coacta in collectionem unam aqua siccum apparuit?

Quin etiam in finitimis Ægypto locis, nimirum aquis inaccessis, quæ sunt in Pentapoli barbarica, lapidum natura sursum tendens ac natans illos coarguit homines, qui non credunt Deum terram hanc ingenti pondere gravem super aquarum naturam veluti suspendisse. Itidem in montibus qui Lycii dicuntur, aqua et ignis simul conjuncta non dividendam in Christo duarum naturarum unionem, divinæ, inquam, et humanæ, nobis ostendunt. Quo pacto quis opificem ob hæc ex dignitate celebrare possit? Nam cum varii sint morbi qui nobis accidunt, etiam multiplices aquæ calidæ de terra scaturiunt, quæ iisdem medentur. Quippe nonnullæ ipsarum nervos laxant, nonnullæ constringunt et laxatos vicissim tendunt; aliæ vim pituitæ, aliæ bili nigræ contrariam habent; aliæ denique præstant usum alium, idque de mandato ipsius earum auctoris, utut erga eum optime de nobis merentem ingrati nos simus.

Et quo quidem pacto aquæ calidæ de locis subterraneis scaturiant, superius est indicatum. Fuerit autem operæ pretium hoc loco narrationis nostræ verba quædam inseri, quæ Patricius Prusensis

(6) Ms. Fontebr. ἐπειδὴ γὰρ πολυειδῆ τυγχάνει τὰ ἐμπίπτοντα ἡμῖν νοσήματα, πολυειδῆ καὶ τὰ ἐκ

A γὰρ ἐκεῖθεν ῥέουσι ποταμοὶ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες ἀπὸ τῶν μεγάλων πηγῶν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Πάσης ποταμῶν ῥύσεως καὶ ἀμπώτιδος, καὶ τῶν ὅσα φυσικὰς ἔχει τὰς κινήσεις καὶ τὰς ἀρχὰς, πάντων αἴτιος ὁ ἥλιός ἐστι, παρὰ Θεοῦ τὴν παντοδαπῆ ταύτην λαβὼν ἐνέργειαν. Ὅρα γὰρ ὅτι φυσικῇ δυνάμει καὶ περιουσίᾳ θερμότητος ἑλκτικός ἐστι τῆς ἐν τῷ βάθει ὑγρότητος. Ὅθεν ἔαρος καὶ θέρους πλησιάζων ἡμῖν ἀνέλκει τὴν ἐν τοῖς δένδροις ἰκμάδα καὶ ἔγκαρπα ταῦτα ποιεῖ. Αὐτοῦ τὸ θέρος, αὐτοῦ τὸ μετόπωρον ὅ τε χειμὼν καὶ τὰ λοιπά.

Ὁ μέντοι Νεῖλος, ἀγαπητὲ, κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν αὔξεται· παντὸς γὰρ νέφους ὑπ' ἀνέμων ἐλαυνομένου μέχρι τῆς κεκαυμένης ζώνης, κἀντεῦθεν ὑετοῦ λάβρου ῥηγνυμένου, ὀργᾶται Νεῖλος B καὶ ποταμὸς εἶναι οὐκ ἀνέχεται· τῆς γὰρ οἰκείας ὄχθης ἐξέρχεται καὶ καταθαλαττίζει τὴν Αἴγυπτον. Καὶ γλυκὺς μὲν ὁ Νεῖλος (ἐξ ὄμβρων γὰρ), χλιαρὸς δὲ ὡς ἐκ θερμότητος ἀρξάμενος. Κατὰ τοῦτο καὶ αὖρας οὐκ ἀναδίδωσιν, ὡς οἱ λοιποὶ ποταμοί· τῶν γὰρ νεφῶν ἐλαυνομένων, ὡς εἴρηται, ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, ἡ ἐμπεριεχομένη τούτοις ἀτμὶς ὑπὸ τοῦ κατὰ τόπους πυρώδους ἅπασα ἐξικμάζεται, καὶ τούτου χάριν ὁ Νεῖλος αὖρας οὐκ ἀναδίδωσιν. Εἰ δὲ, καθάπερ τινὲς ᾠήθησαν, ἀπὸ χιόνος τηκομένης αὐξόμενος ἦν, αὖραι ἂν ἐκεῖθεν δαψιλεῖς ἀνεπέμποντο. Τὸ μέντοι κατὰ τὸν Νεῖλον, ἀγαπητὲ, θαῦμα, καθά φησιν ὁ θεῖος Ἀναστάσιος, πρὸς πίστωσιν τῆς ἀρχαίας κοσμοποιίας γίνεσθαι συνεχώρησεν ὁ C Θεός· τίς καὶ γὰρ ὁρῶν τὸν Νεῖλον καταθαλαττίζοντα τὴν Αἴγυπτον καὶ αὖθις ἀποκαθιστάμενον, οὐκ ἂν καὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης πίστιν λάβῃ καθ' ἣν εἰς μίαν συναγωγὴν τοῦ ὕδατος ἐπισυναχθέντος ἐφάνη ἡ ξηρά.

Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πλησιοχώροις αὐτοῖς τῆς ἐν Πενταπόλει τῇ βαρβαρικῇ ἀδύτοις ὕδασιν ἡ τῶν λίθων φύσις ἀνωφερὴς ἐπιφερομένη αὐτοὺς ἐκεῖθεν ἐλέγχει τοὺς μὴ πιστεύοντας ὅτι ἐπὶ τῶν ὑδάτων ὑπὲρ φύσιν ὁ Θεὸς τὴν βαρεῖαν ταύτην γῆν ἀπηώρησεν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λεγομένοις Λυκίοις ὄρεσι τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ ὁμοῦ συνιόντα τὴν ἀδιαίρετον ἐπὶ Χριστοῦ τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν, τῆς θεότητός φημι καὶ ἀνθρωπότητος, ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσιν. Ἀλλὰ πῶς ἐπὶ τούτοις τὸν ποιητὴν εἰκότως ἂν τις ὑμνήσειεν; Ἐπειδὴ γὰρ πολυειδῆ τυγχάνει τὰ ἐμπίπτοντα ἡμῖν νοσήματα, πολυειδῆ καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενα θερμὰ ὕδατα. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν χαυνοῖ τὰ τεταμένα τῶν νεύρων, τὰ δὲ σφίγγει καὶ τονοῖ τὰ λελυμένα· καὶ τὰ μὲν φλέγματι πολέμια, τὰ δὲ μελαίνῃ χολῇ· καὶ ἄλλα πάλιν ἄλλην χρείαν παρέχουσι τῇ κελεύσει τοῦ παραγαγόντος αὐτὰ, κἂν ἡμεῖς ἀχάριστοι περὶ τὸν εὐεργέτην φαινώμεθα.

Καὶ ὅπως μὲν, ἀγαπητὲ, καὶ ποίῳ τρόπῳ θερμὰ κάτωθεν ἀνέρχοντσι ὕδατα, εἴρηται ἄνωθεν, ἀναγκαῖον δὲ συμπαρειλῆφθαι τῷ λόγῳ ὅπερ Πατρίκιός τις ἐπίσκοπος Προύσης (6) εὕρηται λέγων περὶ τῶν

τῆς γῆς· Προύσης ἀπὸ λόγου τοῦ ἁγίου Διονύσου περὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων διέξεισι. Quis vero fuerit

θερμῶν ὑδάτων· πῦρ γὰρ καὶ ὕδωρ ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι λέγει, ὡσαύτως καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ, ἀφ' ὧν ὥσπερ σίφωνες ἀναπέμπονται πρὸς ἡμετέραν ζωὴν αἱ πηγαί. Ὁ μέντοι Δαμασκηνὸς Ἰωάννης περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ φησιν ὅτι τὴν γῆν ἅπασαν οἷά τις κυκλοῖ ποταμός· περὶ οὗ εἰρηκέναι μοι δοκεῖ ἡ Γραφή, ὅτι ποταμὸς ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ παραδείσου, πότιμον καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἔχων. Οὗτος εἰς τέσσαρας ἀρχάς, τουτέστιν εἰς τέσσαρας ποταμοὺς διαιρεῖται. Εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἐπιζητεῖς δι' ἣν τὰ προσγενόμενα ἡμῖν ὁμβριμαῖα ὕδατα κατὰ τοσοῦτον σήπεται, καὶ ταῦτα τοῦ ἡλίου διηθοῦντος τὸ λεπτότατον καὶ ἀνάγοντος, ἰδοὺ καὶ ταύτην σοι προστίθεμεν. Πολυμιγεστάτη τῶν ὑδάτων τούτων ἡ φύσις ἐστίν· ἐκ πάντων γὰρ τῶν ὑγρῶν ἀνάγει ὁ ἥλιος. Ἡ τοίνυν ἀνωμαλία εὐκίνητος, καὶ πρός τινα φθορὰν θᾶττον ὁρᾷ. Ἔτι γε μὴν τὸ βαρύτατον τοῦ ἀναχθέντος αὐθις κατάγεται, ἐπεὶ τὸ βαρὺ πρὸς τὸ κάτωντες εἴωθε φέρεσθαι· τὸ δὲ λεπτότατον τῆς ἀναθυμιάσεως πνεύματος φύσις ἐγένετο. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

A antistes (ex oratione sancti viri Pionii sumpta) de calidis aquis recenset. Ait is ignem et aquam in cœlo esse. Consimiliter et sub terra tam ignem quam aquam abditam esse, de quibus fontes quasi siphones quidam ad usum vitæ nostræ scaturiant. Joannes vero Damascenus Oceanum innuit fluminis cujusdam instar terram universam circumdare; de quo mihi etiam Litteræ sacræ loqui videntur[17], cum amnem de paradiso exire tradunt, qui aquam dulcem ac potabilem habeat, eumque deinde quatuor in principia, hoc est quatuor fluvios dividi. Quodsi etiam scire cupis quam ob causam aquæ pluviæ, postcaquam ad nos delapsæ sunt, tantopere corrumpantur ac putrescant, sole quod in ea subtilissimum est percolante ac sursum attrahente, B libenter eam quoque tibi subjiciemus. Est harum natura inter aquas cæteras maxime mista. Quippe sol ex quibusvis rebus humidis aliquid sursum attrahit. Hæc igitur inæqualitas mobilis admodum est et ad corruptionem celeriter spectat. Præterea subvectorum a sole in aera humorum pars gravissima crassissimaque rursus deorsum fertur, cum ita comparatæ sint res graves ut deorsum ferri soleant: **18** interim pars exhalationum tenuissima ventorum in naturam convertitur. Ac de his quidem hactenus dictum esto.

ΗΜΕΡΑ ΤΕΤΑΡΤΗ.

Τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τοὺς φωστῆρας ποιήσας ἐν αὐτῷ τῷ στερεώματι ἔθετο. Φωστῆρας δὲ ἀκούων μηδὲν ἕτερον ἢ φωτοδόχα τούτους ἀγγεῖα εἶναι νόμιζε. Τὸ γὰρ φῶς ἐκεῖνο τὸ κατά γε τὴν πρώτην ἡμέραν παραχθὲν λαβὼν ὁ Θεὸς, καὶ διανείμας αὐτὸ τοῖς φωστῆρσι πᾶσιν, εἰ καὶ τῷ χρυσορρήμονι Ἰωάννῃ τὰ περὶ τούτων οὐχ οὕτω δοκεῖ, καθάπερ C λύχνοις ἐνέθηκεν ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. Ὁ γὰρ Θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν τῷ εἰς τὴν Ἑξαήμερον πέμπτῳ λόγῳ αὐτοῦ τοιαῖσδε περὶ τούτου κέχρηται συλλαβαῖς· « Εἶδες σοφίαν τοῦ Δημιουργοῦ. Εἶπε μόνον, καὶ παρήχθη τὸ στοιχεῖον τοῦτο τὸ θαυμαστὸν, ὁ ἥλιος λέγω. Τοῦτον γὰρ καλεῖ φωστῆρα μέγαν, καὶ φησὶν αὐτὸν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας γεγενῆσθαι· οὗτος γὰρ φαιδροτέραν τὴν ἡμέραν ἀπεργάζεται. Διὰ τοῦτο καὶ τῇ τετάρτῃ αὐτὸν ἐδημιούργησεν, ἵνα μὴ νομίσῃς τοῦτον συνιστᾶν τὴν ἡμέραν. Ἐγένοντο μὲν γὰρ τρεῖς ἡμέραι, αἱ πρὸ τῆς τούτου δημιουργίας, ἐβουλήθη δὲ ὁ Δεσπότης καὶ διὰ τούτου φαιδρότερον τὸ φῶς τῆς ἡμέρας ἐργάσασθαι. » Πρόσεχε, ἀγαπητέ. Δοκεῖ γὰρ ἐνταῦθα ὁ θειότατος Ἰωάννης ἄλλο λέγειν εἶναι φῶς τὸ κατὰ τὴν πρώτην D ἡμέραν παραχθὲν, καὶ ἕτερον τὸ κατὰ τὴν τετάρτην, πολλῷ τοῦ προτέρου λαμπρότερον. Ἀλλ' ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ φωστήρων ἕκτῳ λόγῳ αὐτοῦ, ἵνα μὴ λέγω τοὺς ἄλλους ὁσίους Πατέρας, σαφέστερον τὸν περὶ τούτου λόγον ποιεῖ, καὶ φησιν· « Εἰ καὶ προελήφθη τοῦ φωτὸς ἡ γένεσις, πῶς ὁ ἥλιος πάλιν εἰς φαῦσιν λέγεται γεγονέναι; Τότε μὲν οὖν αὐτὴ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη, νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν

DIES QUARTA.

Die quarta Deus luminaria creata firmamento inseruit. Cum autem appellari audis luminaria, nihil aliud cogitabis quam esse illa quasi vasa quædam et receptacula lucis. Etenim sumpto Deus illo lumine quod die primo condiderat, et in omnia luminaria distributo, quanquam aliud hac in parte Chrysostomo placet, quasi quasdam in lucernas id collocavit, ut terram sua luce collustrarent Chrysostomus autem, vir haud dubie divinus, in oratione de sex dierum operibus quinta, sic ad verbum hac de re disserit: Vides sapientiam Opificis; saltem verbum elocutus est, et admirandum hoc elementum, videlicet sol, in ortum productus fuit. Nam illum Moses luminare magnum appellat, et ad diei moderationem factum ait. Quippe diem is pulchriorem et jucundiorem nobis efficit. Quæ ipsa causa est quamobrem Deus eum die quarto condiderit, ne scilicet existimares solem diei auctorem esse. Toti nimirum dies tres creationem solis antecesserunt. Ideo putabis voluisse Deum per hoc elementum diei lucem aliquanto jucundiorem nobis reddere. Quibus in verbis animadvertere te volo videri Joannem hunc nostrum aliam dicere lucem, quæ die primo fuerit condita, et aliam quæ die quarto, longe priori splendidiorem. Basilius autem magnus, in oratione sexta de luminaribus, ne reliquos sanctissimos Patres commemorem, dilucidius hac de re verbis hisce disserit: Si jam ante lucis ortus præcesserat, quo pacto fit ut sol rursum dicatur ad lucendum factus esse? Nimirum

[17] Gen. II, 10.

[18] Quave ætate floruerit Patricius ille Prusaensis episcopus, S. Pionii celeberrimi martyris encomiastes, nemo me hactenus docuit.

primo quidem die lucis ipsa natura fuit condita, nunc vero solare corpus instruitur, ut illius primigeniæ lucis vehiculum sit. Quemadmodum enim aliud,quiddam est ignis et aliud lucerna, quorum ille quidem lucendi vim habet, hæc vero facta est ut lucem nobis adhibeat, si forte quid agendum sit, sic jam (quarto scilicet die) luminaria parantur, quæ ignis illius purissimi et ab omni crassa materie secreti vehiculum sint. Idem Basilius non multo post in hanc sententiam loquitur : «Imperium, ait Moses, diei penes solem esto.[19] » **19** Et quonam pacto imperium diei sol habet? Quia lucem in seipso circumferens, quamprimum finitorem circulum transiit, diem nobis præbet dissipatis tenebris. Neque magnopere aberravit qui esse diem definiet a sole collustratum aera. Quibus in verbis eximius hic vir sat clare ostendit vasa quædam quasique receptacula lucis, non lucem die quarto esse conditam. Et condita sunt omnino illa, quo lucem illam primam reciperent ac in terra lucerent. Hoc autem ita fecit Deus, quemadmodum Theodoretus tradit, ut lux illa primigenia divisa in exigua pariter ac magna luminaria splendorem animantum oculis respondentem emitteret. Nam absque hoc fuisset, animalia oculis prædita ferre splendorem lucis immoderatum non potuissent. Idem magnus etiam Basilius his verbis confirmat : Pulchrum sane quiddam est ipse sol, hoc est discus ille corporis solaris, in quo veluti lucerna quadam primigenia lux est collocata: verum non minus pulchritudinis atque bonitatis in eo situm est, quod usque adeo sit moderatus atque conveniens. Nam neque propter subtilitatem omnia penetrat et exurit ipsus ignis, neque propter densitatem ad nos minus efficacem transmittit vim suam.

Cæterum ante diem quartum, hoc est priusquam ipsi siderum disci crearentur, quemadmodum Justinus ille philosophus et Christi testis ait, consentiente cum hoc reliquorum Patrum cœtu, lux universa passim per aera diffusa nec motu quodam æquabili ferebatur nec diei metas definiebat : sed quamprimum collecta fuisset, succedendi sibi potestatem nocti faciebat. Sic enim Litteræ sacræ loquuntur : «Facto vespere ac mane dies unus exstitit[20].» Deinde vero cum disco solari compacta cursum diei destinatum accurate per ipsum solis corpus absolvit. Itaque jam sol oriens diem efficit, sub terram vero semet abdens fit causa noctis. Etenim aliud nihil est nox quam umbra terræ, nimirum sole sub terram occultato iterque suum urgente. Et caligo istæc appellationem noctis accepit ex eo quod hominem dormientem pungat (νὺξ enim est a νύττειν), tantumque non his ad ipsum verbis utatur : «Scire debes, homo, te mortalem somno servire.» Ac hujusmodi quamdam stimulationem esse nocturnam, ipse Davides etiam verbis his indicavit : «Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris pungimini[21].» Sic et lucem, tanquam rem lætam atque gratam, ἡμέραν dicimus a

A τοῦτο σῶμα ὄχημα εἶναι τῷ πρωτογόνῳ ἐκείνῳ φωτὶ παρεσκεύασται. Ὡς γὰρ ἄλλο τὸ πῦρ καὶ ἄλλο ὁ λύχνος, τὸ μὲν τὴν τοῦ φωτίζειν δύναμιν ἔχον, τὸ δὲ παρεμφαίνειν τοῖς δεομένοις πεποιημένον, οὕτω καὶ τῷ καθαρωτάτῳ ἐκείνῳ καὶ εἰλικρινεῖ καὶ ἀΰλῳ φωτὶ ὄχημα νῦν οἱ φωστῆρες κατεσκευάσθησαν. » Ἀλλὰ καὶ παρακατιὼν οὕτω κατὰ ῥῆμα διέξεισι· « Καὶ ἔστω ὁ ἥλιος εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας. Πῶς οὖν ἔχει, » φησὶν, « τὴν ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας ὁ ἥλιος; Ὅτι τὸ φῶς ἐν ἑαυτῷ περιφέρων, ἐπειδάν ποτε τὸν ὁρίζοντα ὑπεράρῃ, ἡμέραν παρέχει διαλύσας τὸ σκότος, ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτῃ ἡμέραν ὁρισάμενος εἶναι τὸν ὑπὸ τοῦ ἡλίου πεφωτισμένον ἀέρα. » Σαφῶς μὲν οὖν ἐνταῦθα ὁ μέγας ἔδειξεν ὅτι φωτοδόχα μόνον ἀγγεῖα, μὴ μέντοι γε δὴ καὶ B φῶς κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν. Παρῆχθησαν δὲ πάντως ἐπὶ τὸ δέξασθαι τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ πρῶτον, καὶ φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. Τοῦτο δὲ πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἵνα καταμερισθὲν, ὡς φησι Θεοδώρητος, εἰς δέ γε καὶ τοὺς μικροὺς καὶ μεγάλους φωστῆρας τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο φῶς αἴγλην ἐκπέμπῃ ταῖς τῶν ζώων ὄψεσι σύμμετρον. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὀφθαλμοὺς ἔχοντα τὰ ζῶα τὴν ὑπερβολὴν τοῦ φωτὸς ἤνεγκεν. Ἐπιβεβαιοῖ ταῦτα καὶ ὁ μέγας Βασίλειος λέγων· « Καλὸς μὲν ὁ ἥλιος, τουτέστιν ὁ δίσκος ὁ ἡλιακὸς, ἐν ᾧ ὥσπερ λύχνῳ τινὶ τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο ἐναπετέθη φῶς, καλὸς δὲ καὶ διὰ τὴν συμμετρίαν αὐτοῦ· οὔτε γὰρ διὰ τὴν ἐκείνου λεπτότητα τὸ πῦρ παρεξέρχεται καὶ καταφλέγει πάντα, οὔτε διὰ τὴν αὐτοῦ παχύτητα πρὸς ἡμᾶς ἀμβλυτέραν τὴν C αὐτοῦ παραπέμπει ἐνέργειαν. »

Πρὸ μέντοι τῆς τετάρτης ἡμέρας, ἤγουν πρὸ τοῦ δημιουργηθῆναι τοὺς δίσκους, καθά φησιν Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος καὶ μάρτυς Χριστοῦ, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν Πατέρων κατάλογος, ὅλον διόλου τῷ ἀέρι περικεχυμένον οὔτε κίνησιν ὁμαλὴν διέτρεχεν, οὔτε τῆς ἡμέρας τὰ μέτρα διώριζεν, ἀλλὰ συστελλόμενον πάροδον ἐδίδου τῇ νυκτί. « Καὶ ἐγένετο, » γάρ φησιν, « ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία. » Τῷ δίσκῳ δὲ τῷ ἡλιακῷ συναιρεθὲν ὕστερον ἀμέμπτως τὸν δρόμον τῆς ἡμέρας ὡρῶν διὰ τοῦ σώματος ἐπιτελεῖ, κάντεῦθεν ἀνατέλλων ὁ ἥλιος ἡμέραν ποιεῖ, δύνων δὲ ὑπὸ γῆν νυκτὸς αἴτιος γίνεται. Ἡ γὰρ νὺξ αὕτη οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ σκίασμα γῆς τοῦ ἡλίου τὴν γῆν ὑποτρέχοντος. Ὠνομάσθη δὲ νὺξ τοῦτο τὸ σκότος, ἐπειδὴ καθεύδοντα νύττει τὸν ἄνθρωπον καὶ οὕτω λέγει μονονουχὶ πρὸς αὐτὸν « Μάθε, ὦ ἄνθρωπε, ὅτι θνητὸς ὢν ὕπνῳ δουλεύεις. » Ὅτι δὲ κατανυγή ἐστιν ἡ νὺξ, καὶ ὁ προφήτης ἐδήλωσε Δαβὶδ οὕτως εἰπών « Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. » Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ φῶς ἡδύ τι καὶ ἱλαρὸν ὂν ἡμέραν ἐκάλεσεν, διὰ τὸ ἡμεροῦν τὰ πάντα, ὡσπεροῦν καὶ τὰ χειροήθη τῶν ζώων ἥμερα διὰ τοῦτο καλοῦνται.

D

[19] Gen. I, 16. [20] Ibid. 5. [21] Psal. IV, 5.

jucunditate, quemadmodum eadem de causa cicures bestias ἥμερα ζῶα, quasi animalia grata et amabilia vocamus.

Οὕτω μὲν οὖν ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου καὶ δύνοντος, τὸ φῶς ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ σκότος παρέπεται, ἐναντία μὲν ἀλλήλοις, ἀναγκαῖα δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἀμφότερα· τὸ μὲν γὰρ πρὸς ἐργασίαν συντελεῖ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ὑποδείκνυσι τὰ ὁρώμενα, τὸ δὲ διαναπαύει αὐτοὺς καὶ τὸν ἐκ τῆς ἐργασίας διαλύει πόνον. Ἡ μέντοι νὺξ καὶ κατὰ τοῦτο χρήσιμος τοῖς ἀνθρώποις εὑρίσκεται· μέση γὰρ καὶ αὕτη κειμένη τῶν ἡμερῶν μετρεῖσθαι τὸν χρόνον ποιεῖ. Εἰ γὰρ ἀδιάδοχον ἐμεμενήκει τὸ φῶς, οὐκ ἂν ἐνιαυτῶν ἐμεμαθήκειμεν κύκλους, μία δὲ ἔδοξεν ἂν ἡμέρα πάντως εἶναι τοῦ παρόντος αἰῶνος τὸ μέτρον. Ὅπερ ἔξειν τὸν προσδοκώμενον αἰῶνα πιστεύομεν· τοῖς γὰρ ἀθανάτοις ἰσουμένοις καὶ ἀδιαδόχοις τοιοῦτος καὶ ὁ αἰὼν ἁρμόττει. Ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος καὶ μάλιστα ἔδει τὰ μέτρα τοῦ χρόνου γινώσκειν, ἵνα παραθέοντα τοῦτον ὁρῶντες ἡμεῖς αὐτῶν ἡμῶν ἐπιμελώμεθα καὶ πρὸς ἀποδημίαν ἑτοιμαζώμεθα· ὅθεν καὶ μεσολαβεῖν τὴν νύκτα πανσόφως ὁ Θεὸς διετάξατο.

A Hoc igitur pacto sole tum oriente tum occidente vel lucem vel tenebras est sequi necesse; **20** quæ quidem res duæ sibimet invicem adversantur, at ambæ sunt hominibus utiles. Lux enim ad opus faciundum homini usum non exiguum præstat, eidemque res sub aspectum cadentes commonstrat: tenebræ vero mortales per requietem vicissim fovent, conceptamque de labore molestiam omnem dissipant. Etiam alia in parte noctem hominibus utilem esse deprehendimus. Nam cum diebus interjecta sit, temporis mensuram efficit. Quippe si lux continua citra successionem ullam foret, annorum orbes atque conversiones non animadvertissemus, sed totius ævi duratio dies omnino unus esse visus fuisset, id quod futurum in ævo deinB ceps seculum credimus. Nam cum in eo futuri simus immortales et vicissitudinum expertes, ævum quoque tale nobis conveniet. At in hoc ævo maximopere cognitas nobis esse temporis mensuras oportebat, ut celeriter illud præterlabi cernentes sulliciti de nobis essemus ac nosmet ad migrandum pararemus. Atque hac de causa per profecto sapienter Deum noctes diebus interjecisse videmus.

Καὶ οὕτω μὲν οἱ ὑποφῆται τοῦ Πνεύματος περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς τῶν ἀστέρων παραγωγῆς καὶ συστάσεως καὶ φρονοῦσι καὶ λέγουσιν· οἱ δὲ ἐπὶ κενοῖς ἀεὶ μεταιάζοντες, οἱ σοφοὶ μὲν εἶναι φάσκοντες, μωρανθέντες δὲ κατὰ Παῦλον εἰπεῖν, μυρίαις ἐπὶ τούτοις δόξαις ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν. Αὐτίκα γὰρ ὁ Ἀναξαγόρας τοιάδε περὶ τῆς τῶν ἀστέρων ἐκενολόγησε φύσεως· ἀπὸ γὰρ τῆς τοῦ παντὸς περιδινήσεως πέτρας εἶπεν ἀνασπασθῆναι, καὶ τούτους ἐκπυρωθέντας καὶ ἄνω παγέντας ἀστέρας ὀνομασθῆναι. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ Δημοκρίτῳ περὶ τούτου δοκεῖ. Ὁ δὲ Διογένης κισσηροειδεῖς ἔφησε τούτους εἶναι, διεκπνοάς τινας ἔχοντας. Ἀλλὰ καὶ ἐμπίπτειν εἰς τὴν γῆν τινας ἐξ αὐτῶν ἀπομάχεται, καὶ σβεννυμένους ἐλέγχεσθαι ὅτι λίθων ἔχουσι φύσιν. Καὶ μάρτυρι χρῆται τῷ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς πυροειδῶς κατενεχθέντι ποτέ. Ὁ δὲ Ἀναξίμανδρος συστήματά τινα τοῦ ἀέρος πυρὸς ἔμπλεα, τροχοειδῶς πεπιλημένα, ἀπό τινων στομίων ἀφιέντα τὰς φλόγας. Ὁ δέ γε Ξενοφάνης τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην πεπυρωμένα νέφη ἔφησεν εἶναι, ἄλλοι δὲ μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον ἔλεγον εἶναι. Φιλόλαος δὲ ὑλοειδῆ τοῦτον ἐφιλοσόφει, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ σοφοὶ τὰ μάταια περὶ τῆς τῶν ἀστέρων ἐφρόνησαν φύσεως· τὸν γὰρ ποιητὴν αὐτῶν ἠγνοηκότες Θεὸν αἰτίαν ἔμφρονα τῆς τῶν ὅλων γενέσεως προεστάναι οὐ συνεχώρησαν. Ἔνθεν τοι καὶ ἀποκλαιόμενος αὐτοὺς ὁ μέγας Βασίλειος κατακρίνεσθαι λέγει καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως (7), ὅτι οὕτως ὀξὺ πρὸς τὰ μάταια βλέ-

Hoc modo sancti Spiritus discipuli de siderum creatione atque ortu sentiunt et loquuntur. At vero vanorum dogmatum sectatores, qui sapientes se quidem prædicant, sed de Pauli [21] sententia facti sunt desipientes, tantum non infinitis hac in parte dissident opinionibus. Etenim Anaxagoras de natura siderum hoc modo, per profecto stolide, disC seruit. Per circumagitationem universitatis rerum saxa quædam sursum rapi dixit, eaque deinceps inflammata sursumque fixa vocari sidera. Idem et Democrito visum. At Diogenes pumici consimilia tradidit esse et quasdam perspirationes habere. Contendit et nonnulla ex eis in terram delabi, quorum flammis exstinctis animadvertatur esse naturam siderum lapideam. Hanc ad rem confirmandam testimonio delapsi quondam ad Capræ flumina (loci nomen hoc est) lapidis candentis utitur. Secundum hos Anaximander sidera voluit esse compages quasdam aereas, igne refertas, quæ rotæ in morem compactæ ex osculis quibusdam flammas evomant. Xenophanes vero solem ac lunam esse nubes ignitas dixit, aliis volentibus esse globum ferreum candentem vel saxum quoddam ignitum. Philolaus solem existimabat esse vitro consimilem, quod splendorem ignis mundani ad se delatum recipiat et quasi percolatum ad nos transmittat. Hæ sapientum illorum, vanæ profecto, de natura siderum sententiæ fuerunt. Nam cum auctorem ipsorum Deum ignorarent, minime concedebant causam quamdam rationis et prudentiæ participem ortui rerum esse præficiendam. Quo fit ut Basilius

[21] Rom. I, 22.

(7) Ὁ δὲ Ἀναξίμανδρος ..... κρίσεως. Ex V. et F.

ille magnus eos deplorans futurum ut magis in die judicii condemnentur quam alii dicat, **21** quod tam acutum ad vana cernentes sponte sua veritatis in pervestigatione cæcutiverint.

Jam vero quam multa iidem de magnitudine tam solis quam lunæ commentati sint, quid attinet commemorare? Anaximander et Anaximenes solem terra vicies ac septies majorem esse dixerunt; Anaxagoras majorem Peloponneso: alii cum pedis unius ipsi longitudinem haberent, tantum etiam solem esse voluerunt. Eadem de luna quoque tradita reperiuntur. Fuerunt enim nonnulli qui eam terra majorem facerent, cum alii parem utriusque magnitudinem statuerent, alii terra minorem, alii palmarem solum esse confirmarent; adeoque non veritum est eos profunditatem maris ignorantes, quæ tamen dejecta nautica linea explorari potest, intervallum quod est inter lunam et terram ac vicissim inter solem ac lunam cognitum esse sibi singulari cum ambitione profiteri.

Et hactenus quidem de ortu magnitudineque horum siderum, quæ fuerint illorum quos diximus opiniones, indicavimus. Cæterum peritissimus ille rerum sacrarum eximiusque vir Basilius ad demonstrationem magnitudinis eorum hoc etiam adjecit: Quanquam infinita prope numero sint in cœlo sidera, tamen omnis illorum lux in unum quasi collecta non satis est efficax ad tristitiam noctis dissipandam, cum sol unicus supra circulum illum finitorem conspectus congelatum quasique spissatum ante id aera terræ vicinum liquare possit ac diffundere. Hinc fit ut ventos matutinos habeamus, et sereno cœlo rores terram perfundant. Tantæ vero magnitudinis terram quo pacto sol universam uno temporis momento collustrare posset, si non ab ingenti quodam orbe splendor ipsius promanaret?

Idem in luna quoque videre est. Nam magnum illius corpus est, ac secundum solem splendidissimum. Etenim ad hanc quoque referri debet, quod in sacris Litteris dicitur: «Creavit Deus luminaria magna [21].» Quibus in verbis magna dicuntur non eorum ad sidera minora comparatione instituta, sed quia tanta sunt amplitudine, ut profectus ab iis splendor cœlum ipsum collustrare possit et aera, simulque semet ad terram ac mare totum porrigere. Quapropter cave ne persuasionem de hoc sidere falsam sequaris, nec magnitudinem ejus esse cubitalem existimes. Etenim aspectus noster in aere velut absumptus ac deminutus ad comprehensionem illorum, quæ supra nos conspicimus, haudquaquam sufficit. Itaque Litteræ sacræ solem magnum appellant ex admiratione quadam ac stupore, non comparationis alicujus ratione. Nam et cetos sive balænas eædem magnas vocant, non quod vel squilla vel halece majores sint, sed quod montibus etiam maximis sint consimiles. **22** cumin

[21] Gen. I. 16.

ποντες, ἑκόντες πρὸς τὴν σύνθεσιν τῆς ἀληθείας ἀπετυφλώθησαν.

Ὅσα δὲ καὶ περὶ μεγέθους ἐφιλοσόφησαν τοῦ τε ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, τί χρὴ καὶ λέγειν; Ἀναξίμανδρος μὲν γὰρ καὶ Ἀναξιμένης ἑπτακαιεικοσιπλασίονα τῆς γῆς τὸν ἥλιον ἔφησαν εἶναι, Ἀναξαγόρας δὲ Πελοποννήσου μείζονα. Καὶ ἕτεροι πάλιν ποδιαῖον τὸν τοιοῦτον ἐφρόνησαν ἥλιον. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ σελήνης διεξιόντες εὑρίσκονται. Οἱ μὲν γὰρ μείζονα τῆς γῆς, οἱ δὲ πάλιν ἰσόμετρον, ἄλλοι δὲ ἐλάσσονα· καὶ ἕτεροι σπιθαμιαίαν εἶναι τὴν σελήνην διισχυρίζονται, καὶ οὐκ αἰσχύνονται· τῆς μὲν θαλάττης τὸ βάθος ἀγνοοῦντες, ἔνθα καὶ ὁρμιὰν καθεῖναι δύνανται, τὸ δὲ ἀπὸ γῆς ἄχρι σελήνης, κἀκεῖθεν ἄχρις ἡλίου διάστημα εἰδέναι φιλοτιμούμενοι.

Καὶ οἱ μὲν διαλῃφθέντες ἄνωθεν ἄνδρες περὶ παραγωγῆς ὁμοῦ καὶ μεγέθους τῶν δύο φωστήρων οὕτωσὶ διειλήφασιν· ὁ δὲ τὰ θεῖα σοφὸς καὶ μέγας Βασίλειος εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μεγέθους αὐτῶν καὶ τάδε προστίθησιν· Ἀπείρων ὄντων τῷ πλήθει τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων, τὸ παρ' αὐτῶν συνερανιζόμενον φῶς οὐκ ἐξαρκεῖ διαλῦσαι τῆς νυκτὸς τὴν κατήφειαν. Μόνος δὲ ὁ ἥλιος ὑπερφανεὶς τοῦ ὁρίζοντος, μᾶλλον δὲ ἔτι καὶ προεκδοχώμενος, ἠφάνισε μὲν τὸ σκότος, ὑπερηύγασε δὲ τοὺς ἀστέρας, καὶ πεπηγότα τέως καὶ συμπεπιλημένον τὸν περὶ γῆν ἀέρα κατέτηξέ τε καὶ διέχεεν, ὅθεν καὶ ἄνεμοι ἑωθινοὶ καὶ δρόσοι ἐν αἰθρίᾳ τὴν γῆν περιῤῥέουσι. Τοσαύτην δὲ οὖσαν τὴν γῆν πῶς ἂν ἠδυνήθη ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ τὴν πᾶσαν καταφωτίζειν, εἰ μὴ ἀπὸ μεγάλου τοῦ κύκλου κατέπεμπε τὴν αὐγήν;

Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῆς σελήνης ἔστιν ἰδεῖν. Μέγα γὰρ καὶ τὸ σῶμα τὸ τῆς σελήνης, καὶ φανότατόν γε μετὰ τὸν ἥλιον. Ἐπὶ γὰρ τούτων καὶ ἡ ἁγία ἔφη Γραφή· « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς φωστῆρας τοὺς μεγάλους. » Μεγάλους δὲ εἶπεν αὐτοὺς οὐκ ἐπειδὴ μείζους τῶν μικροτέρων ἀστέρων εἰσίν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοσοῦτοι τὴν περιγραφήν, ὥστε ἐξαρκεῖν τὴν ἀπ' αὐτῶν χεομένην αὐγὴν καὶ οὐρανὸν περιλάμπειν καὶ τὸν ἀέρα, καὶ ὁμοῦ τε τῇ γῇ πάσῃ καὶ τῇ θαλάσσῃ συμπαρεκτείνεσθαι. Μὴ οὖν ἀπατάτω σε τοῦτο φαινόμενον, μηδὲ πηχυαῖον αὐτὸν εἶναι νόμιζε· ἡ γὰρ ὄψις ἡμῶν ἐνδαπανηθεῖσα τῷ ἀέρι κἀντεῦθεν ἐξίτηλος γεγονυῖα πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῶν ὁρωμένων οὐκ ἐξαρκεῖ. Κατ' ἔκπληξιν λοιπὸν καὶ κατὰ σύγκρισιν μέγαν ἐκάλεσε τὸν ἥλιον ἡ Γραφή. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τὰ κήτη τὰ μεγάλα μεγάλα εἶπεν ἡ Γραφὴ οὐχ ὅτι καρίδος καὶ μαινίδος μείζονά εἰσιν, ἀλλ' ὅτι μεγίστοις ἐοίκασιν ὄρεσι τῆς θαλάττης πολλάκις ὑπερνηχόμενα. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς φωστῆρας τοὺς μεγάλους. Καὶ πῶς γὰρ

οὐ μέγας ὁ ἥλιος, εἴγε καὶ τῆς γῆς αὐτῆς πολλαπλασίων ἐστί; καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἐτύγχανεν, οὐκ ἂν ὑπερφανὴς τοῦ ὁρίζοντος τῇ οἰκείᾳ τηνικαῦτα δυνάμει συμπεριείληφε ξύμπαντα.

superficie maris n tant. Creavit ergo Deus luminaria magna. Et quo pacto sol non magnus sit, si quidem cum multis terra partibus esse majorem constat? nam absque illo foret, non supra circulum finitorem conspectus vi sua cuncta complecteretur.

Μέγα μὲν, ὡς προείρηται, καὶ τὸ τῆς σελήνης σῶμα, καὶ φανότατόν γε μετὰ τὸν ἥλιον. Εἰ γὰρ καὶ μὴ διόλου τὸ φῶς αὐτῆς ἀμετακίνητον μένει, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὀρρήτου σοφίας τοῦ δημιουργοῦ πάντων, ὥστε τῷ κατὰ τὴν σελήνην θεάματι παιδεύεσθαι ἡμᾶς τὰ ἡμέτερα δὲ καὶ τῆς ταχείας τῶν ἀνθρωπίνων περιτροπῆς ἐντεῦθεν εἰς ἔννοιαν ἔρχεσθαι. Οἶμαι δὲ καὶ τῇ τῶν ζώων κατασκευῇ καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἀπὸ γῆς φυομένοις μὴ μικρὰν ὑπάρχειν ἐκ τῆς κατὰ τὴν σελήνην μεταβολῆς τὴν συντέλειαν· ἄλλως γὰρ διατίθεται μειουμένης αὐτῆς καὶ ἄλλως αὐξομένης τὰ σώματα, νῦν μὲν λῃγούσης ἀραιὰ γινόμενα καὶ κενὰ, νῦν δὲ αὐξομένης καὶ πρὸς τὸ πλῆρες ἐπαγομένης καὶ αὐτὰ πάλιν ἀναπληρούμενα, διότι ὑγρότητά τινα θερμότητι κεκραμένην ἐπὶ τὸ βάθος φθάνουσα λεληθότως ἐνίησι. Δηλοῦσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ καθεύδοντες τῆς ὑπὸ σελήνης ὑγρότητος περισσῆς τὰς τῆς κεφαλῆς εὐρυχωρίας πληρούμενοι, ἔτι δὲ τὰ νεοσφαγῆ τῶν κρεῶν τῇ προσβολῇ τῆς σελήνης ταχέως τρεπόμενα. Κατὰ τοῦτο καὶ ἐφ' ἅρματος αὐτὴν καὶ δύο ταύρων καθίζουσιν ὡς κυκλοῦσαν τὸν κόσμον καὶ ἀροτριῶσαν καὶ σπείρουσαν, ὑγραίνουσάν τε καὶ θερμαίνουσαν. Ταῦτα δὲ πάντα οὐκ ἂν ἐξήρκεσε τῇ ἑαυτῆς ἀλλοιώσει συμμεθιστᾷν, εἰ μή γε κατὰ τὴν τῆς Γραφῆς μαρτυρίαν ὑπερφυής τις ἐτύγχανε τῇ δυνάμει τε ὑπερέχουσα. Οὕτω μὲν οὖν ἐκ τῆς αἰτίας ταύτης καὶ τὰ κατὰ τὸν ἀέρα πάθη συνίστανται, ὡς μαρτυροῦσιν ἡμῖν αἱ κατὰ τὴν νουμηνίαν πολλάκις ἀπὸ γαλήνης καὶ νηνεμίας αἰφνίδιοι ταραχαὶ τῶν νεφῶν κλονουμένων καὶ συμπιπτόντων ἀλλήλοις, αἱ περὶ τοὺς εὐρίπους τε παλίρροιαι, καὶ ἡ περὶ τὸν λεγόμενον Ὠκεανὸν ἄμπωτις, ἣν ταῖς περιόδοις τῆς σελήνης τεταγμένως ἑπομένην ἐξεῦρον οἱ προσοικοῦντες. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὁ μέγας διαλαμβάνει Βασίλειος, ἀποδεῖξαι θέλων τῶν φωστήρων τούτων τὸ μέγεθος.

Itidem ut modo indicabamus, lunæ quoque corpus ingens est ac secundum solem lucidissimum. Nam quod lux ejus non prorsus immobilis est, id vero ad sapientiam illam rerum opificis ineffabilem referri debet. Adeoque lunam inspectantes de rerum nostrarum statu et conditione nos eruditi sciamus, ut hinc moniti de celeri rerum humanarum eversione cogitemus. Quanquam præterea non parum prodesse mutationem illam lunæ tam ipsis animantibus quam cæteris e terra nascentibus rebus equidem arbitror. Nam aliter adfecta sunt corpora luna deminuta quam esse soleant eadem augescente. Quippe cum deficit ac imminuitur, laxa sunt atque vacua : cum augescit et ad plenitudinem suam properat, corpora quoque rursum repleri videmus ; idque propterea quod humorem quemdam cum calore temperatum et ad ima usque pertinentem quasi tacite corporibus immittat. Animadverti hoc de iis quoque potest, qui ad lunam dormientes superfluo humore capitis capacitatem omnem repleri sentiunt. Itidem carnes recens mactatorum animalium ad lunam expositæ et ab ejus radiis attactæ cito mutantur ac putrescunt. Ea de causa lunam in curru, duobus tauris adjunctis, collocant, tanquam mundum hunc ambientem, arantem, sementem in eo facientem, humectantem atque calefacientem. Hæc omnia vero per immutationem illam corporis sui perficere nequaquam posset, si non eximiæ cujusdam magnitudinis singulari cum vi et efficacitate conjunctæ, quemadmodum et Litteræ sacræ testantur, esset. Atque hac sane de causa videmus et aeris affectiones certas exsistere, quemadmodum declarant exortæ sæpenumero novilunii tempore de summa tranquillitate, ventorum omnium experte, perturbationes aeris repentinæ, nubibus inter se collisis quasique confligentibus, declarant et fluxus ac refluxus aquarum in euripis, illaque ipsa quæ fit in Oceano (quem vocant) maris reciprocatio, quam quidem homines littoribus marinis finitimi per statas vices lunæ circuitus 23 sequi deprehenderunt. Hactenus quæ de his magnus ille Basilius complexus est, dum horum luminarium magnitudinem demonstrare nititur.

Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, πρὸς τοῖς εἰρημένοις τοῦτο γίνωσκε ὅτι πάντες μὲν οἱ λοιποὶ ἀστέρες ἴδιον ἔχουσι φῶς, ἐκεῖνο δηλαδὴ τὸ πρώτως καταμερισθὲν καὶ δοθὲν αὐτοῖς, μόνη δὲ ἡ σελήνη φῶς οὐ κέκτηται ἴδιον. Εἰ γὰρ καὶ λέγουσί τινες ἀμυδρὸν καὶ ταύτην κεκτῆσθαι φῶς, ἀλλ' αἱ αὐξομειώσεις πάντως αὐτῆς, ἐν αἷς μηνοειδὴς ὁρᾶται καὶ πλησιφαὴς καὶ ἀμφίκυρτος, ἐξ ἡλίου ταύτῃ προσγίνονται κατὰ τὴν ἀν αὐτῶν συμπλοκὴν καὶ διάστασιν. Μάνθανε οὖν ὅτι φῶς ἀλλότριον ἡ σελήνη ἐνδύεται, καὶ ὅτι τὸ μέρος ἐκεῖνο παρ' ἡλίου φωτίζεται ὃ πρὸς αὐτὸν νένευκε, δηλονότι τὸν ἥλιον. Καὶ δῆλον ἐκ τῆς ἐμ-

Debes autem, dilecte fili, præter jam indicata illud etiam animadvertere, cætera quidem universa sidera suum ac peculiare quoddam habere lumen, ab initio scilicet eis distributum atque datum, lunam vero lumine proprio destitui. Quanquam enim nonnulli tradant ipsam quoque lumen obscurum habere, tamen exsistimandum est omnino lucis incrementa, quibus fit ut vel in cornua falcata vel pleno resplendens lumine vel dimidiata major conspiciatur, in ea per solem effici, prout inter se congrediuntur aut disjunguntur. Lunam igitur lucem alienam velut induere scias, eamque partem

ipsius a sole collustrari quæ soli obversa est. Potest hoc ex ipsis ad nos delabentibus radiis solis animadverti. Nam aliter atque aliter pro diverso tam situ quam motu solis ab eis nos quoque collustramur. Quodsi maxime in horum siderum coitu nobis obversa corporis lunaris pars omnino lucis expers conspicitur, nihilominus ejusdem pars superior solemque spectans hoc ipso tempore lumen illius recipit, qua soli scilicet est obversa. Licet hoc et in pleniluniis deprehendere; quippe lunam id temporis toto corpore suo lucentem conspicimus, uti quæ ex adverso collocati solis radios excipit; qua de causa pars globi ejus reliqua, sub adspectum nostrum haud cadens, nimirum posterior, esse lucis expers intelligitur.

A πιπτούσης ἡμῖν ἡλιακῆς ἀκτῖνος. Ἐνίοτε γὰρ ἑτέρως καὶ ἄλλοτε ἄλλως ὑπ' αὐτῆς αὐγαζόμεθα, κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου πάντως θέσιν καὶ κίνησιν. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν τῆς συνόδου καιρὸν τὸ πρὸς ἡμᾶς τοῦ σεληναίου σώματος μέρος πάντη καθορᾶται ἀφώτιστον, ἀλλὰ τὸ ἀνώτερον ἐκεῖνο καὶ νεῦον πρὸς ἥλιον ἐν τῷ τῆς συνόδου καιρῷ κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος δέχεται καὶ τὸ φῶς καθ' ὃ πρὸς ἥλιον ἀφορᾷ. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐν ταῖς πανσελήνοις ἔστιν ἰδεῖν· ὁλολαμπῆ γὰρ τὴν σελήνην τηνικαῦτα ὁρῶμεν ἅτε τὰς ἡλιακὰς ἐκ διαμέτρου δεχομένην αὐγάς, ὡς ἐντεῦθεν τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ δίσκου, τὸ ἀφανὲς ὀηλονότι καὶ ὄπισθεν, κατανοεῖσθαι ἀφώτιστον.

Hæc ita se habere, lunamque adeo lucem a sole quasi commodato capere, de ipsis lunæ defectibus animadvertere quis potest. Id autem qui fiat, accipe. Sunt id temporis hæc luminaria sibi ex adverso rectam ad lineam opposita, terræque corpus inter ea medio quasi loco pendet. Itaque radii solares pro more suo penetrare quidem illi conantur lunæque globo splendorem impertiri: verum minime ad illum pertingere possunt propter interjectum, ceu diximus, terræ corpus, quod iter ipsis obstruit. Nec objicere nobis hoc loco debes, quamobrem non fiat, siquidem ita res comparata sit, lunæ defectus in qualibet ad rectam lineam oppositione. Nam hoc loco non satis idonee responderi ad id potest, quod ipsum æqui bonique facies. Etenim homines in hisce disciplinis exercitati tradunt nodos quosdam eclipticos (sic enim appellant) in congressibus, qui pleniluni tempore fiunt, nonnunquam permisceri, eoque modo solis ac lunæ defectus necessario accidere. Nec enim solum corpus sive solis sive lunæ oppositionem hanc efficere potest, si non ibidem quoque nodus 24 quidam eclipticus reperiatur, uti jam indicavimus.

B Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι ἐξ ἡλίου τὸ φῶς ἡ σελήνη δανείζεται, σαφῶς ἄρα τοῦτο μάθῃ τις ἂν ἐξ αὐτῶν τῶν τῆς σελήνης ἐκλείψεων. Καὶ πῶς, ἄκουε. Κατὰ διάμετρον οἱ φωστῆρες ἑστήκασι, μεταξὺ δὲ τούτων αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς γῆς ἀπῄωρηται. Αἱ ἡλιακαὶ τοίνυν ἀκτῖνες ὁρμῶσι μὲν ὡς ἔθος διαβιβασθῆναι καὶ τῷ σεληναίῳ δίσκῳ χορηγῆσαι τὴν ἔλλαμψιν, οὐ φθάνουσι δὲ ὅμως ἐκεῖσε καταλαβεῖν ἅτε δὴ μεσολαβοῦντός πως καὶ ἀντιφράττοντος τοῦ τῆς γῆς, ὡς εἴπομεν, σώματος. Καὶ μή μοι λέγε ὡς εἴγε ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἵνα τί μὴ καθ' ἕκαστον διάμετρον ἡ τῆς σελήνης ἔκλειψις γίνεται; οὐδὲ γὰρ ἐπιτηδείως ἔχω περὶ τούτου κατὰ τὸ παρὸν ἀποκρίνεσθαί σοι· καὶ τούτου ἕνεκεν σύγγνωθι. C Οἱ γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα ἠσχολημένοι συνδέσμους τινὰς ἐκλειπτικοὺς οὕτω καλουμένους ἐν ταῖς συνοδοπανσελήνοις ἐξ ἀνάγκης προσγίνεσθαι. Οὐδὲ γὰρ τὸ σῶμα μόνον εἴτε τῆς σελήνης, ὡς ἐπὶ τοῦ ἡλίου, εἴτε τῆς γῆς, ὡς ἐπὶ τῆς σελήνης, ἀντίφραξιν ποιῆσαι δύναται, εἰ μή που καὶ σύνδεσμός τις ἐκλειπτικὸς ἐκεῖσε εὑρεθείη, ὡς ἄγονται.

Et proprie luna deficere dicitur: qua enim luce solari vestita est, ea de causa commemorata rursus exuitur atque spoliatur. In sole non defectum, sed obscurationem appellare didicimus. Nec enim lux solaris unquam deficit; sed quia coitus horum siderum tempore lunare corpus, quod terræ vicinius est, medio se interjicit loco radiisque solaribus officit, aer ille supra nos caligine quadam involvitur, non demissis ad nos ullis radiis, qui terræ proxima luce sua collustrarent.

Καὶ κυρίως ἔκλειψις ἐπ' αὐτῆς ἂν λέγοιτο τῆς σελήνης· ὅτι γὰρ φῶς ἡλιακὸν ἀμφιέννυται, τοῦτο πάλιν δι' ἣν αἰτίαν εἴπομεν, ἀπεκδύεται. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἡλίου οὐκ ἔκλειψιν, ἀλλ' ἐπισκότωσιν λέγειν ἐμάθομεν. Οὐδὲ γὰρ τὸ ἡλιακὸν ἐκλείψει ποτὲ φῶς· D ἀλλ' ὑποτρέχοντος ἐν τῷ τῆς συνόδου καιρῷ τοῦ σώματος τοῦ σεληναίου οἷα περιγειοτέρου τυγχάνοντος, καὶ οὕτω ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἐπιπροσθοῦντος, ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν ἀὴρ ζόφῳ τηνικαῦτα καθυποβάλλεται, ἅτε δὴ μὴ βαλλομένων αὐτῶν κάτωθεν καὶ φωτιζουσῶν τὸ περίγειον.

Quodsi etiam cognoscere cupis inter alia, qui fiat ut luna sola primo in rerum exordio lucem nullam propriam consecuta commodato eam a sole capiat, scire debes non hoc propterea novo quasi quodam more factum divinitus, quod opifex et creator ille universitatis hujus aliam lucem nullam haberet, sed tum uti concinnitas et ordo quidam creatis inderetur, quemadmodum Damascenus ille Joannes ait, qui ordo inter superiorem et inferio-

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς μετὰ τῶν ἄλλων μαθεῖν, πῶς ἡ σελήνη μόνη καὶ τίνι τρόπῳ μὴ σχοῦσα φῶς ἀρχῆθεν ἴδιον ἐξ ἡλίου τοῦτο δανείζεται, εἰδέναι ὀφείλεις ὡς οὐκ ἀπορῶν ἑτέρου φωτὸς ὁ δημιουργὸς καὶ κτίστης πάντων Θεὸς τὴν καινοτομίαν ταύτην εἰσήνεγκεν, ἀλλ' ἵνα ῥυθμὸς καὶ τάξις ἐντεθῇ τῇ κτίσει, κατά γε τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην, ἄρχοντος καὶ ἀρχομένου, καὶ ἵνα παιδευθῶμεν ἐκ τούτου καὶ ἡμεῖς κοινωνεῖν ἀλλήλοις καὶ μεταδιδόναι, ἀνα-

κρίνειν τε τῶν γινομένων μηδὲν, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι καλῶς ὑποτάσσεσθαι.

A rem consisteret, tum uti nos etiam erudiremur debere nos invicem alios cum aliis nostra communicare, nec quidquam eorum quæ fiunt scrupulose perquirere, sed in omnibus præclare nosmet summittere.

Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἕτερον ἡμῖν ὑπεμφαίνει παράδοξον ἡ σελήνη ἐκλείπουσα, ὡς ὁ θειότατός φησιν Ἀναστάσιος. Καθάπερ γὰρ αὐτὴ ζόφῳ καθυποκίπτει μεσολαβούσης τῆς γῆς κἀντεῦθεν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀποστρεφούσης, οὕτω καὶ ἡ Ἐκκλησία μεσολαβούσης τῆς ἁμαρτίας σκότους ἐμπίπλαται κατ' ἀποστροφὴν πάντως τοῦ νοητοῦ ἡλίου. Καλῶς οὖν ἔλεγε καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, «Πάντα εἰς Χριστὸν προτετύπωται. » Ὅτι δὲ ἡ σελήνη αὕτη τῆς Ἐκκλησίας εἰκόνα φέρει, ὡσαύτως ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος τοῦ νοητοῦ ἡλίου, αὐτοῦ δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ προφήτου Ἀβακοὺμ ἄκουε λέγοντος, » Ἐπήρθη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς. » Κατὰ γὰρ τὸν τὰ τοιαῦτα ἐξηγούμενον μέγαν Κύριλλον ἡ Ἐκκλησία πρότερον ἐν ἀταξίᾳ ἐτύγχανεν, ὅτε τοῖς δαιμονίοις λατρεύουσα, ὕστερον δὲ τοῦ νοητοῦ ἡλίου ἐπαρθέντος ἐν τῷ σταυρῷ ἐν εὐταξίᾳ γέγονε πρὸς αὐτὸν ἐπιστραφεῖσα τὸν Κύριον. Καὶ τοῦτο δεδήλωκεν αὐτὸς ὁ Χριστὸς οὕτως εἰπών, «Ὅταν ὑψωθῶ, τότε πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. »

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ διὰ ταῦτα μὲν ἐκλείπειν ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη συγχεχώρηται, οὐ τοσοῦτον δὲ ὅσον τὴν τῶν προσκυνούντων αὐτὰ διελέγχεσθαι ἄνοιαν, κἀντεῦθεν παιδεύεσθαι ὅτι τρεπτὰ ταῦτα καὶ ἀλλοιωτά. Πᾶν δὲ τρεπτὸν οὐ Θεός.

Præterea quiddam aliud quoque novum nobis luna deficiens indicat, quemadmodum vir divinus Anastasius tradit. Quemadmodum enim a tenebris illa occupatur ob interjectam terram, quæ ab ea radios solares avertit, sic etiam Ecclesia peccato interveniente tenebris involvitur propter aversionem solis illius intellectilis. Idcirco præclare dictum a Paulo[23], Christi figuras omnia repræsentare. Lunam quidem Ecclesiæ referre imaginem, et consimiliter solem hunc sensilem solis illius intellectilis qui Christus est, de vatis Habacumi verbis intelligas licet, qui ait: « Sol elevatus est, et luna stetit in ordine locoque suo[24]. » Nam Ecclesia, quemadmodum interpres horum verborum magnus B ille Cyrillus inquit, prius erat in confusione, cum malos genios coleret. Verum ubi deinceps intellectilis ille sol in crucem elevatus est, suum in ordinem rediit, ad Dominum conversa. Significare voluit hoc ipse Christus, cum diceret: « Cum sublatus fuero, tunc omnes ad me traham[25]. »

Et animadvertito, dilecte fili, non tam propter ea quæ diximus, permittere Deum ut sol atque luna deficiant, quam ut hæc sidera religiose colentium amentiam coarguat, et nos erudiat ut esse omnia mutationibus obnoxia sciamus. Quidquid autem mutationibus obnoxium est, Numen esse nequit.

Καὶ τοιαῦτα μὲν οἱ ἀστέρες ἐκ τῶν ἐν αὐτοῖς συμπιπτόντων διδάσκουσι τοὺς λόγου μετέχοντας. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ θεόπτης ἔλεγε Μωσῆς, «Καὶ ἔθετο C ταῦτα εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς. » Διὰ γὰρ αὐτῶν τοιῶνδε ἢ τοιῶνδε τοῖς χρώμασιν ἀνατελλόντων τήν τε χειμερινὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν καὶ τὴν εὐδιεινὴν σημειούμεθα. Δι' αὐτῶν αἱ τροπαὶ, δι' αὐτῶν οἱ καιροὶ, ἔαρ δηλαδὴ, θέρος, μετόπωρον καὶ χειμών· ὁ γὰρ ἥλιος τὸν ζωδιακὸν ἡρέμα διοδεύων κύκλον, καὶ ποτὲ μὲν τῷ Καρκίνῳ παραγενόμενος ποτὲ δὲ τῷ Ζυγῷ, καὶ ἄλλοτε πάλιν ἐν τῷ Αἰγοκέρωτι, τὰς διαληφθείσας τέσσαρας εἰσφέρει τροπάς. Δι' αὐτῶν αἱ ἡμέραι, δι' αὐτῶν οἱ ἐνιαυτοί. Τῷ γὰρ οὐρανῷ συμπεριφερόμενος ὁ ἥλιος ποιεῖ τὸ νυχθήμερον, ἰδίᾳ δὲ τὴν ἑαυτοῦ ποιούμενος δίοδον καὶ ἀπὸ ζωδίου μεταβαίνων εἰς ζώδιον τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῖ· ἐνιαυτὸς γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ D καὶ ἑνὸς σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις. Ταῦτα δὲ πάντως οὐκ ἄξιον ἀγνοεῖν τοὺς πιστούς. Ἐντεῦθεν γὰρ ἡ ἄῤῥητος τοῦ Θεοῦ σοφία καταλαμβάνεται καὶ δύναμις· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, καθά φησι Παῦλος, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Ταύτῃ τοι καὶ κατακρίτους ἐκείνους ὁ μέγας φησὶ Μάξιμος, ὅσοι διὰ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας οὐ χειραγωγεῖν ἐθέλουσι καὶ ἑαυτούς.

25 Hujusmodi quædam per ea quæ sideribus accidunt, homines rationis compotes docentur. Idcirco spectator ille Dei Moses inquit: « Constituit ea in signa tempora, dies, annos[26]. » Prout enim vel hoc vel illo modo colorata oriuntur, aut turbidam aut serenam aeris constitutionem fore notamus. Per ea conversiones anni temporum ipsaque tempora efficiuntur, nimirum ver, æstas, autumnus, hiems. Etenim sol circulum illum quem zodiacum vocant sensim percurrens, dum modo in Cancro fertur modo in Libra modo in Capricorno, vices illas anni temporum quatuor indicatas efficit. Per eadem et dies efficiuntur et anni. Nam una cum cœlo sol circumvectus nocturnum diurnumque spatium absolvit. Idem itinere suo peculiariter absoluto, deque signo ad signum commeans, anni spatium perficit: annus enim aliud nihil est quam ab uno eodemque signo ad illud ipsum solis reversio. Hæc omnino religiosis hominibus ignota esse non debent. Nam de his sapientia potestasque Dei, quæ oratione nemini exponi potest, percipitur. Etenim quæ sunt ejus inadspectabilia, quemadmodum Paulus[27] ait, ea de mundi creatione, dum considerantur per opera, perspiciuntur. Propterea damnabiles illos ait esse Maximus, quicunque per cognitionem universitatis rerum ad causam ipsius universitatis sese quasi manuducere nolunt.

[23] I Cor. x, 11. [24] Habac. III, 11. [25] Joan. XII, 32. [26] Gen. I, 14. [27] Rom. I, 10.

Cum autem dici audis : « Constituit eà in signa et tempora, » simul adverte quid a Basilio tradatur. Nam in concione de sex dierum operibus numero sexta hujusmodi quædam de siderum observatione profert. Observationes luminarium ad vitam humanam sunt necessariæ, nisi quis ultra modum et curiosius quam par sit eorum signa perquirat. Nam multa de tempestatibus pluviis hinc cognoscere licet, multa de siccitatum ventorumque concitatione, vel particularium vel universalium, vel vehementium vel lenium. Nimirum ex iis quæ sol ostendere consuevit, unum ab ipso Domino traditur, cum ait : « Tempestas erit, quia triste rubet cœlum [83]. » Cum enim exhalationes quadam cum caligine sursum tendunt, obscurantur radii solis, ac sol ipse carbonis instar rutilans sanguinique consimilis apparet, speciem hanc in oculis efficiente aeris crassitie. Sic quoties luna caliginosis ab humoribus circumdatur, vel aquæ pluviæ copiam in aere vel austri commotionem vehementem minatur. Solem cum areæ (quas vocant) ambiunt, accidentium quorundam aeris signa exsistunt. **26** Itidem virgæ quæ Iridis colorem imitantes in nubibus rectæ conspiciuntur, imbres ac tempestates immensas vel omnino mutationem aeris diuturnum portendunt. Multa præter hæc in augescente vel decrescente luna observarunt harum rerum studiosi, de quibus colligi quædam indicia possunt, quod cum ejus sideris formis aer quoque terræ vicinus commutetur. Nam si tenuis puraque sit die tertio, serenitatem durabilem pollicetur : sin versus extremitates crassa et subrubescens, vel aquam e nubibus copiosam vel austri concitatiorem flatum minatur. Ignorat autem nemo quantum harum rerum indicatio vitæ humanæ utilitatis afferat. Nam et ii qui navigant, ad sidera respicientes rectum iter instituunt, eorumque situs rationem habentes navigium dirigunt. Cum enim sic comparata sit aquarum natura, nulla restent ut in eis vestigia quibus animadversis itinera mari facientes citra dubitationem progrediantur, propterea Deus illis qui ampla trajiciunt maria situm astrorum concessit tanquam marinarum semitarum vestigia. Ac de his quidem hæc sanctorum Patrum est sententia.

Verum alii quidam dictum illud Mosaicum, quod indicatum a nobis est, enarrantes per siderum commissionem atque distantiam universas res humanas administrari regique tradunt, prosperitatem et adversam fortunam indidem deducentes, adeoque simpliciter omnia quæcunque singulos in dies vitæ mortalium accidunt. At noli tu committere, dilecte fili, ut hujusmodi cogitationibus fidem habeas, nisi velis ob eam causam iniqua deprehendi sidera, siquidem alios scortatores efficiunt, alios adulteros, alios homicidas et prædones. Quin etiam ante ipsa sidera Deus eorum opifex iniquus reperiretur, qui gehennam ignis et tenebras extremas peccatoribus

Ἔθετο ταῦτα εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιρούς. Τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ κάνταῦθα προσέχειν σε ἄξιον. Ἐν γὰρ τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον ἕκτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ περὶ τῆς τῶν ἀστέρων παρατηρήσεως καὶ τάδε φησίν. Ἀναγκαία πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀπὸ τῶν φωστήρων παρασημείωσις, ἐὰν μή τις πέρα τοῦ μέτρου ἐξ αὐτῶν σημεῖα περιεργάζηται. Πολλὰ μὲν γὰρ περὶ ἐπομβρίας ἔστι μαθεῖν, πολλὰ δὲ περὶ αὐχμῶν καὶ πνευμάτων κινήσεως ἢ μερικῶν ἢ καθόλου, βιαίων ἀνειμένων. Ἔν γάρ τι τῶν ἀπὸ τοῦ ἡλίου παραδεικνυμένων καὶ ὁ Κύριος παρέδωκεν ἡμῶν, εἰπὼν ὅτι χειμὼν ἔσται· στυγνάζει γὰρ πυρράζων ὁ οὐρανός. Ἐπειδὰν γὰρ δι' ἀχλύος ἡ ἀναφορὰ γένηται, ἀμαυροῦνται μὲν αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου, ἀνθρακώδης δὲ καὶ ὕφαιμος τὴν χρόαν ὁρᾶται, παχύτητος τοῦ ἀέρος ταύτην ἐμποιούσης τὴν φαντασίαν ταῖς ὄψεσιν. Ἀλλὰ καὶ ἐπειδὰν ἡ σελήνη περιλιμνάζηται, ἢ ὕδατος ἀερίου πλῆθος ἢ νότου βιαίαν κίνησιν ἐπαγγέλλεται. Καὶ τῷ ἡλίῳ δὲ ὅταν αἱ λεγόμεναι ἅλῳ περιγραφῶσιν, ἢ καὶ οὓς ὀνομάζουσιν ἀνθηλίους, ὅταν συμπεριτρέχωσι τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ, συμπτωμάτων τινῶν καίρια σημεῖα γίνεται, ὥσπερ οὖν καὶ αἱ ῥάβδοι αἱ κατὰ τὴν χρόαν τῆς ἴριδος εἰς ὀρθὸν τοῖς νέφεσιν ἐμφαινόμεναι ὄμβρους καὶ χειμῶνας ἐξαισίους ἢ ὅλως τὴν ἐπὶ πλεῖστον μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ἐνδείκνυται. Πολλὰ δὲ καὶ περὶ σελήνην αὐξανομένην ἢ λήγουσαν οἱ τούτοις ἐσχολακότες τετηρήκασι σημειώδη, ὡς τοῦ περὶ γῆν ἀέρος ἀναγκαίως τοῖς σχήμασιν αὐτῆς συμμεταβαλλομένου· λεπτὴ μὲν γὰρ οὖσα περὶ τὴν τρίτην ἡμέραν καὶ καθαρὰ σταθηρὰν εὐδίαν κατεπαγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς κεραίαις καὶ ὑπέρυθρος φαινομένη ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἢ νότου βιαίαν κίνησιν ἀπειλεῖ. Τὴν δὲ ἐκ τούτων σημείωσιν ὅσον τῷ βίῳ παρέχεται τὸ ὠφέλιμον οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ οἱ ναυτιλλόμενοι πρός γε τοὺς ἀστέρας ὁρῶντες τὴν ἀκριβῆ τρίβον ὁδεύουσι καὶ τῇ τούτων θέσει προσέχοντες τὸ σκάφος ἰθύνουσιν· ἐπειδὴ γὰρ οὐ δέχεται τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ἴχνη, οἷς οἱ ὁδῖται προσέχοντες ἀναμφίβολον τὴν πορείαν ποιοῦνται, δέδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς μακρὰ διαπερῶσι πελάγη οἷον ἴχνη τῶν θαλαττίων τρίβων, τῶν ἀστέρων τὴν θέσιν. Καὶ οὕτω μὲν περὶ τούτων τοῖς ἁγίοις Πατράσι δοκεῖ.

Ἕτεροι δὲ τὸ διαληφθὲν παρερμηνεύοντες Μωσαϊκὸν ῥητὸν, ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων συγκράσεώς τε καὶ διαστάσεως λέγουσι τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα διοικεῖσθαι καὶ διεξάγεσθαι, εὐπραγίαν τε καὶ δυσπραγίαν ἐκεῖθεν κατάγουσι, καὶ ἁπλῶς ὅσα τῷ βίῳ καθ' ἑκάστην ἀπροσδοκήτως συμπίπτουσιν. Ἀλλὰ μή σύ γε, τέκνον ἠγαπημένον, τοιούτοις ὅλως ἀνάσχῃ πείθεσθαι λογισμοῖς, εἰ μὴ βούλει τοὺς ἀστέρας ἐντεῦθεν ἀδίκους εὑρίσκεσθαι, εἴ γε τοὺς μὲν ποιοῦσι πόρνους, τοὺς δὲ μοιχοὺς, καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἁρπαγας. Ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν ἀστέρων αὐτὸς ἂν ὁ ποιητὴς αὐτῶν Θεὸς ἄδικος εὑρεθείη, γέενναν πυρὸς τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἀπειλῶν καὶ σκότος ἐξώτερον. Ἀλλ' οὐκ ἔστι

[83] Matth. xvi, 3.

τοῦτο, οὐκ ἔστιν· αὐτεξούσιος γὰρ ὢν ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένος ἄνθρωπος εἱμαρμένῃ καὶ ἄστρασιν οὐχ ὑπόκειται. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τοῖς μὴ κατὰ γνώμην ἁμαρτάνουσι πῦρ ὁ Θεὸς καὶ σκότος ἠπείλησεν. Ὅτι δὲ βλασφημία ἐστὶν εἰς Θεὸν τὸ νομίζειν ἐξ ἀστέρων γίνεσθαι τοὺς μὲν τῶν ἀνθρώπων φονέας, τοὺς δὲ πάλιν ἁρπαγας, ὁ κορυφαῖος Πέτρος ἀριδήλως τοῦτο διδάξει σε πρὸς Φαῦστον. Καὶ γὰρ περὶ γενέσεως διαλεγόμενος καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔλεγεν· « Ἐγὼ μὲν ἀστρολογίας ἔμπειρος οὐκ εἰμὶ, ὥστε τὴν γένεσιν ἀπ' αὐτῆς τῆς κατὰ γένεσιν ἐπιστήμης ἀνασκευάζειν. Ἄλλῳ δὲ τρόπῳ δύναμαι ἀποδεικνύειν ὅτι κατὰ πρόνοιαν διοικεῖται τὰ πράγματα· ἕκαστος γὰρ πρὸς ἃ πράττει τιμῆς καὶ κολάσεως τεύξεται. » Ἁμαρτάνουσιν οὖν οἱ γένεσιν εἰσάγοντες, αὐτὸν τὰ πάντα δημιουργήσαντα Θεὸν βλασφημοῦντες. Ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῦ γέροντος εἰπόντος ὅτι βλασφημεῖν ἐστι τὸ λέγειν ὅτι τὰ πάντα γενέσει ὑπόκειται, καὶ πάνυ ὁ Πέτρος ἔλεγεν. Εἰ γὰρ πᾶσαι αἱ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίαι ἐξ ἀστέρων γίνονται, οἱ δὲ ἀστέρες ὑπὸ Θεοῦ ταῦτα ποιεῖν ἐτάχθησαν, ἵνα πάντων χαλεπῶν ἀποτελεσματικοὶ γένωνται, ἁπάντων λοιπὸν αἱ ἁμαρτίαι εἰς αὐτὸν ἀναφέρονται τὸν τὴν γένεσιν ἐνδόντα τοῖς ἄστρασι. Καὶ τὰ μὲν τοῦ κορυφαίου τοιαῦτα· ὅρα δὲ καὶ τί φησιν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ φωστήρων ἕκτῳ λόγῳ αὐτοῦ. Τὴν γὰρ ἀστρολογικὴν τέχνην ἐπὶ μέσου παράγων, καὶ ὅπως ἔχει μεθόδου κατεξετάζων, οὕτω κατὰ ῥῆμα διέξεισιν· « Ἐν δὴ τούτοις τοῖς λογισμοῖς πολὺ μὲν τὸ ἀνόητον, πολλαπλάσιον δὲ τὸ ἀσεβές. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι οἱ κακοποιοὶ τῶν ἀστέρων τῆς αὐτῶν πονηρίας ἐπὶ τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς τὴν αἰτίαν μετατιθέασιν. Ἔπειτα εἰ καὶ τῶν περὶ κακίαν καὶ ἀρετὴν ἐνεργημάτων οὐκ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἰσιν αἱ ἀρχαὶ, ἀλλ' ἐκ τῆς γενέσεως αἱ ἀνάγκαι, περιττοὶ μὲν οἱ νομοθέται τὰ πρακτέα ἡμῖν καὶ τὰ φευκτέα διορίζοντες, περιττοὶ δὲ οἱ δικασταὶ ἀρετὴν τιμῶντες καὶ πονηρίαν κολάζοντες· οὐ μὲν γὰρ τοῦ κλέπτου τὸ ἀδίκημα, οὐδὲ τοῦ φονέως, ᾧ γε οὐδὲ βουλομένῳ δυνατὸν ἦν κρατεῖν τῆς χειρός. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· αὐτεξούσιος γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ὅτι καὶ κατ' εἰκόνα παρήχθη Θεοῦ, ἐφ' ᾧ γενέσει καὶ ἄστρασιν οὐχ ὑπόκειται. » Τοῖς μέντοι προσπταίουσιν ὁπωσδήποτε καθ' εἱμαρμένην, ὡς εἴρηται, καὶ συγγινώσκειν ἄξιον ἦν, οὐ μὴν ἐπιφέρειν μάστιγας, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησίν. Καὶ γὰρ ἐν οἷς ἐξέθετο λόγοις περὶ εἱμαρμένης καὶ τάδε διέξεισι. Τοῖς μὲν οὖν ἀνάγκῃ κατεχομένοις συγγινώσκειν οἴδαμεν. Κἂν γὰρ ὑπὸ δαίμονός τις ἐνοχλούμενος ἢ τὸν χιτῶνα διερρήξῃ τὸν ἡμέτερον ἢ πληγὰς ἐπενέγκῃ, οὐ μόνον οὐ κολάζομεν, ἀλλὰ καὶ ἐλεοῦμεν καὶ συγγινώσκομεν. Τί δήποτε; Ὅτι οὐχ ἡ προαιρέσεως, ἀλλ' ἡ τοῦ δαίμονος βία ταῦτα εἰργάσατο. Ὥστε εἰ καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἐγίνοντο, συνέγνωμεν ἂν· ἐπειδὴ ἴσμεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάγκη, διὰ τοῦτο οὐδὲ συγγινώσκομεν. Εἰ γὰρ ἀνάγκῃ τὰ ἡμέτερα ἐδέδετο, τίνος ἕνεκεν τὸν οἰκέτην κεκλοφότα μαστίζεις; διὰ τί τὴν γυναῖκα μοιχευθεῖσαν εἰς κριτήριον ἕλκεις; ἵνα τί δὲ καὶ

minatur. Non est autem hoc verum, non est. Quippe ad imaginem Dei conditus homo, cum suimet ipsius sit compos, nec fato nec sideribus esse subjectus potest; quod si locum haberet, non Deus præter animi sententiam peccantibus ignem atque tenebras minatus fuisset. Et fieri sane convicium Deo, cum quis existimat per sidera quosdam homicidas effici, quosdam raptores, summus ille Petrus ad Faustum scribens te docebit. Nam de natalitio sidere disserens hæc inter alia profert: «Equidem astrologiæ non sum peritus, ut nativitatem ex ipsa de natalitio sidere scientia refellere possim: verum 27 alio quodam modo possum demonstrare res humanas a Providentia gubernari. Nam quisque pro eorum quæ agit ratione vel honorem vel pœnam consequetur. Quamobrem errant qui natalitium sidus introducunt, ipsum opificem rerum omnium Deum convicio quodam incessentes. » Quibus in verbis quod hic senex ait, convicium in Deum esse dicere cuncta natalitio sideri esse subjecta, perquam egregie dicitur. Nam si omnia mortalium peccata ab astris oriuntur, astra vero divinitus ordinata sunt ut ea efficiant, et omnium malorum ab ipsis origo proficiscatur, restat omnium peccata ad Deum referri debere, qui natalitiam illam vim sideribus indiderit. Hujusmodi sunt quæ summus ille vir protulit. Præter hæc vide quid magnus ille Basilius in oratione sexta, quæ est de luminaribus, dicat. Nam artem astrologicam in medium proferens, et quæ sit ejus methodus explorans, ad verbum hoc modo loquitur. In hisce ratiocinationibus magna inest stultitia et major etiam impietas. Quamobrem? Quod maleficа noxiaque sidera pravitatis suæ causam in auctorem suum transferant. Deinde si tam virtuti quam vitiis consentanearum actionum principia non sunt in nostra potestate, sed a necessitatibus siderum natalitiorum pendent, supervacanei sunt legum latores, qui agenda fugiendaque nobis definiunt. Nullum est enim vel furis delictum vel homicidæ, si ne volens quidem continere manum poterat. Sed non est hoc verum, non est. Quippe suæ spontis est homo, cum ad imaginem Dei sit factus; quo fit ut neque nativitati certæ neque sideribus subjectus sit. Quin etiam quoquo modo delinquentibus fato quodam, ut diximus, æquum esset ignoscere, non adhibere verbera, quemadmodum Chrysostomus ait. Nam in orationibus quas habuit de Fato hujusmodi quædam tradit: Iis qui necessitate coguntur, ignoscere solemus. Etenim si quis a malo genio vexatus vel tunicam nostram laceraverit vel nos verberibus affecerit, non modo non punimus eum, sed etiam miseramur veniamque largimur. Quamobrem istuc? Quia non electionis, sed mali genii vis ea designavit. Quo fit ut si quidem alia quoque delicta de necessitate fati provenirent, ignoscendum eis omnino foret. Nam si necessitas res nostras constrictas tenet, quamobrem servum tuum aliquid suffuratum verberas? quamobrem adul-

terii ream uxorem in jus rapis? quamobrem turpia designans pudore afficeris? De his perspici **28** facile potest neque fatum neque fortunam neque nativitatem neque cursum siderum res nostras gubernare. Nam si hoc largiamur, quid porro necesse fuerit adhibere labores atque sudores, ut a vitiis immunes simus? Siquidem fato decretum est fore aliquem malum, etiamsi molestias infinitas suscipiat, malus erit. Vel potius dici malus nequaquam debet, qui a necessitate ad hoc impellitur. Quodsi etiam bona valetudo atque morbi a fato pendent, supervacaneæ sunt opum impensæ, supervacanea medicorum accessio, supervacanea denique victus ratio, quam morbo aliquo laborantes accurate servant. At cum hæc supervacanea non sint (quo enim pacto id dici possit? cum magnam ex his utilitatem percipi conspiciamus), jacet hæc de fato fabula, jacet omnis de natalitio sidere oratio. Non enim homines ulli necessitati subjecti sumus, sed potius electionis libertate ac voluntatis arbitrio divinitus ornati. Nam si non est suæ sponte atque juris homo, restat eum ne ad Dei quidem imaginem creatum esse. Quo enim pacto simulacrum naturæ illius imperatricis esse possit, si hac in parte discrepet ab exemplari principe? Quippe conveniebat atque par erat, ut id quod per omnia conformatum ad similitudinem Numinis esset, quemadmodum Nyssenus antistes ait, in natura sua potestatem agendi arbitratu suo haberet imperioque neminis pareret. Itaque multis probatum minime nos alicujus natalitii sideris, quæ complurium est opinio, necessitate ligari. Nam cæteroqui nulla re nos ratione ornati a brutis animalibus differremus, quorum est arbitratu alieno, quo visum alteri fuerit, duci, cum rationis atque mentis particeps natura, si libertatem voluntatis amittat, etiam beneficio facultatis intelligentis spolietur. Quis enim mentis usus ei fuerit, si a fati necessitate ducatur, et ab ea quasi protrudatur et impellatur ad actiones? Ac de his quidem hactenus.

πονηρὰ πράττων αἰσχύνῃ; Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν ὅτι οὔτε εἱμαρμένη οὔτε τύχη οὔτε γένεσις οὔτε δρόμοι ἀστέρων τὰ καθ' ἡμᾶς διοικεῖ. Εἰ γὰρ τοῦτο δώσομεν, τίς χρεία λοιπὸν πόνων καὶ ἱδρώτων πρὸς τὸ κατορθοῦν ἀρετὴν ἔσται; Εἵμαρταί τινι γενέσθαι καλός· καὶ καθεύδων ὁ τοιοῦτος καὶ ῥέγχων ἔσται καλός. Μᾶλλον δὲ οὐ καλὸν τὸν τοιοῦτον ἔστιν εἰπεῖν τὸν ἐξ ἀνάγκης εἰς τοιοῦτο γινόμενον. Τίς χρεία πόνων (8) πρὸς τὸ κακίαν φυγεῖν; εἰ Εἵμαρταί τινι γε νέσθαι κακὸς, κἂν μυρία ταλαιπωρῇ, κακὸς ἔσται. Μᾶλλον δὲ οὐ κακὸν τὸν τοῦτον ἔστιν εἰπεῖν τὸν ὑπ' ἀνάγκης πρὸς τοῦτο ὠθούμενον. Εἴπερ ὑγεία καὶ νόσος τῆς εἱμαρμένης ἤρτηται, περιττὰ τῶν χρημάτων τὰ ἀναλώματα, περιττὴ τῶν ἰατρῶν ἡ εἴσοδος, περιττὴ δὲ καὶ ἡ τῶν νοσούντων διαίτης ἀκρίβεια. Ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ περιττὰ ταῦτα (πῶς γὰρ, εἴγε καὶ πολλὴν ὁρῶμεν τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν), οἴχεται μὲν ὁ τῆς εἱμαρμένης μῦθος, οἴχεται δὲ καὶ ὁ τῆς γενέσεως λόγος. Οὐδεμιᾷ γὰρ ἀνάγκῃ τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπόκειται, τετίμηται δὲ μᾶλλον προαιρέσεως ἐλευθερίᾳ καὶ αὐτεξουσιότητι. Εἰ γὰρ μὴ αὐτεξούσιος ὁ ἄνθρωπος, οὐδὲ κατ' εἰκόνα Θεοῦ παρήχθη λοιπόν· πῶς καὶ γὰρ εἰκὼν ἂν εἴη τῆς βασιλευούσης φύσεως, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἀνισότητα φέρων πρὸς τὸ ἀρχέτυπον; Ἔπρεπε γὰρ τὸ διὰ πάντων πρὸς τὸ Θεῖον ὁμοιωμένον, ὡς ὁ Νύσσης φησὶν, ἐν τῇ φύσει κεκτῆσθαι τὸ αὐτοκρατὲς καὶ ἀδέσποτον. Δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν ὅτι γενέσεως ἀνάγκῃ κατὰ τὴν τῶν πλειόνων ὑπόληψιν οὐ δεδέμεθα· οὐ γὰρ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ κατὰ γνώμην ἡμῖν τὰ πραττόμενα πράττεται; κατ' οὐδὲν ἂν ἡμεῖς οἱ λόγῳ τετιμημένοι τῶν ἀλόγων ζώων διενηνόχαμεν· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶ τὸ ἀλλοτρίῳ βουλήματι πρὸς τὸ δοκοῦν περιάγεσθαι. Ἡ δὲ λογική τε καὶ νοερὰ φύσις, ἐὰν τὸ κατ' ἐξουσίαν ἀπόθηται, καὶ τὴν χάριν τοῦ νοεροῦ συναπώλεσεν· εἰς τί καὶ γὰρ χρήσεται τῇ διανοίᾳ, τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ περιαγομένη κἀκεῖθεν ἐπὶ τὰ πρακτέα παρωθουμένη; Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ἐς τοσοῦτον.

Tu vero, dilecte fili, si quando videris infantem vitiatum ex alvo matris egredi qui vel biceps vel quadrupes sit, quemadmodum Mauricio imperante accidit, noli existimare non bonis siderum adspectibus ejusmodi conformari, quemadmodum existimavit olim Hermes ille, qui magno est apud Græcos in honore. Potius magno Athanasio et Joanni Chrysostomo cæterisque Patribus fidem habe, qui de homine a nativitate cæco et altero a nativitate claudo disserentes, causam harum rerum ad effectricem vitæ naturam ipsam referunt, non contrarios quosdam siderum situs. Et esse naturam horum causam perspicuum est maxime. Nam omnia sua quadam ratione facere consuevit, quemadmodum magnus ille Basilius **29** ait; et apud nos ovis incubantes domesticæ gallinæ hoc ipsum

Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, εἴ που καὶ βρέφος ὄψει ποτὲ σεσινωμένον ἐκπίπτον τῆς μήτρας, εἰ τύχῃ δικέφαλον ἢ τετράπουν, ὡς ἐπὶ Μαυρικίου βασιλέως, μὴ σχήμασιν ἀστέρων οὐκ ἀγαθοῖς τὰ τοιαῦτα διαπλάττεσθαι νόμιζε, καθάπερ ἔδοξέ ποτε καὶ τῷ παρ' Ἕλλησι τιμωμένῳ Ἑρμῇ. Πείθου δὲ μᾶλλον τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ τῷ τε χρυσορρήμονι Ἰωάννῃ καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις Πατράσι· περὶ γὰρ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ καὶ τοῦ ἐκ γενετῆς χωλοῦ τὸν λόγον ποιούμενοι τὴν διαπλάττουσαν τὸ ζῷον ἠτιάσαντο φύσιν, οὐ μὴν ἐναντίων ἀστέρων σχηματισμούς. Ὅτι δὲ ἡ φύσις τῶν τοιούτων αἰτία σινωμάτων ἐστὶ (καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἑαυτῆς ἀκολουθίαν εἴωθε (9) τὰ πάντα ποιεῖν, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος), καὶ αἱ παρ' ἡμῖν ἐπωάζουσαι κατοικίδιοι ὄρνιθες μαρτυροῦσι τοῦτῳ σαφέστατα. Ὁρῶμεν γὰρ ἔστιν ὅτε ἐκ τῶν ᾠῶν ἐκ-

(8) *Ἱδρώτων πρὸς τὸ κατορθοῦν τίς χρεία πόνων*; Hæc quæ subministrat nobis codex Fontisebraldensis cœnobii aberant quoque a codice Leunclavii.

(9) *Τὴν διαπλάττουσαν. . . . . ἑαυτῆς ἀκολουθίαν εἴωθε . . . .* Ex. F.

πίπτοντα τετραπτέρυγα νεόττια καὶ τετράποδα. Καὶ τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι τὴν αἰτίαν ἔκπληξιν ἐμποιεῖ τὰ τοιαῦτα πολλὴν, οὐκουν δὲ καὶ τοῖς λόγου μετέχουσι. Τούτῳ μέντοι τῷ τρόπῳ καὶ δικέφαλον ὄφιν ἴδοι τις ἄν, καὶ ὅσα τοιαῦτα πλήρη τυγχάνοντα θαύματος. Ἀλλὰ μὴ σύ γε διαταράττου τούτων ἕνεκα, μηδὲ κακοποιῶν ἀστέρων ἀκτινοβολίας ἐπὶ τούτοις παρείσαγε. Ἄφες ἐπὶ ματαίοις ματαιάζειν αὐτούς. Ἐπὶ πᾶσι γὰρ τούτοις ἡ αἰτία σαφής. Εἰ μὲν οὐκ ἐτίκτοντο βρέφη δίδυμά τε καὶ τρίδυμα, εἶχες ἄν τι καὶ λέγειν· ἐπεὶ δὲ καθ' ἑκάστην τοιαῦτα ὁρᾷς, καινὸν πάντως οὐδὲν εἶγε συγκεκολλημένα τὰ δίδυμα καὶ οὐ διῃρημένα πολλάκις τῆς μήτρας ἐκπίπτουσι.

A clare testantur. Videmus enim nonnunquam ex ovis provenire pullos cum alis quatuor, itemque pullos quadrupedes. Ejus rei causam quotquot ignorant, admiratione maxima percelluntur; idemque non raro etiam viris a ratione non destitutis usuvenit. Hoc modo videre nonnunquam est serpentem bicipitem, aliaque talia plena sane admirationis; quorum tu causa perturbari nolito. neque noxiorum siderum radios hic excogites. Sine, vanis illi opinionibus desipiant. Nam horum omnium perspicua causa est. Quodsi neque gemelli neque trini fetus uno partu simul ederentur, dici aliquid abs te posset. At cum modo non quotidie videas id fieri, nihil omnino novum est, si gemelli conglutinati ac non sejuncti nonnunquam ex alvo materno prodeunt.

Προγινώσκειν μὲν οὖν καὶ ἀμυδρῶς τοῦ μέλλοντος ἔκ τινων σημείων καταστοχάζεσθαι, ἄνευ ἀντιλογίας καὶ ἡμεῖς τοῦτο κατατιθέμεθα. Οὐδὲν γὰρ ἐπὶ προδήλοις οὕτω πράγμασιν ἀντιπίπτειν ἐπὶ πλέον ἰσχύομεν. Εἰ γὰρ καὶ ἥμαρτεν ἐν παραδείσῳ ὁ ἄνθρωπος, εἰ καὶ τὸ δοθὲν αὐτῷ προφητικὸν χάρισμα πάμπαν ἀπώλεσεν, ἀλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πανοικτίρμων Θεὸς τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι τέλεον παραβάλλεσθαι. Ἐφ' ᾧ καὶ σημεῖά τινα δίδωσι τοῦ προορᾶν ἕνεκεν ἔστιν ὅτε τὰ μέλλοντα κάντεῦθεν ἑαυτῷ περιποιεῖσθαι ἀσφάλειαν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Οἱ ἐν τῷ ἀέρι φαινόμενοι κομῆται λόγῳ μὲν φυσικῷ συνίστανται, θανάτους δὲ ὅμως βασιλέων ἢ καὶ προσώπων ἐπιφανῶν καταγγέλλουσιν, ὡς ὁ μέγας ἔφη καὶ οὐρανοφάντωρ Βασίλειος. Ἀλλὰ καὶ αὐχμῶν ἔστιν ὅτε ἀνέμων οἱ τοιοῦτοι δηλωτικοί, οἳ καὶ δοκοῦσι μὲν εἶναι ἀστέρες, οὐκ εἰσὶ δέ. Πῶς καὶ γάρ; εἶγε συνίστανται μὲν, οὐ παραμένουσι δέ· τῆς γὰρ ὕλης τῷ πυρὶ δαπανηθείσης, δι' ἧς ὁ κομήτης συνέστηκεν, ἐξ ἀνάγκης καὶ οὗτος σβεννύμενος διαλύεται.

B Cæterum aliquid prævidere, deque signis quibusdam id quod futurum sit obscuriuscule conjectari non posse, citra contradictionem omnem fatemur. Nam in rebus adeo manifestis resistere diu sane nequeamus. Quanquam enim homo in paradiso peccavit, quanquam concessum sibi vaticinandi munus atque beneficium amisit, non tamen Deus ille misericors eum prorsus similem evadere brutis jumentis permisit. Quo fit ut signa quædam ei suppeditet, de quibus interdum futura prospiciat, eoque pacto securitati suæ consulat. Quid multis verbis opus est? Qui conspiciuntur in aere cometæ, naturali quidem illi ratione modoque oriuntur, sed interim vel regum vel aliarum illustrium personarum interitus denuntiant, quemadmodum magnus ille cœlestiumque rerum interpres Basilius inquit. Interdum vel æstus vel ventos subsecuturos indicant. Et videntur quidem esse sidera, verum non sunt. Qui enim esse sidera possint? cum oriantur quidem, sed non durabiliter maneant. Nam materia, de qua cometes exstitit, per ignem absumpta, necessario et ipse exstinctus dissipatur.

Ἀλλ' ὅρα καὶ τὴν γένεσιν ὁποία τίς ἐστι καὶ πόθεν ἴσχηκε τὴν ἀρχήν. Ἐκ τῆς καπνώδους καὶ ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως ἕως αὐτῆς τῆς σελήνης ἀνάγεται διὰ κουφότητα καπνὸς μὲν οὖσα κατὰ τὴν οὐσίαν, φλὸξ δὲ κατὰ τὴν δύναμιν. Ἐφ' ᾧ καὶ ὑπέκκαυμα ταύτην ὁ Ἀριστοτέλης ἐκάλεσε, τουτέστιν ὑφειμένον πῦρ· ὁ γὰρ καπνὸς θερμὸς μέν ἐστι, μὴ μέντοι γε πῦρ αὐτενέργητον. Ἐξάπτεται τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ συγκινούμενον. Ἀλλ' ἡμέρας μὲν οὐ φαίνεται διὰ τὴν τοῦ ἡλίου μαρμαρυγὴν, νυκτὸς δὲ τὰ τοιαῦτα διάδηλα γίνεται. Ἐπειδὰν οὖν τὸ μέρος τοῦ ὑπεκκαύματος διὰ τὴν κίνησιν ἐξαφθῇ, εἰ μὲν οὐκ ἐντύχῃ ἑτέραις οὐσίαις ἐπιτηδείαις· εἰς ἕξαψιν, θᾶττον ἐναπσβέννυται, ἐπειδὰν δὲ κινηθὲν παχείᾳ ὕλῃ ἐγκύρσῃ τινὶ, ἐκεῖσε ἐνίσχεται· ὅθεν ἡ τοιαύτη ὕλη κατὰ πᾶν ἐξαπτομένη αἴξ τε καὶ κομήτης λέγεται. Ἀποσπινθηρίζουσα γὰρ δοκεῖ τινα κόμην ἔχειν καθειμένην καὶ οἷά τισι μαλλοῖς κατὰ τὰς αἶγας βρίθεσθαι· ταύτῃ τοι καὶ κομήτης τὸ τοιοῦτον φάσμα ὠνόμασται. Οὗτος μὲν ὁ κομήτης ἐνίοτε καὶ πολυήμερός ἐστιν, ἀρκούσης τῆς ὑποκειμένης

Animadverte autem ortum ipsorum, cujusmodi sit et unde principium habeat. Exsistunt cometæ de fumosa et sicca exhalatione, quæ exhalatio propter levitatem suam ad lunam usque subvehitur, et natura quidem essentiaque sua fumus est, verum vim flammæ continet. Quo fit ut Aristoteles eam fomitem vocet, hoc est ignem remissum. Quippe fumus est calidus quidem ille, non tamen ignis vi sua et efficaciter agens. Accidit autem deinceps ut agitata cum hoc universo accendatur. Et interdiu qui ob splendorem solis haud conspicitur, noctu vero apparet. Posteaquam fomitis illius pars aliqua propter motum 30 accensa deflagraverit, si alias essentias ad inflammationem idoneas non consequatur, citius exstinguitur: sin ipso in motu ad crassam quamdam materiem feratur, magis invalescit et augetur. Unde fit ut hujusmodi materies accensa penitus capra cometesque vocetur. Quippe dum scintillat, comam quasi quamdam habere prolixam videtur, veluti que lanis caprarum in morem onusta esse; quæ ipsa

ratio est quamobrem cometes, hoc est crinitum sidus appelletur. Et durat interdum diebus compluribus, nimirum materie subjecta diuturnam ad inflammationem sufficiente. De causa eadem et ignis oritur ille qui noctibus serenis e cœlo labi videtur, et quem nonnulli rudiores esse cœleste sidus existimant, cum homines in hisce disciplinis exercitati speciem ejusmodi trajectionem nuncupent. Cum enim illud quod ex motu est accensum, in materies igni concipiendo idoneas inciderit, et deinde flamma de una ad aliam materiem lata longius sese diderit ignis ad hastæ formam extensus, fit hoc quod trajectionem vocant. Consuevimus enim visis ejusmodi pro ratione formarum, quibus conspiciuntur, appellationes indere.

A αὐτῷ ὕλης εἰς χρονίαν ἔξαψιν. Ἐντεῦθεν οὖν ἴσχει τὴν γένεσιν καὶ τὸ δοκοῦν ἐξ οὐρανοῦ ῥίπτεσθαι πῦρ αἰθρίας οὔσης τῆς νυκτὸς, ὃ δὴ καί τινες τῶν ἀγροικοτέρων ἄστρον οὐράνιον ἡγηνται. Ἀλλ' οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα ἠσχολημένοι τὸ τοιοῦτον φάσμα διάττοντα κατονομάζουσιν. Ἐπειδὰν γὰρ τὸ διὰ τὴν κίνησιν ἐξαφθὲν ὕλαις ἐπιτηδείαις εἰς ἔξαψιν ἐντύχῃ, κἀντεῦθεν ἀπ' ἄλλης εἰς ἄλλην φερομένης τῆς φλογὸς διαδόσιμον γένηται τὸ πῦρ, κατὰ σχῆμα τοῦ δόρατος ἀπομηκυνθῇ, τὸ τοιοῦτον διάττων ὠνόμασται κατὰ τὰ φαινόμενα σχήματα, καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἀποπληροῦσι τοῖς φάσμασιν.

Quapropter hæc, uti diximus, in cœlo collocavit Deus, ut signa nobis essent de quibus haud vulgares muniendi nostri rationes colligeremus. Nam aspice mihi nubes, quæ cum interdum lanarum velleribus consimiles cernuntur, plerumque tempestates pluvias denuntiant. Atque etiam iris, arcus nimirum ille quem in cœlo conspicimus, non simpliciter neque fortuito nostris semet oculis offert, sed pluvia tempestate conspecta serenitatem fert secum, serena, pluviam designat. Hæc enim Deus in signa constituit.

B Ἔθετο μὲν οὖν εἰς σημεῖα, καθάπερ εἴρηται, ὁ θεὸς ταῦτα δὴ τὰ κατ' οὐρανὸν, ὡς ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀσφάλειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν προσγίνεσθαι. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τὰ νέφη πόκοις ἐρίων φανέντα ποτὲ παραπλήσια χειμῶνας ἐνίοτε προσημαίνουσιν. Ἀλλὰ καὶ ἶρις αὐτὴ, τὸ κατ' οὐρανὸν δηλαδὴ φαινόμενον τόξον, ὡς οὐχ ἁπλῶς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν καὶ ὡς ἔτυχε πρόκειται· χειμῶνος μὲν γὰρ αὐτὴ φανεῖσα εὐδιεινὴν ἐπιφέρει κατάστασιν, εὐδίας δὲ οὔσης εἴγε φανείη, χειμῶνα τοὐναντίον ἐμήνυσε. Καὶ ἔθετο γὰρ, φησὶ, ταῦτα εἰς σημεῖα.

Et caret iris essentia peculiari sua, solumque species quædam est imaginaria cernentis aspectus, orta de sole in nubes partium diversarum incidente. Itidem lumen ambiens area specie tenus exsistit, cum reapse nihil sit deque aspectus refractione oriatur. At vero fulguris ignis essentia peculiari non caret, tametsi vim urendi non habeat. Etenim ejus natura partium est subtilium, et corpora celeriter præterit. Quo fit ut ea nec urat nec denigret. Quanquam enim hujusmodi fulmen ignis est, et a natura vi præditum est urendi, tamen ejus subtilitas et præterea celeritas, non diu corporibus inhærens, illæsa relinquit. Prester vero, sicut ipsum etiam nomen indicat, adurit ea corpora quæ attigerit. Et adurit propterea quod secum trahat e nube materiem quamdam crassiorem, eamque inflammet. Præterem ipsum ventus præcedit. Patet hoc inde, quod ea quæ conflagratura sunt, prius a vento 31 convellantur. Quippe flatus ille presteris, cum sulfureus sit, verberandi ac perrumpendi vim habet.

Ἀλλ' ἡ μὲν ἶρις ἀνυπόστατός ἐστι, φαντασία δὲ μόνον τῆς ὁρώσης ὄψεως, ἐξ ἡλίου συνισταμένη νέφεσιν ἀνομοιομερέσιν ἐμπίπτοντος. Ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ σελήνην ἅλως ἔμφασις ὡσαύτως ἐστὶν, οὐ μὴν ὑπόστασις, ἐξ ἀνακλάσεως τῆς ὄψεως. Τὸ δὲ ἀστραπαῖον πῦρ ἐνυπόστατον μέν ἐστιν, οὐκ ἔχει δὲ τὸ φλέγον· λεπτομερὴς γὰρ ἡ οὐσία αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα ταχέως παρέρχεται, ὅθεν οὔτε καίει οὔτε μελαίνει αὐτά. Εἰ γὰρ καὶ πῦρ ὁ τοιοῦτός ἐστι κεραυνὸς καὶ φύσει ἔχει τὸ καίειν, ἀλλ' ἡ λεπτότης αὐτοῦ, πρὸς δὲ καὶ ἡ ταχύτης μὴ ἐγχρονίζουσα τοῖς σώμασιν, ἄκαυστα ταῦτα ἐᾷ. Ὁ δὲ πρηστὴρ, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, τὰ παρατυχόντα καταφλέγει σώματα. Καταφλέγει δὲ διὰ τὸ συνεπισπᾶσθαι μεθ' ἑαυτοῦ παχυμερεστέραν ὕλην ἐκ τοῦ νέφους, καὶ ταύτην ἐκπληροῦν. Τούτου δὲ τοῦ πρηστῆρος καὶ προηγεῖται πνεῦμα. Καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὰ μέλλοντα ἐμπίπρασθαι πρῶτον ὑπὸ πνεύματος ῥήγνυσθαι· τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ πρηστῆρος θειῶδες ὂν πλήττει καὶ ῥήγνυσι. Ταύτῃ τοι καὶ τὰ κεραυνωθέντα μένει διεστῶτα ἐπὶ χρόνον τινά.

C

D

Itaque fulmen, fili, hoc est ignem illum fulguris, vel per nubium collisionem fieri putato vel per expressionem, cum nimirum essentia quædam ignea in nubes incidit, ac per vim inde rursus excernitur, quasique ab ipsa nube protruditur et impellitur. Nam ecpyrenismus est quædam quasi ejaculatio per compressionem facta, quemadmodum nos quoque olivarum ossicula digitis comprimentes sursum vel deorsum ejaculamur. Tale quiddam est fulmen, quod per ecpyrenismum fit, cum præsertim inferior nubis crassities de loco superiore condensata irruentem in se substantiam penetrare suumque ad locum tendere non sinit. Tunc enim

Τὸν μέντοι κεραυνὸν, ἀγαπητὲ, τοῦτ' ἔστιν αὐτὸ τὸ ἀστραπαῖον πῦρ, ἢ κατὰ σύγκρουσιν τῶν νεφῶν γίνεσθαι νόμιζε ἢ κατὰ ἐκπυρηνισμὸν, ἡνίκα δηλαδὴ πυρώδης οὐσία τοῖς νέφεσιν ἐμπεσοῦσα κατὰ βίαν ἐκεῖθεν ἐκραγῇ, ῥιπτομένη καὶ οἷον εἰπεῖν ὠθουμένη παρὰ τοῦ νέφους αὐτοῦ. Ἐκπυρηνισμὸς γάρ ἐστιν ὁ κατὰ συμπίεσιν· ἀκαντισμὸς γάρ ἐστιν, ὡς ὅταν καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν ἐλαιῶν ὀστᾶ τοῖς δακτύλοις συμπιέζοντες ἢ ἄνω ἢ κάτω ταῦτα ἐξακοντίζωμεν. Καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ κατὰ ἐκπυρηνισμὸν κεραυνὸς, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἡ τοῦ νέφους παχύτης ἄνωθεν πυκνωθεῖσα τὴν ἐμπεσοῦσαν ἐκεῖσε οὐσίαν οὐκ ἐᾷ τε διελθεῖν καὶ ἐπὶ τὸν χῶρον αὐτῆς ἀνελθεῖν·

τηνικαῦτα γὰρ ὑπὸ τοῦ νέφους, ὡς εἴπομεν, συμπιεζομένη τε καὶ ὠθουμένη κάτω ῥιπτεῖσθαι πάλιν βιάζεται. Ὁ δὲ ἕτερος ἀποτίκτεται κεραυνὸς τῶν νεφῶν συντριβομένων. Ἡ μὲν γὰρ ῥῆξις τὸν κεραυνὸν ἀπεγέννησε, τοῦ νέφους βίᾳ σπασθέντος· τηνικαῦτα δὲ θυλάκου ὥσπερ διαῤῥαγέντος ὑετὸς κατενήνεκται. Ὁ δέ γε τῆς ῥήξεως ἦχος τὴν βροντὴν ἀπεγέννησεν. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν δεῖ πρῶτον ῥαγῆναι τὸ νέφος καὶ οὕτω φανῆναι τὴν ἀστραπήν· ἡμεῖς δὲ τοῦ πυρὸς ἐπιλαμβανόμεθα πρότερον. Τούτου δὲ αἴτιον ἡ τῶν ὠτίων καὶ τῶν ὀφθαλμῶν διοργάνωσις· οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν ἀμέσως ὁμιλοῦντες τῷ ἀέρι τοῦ ὁρατοῦ θᾶττον ἀντιλαμβάνονται, ὁ δέ γε τοῖς ὠτίοις προσεβλημένος κοχλοειδὴς πόρος βραδέως εἰσάγει τὸν ψόφον. Κοχλοειδῆ δὲ τὸν τοιοῦτον κατεσκεύασε πόρον ὁ δημιουργὸς ἡμῶν Θεὸς, ἵνα μὴ ἐκ τῶν παραπιπτόντων ἡμῖν ἀθρόων, εἴτε ψόφου εἴτε ἀέρος ψυχροῦ, ὁ ἐγκέφαλος ἡμῶν οὐ μικρῶς καταβλάπτηται. Καὶ εἰ μὲν ἀπὸ ξηροτάτου νέφους ὁ κεραυνὸς ἐκραγῇ, φοινικοῦς τε τὴν χροιὰν ὁ τοιοῦτός ἐστι, καὶ τὴν οὐσίαν φλογώδης, εἰ δὲ ἀφ' ὑγροτέρου νέφους, λευκόν τε ἔχει τὸ χρῶμα καὶ καυσώδης ἥκιστα.

Οὕτω μὲν οὕτω, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, καὶ τοὺς ἀστέρας τοὺς ἀπλανεῖς τε καὶ πλανωμένους εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς ὁ ποιητὴς πάντων καὶ κύριος ἔθετο. Κυρίους δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀρετῆς τε καὶ κακίας παρεκτικοὺς οὐκ ἂν ποτε εἴπῃ τις λογισμοῦ κύριος ὤν, εἴ γε καὶ μᾶλλον ἤκουσε τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. » Ἐὰν θέλητε γὰρ εἰπὼν ἔδειξε προφανῶς ὡς ἐλεύθερός τις ὁ καθ' ἕνα ἡμῶν, καὶ ὅτι τῶν αὐτοῦ πράξεων ἕκαστος ὁμολογουμένως πέφυκε κύριος.

Εἰδέναι γὰρ τοῦτο πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἄνωθεν ὠφέλιες, ἀγαπητὲ, ὅτι οἱ τὸν ἥλιον λέγοντες μὴ ὑποτρέχειν κάτωθεν μετὰ τὴν αὐτοῦ δύσιν, ἀλλ' ἐκ πλαγίου τὴν αὐτοῦ ποιούμενον δίοδον πρὸς ἀνατολὰς ἀπέρχεσθαι κἀκεῖθεν αὖθις ἀπέρχεσθαι τοῦ φωτίζειν τὴν γῆν, οὐκ εὐπαράδεκτα λέγειν, ὡς οἶμαι, τοῖς εὖ φρονοῦσιν κριθήσονται, εἰ μή που κατὰ λόγον οἰκονομίας τοιαῦτα λέγειν προάγονται. Εἰ γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἡ νὺξ ἀλλ' ἢ σκίασμα γῆς, τοῦ ἡλίου τὴν γῆν ὑποτρέχοντος, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶ, πῶς λοιπὸν βαθεῖα τὴν ἡμέραν διαδέξεται νὺξ, τοῦ ἡλίου κατ' ἐκείνους ἐγγύτατα καὶ μικροῦ πρὸς ἡμᾶς στρεφομένου, κἀντεῦθεν ἀκτίνων ἡμῖν ἐμπιπτουσῶν καὶ φωτιζουσῶν τὸ περίγειον; Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς λεγομένοις, αὐτοῖς τοῖς πράγμασι πείσθητι. Ἐν Βρεττανίᾳ τῇ νήσῳ ὀκτωκαιδεκάωρος μὲν ἡ ἡμέρα ἐστὶν, ἑξάωρος δὲ ἡ νύξ. Καὶ οὐ μόνον ἑξάωρος, ἀλλὰ καὶ τὸ σκότος αὐτῆς οὐ πάνυ βαθὺ, τοιοῦτον δέ πως ὁποῖόν ἐστι τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον λυκόφωτον. Ἐμπίπτουσι γὰρ αὐτοῖς αἱ αὐγαὶ τοῦ ἡλίου. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι κἂν ταῖς νυξὶν αὐταῖς ὁ ἥλιος ἐγγύτατα περιστρέφεται διὰ τὸ βραχύτατον αὐτοῦ

ἡμῶν, ὡς ἀδύνατον παρθένον τεκεῖν καὶ αὖθις μεῖναι παρθένον, μυρίας ἐκ τῆς φύσεως ἀφορμὰς πρὸς τὴν πίστιν τῶν παραδόξων προλαβὼν κατεβάλετο. Καὶ οὕτω μὲν περὶ τούτων ὁ μέγας Βασίλειος· οἱ δέ γε τὰς φύσεις τῶν ζώων διασκεψάμενοι τριετῆ χρόνον τοὺς γῦπας ἐγκυμονεῖν τερατεύονται. Καὶ πῶς ἄκουε. Οὐκ ἔστιν ἄρρενα γῦπα θεάσασθαι· ἀσυνδυάστως γὰρ αὐτοὺς τίκτειν νόμοι φύσεως καραχελεύονται, ὅθεν καὶ πᾶν τὸ γένος αὐτῶν ἡ τοῦ θήλεος φύσις ἠνέγκατο. Ὅπερ ἐπιστάμενοι γῦπες καὶ τὴν ἐρημίαν δεδιότες τῶν τέκνων, εἰς ἐπιγονὴν ἅπαν τὸ γένος στρατεύεται, καὶ δρῶσί τι σόφισμα ἄριστον. Τῷ νότῳ καὶ γὰρ ἀντίπρωροι πέτανται. Εἰ δὲ μὴ νότος εἴη, τῷ συγγενεῖ εὔρῳ ἁπλοῦσι τὰς πτέρυγας, εἶτα κεχήνασι καὶ τοῦ πνεύματος ἐμφοροῦνται εἰσρέοντος, καὶ τίκτουσι ζῶα, μὴ μέντοι γε ὠὰ ὑπηνέμια. Διὸ πλείστου χρόνου δεῖται ἡ φύσις πρὸς ζώου τελεσιουργίαν· χαλεπὸν γὰρ καὶ λίαν ἐργῶδες τῇ φύσει οὐσιῶσαι τὸ πνεῦμα καὶ πρὸς ζῶον πλαστουργεῖν τὸ λεπτότατον. Ἐπειδὰν τοίνυν ἀκούεις καὶ σὺ συναφείας ἄνευ ἐγκυμονῆσαι τὴν Πάναγνον, πρότερον αὐτῇ Πνεύματος ἁγίου ἐπεισκιάσαντος καὶ τοῦ Κυρίου κατὰ τὸν προφήτην ἀπὸ Θαιμὰν ἥξαντος, μηδ' ὅλως ἀπίστει τῷ πράγματι, κἂν μέγα τῷ ὄντι δόκει καὶ παράδοξον· ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ ἡ παρὰ φύσιν τῶν γυπῶν κυοφορία θαυμασίως οὕτω τῷ Θεῷ προητοίμασται. Λέγεται γὰρ ὅτι γενόμενος ἔγκυος ὁ γὺψ πορεύεται εἰς τὴν Ἰνδικήν, καὶ λαβὼν λίθον τὸ καλούμενον εὐτόκιον ἐπάνω αὐτοῦ κάθηται συνεχόμενος ὠδῖσι, καὶ οὕτως ἀποτίκτει. Ὁ μέντοι λίθος περιφερὴς ὡς κάρυον, καὶ κινούμενος ἦχον ἐκπέμπει ὡς κώδων, ἔνδοθεν ἑτέρου λίθου κινουμένου. Φασὶ δὲ καὶ τοῦτο περὶ γυπὸς, ὅτι μύρῳ ῥοδίνῳ χρισθεὶς ἀποθνήσκει.

A noetrum irriderent, quasi fieri nequeat ut pariat virgo et nihilominus virgo maneat, ex ipsa natura Deus nobis tantum non infinitas suppeditavit occasiones faciundi fidem rebus cæteroquin absurdis et nostræ opinioni non respondentibus. Hoc modo de his Basilius disserit. Cæteri vero, qui naturas animalium perspectas habent, vultures toto triennio gestare uterum prodigiose tradunt. Quinam istuc? Audi. Vultur mas nullus conspicitur. Nam absque duum conjunctione gignere de præscripto naturæ solent. Quo fit ut eorum universa natio consistat in feminis. Hoc cum non ignorent vultures, orbitatis metu simul universi ad fetificandum quamdam velut expeditionem suscipiunt. Hic si nullus eis sese Auster offerat, ad cognatum Eurum B alas expandunt. Inde per oris hiatum vento influente replentur, et animalia, non ova subventanea gignunt. Quæ causa est quamobrem maximo temporis spatio natura hujus ad animalis absolutionem indigeat. Nam difficile et operosum est naturæ de vento quamdam essentiam efficere deque re longe subtilissima et exili prorsus animal fingere. Cum igitur audies Virginem illam purissimam absque ullo viri commercio gravidam fuisse factam, cum prius eam sanctus ille Spiritus inumbrasset ac Dominus, uti vates loquitur, de Thæmanc venisset, nequaquam huic rei fidem derogato, tametsi reapse magna videatur et 43 ab opinione hominum abhorrens. Nam ea de causa vulturum quoque conceptio tam admirabiliter a C Deo est instituta. Traditur autem monumentis litterarum vulturem, posteaquam conceperit, in Indiam sese conferre, noctumque lapidem, quem a facilitate partus quem adjuvat Eutocium vocant, in eo se parturigine vexatum collocare, atque illo modo parere. Lapis ipse rotundus est, avellanæ nucis instar, et succussus in morem tintinnabuli sonum edit, moto intus alio lapide. Perhibetur hoc etiam de vulture, quod unguento rosaceo perunctus moriatur.

Θαυμάσειε δ' ἄν τις καὶ τὸ τῶν κοράκων τῶν διαληφθέντων οὐκ ἔλασσον. Πεπόνθασί τι πάθος ὥρᾳ θέρους οἱ κόρακες, τὸ δὲ πάθος ἐστὶ ῥύσις γαστρός. Ἐντεῦθεν ποταμοὶ καὶ πηγαὶ καὶ λίμναι οὐδέν τι χρῆμα κατά γε τὸ θέρος τοῖς κόραξιν, ἵνα μὴ τῷ ὑγρῷ ἡ τῆς γαστρὸς ῥύσις σχοίη ἐπίτασιν. Ἴσασι τοίνυν καὶ διαίτης τέχνην οἱ κόρακες, οὐ τὰ Ἱπποκράτους παιδευθέντες, οὐ τὰ Χείρωνος, οὐ τὰ Μαχάονος φάρμακα, κἀντεῦθεν μὲν ὁρῶσι ποταμοὺς, ἀλλ' ὅμως πίνειν ἐκείνοις οὐκ ἔνεστιν, ἀλλ' ὥς Τάνταλοι κολαζόμενοι δριμυτέραν δίκην ταῦτα εἰσπράττονται.

D De corvis quoque non abs re quis miretur, quod hactenus indicatis non est inferius. Æstivo tempore corvi quodam morbo laborant. Is morbus ventris est profluvium. Quamobrem fluvii, fontes, stagna per æstatem nulli sunt corvis usui, ne per humorem ventris illa fluxio magis etiam adaugeatur. De quo scilicet intelligitur etiam diætæ rationem sibi convenientem corvos non ignorare, quamquam nec Hippocratis nec Chironis nec Machaonis remedia discendo percepta teneant. Idcirco fluvios quidem intuentur, sed haurire de iis nequeunt, gravemque hanc adeo pœnam luunt, quasi Tantali quidam multati.

Θαυμάζειν σε ἄξιον καὶ διὰ τί τῆς ᾠδῆς οἱ τέττιγες ἐν μέσῳ θέρει ἀπάρχονται. Ψυχροί τινες τὴν φύσιν οἱ τέττιγες, διὸ καὶ μετὰ θερινὰς τροπὰς ἀπάρχονται τῆς ᾠδῆς, καὶ ἡλίου ἀπαρχομένου τὸν ἑαυτῶν μετίασι κέλαδον. Ἐφ' ᾧ καὶ μεσημβρίας εἰσὶν ᾠδικώτεροι. Ἡ μέντοι θήλεια τέττιξ πολὺ ψυχροτέρα τοῦ ἄρρενος οὖσα σιωπῶσα ἐφιζάνει τοῖς ξύλοις, τὰ Πυθαγόρου ὥσπερ διδαχθεῖσα διδάγ-

Meretur et hoc admirationem, quamobrem cicadæ cantum suum æstate media primum incipiant. Nimirum natura frigidæ sunt, qua de causa post æstivum solstitium canendi faciunt initium; nec nisi exorto sole strepunt, ipsoque meridie maxime sunt canoræ. Et quidem femella cum longe sit mare frigidior, arboribus taciturna insidet, quasi si Pythagoræ disciplinis esset imbuta. Qui fit ut

aquilarum pennæ cum aliarum avium pennis commistæ illas ipsas absumant? nam celeriter admodum pereunt. Quamobrem charadrius, si quando quem morbo regio laborantem conspicit, oculos claudit? Non id profecto propterea, quemadmodum aliqui volunt, quod ægroto invideat, livoreque præpediatur quominus eum rectæ valetudini restituat. Non enim bruta laborant invidia, nec Prometheus apud ipsa punitur, quod ignem bonum cum mortalibus communicaverit. Sed oculos idcirco claudit, quod morbus hic de uno ad alterum transeat; adeoque mox aviculam hanc morbus occupat.

Nec illud admiratione caret, quod luscinia vigilans, cum ovis incubat, noctem integram canere non desinat. Qui vespertilio pariter et quadrupes est et volucris? qui avium hæc sola dentes habet? 44 Ac fetificat quidem instar quadrupedum, aera vero leviter permeat, non alis sed pellicula quadam sublata. Qui fit ut anseres pervigiles sint et ad sentiendum obscura latentiaque longe acerrimi? qui quidem olim etiam urbem orbis principem conservarunt, cum hostes quosdam occultos, qui per ignotos abditosque cuniculos arcem Romanam occupaturi erant, indicio suo prodidissent.

Quis hominum cædem vulturibus denuntiat, cum expeditiones adversus se invicem suscipiunt? Videas enim tantum non infinita vulturum agmina castra sequi, de armorum apparatu eventus indicia colligentium, quod ipsum a ratiocinationibus humanis parum abest.

Iis etiam de causis in admirationem quædam veniunt, si quis animum advertat. Quædam enim volucres de prius exsistentium propagatione veniunt, quædam hodieque de terra oriuntur. Non enim cicadæ tantum e pluviis proveniunt, aliaque plurima quæ in aere volant, pleraque nominibus propriis ob eorum exiguitatem carentia: sed etiam mures atque ranæ de eadem prodeunt, quando apud Thebas Ægyptias, si vehementes in æstu pluviæ cadant, mox terrenis muribus universa regio completur. Nec anguillas aliunde cernimus oriri quam de limo. Quippe nec ovis nec alio quopiam modo propagantur, sed ortum e terra tantum habent.

Erodium mihi, quæso, considera. Species avis est supra quosvis passeres nidificantis, altissimis nimirum in arboribus, præsertim abietibus. Unde Aquila Psalmi dictum vertens: «Erodio, inquit, domicilium sunt abietes[36].» Supra omnes alias certe volucres nidificat. Idcirco Davides ait « Erodii domicilium superat eos. » Hunc erodium tanta præditum esse castimonia tradunt, ut cum ad Venerem accessurus est, dies quadraginta continuos lugeat, et post conjunctionem alios totidem dies. Ægre enim fert, si quando necessitate sic exigente

ματα. Πῶς δὲ καὶ φθαρτικὰ πτερῶν ἑτέρων ἀετῶν τυγχάνει πτερά; σηπεδονώδους ταῦτα μετειλήφασι φύσεως. Οὐκ ἂν σωθείη ἕτερα τὰ πτερὰ τούτοις συναναμιγνύμενα· θᾶττον γὰρ ἐντεῦθεν ἀπόλλυνται. Διὰ τί δὲ καὶ ὁ χαραδριὸς εἴ ποτε ἀντιβλέψει τῷ ἰκτεριῶντι, μύει τοὺς ὀφθαλμούς; οὐχ ὥς τινές φασι, τῷ νοσοῦντι βασκαίνων καὶ τὸ φρόνημα πρὸς ὑγείας μετάδοσιν ἔχων ἐπίφθονον· οὐ γὰρ τοῖς ἀλόγοις βασκανία τις μέτεστιν, οὐδὲ Προμηθεὺς παρ' ἐκείνοις κολάζεται, ἀγαθοῦ τινος τοῦ πυρὸς μεταδοὺς τοῖς ἀνθρώποις. Ὀφθαλμὸν δὲ μύει χαραδριός, ἐπεὶ τὸ πάθος ἀμείβεται καὶ τὴν ὄρνιν εὐθὺς ἡ νόσος μετέρχεται.

Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔξωθεν θαύματος, ὡς; ἄγρυπνος ἡ ἀηδὼν ὅταν ἐπωάζει, διὰ πάσης νυκτὸς τῆς μελῳδίας μὴ ἀπολήγουσα. Πῶς τετράπουν τὸ αὐτὸ καὶ πτηνὸν ἡ νυκτερίς; πῶς μόνη τῶν ὀρνίθων ὀδοῦσι κέχρηται; Ζωογονεῖ μὲν ὡς τετράποδα, ἐπιπολάζει δὲ τῷ ἀέρι, οὐχὶ πτερῷ κουφιζομένη, ἀλλ' ὑμένι τινὶ δερματίνῳ. Πῶς δὲ καὶ τῶν χηνῶν γένος ἄγρυπνον καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν ὀξύτατον; οἵγε ποτὲ καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο, πολεμίους τινὰς ἀφανεῖς δι' ὑπονόμων ἀφανῶν δὴ μέλλοντας τὴν ἄκραν τῆς Ῥώμης καταλαμβάνειν μηνύσαντες.

Τίς ὁ τοῖς γυψὶ προαγγέλλων τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον, ὅταν κατ' ἀλλήλων ἐπιστρατεύσωσιν; Ἴδοις γὰρ ἂν μυρίας ἀγέλας γυπῶν τοῖς στρατοπέδοις παρεπομένας, ἐκ τῆς τῶν ὅπλων παρασκευῆς τεκμαιρομένας τὴν ἔκβασιν, ὅπερ οὐ μακρὰν ἐστι λογισμῶν ἀνθρωπίνων.

Καὶ ἄλλας δὲ θαυμάζειν ἔπεισι τῷ προσέχοντι. Τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς διαδοχῆς τῶν προϋπαρχόντων παράγεται, τὰ δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐξ αὐτῆς τῆς γῆς ζωογονούμενα δείκνυται. Οὐ γὰρ μόνον τέττιγες ἐν ἐπομβρίαις ἀνίασιν, οὐδὲ ἄλλα μυρία γένη τῶν ἐμφερομένων τῷ ἀέρι πτηνῶν, ὧν ἀκατονόμαστά ἐστι τὰ πλεῖστα διὰ λεπτότητα· ἀλλ' ἤδη καὶ μῦς καὶ βατράχους ἐξ αὐτοῦ ἀναδίδοσθαι, ὅπου γε περὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, ἐπειδὰν ὕσῃ λάβρως ἐν καύμασιν, εὐθὺς ἀρουραίων μυῶν ἡ χώρα καταπληροῦται (11). Τὰς δὲ ἐγχέλυς οὐκ ἄλλως ὁρῶμεν ἢ ἐκ τῆς ἰλύος συνισταμένας, ὧν οὔτε ὠὸν οὔτε τις ἄλλος τρόπος τὴν διαδοχὴν συνίστησιν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς αὐτῆς ἐστιν ἡ γένεσις.

Ὅρα δὲ καὶ τὸν ἐρωδιόν. Ὁ ἐρωδιὸς εἶδος ὀρνέου ἐστὶ πηγνύντος τὴν καλιὰν αὐτοῦ πάντων ἄνωθεν τῶν στρουθῶν, ἤγουν ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις τῶν δένδρων, καὶ μάλιστα ταῖς ἐλάταις. Καὶ ὁ Ἀκύλας « Ἐρωδιῷ ἐλάται οἶκῳ αὐτοῦ. » Πάντων οὖν ἄνωθεν τῶν στρουθῶν πήγνυσι τὴν καλιάν. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ φησι· « Τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν. » Τοσαύτῃ δὲ σωφροσύνῃ συζῇν τὸν ἐρωδιὸν ὥστε ἡνίκα πρὸς συνουσίαν ἔρχεσθαι μέλλει, ἡμέρας πενθεῖ τεσσαράκοντα, καὶ μετὰ τὴν συνουσίαν ἑτέρας τεσσαράκοντα· δυσανασχετεῖ καὶ γὰρ τουτὶ

[36] Psal. CIII, 17.

(11) Ὅπου γε . . . . . καταπλῆ οῦται. Suppleta ex V. et F.

τὸ ὄρνεον εἴ ποτε φύσεως ἀνάγκῃ πρὸς ἄλληλα συνδυάζεσθαι καθέλκοιτο, ἅτε δὴ τὴν ἐντεῦθεν ἀηδίαν παριστῶν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί ποιήσομεν ἡμεῖς; οἱ λόγῳ μὲν τετιμημένοι, ταῖς δὲ τοῦ βίου κατὰ τοσοῦτον ἡδοναῖς ἐμπεδούμενοι.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ πελεκάνου, οὗ καὶ ὁ Δαβὶδ μέμνηται λέγων· « Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ, » τί χρὴ καὶ λέγειν; Τοῦτο τὸ πτηνὸν ἐν ἄκραις πέτραις πήγνυσι τὴν καλιάν, τοὺς ἐπιβούλους ἐκφεύγειν διὰ φροντίδος ποιούμενον. Ἀλλ' ὁ ἐπίβουλος ὄφις ἡνίκα τὸν πατέρα μικρόν τι τῶν τέκνων ἀποπτάντα θεάσηται, τῆς ἐπιβουλῆς παραχρῆμα ἐφάπτεται. Καὶ ἐπειδὴ μὴ προσεγγίζειν τῇ καλιᾷ δύναται, τὸν ἰὸν αὐτοῖς ἐπιχέει καὶ πόρρωθεν περισκοπήσας γὰρ πρότερον ὅθεν εἰσπνέει ὁ ἄνεμος, κἀκεῖθέν ἐμφυσήσας αὐτοῖς τὸν ἰὸν, ἐπάγει τὸν ὄλεθρον. Ἀλλ' ὁ πατὴρ ἐπιπτὰς αὖθις αὐτοῖς καὶ φυσικοῖς τισι λόγοις τὴν ἐπιβουλὴν συνιὼν οἶδεν αὖθις ὅθεν ἀναβιώσαιντο· κατὰ κορυφῆς γὰρ αὐτῶν ἠρέμα πτερύσσεται, καὶ τὰς πλευρὰς ἑκατέρωθεν ἐπιπλήσσων ταῖς πτέρυξιν αἵματος αὐτοῖς ῥανίδας ἀφίησι, κἀντεῦθεν οἱ τεθνεῶτες νεοττοὶ παραδόξως ἀναβιώσκουσιν.

Ἐπίγνωθι οὖν, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν ἡ παράδοξος αὕτη περὶ τὰ ἔγγονα τῷ πελεκᾶνι συμπάθεια. Σκιαγραφῆσαι γὰρ ὁ Κύριος τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα κἀν τῷ πτηνῷ τούτῳ θέλων ἀνέκαθεν, ὅτι τε παράδεισος ἔκτισται καὶ ὅτιπερ ἐν αὐτῷ οἱ πρωτόπλαστοι τέθεινται, ὅτι ὁ νοητὸς ὄφις τὸν ψυχικὸν αὐτοῖς προὐξένησε θάνατον, καὶ ὅτι φιλόστοργος οἷα πατὴρ ἐπὶ τεθνεῶσι παισὶν ὁ ποιητὴς πάντων Θεὸς ἐπ' αὐτοῖς ἐπικάμπτεται, χρηματίζει τε τὰ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος καὶ πάντα τὰ λοιπὰ καταδέχεται, ἐπὶ σταυροῦ τελευταῖον ὑψοῦται, καὶ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ζωήρρυτον αἷμα ἐκχέει εἰς ἀνάπλασιν τῶν πρωτοπλάστων ἐκείνων τῶν τῷ ἰῷ τεθνηκότων τοῦ ὄφεως, τοιαύτην τῷ πελεκᾶνι συμπόθειαν περὶ τὰ ἔγγονα κατ' ἀρχὰς ἐνεφύτευσε. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Δαβὶδ προλαβὼν ἔλεγεν· « Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ. » Πελεκὰν γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, καλιὰ ὁ παράδεισος, νεοττοὶ οἱ πρωτόπλαστοι, ἐπίβουλος ὄφις αὐτὸς ὁ διάβολος, ἰὸς ὄφεως ἡ ἐκ τοῦ διαβόλου πάντως ἀπάτη, θάνατος ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ χωρισμὸς, συμπάθεια πατρικὴ ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησις. Ἡ δὲ τῶν νεοττῶν ὑπερθεν ἐπιπτέρυξις ἡ ἐπὶ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ τῶν πρωτοπλάστων ἄνωθεν ἀπαιώρησις, πλευρῶν ἐπίπληξις ἡ τῆς θείας νύξις πλευρᾶς, καὶ τελευταῖον τοῖς τεθνεῶσιν ἐπιστάζον αἷμα ζωήρρυτον· εἰ μὴ γὰρ ζωήρρυτον ἦν, οὐκ ἂν τοῖς κάτω κειμένοις ἐχαρίσατο τὴν ἀνάστασιν. Καλῶς οὖν ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου ὁ Κύριος· « Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ. »

Λέγει δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον περὶ τῶν κοράκων ὅτι οὐ σπείρουσιν οὐδὲ θερίζουσιν, ὁ δὲ Θεὸς τρέφει αὐτά. Τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα τῶν κοράκων ἐξ ὀνόματος μέμνηται; Λέγεται οὖν ὅτι μισο-

[37] Psal. ci, 8. [38] Luc. xii, 24.

A mutuam ad conjunctionem pertrahitur, quasi quiddam inde sibi ingratæ rei accidere significaret. Quæ si vera sunt, quid nos, quæso, facturi sumus? qui beneficio rationis ornati nihilominus vitæ voluptatibus plus æquo sumus addicti.

Quid de pelecano dicemus? cujus in Psalmis suis Davides etiam meminit: «Factus sum, ait, pelecano solitario similis[37].» Avis hæc summis in scopulis nidum exstruit, sollicite incumbens in id ut insidiatores vitet. Verum serpens insidiator etiam magno ex intervallo virus suum in pullos ejus evomit. Posteaquam enim circumspexit unde ventus spiret, ab ea parte veneno afflato interitum eis affert. 45 Tum vero pater supra ipsos volans, et naturali quodam instinctu factas insidias deprehendens, quo pacto recuperare vitam possint cognitum habet. Nam leniter supra illorum verticem alas expandens, et feriens utrinque latera, guttas in eos sanguinis demittit. Quo facto nova et inopinata quadam ratione pulli vitæ restituuntur.

B

C

Hoc exemplum, dilecte fili, velim mihi consideres. Quamobrem indita est pelecano admirabilis hæc erga sobolem affectio? Cum multo ante Dominus hac in ave vellet exprimere cuncta quæ nobis acciderunt, quod nimirum paradisus conditus sit, quod in eo collocati homines illi primi, quod intellectilis ille serpens animi mortem eis conciliaverit, quod opifex omnium Deus paterna benevolentia velut erga filios motus, homo factus, omnia perpessus, tandem in crucem sublatus sit, quod de latere suo sanguinem effuderit, verum vitæ rivum, ad primorum hominum instaurationem, qui veneno serpentis exstincti fuerant, ipso rerum initio talem erga sobolem suam affectionem pelecano insevit. Nam propterea per Davidem multo ante verbis his usus est: «Factus sum pelecano solitario similis.» Etenim pelecanus est ipse Christus, nidus paradisus, pulli primum conditi homines, serpens insidiator ipse diabolus, virus serpentis fraus diaboli, mors a Deo diremptus atque separatio, paterna affectio Dei sermonis facta nostri causa naturæ humanæ assumptio, alarum supra pullos expansio Christi supra conditos illos primum homines in crucem sublatio, laterum pulsatio divini lateris punctio, quam secuta est sanguinis vitæ fontem continentis destillatio. Nisi enim vivificus esset, prostratis resurrectionem impartiri non posset. Itaque per vatem Dominus præclare dixit: « Factus sum pelecano solitario similis.»

D

Perscriptum est in Evangelio Lucæ[38]: « Considerate corvos, qui neque serunt neque metunt, et Deus nihilominus eos alit. » Quamobrem hoc loco nominatim corvorum fit mentio? perhibentur

corvi sobolem suam odisse, ac propterea pullorum plendorum curam abjicere. Verum ii Dei providentia victitare quibusdam feruntur animalculis ex aere propter ipsos nascentibus et in ora illorum delabentibus. Hoc ipsum, quæso, quantam admirationem meretur?

A τέκνους ὄντας αὐτοὺς; μὴ τρέφειν τὰ οἰκεῖα νεόττια, τρέφεσθαι δὲ προνοίᾳ Θεοῦ ἀπὸ τῶν παραφυομένων τῷ ἀέρι ζωῦφίων τῷ στόματι αὐτῶν ἐμπιπτόντων. Πόσου δὲ καὶ τοῦτο θαύματος ἄξιον;

Cum semel fucos deprehenderunt apes, parce ac leniter in eos irruunt et captos a contubernio suo ablegant. Sin rursus eos intercipiant, morte afficiunt. **46** Eædem partim regem veluti satellites stipant, partim nocturnas excubias agunt, quod eo tempore quiescant aliæ laboribus fatigatæ, partim hoc muneris habent ut mortuas exportent.

Αἱ μέλισσαι τοὺς κηφῆνας ἐφάπαξ καταλαβοῦσαι πεφεισμένως τύπτουσι καὶ ἀπολύουσιν· εἰ δὲ καὶ αὖθις αὐτοὺς κατάσχωσι νεκροὺς ἐργάζονται. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ δορυφοροῦσιν, αἱ δὲ νυκτὸς ἐπαγρυπνοῦσι φυλακῆς χάριν διὰ τὸ τὰς κοπιώσας τότε ἀναπαύεσθαι, τῶν δὲ ἔργον ἐστὶ τὸ τὰς νεκρὰς ἀποκομίζειν ἔξωθεν.

Mirum videri non debet una cum incrementis ac deminutionibus lunæ æra quoque mutari, quando nonnullis in animalibus idem usuvenire B videmus. Nam tradunt ibim cœlo luna carente nihil cernere, sed oculos habere clausos, nec cibis ullis uti. Et quidem in simio, quem cercopem vocant, effectiones hac in parte sunt illustriores: nam cum augescit luna, oculorum orbis ei dilatatur, cum deminuitur, et ipse contrahitur. Quin etiam mustela deficiente lunæ lumine jecur imminui sentit; eademque rursum crescente, membrum idem vicissim augetur. Perhibent etiam in Hydaspe fluvio lapidem quemdam nasci quem lichnen vocant: is augescente luna sonum dulcis cantus edere fertur. In flumine quodam Celtico piscem exsistere tradunt, qui ab incolis clopias appelletur: is luna crescente albescit, deminuta nigricat.

Οὐ χρὴ θαυμάζειν εἴγε ταῖς τῆς σελήνης αὐξομειώσεσι μεταβάλλεται ὁ ἀὴρ, ὅπου γε καὶ ἐν ζώοις τισὶν ἔστι τοῦτο ἰδεῖν. Φασὶ γὰρ τὴν ἶβιν μηδαμοῦ ὁρᾶν ὅτε ἀσέληνος ὁ οὐρανὸς, μύειν δὲ καὶ ἄσιτον μένειν. Ὁ δὲ κέρκωψ προδηλοτέρας ἔχει τὰς ἐνεργείας· ὅτε γὰρ αὔξει ἡ σελήνη, ὁ τῶν ὀφθαλμῶν κύκλος τούτῳ εὑρύνεται, ὅτε δὲ μειοῦται, συστέλλεται. Ἀλλὰ καὶ ἡ γαλῆ λειψοφωτούσης τῆς σελήνης ἥπατος λείπεται· αὐξιφωτούσης δὲ πάλιν αὐτῆς τὸ τοιοῦτον αὐτῆς προσεπαύξεται μόριον. Φασὶ δὲ καὶ ἐν ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ γεννᾶσθαι λίθον λίχνην καλούμενον, ὃς σελήνης αὐξομένης ἦχον μελῳδίας ἀποτελεῖ. Καὶ ἐν ποταμῷ δὲ Κελτικῷ διαιτᾶσθαι ἰχθὺν κλωπίαν ἐγχωρίως καλούμενον, ὃς αὐξομένης τῆς σελήνης λευκαίνεται, μειουμένης δὲ μελαίνεται. Ταῦτα δὲ τῇ ἑξαημέρῳ αὐτοῦ συμπεριείληφεν ὁ μέγας Ἀναστάσιος.

Atque hæc quidem etiam libro suo de sex primorum ab ortu mundi dierum opificiis magnus Anastasius ille complexus est.

Cæterum præter illos quoque qui resurrectionem C futuram non credunt vel potius eam irridenti, ut eximius ille noster Epiphanius ait, admirabilia quædam et nova Deus uti fierent consilio singulari instituit. Phascusa dies XL mortua reviviscit. Myops sive tabanus VI totos menses mortuus vitam recuperat. Phœnix avis est Arabica, quæ et unigena et comparis expers fertur in creatione rerum exstitisse. Huic in singulos annos D ejusmodi quiddam usuvenire traditur, quod lætam illam resurrectionem egregie nobis ob oculos ponit. Nam Græci commemorant eum finem suum prospicientem in Ægyptum sese conferre ac soli obvertere. Deinde in pulverem exuritur, de quo pulvere vermis nascitur, qui rursus in volucrem commutatur quem phœnicem dicimus. Atque hoc, ut indicavimus, post singulos quingentos annos fieri consuevit. Passer autem Libycus avis quidem est (alas enim habet), verum non volat propterea quod pennas habeat ad volatum non satis idoneas, uti quæ pilis consimiles sint. Idem bipes est avium more, sed ungulas divisas habet ut quadrupes. Unicum modo fetum avis nulla gignit præter cocygem. Quod quidem fit ob ejus naturæ frigiditatem, quæ de formidine colligitur: nam nisi timidus esset, aves ipsum universæ non persequerentur. Quo ipso fit ut nidis alienis utatur. Est autem frigiditas ubique formidinis causa.

Ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἀπιστοῦντας ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἐπιγελῶντας τῇ ἀναστάσει, καθά φησιν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, παράδοξά τινα προῳκονόμησαν γίνεσθαι. Ἡ φάσκα θνήσκει ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ πάλιν ἀνίσταται. Ὁ μύωψ θνήσκει μῆνας ἕξ, καὶ πάλιν ἀνίσταται. Ὁ φοῖνιξ ὁ Ἀραβικὸς ὄρνις λέγεται εἶναι μονογενὴς, ἄζυγος ἐν τῇ δημιουργίᾳ, κατὰ ἔτη πεντακόσια τοῦτο πάσχει ὃ καὶ φαιδρὰν προίστᾳ τὴν ἀνάστασιν. Αὐτοὶ καὶ γὰρ οἱ Ἕλληνες περὶ αὐτοῦ διηγοῦνται ὅτι προγνοὺς τὸ τέλος αὐτοῦ ἔρχεται περὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου ἵσταται, εἶτα τεφροῦται, καὶ ἀπὸ τοῦ χοὸς αὐτοῦ σκώληξ γεννᾶται, καὶ αὐτὸς αὖθις εἰς πτηνὸν μεταβάλλεται. Τὸν φοίνικα δὲ τοῦτον, ὡς εἴπομεν, μετὰ ἔτη πεντακόσια εἰωθε γίνεσθαι. Ὁ δὲ στρουθὸς ὁ Λιβυκὸς ὄρνις μὲν ἔστι, πτερωτὸς δὲ, οὐ πέταται δὲ διὰ τὸ τὰ πτερὰ αὐτοῦ μὴ χρησιμεύειν εἰς πτῆσιν· τριχοειδῆ γόρ. Καὶ δίπους μὲν ἔστιν ὡς ὄρνις, διχηλεῖ δὲ ὡς τετράπους. Ἀλλὰ καὶ μονοτόκον οὐδὲν τῶν ὀρνίθων ἐστὶν, εἰ μὴ μόνος ὁ κόκκυξ διὰ τὸ ψυχρὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως. Ὅτι δὲ ψυχρὸς, δῆλον ἐκ τῆς δειλίας αὐτοῦ· καὶ γὰρ εἰ μὴ ἦν δειλὸς, οὐκ ἂν ὑπὸ πάντων ἐδιώκετο τῶν ὀρνέων, κἀντεῦθεν ἐν ἀλλοτρίαις ἔτικτε νεοττιαῖς. Πανταχοῦ δὲ ἡ ψυχρότης αἰτία δειλίας.

Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτό σε παραδραμεῖν, ἀγαπητέ, βούλομαι, παραδοξότερον καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὄν, ὃ περὶ ὄρνιθος τοῦ καλουμένου μέροπος ὁ Αἰλιανὸς ἱστορεῖ, «Μέροψ» λέγων «τὸ ὄρνεον εἰς τοὐπίσω πέτεται.» Καὶ ἔπεισί μοι θαυμάζειν τὴν ἐπίσημον ἀναφορὰν ἣν ἐκεῖνο ἄγει τὸ ζῶον.

Τὸ δὲ τὸν ἀλεκτρυόνα νυκτὸς ᾄδειν ἐν ὡρισμένοις καιροῖς οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς τινὲς μὲν ἐφυσιολόγησαν οὕτως, ὅτι θερμότατον ὂν τὸ ζῶον καὶ λίχνον περὶ τὰς τῶν τροφῶν ὀρέξεις τῇ μὲν ἐμφύτῳ θερμότητι ταχύτερον πέπτει τὴν διδομένην τροφήν, τῇ δὲ λιχνείᾳ τῆς φύσεως προαναφωνεῖ τὴν περὶ ταῦτα ὄρεξιν, οἱονεὶ προσκαλούμενος τὸν σιτίζοντα. Ἕτεροι δέ φασιν ὅτι καὶ ἕκαστον τῶν ἐνταῦθα ὄντων καὶ γινομένων ἑκάστῳ τῶν φωστήρων ἀνάκειται, ὥσπερ ὁ λωτὸς τὸ φυτὸν ἡλιακόν ἐστιν, ὅθεν ἀνατέλλοντι μὲν τῷ φωστῆρι ἐξαπλοῖ τὰ φύλλα, δύνοντι δὲ συστέλλει. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ ἀλεκτρυὼν ὑπὸ τὴν ἡλιακὴν τάξιν ἐστί. Ταύτῃ τοι καὶ πρὸς ἀνατολὴν ἐπανιόντι τῷ ἰδίῳ ἀρχηγέτῃ ἀπορρήτως καὶ φυσικῶς ἐπιγάννυται, καὶ ὥσπερ ᾠδὴν αὐτῷ ποιούμενος ἀπολαμπρύνει τε τὴν φωνὴν καὶ μέγα βοᾷ. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· σὺ δέ, ἀγαπητέ, τὰς τοιαύτας φωνὰς μετὰ τῶν μύθων ἀριθμεῖν μὴ δέδιθι. Τὸν γὰρ ἀλεκτρυόνα νυκτὸς ἔταξεν ᾄδειν ὁ κηδεμὼν πάντων Θεὸς, ὡς ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἄκοντας τῆς κλίνης ἐγείρεσθαι καὶ μὴ τὴν νύκτα καταναλίσκειν ὅλην ἐπὶ κενοῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν εἰς ἐργασίαν ἐκτρέπεσθαι, τοὺς δὲ πρὸς θείαν δ' ξολογίαν ἀνίστασθαι· τοιαῦτα γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ ζώων οὐκ ἀναινομένου παιδεύειν. Καὶ πρόσσχες τῷ Σολομῶντι λέγοντι· «Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρέ.»

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὴν μυῖαν Ἀττικῷ μέλιτι μὴ ἐπικαθῆσθαί φασι. Θύμοις καὶ γὰρ τὴν Ἀττικὴν κομῶσαν ἔστι θεάσασθαι, οἷς ἐφιζάνουσιν Ἀττικαὶ συχνότερον μέλισσαι. Ἐντεῦθεν καὶ δριμυτέραν ἔχει τὴν ὀσφρησιν. Διὸ καθάπερ ἱερῷ τινι Ἀττικῷ μυῖα οὐκ ἐπικάθηται μέλιτι.

Γίνωσκε δὲ πρὸς τούτοις ὅτι μυῖαι καὶ μέλισσαι καὶ μύρμηκες ὑπὸ ἐλαίου ἀπόλλυνται, διότι τὰ ἀναπνευστικὰ στενὰ ἔχει, τὸ δὲ ἔλαιον γλίσχρον ἐμφράττει αὐτά. Πάσχουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ ὄφεις ὑπὸ τῶν βαρυόδμων· τὸ γὰρ παρ' αὐτοῖς στενότερον τῶν ἀναπνευστικῶν ἐμφράττεται ὑπὸ τῆς τῶν θυμιωμένων παχύτητος. Ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ τὸ τῆς ἐλάφου κέρας θυμιώμενον φεύγει καὶ μᾶλλον ὁ ὄφις· λειποθυμεῖν γὰρ αὐτὸν ἀναγκάζει.

Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τοῖς ὀρνέοις οὐρηδόχον κύστιν καὶ νεφροὺς ἡ φύσις οὐκ ἔδωκεν, ὅτι πολλῆς ὑγρότητος ἔδει πρὸς γένεσιν τῶν πτερῶν. Ἀλλὰ καὶ τὸ γυμνάζεσθαι κατὰ τὴν πτῆσιν ἐξαναλίσκει ταύτην. Ἔχουσι δὲ καὶ τὴν κόπρον ἐξιοῦσαν σὺν ὑγρότητι οὐ μετρίως. Καὶ τούτου χάριν οὐρη-

47 Ne hoc quidem silentio præterire possum, multis aliis rebus admirabilius, quod de ave quam meropem vocant Ælianus memoriæ prodidit. Merops, inquit, avis retrorsum volat, quem quidem motum volatumque hujus animalis notabilem ac insitatum haud abs re mirari subit.

Jam quod gallus gallinaceus noctu certis horis cantet, non multum ante solis ortum, ejus rei causam in hunc modum nonnulli explicarunt. Aiunt enim animal hoc a natura calidissimum et in primis in appetendo nutrimento avidum ob calorem quidem insitum citius acceptum alimentum concoquere, ob aviditatem vero naturæ appetitum suum significare, quasi pascentem se invitet et excitet. Alii volunt rem quamlibet alicui certo sideri dicatam esse, sicuti lotus herba solaris est. Quo fit ut huic luminari exorienti folia sua pandat, cum eadem eodem occidente contrahat. Sic et gallus gallinaceus de horum opinione sub solem refertur. Quamobrem ad ortum redeunte duce suo ratione quadam occulta et naturali gaudet. Simul quasi carmen ei quoddam concinere velit, clarius vocem attollit et altum clamat. Atque illorum quidem hæc est sententia. Tu vero, mi fili, voces hujusmodi referre inter fabulas ne verearis. Nam gallum gallinaceum noctu canere Deus jussit, qui omnia providentia sua complectitur, ut hoc modo vel inviti de lectulo surgamus nec sine fructu noctem integram consumamus, sed partim ad operas nos convertamus, partim ad Dei celebrationem excitemur. Sic enim consuevit Deus tam per doctrinam quam ipsa etiam animalia nos erudire. Quid Solomo dicat, audi: « Ad formicam, ignave, te confer [82]. »

Hoc etiam animadverte, quod muscam Attico melli negant insidere. Nam thymo Atticam abundare videmus, cui herbæ ut plurimum apes Atticæ insident. Quo fit ut mel Atticum etiam odorem habeat acriorem. Idcirco melli Attico, tanquam sacro, muscæ non insident : sed ut maxime cum strepitu circumvolent, ab direptione tamen laborum apis Atticæ arcentur.

Præter hæc scire debes, muscas et apes et formicas oleo exstingui. Nam vasa quibus respiratio fit sunt eis angusta, quæ ab oleo natura lento viscoso- que facile obstruuntur. Idem serpentibus accidit offerentibus se rebus quarum gravis est odor. Etenim angustia meatuum in eis respirationi destinatorum per suffitum crassitiem obstruitur. Qua ipsa de causa fit ut cornu cervinum serpens magis etiam fugiat quam res illas odoratas : quippe serpentem id prorsus exanimat.

Supra **48** omnia nobis in hoc etiam, fili, est inquirendum. Vesicam illam qua urina excipitur, itemque renes avibus idcirco natura non dedit, quod ad producendas pennas multo humore opus erat. Atque etiam ipsa volandi exercitatio facile humorem in eis absumit. Præterea cum stercus

[82] Prov. VI, 6.

excernunt, non parum humoris simul exit. Quamobrem urinæ receptaculum in avibus natura non condidit.

En habes et quintæ diei opera.

INCIPIT DIES SEXTA.

Sexta die Deus e terra bestias quadrupedes producit. Inquit enim historiæ scriptor : « Dixit Deus, Edat tellus animam vivam [40]. » Prosiliunt hic contra nos Manichæi, qui terræ animam indunt. Verum manifesto desipiunt. Non enim propterea quod dixit Deus : « Edat animam, » id edidit quod erat in ea quasi reconditum : sed mandatum hoc vias atque facultatem edendi terræ largiebatur. Quippe cum audiit terra : « Pariat herbas gramineas, et arbores fructiferas, quæ fructum edant [41], » non idcirco gramen intus abditum protulit, nec palmam vel quercum vel cupressum intra sinus suos occultatam in superficiem eduxit : sed ipsa Dei oratio rerum quæ exsistunt ipsa natura est. Itaque terra non quod continebat edit, sed quod hodie possidet, largiente nimirum Deo vim efficacitatis. Quamvis enim ratione naturali oriuntur hodie omnia, tamen inde profecta sunt in ipso rerum exordio secundum seriem suam, idque per mandatum divinum, quod in creatione pronuntiatum ubique fuit.

Itaque sexta die, ceu diximus, bestias quadrupedes e terra producit.

Hic vero inquiri operæ pretium est, quamobrem Deus imprecatione fausta pisces quidem dignatus fuerit, cum hisce verbis uteretur : « Fetificate ac multiplicamini, » verum in terrestribus idem non fecerit. Respondemus autem factum id esse propter exsecrationem serpentis, quæ non multo post subsecuta est. Nam quia futurum prospiciebat Deus ut homo per serpentem deciperetur, eaque de causa serpens exsecrationi subjiceretur, idcirco terrestres bestias imprecatione fausta nolult prius dignari, ne deprehenderetur eadem et imprecatione fausta et exsecratione prosequi, sicut ait vir divinus Anastasius. Videtur autem natura piscium tenui quadam et vili omnino vita frui propterea quod in aquæ crassitie degant. Nam et gravis ac difficilis est apud ipsos auditio, et obtusum cernunt. Nec recordatio **49** est apud ipsos ulla nec imaginatio nec rei consuetæ agnitio. At vero de terrestribus quid opus est multa commemorare? Sunt his acres sensus et rerum præteritarum recordationes. Novit vocem consuetam sibi ac familiarem asinus. Novit viam quam sæpius trivit, ac nonnunquam etiam viæ dux est homini, qui aberravit. Auditus autem acrimonia tanta in hoc est animali quanta esse in alio nullo terrestrium perhibetur. In camelo quæ injuriarum sit memoria, quæ iracundia, quæ in ira perseveratio, quo pacto quis explicet? si vel olim verberatus sit, ira diuturno tempore

[40] Gen. I, 24. [41] ibid. 10.

δύχον κύστιν ἡ φύσις τοῖς ὀρνέοις οὐκ ἔδωκεν.

Ἔχεις ἰδοὺ καὶ τὰ τῆς πέμπτης ἡμέρας.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Ϛ' ΗΜΕΡΑΣ.

Ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῆς γῆς ἐξάγει τὰ τετράποδα· «Καὶ εἶπε » γάρ φησιν « ὁ Θεὸς, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν. » Ἀλλ' ἐπιπηδῶσιν οἱ Μανιχαῖοι κἀνταῦθα, ψυχὴν ἐντιθέντες τῇ γῇ. Ματαιάζουσι δὲ προφανῶς· οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν « Ἐξαγαγέτω ψυχὴν, » τὸ ἐναποκείμενον αὐτῇ προσήνεγκεν, ἀλλ' ὁ δοὺς τὸ πρόσταγμα καὶ τὴν τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτῇ δύναμιν ἐχαρίσατο. Οὔτε γὰρ ὅτε ἤκουσεν ἡ γῆ, « Βλαστησάτω βοτάνην χόρτου καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, » κεκρυμμένον ἔχουσα τὸν χόρτον ἐξήνεγκεν, οὐδὲ τὸν φοίνικα ἢ τὴν δρῦν ἢ τὴν κυπάρισσον κάτω που κεκρυμμένην ἐν ταῖς ἑαυτῆς λαγόσιν ἀνῆκε πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν, ἀλλ' ὁ θεῖος λόγος φύσις τῶν γινομένων ἐστίν. Ἐξάγει λοιπὸν ἡ γῆ οὐχ ὅπερ ἔχει, ἀλλ' ὅπερ σήμερον κτᾶται, Θεοῦ δωρουμένου τῆς ἐνεργείας τὴν δύναμιν. Εἰ γὰρ καὶ φυσικῷ λογῷ τὰ πάντα γίνεται σήμερον, ἀλλ' ἐκεῖθεν ἐσχήκασι κατ' ἀρχὰς τὴν ὁρμήν. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος λέγει ὅτι ποιεῖ μὲν ἡ φύσις ἅπαντα κατὰ τὴν ἀκολουθίαν, θείῳ δὲ προστάγματι διὰ πάσης ἀρχῆθεν λαληθέντι τῆς κτίσεως.

Ἐξάγει μὲν οὖν κατὰ τὴν ἕκτην ἀπὸ τῆς γῆς τὰ τετράποδα.

Ἀλλ' ἐνταῦθα ζητῆσαι ἄξιον, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν τοὺς μὲν ἰχθύας εὐλογίας ἠξίωσεν ὁ Θεὸς, αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι εἰπὼν, ἐπὶ δὲ τοῖς χερσαίοις τοῦτο οὐκ ἐποίησε. Καὶ λέγομεν ὅτι διὰ τὴν ἐπὶ τῷ ὄφει μετ' οὐ πολὺ γενησομένην κατάραν. Ἐπειδὴ γὰρ προεῖδεν ὁ Θεὸς ὅτι διὰ τοῦ ὄφεως ἀπατηθήσεται ὁ ἄνθρωπος, κἀντεῦθεν αὐτὸς ὁ ὄφις ἀρᾷ ὑποπεσεῖται, τούτου χάριν εὐλογίας ἀξιῶσαι τὰ χερσαῖα οὐκ ἔφθασεν, ἵνα μὴ εὐρεθείη τὰ αὐτὰ εὐλογῶν καὶ καταρώμενος, ὡς θειότατός φησιν Ἀναστάσιος. Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν ἰχθύων φύσις εὐτελεστέρας δοκεῖ μετέχειν ζωῆς διὰ τὸ ἐν τῇ παχύτητι τοῦ ὕδατος διαιτᾶσθαι· καὶ γὰρ ἀκοὴ παρ' ἐκείνοις βαρεῖα, καὶ ὁρῶσιν ἀμβλὺ, καὶ οὔτε τις μνήμη παρ' ἐκείνοις οὔτε φαντασία οὔτε συνήθους ἐπίγνωσις. Ἐπὶ δέ γε τοῖς χερσαίοις τί χρὴ καὶ λέγειν; Αἵ τε γὰρ αἰσθήσεις τετράνωνται, καὶ ἀκριβεῖς μνῆμαι τῶν παρελθόντων ἐν αὐτοῖς. Οἶδε τὴν συνήθη φωνὴν ὁ ὄνος, οἶδεν ὁδὸν ἣν πολλάκις ἐβάδισε, καί που καὶ ὁδηγὸς ἐνίοτε ἀποσφαλέντι τῷ ἀνθρώπῳ γίνεται· τὸ δὲ ὀξυήκοον τοῦ ζώου οὐδὲν ἄλλο τι λέγεται τῶν χερσαίων ἔχειν. Τὸ δὲ τῶν καμήλων μνησίκακον καὶ βαρύμηνι διαρκὲς πρὸς ὀργὴν πῶς ἄν τις εἴπῃ; Πάλαι ποτὲ πληγεῖσα κάμηλος, μακρῷ χρόνῳ τα-μιευσαμένη τὴν μῆνιν, ἐπειδὰν εὐκαιρίας λάβηται, τὸ κακὸν ἀντιδίδωσι. Τοῦτο καὶ ἐπὶ ἐλέφαντος ἱστορούμενον εὕρομεν. Ποτὲ γὰρ εἰς ἱπποδρομίαν ἐλέφας ἀπαγόμενος καταλλάκτην τινὰ καθήμενον

ἐν τῷ μιλίῳ φόνου πεποίηκε παρανάλωμα διὰ τῶν ὀδόντων αὐτοῦ, ἀναιδῶς πως καὶ ἀτάκτως ὁρμήσας κατ' αὐτοῦ. Τὸ δ' αἴτιον ὅτι πρὸ δέκα ἐνιαυτῶν ὁ τοιοῦτος καταλλάκτης σιδήρῳ ἔπληξεν αὐτὸν ἀπαγόμενον καὶ τότε εἰς ἱπποδρομίαν διὰ τοῦ αὐτοῦ τόπου. Καὶ τὰ μὲν τοῦ ἐλέφαντος τοιαῦτα· αἱ δὲ παρδάλεις φυσικήν τινα ἔχουσι πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὀργήν, καὶ πεφύκασι μᾶλλον τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐφάλλεσθαι. Ἀλλὰ καὶ ἐν χάρτῃ ἰδοῦσαι τυπωθέντα ἄνθρωπον, ὡς ποῦ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, τὸν χάρτην σπαράττουσιν.

A veluti penu quodam recondita, quamprimum se opportunitas obtulerit, vicem refert. De elephanto hujusmodi quiddam memoriæ proditum reperimus. Cum in hippodromum deduceretur elephas, quemdam magistrum ferarum et cicuratorem in miliario sedentem interfecit, immaniter adversus illum cum dentibus suis irruens. Ejus rei causa erat, quod is ante totos decem annos elephantum ferro pereusserat, cum id temporis per eumdem locum ad hippodromum deduceretur. Pardales naturalem quamdam adversus homines iram fovent, ac plerumque consueverunt in oculos hominum insilire. Quin pictos etiam in chartis lacerant, ut alicubi sanctus dicit Basilius.

Ἱκανῶς δὲ θαυμάσειεν ἄν τις καὶ τὰ τοῦ λέοντος, τὸ μοναστικὸν αὐτοῦ τῆς ζωῆς, τὸ ἀκοινώνητον πρὸς τὸ ὁμόφυλον. Οἷον γάρ τις τύραννος τῶν ἀλόγων διὰ τὴν ἐκ φύσεως ὑπεροψίαν τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὁμοτιμίαν οὐ καταδέχεται, ὥστε οὐδὲ χθεσινὴν τροφὴν προσίεται. Ὧ καὶ τηλικαῦτα ὄργανα ἡ φύσις ἐνέθηκεν ὥστε πολλὰ τῶν ζώων ὑπερβάλλοντα τῇ ταχύτητι μόνῳ πολλάκις ἁλίσκεται τῷ βρυχήματι. Καὶ τοῦτο Δαβὶδ ὁ προφήτης ὑπεμφαίνειν λέγων· « Ὁ λέων ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ. » Αἴφνης γὰρ ἐκπηδήσας ἐκεῖθεν καὶ μέγα βοήσας τὰ παροδεύοντα τῶν ζώων ἱστασθαι ποιεῖ, καὶ οὕτως ἐσθίει καταλαμβάνων αὐτά. Καλῶς οὖν ὁ Προφήτης Ἔλεγε· « Σκύμνοι ὠρυόμενοι, » καὶ τὰ λοιπά.

B Leonis quoque mores et indolem non abs re quis admiretur, nimirum vitam ejus solitariam et abhorrentem a sui generis animalium societate naturam. Nam cum sit quasi quidem brutorum tyrannus et rex, pari esse cum cæteris honore dignitateque recusat propter quamdam inditam ipsi a natura superbiam. Consimiliter cibum hesternum non sumit. Eidem instrumenta vocis tanta natura dedit, ut cum animalia pleraque velocitate superet, solo sæpenumero semet rugitu suo prodat. Indicare hoc ipsum vates etiam Davides voluit hisce verbis : « Tanquam leo abditis in locis insidiatur [42]. » Nam ex iis repente prosiliens, magno clamore sublato, animalia prætereuntia sistit et hoc modo capta devorat. Itaque præclare Vates ait : « Catuli leonini rugientes, ut prædam faciant [43]. »

Οὐ τοσοῦτόν δὲ ἡμεῖς οἱ λόγῳ τετιμημένοι, ὅσον αὐτὰ δήπου τὰ ἄλογα ζῶα τὴν οἰκείαν οἴδασι σωτηρίαν, καὶ ὅθεν αὐτοῖς παθαινομένοις ἡ ὑγεία προσγίνεται. Ἄρκτος γὰρ πολλάκις βαρυτάταις κατατρωθεῖσα πληγαῖς ἑαυτὴν ἰατρεύει, τῷ φλόμῳ τούτῳ ξηρὰν τὴν φύσιν ἔχοντι τὰς ὠτειλὰς παραβύουσα. Ἴδοις δ' ἂν καὶ ἀλώπεκα τῷ δακρύῳ τῆς πίτυος ἑαυτὴν ἰατρεύουσαν. Χελώνη δὲ σαρκῶν ἐχίδνης ἐμφορηθεῖσα διὰ τῆς ὀριγάνου ἀντιπαθείας φεύγει τὴν βλάβην τοῦ ἰοβόλου. Καὶ ὄφις τὴν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς βλάβην ἐξιᾶται βοσκηθεὶς μάραθρα. Οἶδε δὲ καὶ ὁ ἔλαφος, καθά φησιν Αἰλιανὸς, θεραπεύειν ἑαυτὸν ἄνθει τινί, ἐάν ποτε ὑπὸ τοῦ βέλους τρωθῇ. Οἶδε δὲ καὶ κάμηλος κεκαυμένους χυμοὺς ἐξεμεῖν, εἰ φύλλων ὑγρῶν ἐφάψοιτο δρυός. Ἀλλὰ καὶ κύων οὐκ ἀγνοεῖ χολῆς μελαίνης χλωρὰν ἄγρωστιν εἶναι καθάρσιον. Ἀλλὰ καὶ τράγοι τὴν ἀσκαμωνίαν τῆς ἀπεψίας ἀλεξητήριον οἴδασι. Καὶ πάρδαλις λύθρον αἰγὸς ἀγρίου σωτήριον οἴεται. Καὶ πτηνὸς ἱέραξ τὸν ὀπὸν τῶν πικροφύλλων θριδακίων ὀπτικὸν ἀχλύος ἐπίσταται φάρμακον. Καὶ κύκνοι δὲ βατράχους ἐσθίοντες τοῦ λυποῦντος ἀπαλλαγὴν εὑρίσκουσι. Φεύγουσι καὶ γῦπες καὶ κάνθαροι τὴν τῶν ῥόδων ὀσμήν. Ἀλλὰ καὶ ὄφις ὁ Λιβυκὸς ἀποστρέφεται πήγανον· ψυχρὰν γὰρ καὶ ξηρὰν καὶ νευρώδη τὴν φύσιν κληρωσάμενος, ὑπὸ τοῦ ξηροτάτου ὄντος λειποψυχεῖν ἀναγκάζεται, ὥσπερ ὑπὸ κραιπάλης τινὸς καὶ σκοτοδινίας ταῖς ὑπερβολαῖς

C Neque vero nos homines, quanquam rationis beneficio simus ornati, tam egregie nobis consulere possumus quam ipsa bruta animalia rationes se conservandi norunt, et unde male affectis sanitas reparetur..... Ursus enim sæpenumero gravissimis vulneribus affectus sibi ipse medicinam facit, dum verbasco naturalem siccitatem habente vulnera obstruit. Etiam vulpem lacryma pinus se ipsam curantem videre est. Testudo vipere carnibus satiata per contrariam origani vim, quominus a re **50** venenosa lædatur, efficit. Serpens oculos læsos sanitati restituit, malathris pastus. Novit et cervus, quemadmodum Ælianus tradit, seipsum flore quodam curare, si quando telo læsus est. Camelus humores perustos evomere novit, contactis humidis quercus foliis. Nec canis ignorat viride gramen nigræ bilis expurgandæ vim habere. Hirci scameniam cruditatis remedium esse sciunt. Pardalis cruorem capræ silvestris sibi salutarem existimat. Accipiter volucris succum lactucarum, quarum folia sunt amara, caligantium oculorum scit esse remedium. Cygni ranas devorantes, affectione quadam sibi molesta sese liberant. Vultures et scarabæi rosarum odorem fugiunt. Serpens Libycus rutam aversatur : nam cum natura frigidus, siccus, nervosus sit : per hanc herbam, quæ siccandi vim habet maximam, necessario velut exanimatur: tanquam si per crapulam quamdam et vertiginem

[42] Psal. x, 9. [43] Psal. ciii, 21.

ob siccitatis vim nimiam exstingueretur. Hac de causa serpens sic rutam fugit ac vitat, sicut et hiemem, propter nimium scilicet frigus.

Sic igitur animalia cuncta quid salutare sit ipsis, quid exitiale, cognitum habent. Jam quæ sunt apud ea rerum futurarum præsagia, verbi gratia, de aeris mutatione (quam obsecro prudentiam rationalem quoque non obscurant? ovis adventante hieme parce nutrimento vescitur, quasi quamdam sibi commeatus copiam pro secutura inopia comparans). Quin etiam homines industrii terrestrem echinum sive erinaceum respirationes sibi geminas excogitare suis in lustris observarunt. Quod si spiraturus est aquilo, partem aquilonalem obstruit: quod si vento mutato flat auster, ad foramen obversum aquiloni se confert.

Etiam sentiendi organorum in animalibus excellentiam quamdam cernere licet: absque quo foret, agnus inter oves innumeras caulis inclusas exsiliens, colorem vocemque matris haud agnosceret, nec ad eam se studiose conferret, præsertim cum ubera multa valde distenta gravataque prætereat. Nimirum est in eis sensus acrior, quam nos existimemus: quo ipso quælibet ab alienis sua dignoscunt. Necdum catulus dentes habet, ac nihilominus se lædentem ore vicissim ulciscitur. Necdum cornua vitulus habet, ac nihilominus quo loco ipsi arma sint proditura novit. Quamobrem præclare dixit Hippocrates: « Animalium natura nihil habet a doctrina, velut ascititium.

Canis autem in reminiscendo quemvis hominem erga bene de se meritos ingratum pudore non afficit? quando 51 canes non paucos una cum heris suis in solitudine cæsis occubuisse, litterarum monumentis proditur. Quin etiam aliqui recenti adhuc facinore quærentibus homicidas se duces itineris præbuerunt, utque facinorosi homines et improbi ad supplicia pertraherentur, effecerunt. Accidit enim aliquando, ut canis in diversorio quodam eo conspecto, qui herum ipsius interemerat, adversus ipsum perpetuo latrans, suspicionem de homine sinistram moveret. Quamobrem is ad tribunal deductus, habita quæstione ceu reus facinoris morte multatus est.

Aspice vero mihi Dei sapientiam. Carnivoris animalibus dentes acutos dedit, quod talibus eis opus esset, pro nutrimenti ratione, quo alerentur. Quæ vero dimidia ex parte dentibus armata et instructa sunt, iis multas atque varias nutrimentorum velut apothecas et conditoria paravit. Nam cum ab initio nutrimentum non satis comminuatur, hoc eis dedit, ut quod deglutiverunt, rursum agerent sursum quo per ruminationem mollificatum, in usum nutriendi animalis cedat.

Etiam armis ipsis inter se differunt animalia. Nam pro indole ac moribus animorum, quemadmodum et Aristoteles scripsit, corporibus quoque tum figuras, tum operationes Deus concedit. Ejus rei

A τῆς ξηρότητος ἀπονεκρούμενος. Φεύγει τοίνυν ὁ ὄφις τὸ πήγανον ἐντεῦθεν, καθὰ δήπου καὶ τὸν χειμῶνα διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ψυχρότητος.

Οὕτω μὲν οὖν τὰ ζῶα πάντα φυσικῶς οἶδε τό τε σωτήριον τό τε ὀλέθριον. Αἱ δὲ παρ' αὐτοῖς προγνώσεις τῆς περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῆς ποίαν οὐχὶ σύνεσιν λογικὴν ἀποκρύπτουσιν; ὅπου γε τὸ μὲν πρόβατον χειμῶνος προϊόντος λάθρως ἐπεμβάλλεται τῇ τροφῇ ὥσπερ ἐπισιτιζόμενον πρὸς τὴν μέλλουσαν ἔνδειαν. Ἤδη δέ τις τῶν φιλοπόνων (12) καὶ τὸν χερσαῖον ἐχῖνον ἐτήρησε διπλᾶς ἀναπνοὰς τῇ ἑαυτοῦ καταδύσει μηχανησάμενον, καὶ μέλλοντος βορέου πνεῖν ἀποφράσσοντα τὴν ἀρκτῴαν, νότου δὲ πάλιν μεταβάλλοντος εἰς τὴν προσάρκτιον μεταβαίνοντα.

B

Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν αἰσθητηρίων περιουσίαν μεγάλην παρὰ τοῖς ζώοις ἴδοι τις ἄν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἀρνειὸς ἐν μυρίοις προβάτοις τῶν σηκῶν ἐξαλλόμενος τήν τε χροιὰν καὶ φωνὴν τὴν τῆς μητρὸς ἐπέγνω καὶ πρὸς ἐκείνην ἠπείγετο, καὶ ταῦτα πολλὰ παραδραμὼν οὔθατα βαρυνόμενα. Ἔστι καὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς αἴσθησις τῆς ἡμετέρας καταλήψεως ὀξυτέρα, καθ' ἣν ἑκάστῳ πάρεστι τοῦ οἰκείου διάγνωσις. Οὕπω οἱ ὀδόντες τῷ σκύλακι, καὶ ὅμως διὰ τοῦ στόματος ἀμύνεται τὸν λυπήσαντα. Οὔπω τὰ κέρατα τῷ μόσχῳ, καὶ οἶδε ποῦ τὰ ὅπλα αὐτῷ ἐκφυήσεται. Καλῶς οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγε· « Φύσεις ζώων ἀδίδακτοι. »

C

Τὸ δὲ τοῦ κυνὸς μνημονευτικόν τίνα τῶν πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀχαρίστων οὐ καταισχύνει; ὅπου γε καὶ φονευθεῖσι δεσπόταις κατ' ἐρημίαν πολλοὶ τῶν κυνῶν ἐπαποθανόντες μνημονεύονται. Ἤδη δέ τινες ἐπὶ θερμῷ τῷ πάθει καὶ ὁδηγοὶ τοῖς ἐκζητοῦσι τοὺς φονέας ἐγένοντο, καὶ ὑπὸ δίκην ἀχθῆναι τοὺς κακούργους ἐποίησαν. Κύων γάρ τις ἐν πανδοχείῳ τὸν φονέα ἰδὼν τοῦ κυρίου αὐτοῦ, κἀντεῦθεν ἀκρατεῖ κατ' αὐτοῦ χρησάμενος ὑλακῇ, οὐκ ἀγαθὴν ὑποψίαν ἔδωκε τοῖς περὶ αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ καὶ εἰς κρίσιν αὐτὸν ἀχθέντα ὡς κακοῦργον ἐκόλασαν.

D

Ἀλλ' ὅρα σοφίαν Θεοῦ, πῶς τοῖς σαρκοφάγοις ζώοις ὀξεῖς τοὺς ὀδόντας ἐνήρμοσε· τοιούτων γὰρ χρεία ἦν αὐτοῖς πρὸς τὸ τῆς τροφῆς εἶδος. Ἃ δὲ ἐξ ἡμισείας ὥπλισται τοῖς ὀδοῦσι, πολλαῖς καὶ ποικίλαις ἀποθήκαις τῶν τροφῶν παρεσκεύασε· διὰ γὰρ τὸ παρὰ τὴν πρώτην μὴ ἀρκούντως καταλεπτύνεσθαι τὴν τροφήν, ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ καταποθὲν πάλιν ἀναπεμπάζεσθαι, ὥστε καταλεανθὲν τῷ μηρυκισμῷ προσοικεῖσθαι τῷ τρεφομένῳ.

Ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅπλοις αὐτοῖς τὰ ζῶα πρὸς ἄλληλα διενήνοχε. Κατὰ τὰ ἤθη γὰρ τῶν ψυχῶν, καθὰ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης φησί, δίδωσιν ὁ Θεὸς καὶ τὰς τοῦ σώματος διαπλάσεις τε καὶ ἐνεργείας. Οἷον τί λέγω; τῷ

(12) *Ποίαν οὐχὶ . . . . φιλοπόνων.* Restituta ex V. et F.

λαγωῷ καὶ τῷ ἐλάφῳ δειλοῖς οὖσι κατὰ ψυχὴν δρόμον ἔδωκεν, ἵνα τὰς τῶν κυνηγούντων χεῖρας ἐκφεύγωσι. Τῷ χοιρίῳ θυμώδει καὶ πολεμιστῇ ὄντι τοὺς χαυλιόδοντας, τῷ ταύρῳ κέρας χαρίζεται, καὶ τῷ λέοντι ὀδόντας καὶ ὄνυχας. Καὶ οὕτω μὲν τὰ πάντα προσφόρως καθώπλισε, τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνὸν εἰς τὸν βίον παραγαγὼν τῇ περιουσίᾳ τοῦ λόγου παρεμυθήσατο· ἐν γὰρ τῷ λόγῳ τὸ πάντων ἄρχειν αὐτῷ πρόσεστι. Διὰ λόγου τὰ πτηνὰ ἐξ ἀέρος κατάγει, τοὺς ἰχθύας ἐξ ὑδάτων ἀνέλκει. Διὰ λόγου τὰ πάντα ποιεῖ ὅσα πρὸς σύστασιν τῆς ζωῆς αὐτοῦ, οἰκίας, ἄμφια, περιβολήν, ὅπλον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Κατὰ τοῦτο καὶ χεῖρας αὐτῷ δέδωκεν ὁ Θεὸς, ὡς ἐντεῦθεν ἀκωλύτως τὸν προσόντα λόγον αὐτῷ πάντα πράττειν ὅσα καὶ βούλεται. Ταύτῃ τοι καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ περὶ τούτων οὕτω φησί· « Τοῖς μὲν ἀλόγοις εὐκολον δέδωκε τὴν πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὴν, τροφὰς αὐτομάτους· καὶ σκέπην αὐτοφυᾶ, καὶ τὰ τῶν τριχῶν καὶ πτερῶν ἐνδύματα ἡ πάντα οἰκονομοῦσα δύναμις ἐχαρίσατο· τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνὸν παραγαγοῦσα λόγον ἔδωκεν ἀντὶ πάντων αὐτῷ, δι' οὗ αἱ ποριστικαὶ συνεστήσαντο τέχναι, οἰκοδομητικὴ, ὑφαντικὴ καὶ αἱ λοιπαὶ, τὸ τοῖς σώμασι δέον ἀναπληρούσης τῆς ψυχῆς τῇ περιουσίᾳ τοῦ λόγου. » Εἶχε μὲν οὖν συνυπογεννηθῆναι τῷ ἀνθρώπῳ τὰ πάντα μετὰ καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ κατὰ πλείονα φιλοτιμίαν. Ἀλλ' οὐμενοῦν ἡ τοῦ λόγου χάρις ἐντεῦθεν ἐδείκνυτο. Ἀνάγκης γὰρ μὴ οὔσης τίνι ἂν ἡ αὐτοῦ ἐνέργεια διάδηλος γέγονε; Κατὰ τοῦτο δὲ παρὰ τοῖς ἀλόγοις ζώοις καὶ αἰσθήσεις, ἅτε λόγου μὴ ὄντος, τετράνωνται· τὸ γὰρ ἐλλεῖπον τοῦ λόγου τῇ περιουσίᾳ τῶν αἰσθήσεων πανσόφως ὁ τῶν ἁπάντων παραμυθήσατο πρύτανις.

Ἀλλ' ὅρα κἀν τούτοις τὴν κηδεμονίαν τοῦ Θεοῦ. Μακρὸς ὁ τράχηλος τῇ καμήλου τίνος ἕνεκεν; ἵνα τοῖς ποσὶν ἐξισάζηται, καὶ ἐφικνῆται τῆς βοτάνης ἐξ ἧς ἀποζῇ. Ὅσα δὲ τῶν ζώων οὐκ ἀπὸ τῆς πόας τὴν ζωὴν ἔχει, οὐδὲ πρὸς γῆν κυπτάζειν καταναγκάζεται ἅτε δὴ σαρκοβόρα ὄντα, βραχὺν καὶ τοῖς ὤμοις ἐνδεδυκότα ἔσχε τὸν τράχηλον. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ προνομαία δεδώρηται τῷ ἐλέφαντι, τὴν βρῶσιν καὶ πόσιν ἀντὶ τοῦ τραχήλου κομίζουσα. Ἐπεὶ δὲ εἰς ἔκπληξιν τῶν ὁρώντων τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ πάνυ μέγα ἐσκεύαστο, δι' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἀδιάρθρωτοι αὐτοῦ οἱ πόδες καθάπερ τινὲς κίονες τὸ βάρος ὑποστηρίζοντες· εἰ γὰρ χαῦνα αὐτῷ καὶ δίυγρα ὑπετέθη τὰ κῶλα, συνεχεῖς ἂν ἐγένοντο τῶν ἄρθρων αἱ ἐκτροπαί. Ἀλλὰ καὶ τριακόσια ἔτη ἱστοροῦσί τινες βιοῦν τὸν ἐλέφαντα. Οὐ μᾶλλον δὲ, φησὶν, ἄγαμαι τὸν ἐλέφαντα τοῦ μεγέθους ἕνεκεν, καὶ τὸν μῦν, ὅτι φοβερός ἐστι τῷ ἐλέφαντι, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ λεπτότατον ἄγαμαι τοῦ σκορπίου κέντρον πῶς ἐκοίλανεν ὥσπερ αὐλὸν ὁ τεχνίτης, ὥστε δι' αὐτοῦ τὸν ἰὸν τοῖς τρωθεῖσιν ἐνίεσθαι. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἐλέφαντα μὴ πρότερον πίνειν λέγουσιν, ἐὰν μὴ θολώσῃ τῇ προνομαίᾳ τὰ νάματα. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι μορμολύττεται σκιὰν ἐλέφας ἐν ὕδατι τὴν ἑαυτοῦ θεώμενος. Διὸ καὶ τοὺς Ἰνδοὺς ἐπιτηρεῖν ἀσέληνον νύκτα φασὶν, ὁπηνίκα διαστορθ-

A hæc exempla sunto. Lepori et cervo, qui animo formidolosi sunt, currendi facultatem dedit, ut venatorum manus effugiant. Apro, qui et animosus et admodum pugnax est, dentes exsertos ac prominentes dedit. Cornua tauro, leoni dentes et ungues largitur. Omnia denique armis idoneis instruxit. Solum hominem nudum in vitam productum rationis excellentia consolatur. Nam cum ratione conjunctum est in res universas imperium. Per rationem homo volucres ex aere deducit, pisces ex aquis extrahit; per rationem reliqua perficit omnia, quæcunque sunt ad vitæ conservationem ipsi necessaria, vestes, armaturam aliaque talia. Propterea manus etiam dedit ei Deus, ut earum operatio quidquid vellet absque ullo impedimento B efficeret. Disserit de his Basilius in enarratione sua vatis Isaiæ verbis hujusmodi; « Brutis Deus vivendi rationem facilem dedit, alimenta ultro oblata, tectum nativum, pilorum atque pennarum indumenta eisdem potestas illa, quæ cunctorum est gubernatrix, largitur. Homini, quem nudum creavit, omnium loco rationem tribuit, a qua rerum parandarum artes sunt profectæ, ut ea quæ exstruit ædes, ut textura, ut cæteræ, supplente nimirum animo per rationis excellentiam 52 quod corporibus deest. » Potuisset quidem homini nascenti etiam præter alia tribuere omnia, verum hoc modo rationis gratia beneficiumque non eluxisset. Nam si nihil ei necessarium foret, quanam re vis ejus declarata fuisset? Eadem de causa brutis animalibus C dati sunt sensus acriores, uti quæ ratione carerent. Sapienter enim gubernator ille universitatis hujus defectum et inopiam rationis sensuum acrimonia præstantiaque compensavit.

Hic etiam in rebus curam providentiamque Dei considerato. Longum camelus collum habet. Quamobrem? ut pedes æquaret, atque pertingere posset ad herbas quibus victitat. Quæcunque vero animalia victum e terra non habent, nec ad terram caput demittere coguntur uti quæ carnibus vescuntur, breve collum et intra humeros velut abditum habent. Propterea proboscis elephanto data est, quæ colli loco cibum atque potum ei subministrat. Quia vero corpus ejus comparatum ad spectato- D rum admirationem et ingens admodum est, ideirco pedes etiam ipsius carent articulis, quasi pondus quoddam sustinentes: nam si mollibus et humidis membris inniteretur, nunquam non articuli laxarentur. Tradunt etiam nonnulli, ccc totos annos elephantum vivere. Neque vero magis, inquit idem Basilius, elephantum ob ejus magnitudinem admiror quam murem ex eo, quod terrori sit elephanto? quemadmodum et minutissimum scorpii stimulum mirari soleo, quo scilicet pacto rerum artifex eum exenteraverit instar cujusdam tibiæ, ut per ipsum vulneratis virus immitatur. Perhibent item non prius elephantum bibere quam aquas proboscide turbaverit. Quamobrem istuc? quia suam ipsius umbram in aqua conspiciens expave-

scit. Propterea ferunt Indos observare noctem expertem lunæ, quoties animal hoc aquas trajicere volunt. Hæc aquæ turbationis est causa. Præterea meretur hoc etiam in elephantis admirationem. Quoties Indorum amnem trajicere volunt, non simpliciter ac fortuito transeunt : sed minimus omnium trajectionem primus inchoat : deinde sequitur alius hoc major, hinc rursum alius utroque major; et sic deinceps eodem utentes ordine per fluvium citra impedimentum aliquod transeunt. Nam si grandiores in transeundo primi forent, fortasse pedum gravitate foveas in limo efficientes, quominus transire minores possent, impedirent, adeoque cogerentur hi fluminis in cœno suffocari. Nec ad Venerem elephantus accedit, quemadmodum harum rerum periti tradunt, nisi mandragoram degustet. Nam prius quam hoc fiat, nullam coitus libidinem experitur. Quapropter femina sumptam **53** mandragoram comedit eamdemque mari porrigit, et hoc pacto ad consuetudinem veneream accedunt. Hoc autem manifesto referri ad homines illos primum conditos debet; nam et illi ante ligni vetiti degustationem libidinibus superiores erant. Verum post eam cum Eva rem Adamus habuit, eaque Cainum peperit.

Quid de myrmecoleonte sive formicario leone dicemus? In Jobi libro perscriptum est : « Myrmecoleon periit, quod escam non haberet. » Est myrmecoleon animal quoddam, quod e formica leoneque gignitur, sed mox vivendi finem facit propterea quod cibum sibi convenientem non inveniat : nam ut leo, carnes expetit, ut formica, frumentum; idcirco facili momento exstinguitur. Hæc autem transferri omnino ad diabolum possunt, qui ab exigua re primum exorsus ad magna progreditur. Ideo quidam ex Patribus dixit : « Exigua delicta novit extenuare diabolus : nam cæteroquin ad majora perducere te non posset. » Itaque perit et ipse, ac myrmecoleontis instar emoritur, cum apud nos alimenti nihil, nihil requietis invenit.

Quodsi cadat elephantus, surgere propterea non potest quod pedes ipsius nullas juncturas habeant. Et fetum hæc animalia tantum unicum edunt ob maximi corporis molem. Debebant quidem hac ipsa de causa, quod magna sint, potius complures fetus simul edere (loquor autem de elephanto, equo, camelo) : verum quia nutrimentum ad corporis amplificationem absumitur, fetus in utero multos alere nequeunt. Ac de his quidem hoc modo dictum esto. Cæterum lepores aiunt fetus alios in lucem edere, alios paulo prius edidisse, alios necdum absolutos utero gestare. Ejus rei causa est, quod leporum natura longe sit fecundissima. Ecce enim lac leporinum mulieri non fecundæ impositum celeriter conceptionem adjuvat, et feminæ sterili donat infantem, quem uberibus lactet. Non

μεύουσι τουτὶ δι' ὑδάτων τὸ ζῶον. Καὶ τούτου χάριν ὑποθολοῦσι τῇ προνομαίᾳ τὰ νάματα πίνοντες (13). Ἔτι καὶ τοῦτο πρόσεστι θαυμαστὸν τοῖς ἐλέφασι. Τὸν γὰρ Ἰνδὸν ποταμὸν ἔστιν ὅτε διαπεραιούμενοι οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὴν ἐκεῖσε ποιοῦνται διάβασιν, ἀλλ' ὁ μικρότατος πάντων τῆς περαιώσεως πρῶτος ἀπάρχεται, μετὰ τοῦτον ὁ μείζων αὐτοῦ, ἔπειτα καὶ ὁ ἀμφοτέρων ἐπέκεινα. Καὶ καθεξῆς ὡσαύτως τῇ τοιαύτῃ τάξει χρώμενοι τὸν ποταμὸν ἀκωλύτως διέρχονται. Ἐὰν γὰρ οἱ μείζους τῆς πορείας ἀπήρχοντο, τάχα ἂν τῇ βαθύτητι τῶν ποδῶν βόθρους ἐπ' αὐτῆς τῆς ἰλύος ἐργαζόμενοι προοδεύειν οὐκέτι συνεχώρουν τοὺς τὸ σῶμα σμικρότατον φέροντας, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τῷ τοῦ ποταμοῦ τέλματι κατηνάγκαζον τοὺς τοιούτους ἀποπνίγεσθαι. Τὸ δὲ τὸν ἐλέφαντα μὴ ἄλλως πως εἰς συνδυασμὸν ἔρχεσθαι, καθά φασιν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ, εἰ μὴ τοῦ μανδραγόρου γεύσαιτο (οὐδὲ γὰρ ἐπιθυμία μίξεως πρότερον κεῖται, ἐφ' ᾧ ἡ θήλεια λαβοῦσα μανδραγόραν καὶ φαγοῦσα δίδωσι καὶ τῷ ἄρρενι, καὶ οὕτω πρὸς μίξιν ἔρχονται) φανερῶς εἰς τοὺς πρωτοπλάστους ἀνάγεται· κἀκεῖνοι γὰρ πρὸ μὲν τῆς τοῦ φυτοῦ γεύσεως ἰσάγγελον βίον εἶχον, μετὰ δὲ τὴν τοῦ ξύλου γεῦσιν καὶ τῆς παρακοῆς εἰσαχθείσης ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔτεκε τὸν Κάϊν.

Περὶ δὲ τοῦ μυρμηκολέοντος τί χρὴ καὶ λέγειν; γέγραπται γὰρ ἐν τῷ Ἰὼβ, «Μυρμηκολέων ἀπώλετο διὰ τὸ μὴ ἔχειν βοράν. » Ὁ μυρμηκολέων ζῶόν τί ἐστιν ἐκ μύρμηκος μὲν καὶ λέοντος τικτόμενον, εὐθέως δὲ τελευτῶν διὰ τὸ μὴ εὑρίσκειν τροφὴν κατάλληλον· ὡς μὲν γὰρ λέων κρέατα ἐπιζητεῖ, ὡς δὲ μύρμηξ πάλιν σῖτον, καὶ διὰ τοῦτο εὐχερῶς ἀπόλλυται. Ταῦτα δὲ πάντως εἰς αὐτὸν ἀνάγεται τὸν διάβολον, ὅστις ἀπὸ μικροῦ μὲν ἄρχεται, εἰς μεγάλα δὲ καταντᾷ. Ἐφ' ᾧ καί τις τῶν Πατέρων ἔλεγε· « Τὰ μικρὰ τῶν ἁμαρτημάτων εὐτελίζειν οἶδεν ὁ διάβολος· ἄλλως γὰρ ἐπὶ μεῖζον κακὸν ἀγαγεῖν σε οὐ δύναται. » Ὅθεν ἀπόλλυται καὶ οὗτος, καὶ οἷον εἰπεῖν θνήσκει κατὰ τὸν μυρμηκολέοντα, μὴ τροφὴν εὑρίσκων παρ' ἡμῶν καὶ ἀνάπαυσιν.

Ὁ μέντοι ἐλέφας πίπτων ἐγερθῆναι οὐ δύναται διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἁρμογὰς εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ μονοτόκα ταῦτα δὴ τὰ σώματα τὰ μέγιστα φέροντα. Ἔδει μὲν δι' αὐτὸ τοῦτο πολύτοκα μᾶλλον εἶναι, ἐλέφαντα λέγω καὶ ἵππον καὶ κάμηλον· ἀλλὰ δαπανωμένης τῆς τροφῆς εἰς τὴν τοῦ σώματος αὔξησιν πλῆθος ἐμβρύων θρέψαι οὐ δύναται. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. Τοὺς δὲ λαγωοὺς φασι τὰ μὲν τῶν ἐγγόνων ᾠδεῖναι, τὰ δὲ τετοκέναι, ἕνια δὲ ἡμιτελῆ φέρεσθαι τῇ γαστρί. Τὸ δὲ αἴτιον ὅτι γονιμωτάτη τῶν λαγωῶν ἡ φύσις καθέστηκεν· ὅρα γὰρ ὅτι λαγωοῦ πιτύα γυναικὶ ἐντεθειμένη ἄπαιδι ἐγκύμονα ταύτην θᾶττον ἐποίησε, καὶ παῖδα ὑπομάζιον στείρᾳ χαρίζεται. Ἡ τοίνυν σύλληψις οὐκ ἔστιν ἐν λαγωοῖς ὡρισμένη, ἀλλ' ἔτι κυοφορουμένων τῶν ἐγγόνων ἐπισύλληψις αὐτοῖς ἐγγίνεται. Οὐκοῦν ἃ μὲν τέτοκεν ὁ

(13) *Εἰ γὰρ χαῦνα. . . . . πίνοντες.* Ex Fontebraldensi ; et mox συνεχώρουν . . . . ἐλέφαντα ex eodem.

λαγωὸς τῶν ἐγγόνων, ἃ δὲ ὠδίνει, ἃ δὲ ἡμιτελῆ ἐπιφέρει τῇ γαστρί· ταῦτα γὰρ ἡ ἐπισύλληψις ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ. Κατὰ τοῦτο δὲ καὶ δασύπους ὁ λαγωὸς, καθά φησιν ὁ Ἀριστοτέλης, ὡς πλήρης περιττωμάτων ὤν· ἡ γὰρ δασύτης σημεῖον πλήθους περιττώματος. Ὅθεν καὶ ἐπικυΐσκεται τοῦτο τὸ ζῶον. Διὸ καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ δασεῖς ἀφροδισιαστικοὶ καὶ πολύσπερμοι μᾶλλόν εἰσι τῶν λείων. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· ὁ δὲ Αἰλιανὸς παράδοξόν τι καὶ λίαν διέξεισι περὶ τοῦ λαγωοῦ· τὸ γὰρ ἐκ τούτου γεννώμενον ἔμβρυον ἐντὸς ἐπιφέρει ἕτερον ἔμβρυον. Ὡσαύτως λέγουσι τόν τε λαγωὸν καὶ τὴν ὕαιναν ἀρρενόθηλυν γίνεσθαι. Ἀλλὰ καὶ δειλὸς ὁ λαγωός. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι μεγίστην ἔχει καρδίαν, ὥσπερ δὴ ἔλαφος, μῦς, ὕαινα, ὄνος, πάρδαλις, γαλῆ, καὶ ἁπλῶς πάνθ' ὅσα φανερῶς εἰσι δειλὰ ἢ διὰ φόβον κακοῦργα. Μεγίστων γὰρ ἐν αὐτοῖς τῶν καρδιῶν οὐσῶν διαχέεται τὸ πῦρ καὶ οὐ συνῆκται. Ἐφ' ᾧ καὶ τυγχάνει δειλά. Τὰ μέντοι μικρὰν ἔχοντα τὴν καρδίαν συνηγμένον ἐξ ἀνάγκης τὸ ἔμφυτον ἔχοντα πῦρ· ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς μάχην ὑπάρχει τὰ τοιαῦτα ὀξύῤῥοπα.

A est igitur in leporibus conceptio certo definita tempore, sed dum adhuc uterum gerunt, altera fit rursum conceptio. Qua de causa lepus, ut dictum est, alios quidem fetus jam edidit, alios parturiendo profert, alios utero gestat semiperfectos. Nam id necessario conceptionem, quæ alia fit mox post aliam, sequitur. Idcirco lepus etiam pedes hirsutos habet, quemadmodum Aristoteles ait, ut qui superflui sit humoris plenus : nam hirsuties istæc ingentis superfluitatis est argumentum. Hinc animalis hujus superfetatio. Eadem de causa 54 fit ut homines hirsuti cæteros læviores tum venere tum seminis copia superent. Et hæc quidem ab his tradita sunt. Cæterum Ælianus valde novum et inusitatum quiddam de lepore commemorat : B nam qui ex eo nascitur fetus, eum dicit intra se fetum alium gerere. Itidem aiunt leporem et hyænam alternis vicibus tam marem quam feminam esse. Formidolosus etiam lepus est. Quamobrem? Quia cor maximum habet, sicut et cervus et mus et hyænæ et asinus et pardalis et mustela, et simpliciter omnia quæcunque palam timida sunt vel ob metum noxia. Nam cum corda sint in eis perampla, calor diffunditur, non colligitur; ideoque formidolosa sunt. Quæ vero cor exiguum habent, in eis etiam necessario collectus est ignis ille nativus et insitus; ideoque sunt ad pugnandum prona. Debes hoc etiam scire, totum biennium elephantos uterum gerere. Qua de causa? quia feturæ majores tempore longiori ad perfectionem egent.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι διετὴς ὁ τῶν ἐλεφάντων τόκος. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι τὰ μείζονα κυήματα πλείονος χρόνου δεῖται πρὸς τελείωσιν· τὰ μὲν γὰρ δεκάμηνα, τὰ δὲ ἐνιαύσια καθάπερ ἐπὶ ἵππου. Κατὰ τοῦτο τοίνυν πολυχρόνιός ἐστι καὶ ὁ τῶν ἐλεφάντων τόκος. Διετὴς γὰρ ἡ κύησις αὐτῶν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν.

Aliæ decem mensibus absolvuntur, aliæ toto demum anno, ut in equo videmus usuvenire. Sic igitur etiam elephantorum partus diuturnior est, uterum biennio gestantium ob magnitudinem fetus nimiam, sicut Aristoteles loquitur.

Ἡ ἔλαφος ἀποβαλοῦσα τὰ κέρατα κρύπτεται, αἰδουμένη ὥσπερ διὰ τὴν ἐκείνων γύμνωσιν. Ἐπὰν δὲ ταῦτα εἰς αὔξησιν ἔλθῃ, παῤῥησιάζεται πάλιν καθὰ καὶ πρότερον, Οὕτω καὶ ὁ δίκαιος ἐκτραπεὶς ὁπωσδήποτε τοῦ καθήκοντος καὶ τῶν ἀρετῶν γυμνωθεὶς κρύπτεται ἀπὸ Θεοῦ, καθάπερ ποτὲ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ πέπονθεν, ἡνίκα γυμνὸν ἑαυτὸν ἑώρα διὰ τὴν παράβασιν. Ἐπὰν δὲ ἀγωνισάμενος διορθώσηται καὶ τὰς ἀρετὰς ἐπαυξηθείσας θεάσηται, τότε δὴ πρὸς Θεὸν ἐπανάγεται καὶ παῤῥησίας τῆς πρὶν μέτοχος δείκνυται. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Δαβὶδ ἔλεγε· « Τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. » Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως, ἕτεροι δέ φασιν ὡς οὐ τὴν ἀποβολὴν αἱ ἔλαφοι τῶν κεράτων αἰσχυνόμεναι τὰς συνήθεις δραπετεύουσι διατριβὰς, ἀλλ' ἑαυτῶν μάλιστα προνοούμεναι. Ἔστι γὰρ αἴσθησις καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, καθ' ἣν τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀπειλήφασι τὴν διάγνωσιν. Οἶδεν ἡ σηπία τῆς ἀχλύος τὸ σόφισμα, καί που θηρατὰς ἀορασίαν ἄγρας πολλάκις ἐνέθηκεν. Οἶδε τὰ γαμψώνυχα τὴν διὰ τῶν ὀνύχων ἀκήν. Οἶδεν ὁ λαγωὸς διὰ τοῦ δρόμου καὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀξύτητος κυνηγετῶν ἐπιβουλὰς ἀποπέμπεσθαι. Οἶδεν· ἡ ἔλαφος ἀποκειραμένη τὰ κέρατα ἀσθενεστέραν τὴν φύσιν

C Cæterum ubi cornua cervus abjecit, semet occulit pudore quasi quodam affectus, quod iis sit denudatus. Cum autem illa rursum augescere cœperunt, vicissim liberius pristino more prodit. Hoc justi hominis est simulacrum. Nam cum is ab officio quocunque tandem modo deflexit et virtutibus nudatus est, a Deo semet abscondit Adami exemplo, cui quid ejusmodi accidit in paradiso, cum ob transgressionem se nudum esse conspiceret. Verum ubi deinde susceptis certaminibus rectius sese gerit ac virtutes crevisse videt, tum scilicet ad Deum revertitur et pristinæ se libertatis participem declarat. Hoc Davides indicare volens ait: «Tunc non pudefiam, cuncta tua præcepta intuens [48]. » Hæc a quibusdam tradita sunt. Cæterum alii dicunt D cervos non propter abjectionem cornuum pudore affectos de locis consuetis aufugere, sed hoc ipso maxima providentia sibi prospicere. Nam inest etiam brutis animantibus sensus quidam, de quo suæ salutis cognitionem hauriunt. Novit sepia semet obscurandi artificium, ac sæpe sic piscatoribus imponit ut amplius captam ab se prædam conspicere nequeant. Norunt ea quibus aduncæ sunt ungues, ad quid eorum ungues prodesse possint. Novit

[48] Psal. CXVIII, 6.

lepus cursu pedumque celeritate venatorum insidias vitare. Sic etiam cerva novit amissis cornibus naturam debiliorem tueri se contra lædentes 55 haud posse; quapropter abdit se, instar militis cujusdam inermis, qui hosti se objicere non audet. Cæterum solus cervus utilitatis suæ causa deponit cornua, quemadmodam Aristoteles inquit. Nam onere gravi necessario se levat, quando cornua cervorum prorsus vacua non sunt. Cæterorum quidem animalium cornua sunt aliquousque cava, cum extremæ partes exsistant solidæ, quibus scilicet ictus excipiunt.

A ἀμύνεσθαι τοὺς λυπήσοντας· οὐκοῦν ἀποκρυπτεταί τι τὰ τις τῶν στρατιωτῶν ἄνοπλος δεδιὼς παρατάττεσθαι. Μόνη δὲ ἡ ἔλαφος ἀποβάλλεται τὰ κέρατα χάριν ὠφελείας, ὡς Ἀριστοτέλης φησί· βάρος γὰρ ἐξ ἀνάγκης κουφίζεται, διότι καὶ νωτὰ ταῦτα δι' ὅλου τυγχάνει. Τῶν δ' ἄλλων τὰ κέρατα μέχρι τινὲς κοῖλα, τὰ δ' ἄκρα στερεὰ διὰ τὸ ταῖς πληγαῖς χρησιμεύειν.

Hoc quoque cognoscito, ejus aromatis quod muscum dicimus, auctores esse cervos illos qui montem Indiæ quemdam incolunt. Nam celeberrimum hoc aroma nihil est aliud quam cervorum sanguis, qui de umbilico rupto profluxit. Hunc illi extremis in B partibus montis rejiciunt quasi quoddam excrementum. Cumque colligitur, nulla pars ejus odorem gratum habet. Verum ubi post temporis aliquod spatium inquiritur et alias ad terras delatum est, tum deinde fragrantiam illam spirat. Aiunt item cervam, dum tibiarum sono et tintinabulis delectatur, astantem prope sagittarium non cernere sagittisque configi. Sic nos quoque, dum voluptatibus hujus mundi quasi modulis quibusdam tibiarum oblectamur, adversarium nostrum plane nusquam cernimus, inaspectabilibus contra nos telis uteutem. Præterea tradunt cervam assiduo fetus suos cursu exercere. Voluit hoc omnino sic fieri Deus, ut parentibus ignavis pudorem incuteret.

Γίνωσκε δὲ τοῦτο, ὅτι γεννήτορες τοῦ ἀρώματος μόσχου οἱ ἐν Ἰνδίᾳ νεμόμενοι ἔλαφοι. Οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι τὸ πολυθρύλλητον τοῦτο ἄρωμα ἢ αἷμα ἐλάφου ἐσπαργανωμένον ἐν τῷ ὀμφαλῷ· περὶ μέντοι τὰ τέλη τοῦ ἔαρος ῥίπτεται ὥσπερ τι περίττωμα. Εὐῶδες οὐδέν τι μέρος αὐτοῦ συλλεγόμενον· ἀλλ' ἐπειδὰν χρόνῳ ταμιευθῇ καὶ εἰς ἑτέραν ἤπειρον μετακομισθῇ, τηνικαῦτα τὸ εὐῶδες πνεῦμα ἀφίησι. Λέγεται δὲ ὅτι ἡ ἔλαφος θελγομένη ἤχῳ αὐλῶν καὶ κροτάλοις τὸν ἐγγὺς τοξότην οὐχ ὁρᾷ καὶ τοξεύεται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῶν τοῦ κόσμου τερπνῶν καταυλούμενοι οὐδαμοῦ συνορῶμεν τὸν καθ' ἡμᾶς ἀοράτοις βέλεσι χρώμενον. Ἀλλὰ καὶ συνεχῶς ἐπὶ δρόμῳ τὴν ἔλαφον τὰ τέκνα γυμνάζειν αὐτῆς λέγουσι. Τοῦτο δὲ ὡκονόμησε πάντως ὁ Θεὸς τοὺς νωθροτέρους ἐντρέπειν γονεῖς.

Hic quoque Dei providentiam curamque mihi considerato. Cum animal hoc timidum sit ac propterea nunquam non utatur cursu, talem cervæ C structuram Deus effecit, ut fetus suos in utero citra periculum ullum gestet ac retineat. Patet hoc de illis etiam quæ Jobi libri continentur. Nam ad virum illum beatum, cum disceptare cum Deo vellet, inter alia Deus hoc quoque profert: «Tun observasti partus cervarum, mensesve numerasti quibus uterum ferunt[a]?» Mira certe res est, qui fiat ut cerva fugiens ac tantopere saliens non abortiat.

Ἀλλ' ὅρα κάνταῦθα κηδεμονίαν Θεοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ τοιοῦτόν ἐστι τὸ ζῷον, ἡ ἔλαφος, δηλονότι, δειλόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο φυγαῖς ἀεί ποτε κέχρηται, προκατεσκεύασεν αὐτὴν ὁ Θεὸς ὥστε παρακατέχειν ἀσφαλῶς ἐν τῇ μήτρᾳ τὰ ἔγγονα αὐτῆς. Καὶ ὄῆλον ἐν τοῖς τῶν περιεχομένων τῷ Ἰὼβ τῷ μακαρίῳ ἐκείνῳ ἀνδρί. Τηνικαῦτα κριθῆναι μετὰ Θεοῦ ἐζήτει, καὶ τάδε πρὸς τοὺς ἄλλους ἔλεγεν ὁ Θεός· « Ἐφύλαξας ὠδῖνας ἐλάφων, ἠριθμησας δὲ μῆνας αὐτῶν πλήρεις τοκετοῦ; » Θαῦμα καὶ γὰρ πῶς ἡ ἔλαφος φεύγουσα καὶ ἐπὶ τοσοῦτον πηδῶσα οὐκ ἀμβλώσκει.

Hoc etiam præter jam indicata de cervo commemoratur, quod narium spiritu serpentes e latebris suis extrahat atque devoret. Veneni autem metu cancris vescitur, eaque ratione detrimenti nihil accipit.

Πρός γε τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο περὶ ἐλάφου λέγουσιν, ὅτι τῶν ῥινῶν πνεύματι ἀναφέρει τοὺς ὄφεις ἀπὸ τοῦ φωλεοῦ καὶ κατεσθίει, τῷ φόβῳ δὲ τοῦ ἰοῦ καρκίνου; ἐσθίει καὶ οὐ βλάπτεται.

Fiber cum a venatoribus urgetur persequentibus ipsum genitalium membrorum causa, seque non evasurum animadvertit, præcidit ea, venatorique objicit. Quodsi secundum hoc alius quidam venator eumdem persequatur, supinum semet abjicit; de quo venator animadverso necessariis eum membris desitui, missum facit.

D Ὁ δέ γε κάστωρ ὅταν ὑπὸ κυνηγετῶν διώκηται διὰ τὰ γεννητικὰ αὐτοῦ μόρια, καὶ γνοῦ ὅτι καταλαμβάνεται, κόπτει ταῦτα καὶ ῥίπτει τῷ κυνηγῷ. Εἰ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα παρ' ἑτέρου διώκεται κυνηγοῦ, ῥίπτει ἑαυτὸν ὕπτιον· καὶ νοήσας ἐντεῦθεν ὁ κυνηγὸς ὅτι ἀναγκαῖα οὐκ ἔχει, ἀναχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ.

56 Quæri et hoc solet, quamobrem in quadrupedibus ac reliquis animalibus simpliciter ac plerumque fetus parentum similitudinem referant magis quam in hominibus? Quoniam homo varie consuevit affectus esse animo, etiam ipso venereæ

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς, ἀγαπητέ, τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τῶν τετραπόδων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων ἁπλῶς τὰ ἔγγονα τοῖς γονεῦσιν ὁμοιότητα φέρουσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οὐ τοσοῦτον; Διότι ὁ μὲν ἄνθρωπος πολλαχῶς διατίθεται τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ τῷ τῆς συν-

[a] Job xxxix, 1.

ἀφείας καιρῷ· καθὼς οὖν ὁ τε πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ διατεθῶσιν, οὕτω ποικίλλεται καὶ τὰ τικτόμενα. Τὰ δὲ λοιπὰ ζῶα καθότι οὐδὲν ἕτερον διανοοῦνται κατά γε τὸν τῆς συναφείας καιρὸν, κατὰ τοῦτο καὶ τὰ ἔγγονα παντάπασιν ὅμοια τίκτουσιν. Μὴ θαύμαζε δὲ εἴγε πρὰ τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῖς ὁμοιώσεις τε καὶ ἀνομοιώσεις πρὸς τοὺς γεννήτορας τὰ τικτόμενα φέρουσιν. Οἷον μὲν γὰρ τῶν σπερμάτων ἐν τῇ ἀναφύρσει καὶ ἀναμίξει ἐπικρατέστερον γένηται, πρὸς ἐκεῖνο καὶ τὸ τοῦ πλαττομένου εἶδος φέρει τὴν ὁμοιότητα. Εἰ δὲ τὰ σπέρματα συγκραθέντα ἐπ' ἴσης ἔχει πρὸς ἄλληλα, τότε τὸ γενόμενον ἴσην ἔχει πρός τε τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν τὴν ὁμοιότητα, τουτέστι πατρομητρόμοια τὰ γεννώμενα τίκτεται. Πολλάκις δὲ καὶ τῆς γυναικὸς φαντασίαν ἐν ταῖς ὁμιλίαις λαβούσης τοῦδε ἢ τῆσδε πρὸς τὸ φαντασθὲν ἀπεικάζεται τὸ γινόμενον. Ὅ δὴ καὶ ἄῤῥητόν τινα καὶ θαυμαστὸν ἔχει τὸν λόγον. Καὶ ἄκουε τί φησι Διοσκουρίδης περί τινος Στρατονίκου τῆς Σικελίας ἀρχηγοῦ χρηματίσαντος. Ἐκεῖνος γὰρ καὶ ἡ αὐτοῦ σύζυγος δυσειδεῖς μὲν ὄντες, ἐφιέμενοι δὲ παιδίων εὐειδῶν χρηματίσαι γεννήτορες, τοιοῦτόν τι ἐμηχανῶντο· Ἑώρων τὰ εἴδωλα, ἤγουν αὐτὰ τὰ ἀγάλματα, καὶ οὕτω μιγνυμένων αὐτῶν πρὸς τὴν τῶν ἀγαλμάτων ὁμοίωσιν τὸ βρέφος αὐτοῖς διεπλάττετο. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ κυνῶν ἔστιν ἰδεῖν· τῆς γὰρ ὀχείας αὐτοῖς γινομένης πρὸς ὃ τοὺς ὤπας ἀπερείσει τὸ θῆλυ, πρὸς ἐκεῖνο καὶ ἡ ὁμοίωσις γίνεται. Ἀλλὰ γὰρ τὸν σοφώτατον Γαληνὸν εὑρίσκομεν τῷ κεφαλαίῳ τῷδε συνομολογοῦντα, καὶ οὕτω κατὰ ῥῆμα λέγοντα· « Ἐμοὶ δὲ καὶ λόγος τις ἀρχαῖος ἐμήνυσεν ὅτι τῶν ἀμόρφων τις δυναστῶν εὔμορφον γεννῆσαι θέλων παιδίον ἐποίησε γράψαι ἐν πλατεῖ ξύλῳ εὐειδὲς ἄλλο παιδίον, καὶ ἔλεγε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ συμπλεκόμενος πρὸς ἐκεῖνον τὸν τύπον τῆς γραφῆς ὁρᾷν. Ἡ δὲ ἀτενὲς βλέπουσα, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν ὅλον τὸν νοῦν ἐκεῖσε προσεπιφέρουσα, οὐχὶ τῷ γεννήσαντι ἀλλὰ τῷ γεγραμμένῳ ὅμοιον ἀπέτεκε τὸ παιδίον κατὰ τὴν ὄψιν.»

Εἰ δὲ καὶ περὶ φύσεως ὄφεων βούλει μαθεῖν τινων, ὁ Νίκανδρος πρὸ τῶν ἄλλων διδάξει σε. Αὐτίκα γὰρ ἐν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τῶν ἐχιδνῶν ἱστορεῖ. Ἡ θήλεια ἔχις διὰ τοῦ στόματος αὐτῆς δεχομένη τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄῤῥενος, καὶ οὕτω συνευναζομένη ἀναιρεῖ αὐτόν. Εἰς ἐκδίκησιν οὖν, ὡς ἔοικε, τοῦ πατρὸς ἀναιροῦσι τὴν μητέρα τὰ ἔγγονα· ἐν γὰρ τῷ τοῦ τοκετοῦ καιρῷ τὴν μητρύφαν διαῤῥήσσουσι νηδὺν καὶ οὕτως ἐξέρχονται. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ τοῦ Κυρίου Πρόδρομος γεννήματα ἐχιδνῶν τοὺς Ἰουδαίους ἐκάλει, ἅτε δὴ τοὺς προφήτας καὶ πατέρας αὐτῶν ἀποκτείναντας. Εἰ δὲ περὶ τοὺς ὄφεις οὕτως ἔχει, πῶς νοητέον τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν τὸ λέγον· « Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί; » πονηρὸς μὲν οὖν ὁ ὄφις καὶ κάκιστος ἀληθῶς, ἀλλὰ καί τινα κέκτηται εἰς ἃ βλέπειν ἐγκελευόμεθα καὶ ταῦτα μιμεῖσθαι, ἐπεὶ καὶ ἡ μέλιττα θανατηφόρῳ ἐφιζάνουσα, ὃ μὲν χρήσιμον ἐκεῖθεν ἐκλέγεται, ὃ δὲ χείριστον ἐκεῖσε

consuetudinis tempore. Igitur prout tam pater quam mater affecti fuerint, etiam quæ gignuntur varia sunt ac diversa. Cætera vero animalia quatenus tempore coitionis aliud nihil cogitant, eatenus etiam fetus omnino sibi consimiles procreant. Est et alia causa, quamobrem mirum tibi videri non debeat hominum sobolem partim referre partim non referre parentum similitudinem. Nam quæ pars seminis in commistione fit efficacior, ad eam forma quoque illius quod fingitur adsimilari solet. Quodsi semina temperata mistaque parem in utramque partem vim habeant, tum id quod procreatur ex æquo tam maris quam feminæ similitudinem refert, hoc est, gignitur soboles patri matrique pariter similis. Sæpenumero si sola femina vel hujus vel illius imaginationem in actu venereo concipiat, soboles ei fit similis cujus imaginem apud animum informabat. Quæ res inexplicabilem quamdam miramque rationem habet. Audi quid Dioscorides de quodam Stratonico Siciliæ duce tradat. Is cum deformis esset itidemque uxor ipsius, ac nihilominus gignere liberos formosos cuperent, hujusmodi quiddam moliebantur. Inspectabant imagines et picta simulacra, cumque deinde liberis operam dedissent, infans ad imaginum similitudinem conformatus fuit. Hoc et canículæ videre est usuvenire: cum enim coeunt canes, tum quod deflexis oculis canicula contuetur, ejus similitudinem fetus refert. Consentit hac in parte nobiscum doctissimus ille Galenus, cujus hæc ipsa verba sunt: «Etiam de narratione prisca intellexi virum quemdam principem, qui vultu deformis esset, cum filium procreare formosum vellet, uxori mandasse, medios inter amplexus, eleganter ut expressam pictura formam pueri diligenter intueretur; quod cum illa deflexis in hanc oculis faceret, mentemque totam, ut sic loquar, eo converteret, non patri sed imagini pictæ consimilem vultu filium in lucem ab ipsa editum esse.»

Quodsi de serpentum quorumdam natura cupis aliquid cognoscere, Nicander supra cæteros te docebit. Tradit is in suis poematibus primum hæc de viperis. Femella maris caput insertum ori suo recipiens, eoque pacto re cum ipso habita, marem necat. Itaque vindicandi, quemadmodum sane videtur, patris causa fetus deinde matrem 57 vicissim occidunt; nam tempore partus alvum maternam perrumpunt atque ita in lucem prodeunt. Ea de causa Præcursor ille Domini Judæos viperinam sobolem appellabat [48], ut qui vates patresque suos occidissent. Quodsi res sic comparata est, quonam pacto verbum illud evangelicum est accipiendum quo dicitur: «Sitis astuti ut serpentes, et sinceri ut columbæ [49]?» improbus quidem ac nequissimus est revera serpens: sed tamen quædam habet in quæ jubemur intueri eaque imitari. Nam et apis si frutici cuidam insideat letaliter noxio, quod utile

[48] Luc. III, 7. [49] Matth. x, 16.

est inde seligit, quoo malum missum facit. Igitur animum mihi velim advertas. Serpens cum cæditur, corpus quidem reliquum plagis exponit, at solum caput tegit, quasi sciret eo vitam suam contineri. Sic etiam nos tempore persecutionis facere debemus: relinquemus scilicet omnia, modo caput retineamus atque servemus, quod Christus est et ipsa fides. Idem serpens ubi consenuit et oculorum hebetudine laborare cœpit, primum temperanter victitat et jejunus aliquandiu manet, deinde per artum quemdam meatum in terram penetrans, et modo quodam insuitato cutem totam exuens, juvenis inde discedit. Sic nos quoque, cum ex peccatis consenuimus, per artam viam incedere debemus, ut hoc pacto innovati ad statum conditionemque pristinam revertamur. Quodsi aliquando sitiat inque puteo contacturus est aquam, primo virus suum evomit, ac deinde ad fontem accedit. Sic etiam nos, cum ad divinum illud poculum accessuri sumus, et urentia nos peccata sanemus, omnem prius vitiositatem debemus abjicere, atque ita nos ad sacrosancta mysteria conferre. Quamobrem a Domino præclare dictum vel de commemoratis intelligimus: «Sitis astuti ut serpentes.» Ac de his quidem hactenus.

Debes autem præterea scire serpentum esse varia diversaque genera. Nam alii celerrime perimunt, alii tardius. Item alii morsu perniciem afferunt, alii quodam alio modo. Serpens is quem basiliscum vocant, cujus etiam sapiens ille Galenus meminit ad Pisonem de theriaca disserens, solo intuitu necat eum qui ipsum aspexit. Quo fit ut Litteræ sacræ nihil oculum invidum ab ejusmodi serpente differre tradant. Quemadmodum enim ab hac bestia quiddam exitiale promanat quod hominem perimere potest, sic etiam de invidi oculis consimile quiddam exit. Et mirum hoc in primis, quod suis nonnunquam perniciem afferant. Neque tamen hoc novum cuiquam videatur: faciunt enim id **58** ad quod a natura sunt comparati, non quod volunt. Quodsi Eutelidas, ut est apud Plutarchum, suos ipsius oculos in aqua conspectos fascinavit, cum formæ venustatem suam fuisset admiratus, multo magis invidus oculus alii perniciem ferat, quasi telum quoddam venenatum corporibus iis quæ contuetur immittens. Et hæc quidem tum experientia tum superiora tempora docuerunt. Nam oculi partim agunt partim patiuntur, nunc aliquid emittentes nunc recipientes, quemadmodum amantibus et amatis usuvenire videmus. Magnus ille Basilius inscriptionem Psalmi XXXIII enarrans: «Equidem, ait, id quod fertur, oculos telum quoddam venenatum ejaculari, tanquam vulgare ac a vetulis excogitatum in mulierum conclavibus rejicio. Dico autem malos genios, qui odio boni flagrant, si quas reperiant consentaneas ipsis et addictas voluntates, iis omnino pro libitu et arbitratu suo abuti. Quo fit ut etiam fascinatorum oculis ad suæ voluntatis ministerium utantur.»

Basiliscus quidem, de quo nunc loquimur, non hoc tantum modo, verum etiam sibilo lædit aures

ἀφίησι. Πρόσεχε οὖν. Ὁ ὄφις τυπτόμενος τὸ μὲν ἅπαν αὐτοῦ σῶμα προδίδωσι, τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ κρύπτει, ἐπειδὴ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν εἰδὼς ἑαυτῷ περιέχεσθαι. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καιρῷ διωγμοῦ ὀφείλομεν ποιεῖν, πάντα μὲν προϊέναι, τὴν κεφαλὴν δὲ φυλάσσειν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. Ὄφις γηράσας ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀμβλυωπίαν νοσήσας, πρῶτον μὲν ἐγκρατεύεται καὶ νῆστις διαμένει, εἶθ' οὕτως διά στενωποῦ τινος καταδυόμενος καὶ δέρμα παραδόξως ἅπαν ἀπεκδυόμενος νέος αὖθις γίνεται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ ἁμαρτίᾳ καταγηράσαντες διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ βαδίζειν, καὶ οὕτως ἀνανεούμενοι εἰς τὴν ἀρχαίαν πάλιν ἀποκατάστασιν ἔρχεσθαι. Ὄφις διψήσας ποτὲ καὶ ἐν φρέατι μέλλων ὕδατος ἅψασθαι, πρῶτα μὲν ἐξεμεῖ τὸν ἰὸν, εἶθ' οὕτως τῇ πηγῇ προσέρχεται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς τῷ θείῳ μέλλοντες προσελθεῖν ποτηρίῳ, ἅτε δὴ τὴν ἐκκαίουσαν ἡμᾶς ἁμαρτίαν ἰάσασθαι, πᾶσαν κακίαν πρότερον ἀπορρίπτειν ὀφείλομεν, καὶ οὕτω τοῖς μυστηρίοις προσέρχεσθαι. Καλῶς οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Κύριος ἔλεγε· « Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι διάφορά εἰσι καὶ ποικίλα γένη τῶν ὄφεων. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν θᾶττον ἀναιροῦσιν, οἱ δὲ βραδὺ, καὶ ἄλλοι μὲν δήγμασι τὸν ὄλεθρον φέρουσιν, ἕτεροι δὲ καθ' ἕτερον τρόπον. Αὐτίκα ὁ ὄφις καλούμενος βασιλίσκος, οὗ καὶ ὁ σοφὸς μέμνηται Γαληνὸς περὶ θηριακῆς πρὸς Πίσωνα τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ ἀπὸ μόνης ὄψεως ἀναιρεῖ τοὺς ἑωρακότας αὐτόν. Ἔνθεν τοι τὸν βάσκανον ὀφθαλμὸν τοῦ τοιούτου ὄφεως διενηνοχέναι φησὶν ἡ Γραφή· καθάπερ γὰρ ἀπὸ τοῦδε τοῦ θηρὸς ὀλέθριόν τι ῥεῦμα ἐκφέρεται παραχρῆμα διαφθεῖρειν δυνάμενον, οὕτω καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ βασκάνου ὀφθαλμῶν. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐνίοτε τοῖς οἰκείοις καὶ συνήθεσι τὸν ὄλεθρον φέρουσι. Καὶ καινὸν ἐπὶ τούτοις οὐδέν· ὃ γὰρ πεφύκασιν, οὐχ ὃ βούλονται ποιοῦσι. Καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν· εἰ γὰρ ἑαυτῷ, καθά φησι Πλούταρχος, ὁ Εὐτελίδας ἐδάσκηνε τὴν ὄψιν αὐτοῦ κατιδὼν ἐν ὕδατι καὶ τῆς ὥρας ἐκπλαγείς, πολλῷ μᾶλλον ἑτέροις ἐπάξει τὸν ὄλεθρον ὁ βάσκανος ὀφθαλμὸς, βέλος ὥσπερ ἰῶδες τοῖς ὁρωμένοις τοῦτο ἐνιείς. Καὶ ταῦτα μὲν ἡ πεῖρα καὶ ὁ χρόνος ἀνέκαθεν ἔδειξεν· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ καὶ δρῶσι καὶ πάσχουσι, ποτὲ μὲν πέμποντες, ποτὲ δὲ δεχόμενοι, ὡς ἐπὶ τῶν ἐρωμένων ἔστιν ἰδεῖν. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν οἷς ἐπεξηγεῖται τὴν τοῦ τριακοστοῦ τρίτου ψαλμοῦ ἐπιγραφὴν, καὶ τάδε φησίν· « Ἀλλ' ἐγὼ τοῦτο μέντοι, τὸ βέλος ἰῶδες ἐκπέμπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀποπέμπομαι ὡς δημῶδες καὶ τῇ γυναικωνίτιδι παρεισαχθὲν ὑπὸ γραϊδων· ἐκεῖνο δέ φημι, ὅτι οἱ μισόκαλοι δαίμονες, ἐπειδὰν οἰκείας ἑαυτοῖς εὕρωσι προαιρέσεις, παντοίως ὥστε καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν βασκάνων. »

Διαληφθεὶς οὖν ὁ ὄφις, τουτέστιν ὁ βασιλίσκος, οὐ μόνον τῷ βλέμματι τοὺς ἐνορῶντας αὐτὸν κατα-

βλάπτει, ἀλλὰ καὶ συριγμῷ τοὺς ἀκούοντας. Ὑπόξανθος δὲ ὁ τοιοῦτος ὄφις ἐστὶν, ὥσπερ φησὶ Γαληνὸς, ἔχων ἐν τῇ κεφαλῇ ἐπαναστήματα τρία. Σὺν τῷ τοιούτῳ δὲ καὶ ἑτέρων ὄφεων μέμνηται λέγων, « Ἡ δρύϊνος ὄφις πάνυ κακίστη, ἡ καὶ ἐν δρυσὶ τὸν βίον ποιουμένη. Ταύτης εἴ ποτέ τι καὶ ἐπιβαίη, τοὺς πόδας εὐθὺς ἐκδέρεται καὶ ὀγκοῦται. Ἀλλὰ καὶ ὁ θεραπεῦσαι τούτους θελήσας ὁμοίως πάσχει τὰς χεῖρας. Ὁ δέ γε αἱμόῤῥους καὶ ἡ αἱμορῥοΐς τοῖς ἑαυτῶν ὀνόμασιν ὁμοίαν ποιοῦνται τὴν τῶν ἀνθρώπων διαφθοράν· αἱμορῥοοῦντες γὰρ διά τε μυκτήρων καὶ στόματος καὶ παντὸς ἁπλῶς τοῦ σώματος οὕτως ἀπόλλυνται, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῆς δι᾽ψάδος δηχθέντες ὑπὸ τοῦ καύσου διαφθειρόμενοι κακῶς· καὶ γὰρ οὗτοι διψῶντες πάνυ καὶ διακαιόμενοι, ἔτι καὶ διαῤῥηγνύμενοι, τελευτῶσιν. Ὁ δὲ ἀκοντίας ἐκτείνας ἑαυτὸν πάνυ, καὶ ὥσπερ τι ἀκόντιον ἐφαλλόμενος τοῖς σώμασιν, οὕτως ἀναιρεῖ. Καὶ τῶν ἀσπίδων ἡ λεγομένη πτυὰς ἀναστείλασα τὸν τράχηλον καὶ συμμετρησαμένη τοῦ διαστήματος τὸ μῆκος, ὥσπερ καὶ τότε λογικὸν γενόμενον τὸ θηρίον, εὐστόχως ἐμπτύει τοῖς σώμασιν ἰόν. Τριπλοῦν δὲ λέγουσιν εἶναι τὸ εἶδος τῶν ἀσπίδων, ἡ λεγομένη τε χερσαία, ἡ χελιδοναία, καὶ αὕτη ἡ πτυάς. Τούτων ἑνὶ τῶν τριῶν τὴν βασιλίδα Κλεοπάτραν ἀναιρεθῆναί φασι, λαθεῖν βουληθεῖσαν τοὺς φυλάσσοντας, ταχέως τε καὶ ἀνυπόπτως ἀποθανεῖν. Ὁ γὰρ Αὔγουστος Καῖσαρ νενίκηκε ταύτην, καὶ βουληθεὶς Ἀντωνίῳ παραδοῦναι αὐτῇ, πρὸς δὲ καὶ θριαμβευθῆναι, οὐ καλὸν αὐτῇ προὐξένησε μόρον. Συνεῖσα γὰρ ἐκείνη τὸ δρᾶμα, κάντεῦθεν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι δίκαιον κρίνασα, διά τινων δύο γυναικῶν αὐτῆς, Ναείρας καὶ Χαρμιόνης, τὸν ἑαυτῆς θάνατον μελετᾷ. Διὰ γοῦν καλαθίσκου τινὸς σῦκα καὶ σταφυλὰς ἔχοντος, χάριν τοῦ λαθεῖν τοὺς αὐτὴν φυλάσσοντας, εἰσάγεται τὸ θηρίον· καὶ πρῶτα μὲν αὐτὸ ταῖς γυναιξὶ δοκιμάζει, εἶτα γνοῦσα ὡς ὀξὺ τὸ θηρίον εἰς ἀναίρεσιν, θέλουσα δὲ καὶ εὐγενῶς ἀποθανεῖν, τὴν βασιλικὴν ἐνδύεται στολὴν, καὶ οὕτως τὸ θηρίον προσβαλοῦσα τῷ ἀριστερῷ μαζῷ (ᾔδει γὰρ ἐκεῖσε νεύειν τὴν καρδίαν), βασιλικῶς ἀποθνήσκει· καὶ γὰρ λέγουσιν αὐτῆς εὑρεθῆναι τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐπικειμένην τῇ κεφαλῇ καὶ τὸ διάδημα κρατοῦσαν, ἵνα μέχρι τότε τοῖς ὁρῶσι βασιλὶς οὖσα βλέπηται. Τούτων μέντοι τῶν θηρίων ἰμνημόνευσεν ὁ Γαληνὸς, τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος αὐτῶν διδάσκων διαφθοράν, καὶ ὡς οὐ χρὴ τῷ φαρμάκῳ, τῇ θηριακῇ δηλονότι, τοιαῦτα παραμίγνυσθαι. Ἐφ᾽ ᾧ τὰς ἐχίδνας παραλαμβάνομεν, σὺν τῷ οὐραίῳ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνοντες, ἐν οἷς ὁ κακίων χυμὸς, τουτέστιν αὐτὸς ὁ ἰός. Τὰς μέσας οὖν σάρκας ἐκβάλλοντες ἰσχυρότερον ποιοῦμεν τὸ φάρμακον.

Εἰ δὲ καὶ ὅθεν ἐπενοήθη τῶν ἐχιδναίων σαρκῶν ἡ ἐπίμιξις; ἐθέλεις μαθεῖν, ὁ παρὰ πᾶσι σχεδὸν φερόμενος λόγος καὶ τοῦτο ἤδη διδάξει σέ. Λέγεται γὰρ ὅτι κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ὥρᾳ θέρους ἐν-

audientium. Et est colore subflavus, ut tradit Galenus, inque capite tres habet cristas. Præter hunc meminit idem aliorum quoque serpentum. Serpens, ait, quercinus maxime noxius est, et intra quercus degit. Quodsi quis hunc calcat, mox cutem pedum amittit et intumescit; idque consimiliter accidit illius manibus qui medicinam his vult facere. Hæmorrhus et hæmorrhois ita necant homines ut vocabulis ipsis significatur: nam læsi ab his sanguinem per nares, os totumque adeo corpus emittendo moriuntur. Quemadmodum qui a dipsade morsi sunt, ab æstu misere pereunt: quippe vehementer sitientes ac perusti, nonnunquam etiam dissilientes exstinguuntur. Acontias autem sive jaculator, semet admodum extendens quasique jaculum quoddam in adversa insiliens, corpora sic ea perimit. Itidem inter aspides ea quæ ptyas apellatur ab exspuendo, collo extenso et intervalli magnitudinem velut emensa, quasi eo ipso tempore fieret bestia rationis particeps, virus suum accurate citraque aberrationem in corpora exspuit. Tradunt autem aspidum genus esse triplex, quarum aliæ dicantur terrestres, aliæ chelidonææ, quasi dicas hirundineas, aliæ ptyades, de quibus dictum. Ex his tribus una reginæ Cleopatræ mortem attulit, cum fallere custodes adhibitos sibi vellet ac celeriter citraque suspicionem omnem mori. Vicerat enim hanc Augustus Cæsar, cumque vellet eam sese cum Antonio dedere, quo de ipsa triumpharet, ad genus hoc mortis 59 excogitandum mulierem adegit. Nam ubi quid moliretur Augustus intellexisset, ideoque recte se facturam statuisset, si quamprimum vitam abrumperet, duarum quarumdam muliercularum opera, nimirum Nairæ ac Charmiones, ad mortem sibi conciliandam utitur. Itaque fallendi custodes causa in quasillo, quo fici et uvæ continebantur, ad eam aspis infertur. Ejus vim primum in mulierculis ipsis explorat. Deinde cognito bestiolam ad necandum efficacissimam esse, simul exstingui generose nobiliterque volens, regio se ornatu induit. Atque hoc modo sinistrum ad latus, quo tendere cor propius sciret, adhibita bestiola regia quadam cum dignitate moritur. Aiunt enim repertam manum ipsius dextram impositam capiti, qua diadema teneret, ut tum quoque spectantibus reginam se ostenderet. Harum igitur bestiarum Galenus mentionem fecit, quo pacto perniciosæ sint, ex toto corpore declarans, simulque significans non debere pharmaco id est theriacæ quædam misceri. Quo fit ut cum ad usum earum viperas sumimus, una cum cauda caput præcidamus, quibus in partibus humor ille deterior, nimirum virus ipsum, exsistit. Ideoque carnes medii corporis exsecantes pharmacum præsentius efficimus.

Quodsi etiam scire cupis unde primum sit ortum, quod theriacæ viperarum carnes miscentur, hoc ipsum ex nota vulgo narratione facile cognosces. Proditum est enim memoriæ quosdam juxta Romam

veterem, cum æstivo tempore spicas vellerent, siti fuisse correptos. Itaque vasculum ad quoddam vino plenum cucurrisse, quod eo se sitim exstincturos sperarent. Verum ea spe excidisse; nam vipera subito inde prosiliens homines ab instituto revocabat. Quid secundum hæc evenit? Sumunt vinum, idque cuidam homini misere affecto porrigunt, ut hoc epoto citius tantis doloribus liberaretur, nec usque adeo tristem amplius vitam ageret. Accipit oblatum ille vinum, et cum voluptate exhaurit. Mox sese morbo liberari animadvertit. Quamobrem ab illo tempore carnes viperinæ huic pharmaco misceri consueverunt, cui theriacæ nomen datum est a feris atque bestiis, quibus ad eam conficiendam utimur. Et conducit in primis ad sanandos serpentum morsus. Auctor inventi princeps fuisse fertur Andromachus quidam, ut Galenus scripsit, qui Neronis ætate vixit.

Cæterum præter hactenus indicata scire debes convolutos serpentes coire, quemadmodum erinacei coeuntes ob spinas recti stare solent. Quodsi causam libet cognoscere, quamobrem serpentes hieme terram subeant, æstate rursum ad loca superiora prodeant, perspicuum est illam hujusmodi quamdam esse. **60** Natura serpens frigidus est, siccus, nervosus, exigui sanguinis, quo fit ut necessario loca semper calida quærat. Cumque per hiemem calor ad ima tendere soleat, per æstatem sursum in superficie terræ quasi dispergatur, propterea serpens etiam regiones locaque sua pro aeris constitutione mutare consuevit. Nam et aquæ puteales per æstatem frigidæ sunt, per hiemem calidæ. Tunc enim frigore partes puteorum supremas occupante calor ad ima tendit. Quæ causa est, cur ejusmodi aquæ per hiemem caleant. Quippe natura nequaquam instituit ut frigus atque calor eodem in loco eodemque tempore simul exsistant.

Volo te hoc quoque præter exposita scire, consuesse sacras Litteras serpentes maximos appellare dracones, præsertim cum de Mosis virga loquuntur, fuisse quidem illam prius in serpentem commutatam, verum deinceps in draconem, ac secundum hæc virgas præstigiatorum Pharaonis devorasse, quæ et ipsæ in serpentes erant commutatæ. Itidem vates ille Davides de cetaceo genere loquens, «Draco, inquit, iste quem condidisti, ut in mari luderet.» Cæterum genus ejusmodi draconum, quale quoddam exsistere vulgo perhibetur, hactenus descriptum sane nusquam deprehendimus. Nec propterea fulgureus ignis deorsum fertur ut hujusmodi dracones exurat. Ipsa draconum natura sicca est et substantia quadam ignea constat. Quippe de ipsorum oculis etiam ignis emicat, et venenum quod evomunt fumosum est, corporaque contacta dissilire facit. Inde fit ut ad inflammationem dispositus sit draco, siccitatis suæ causa. Quamobrem sibi a fulmine metuit, et nonnunquam exsiliens per aerem fertur. Quærit item humida

A δρες τινὲς στάχυας ἔτιλλον. Καὶ τοῦτο ποιοῦντες δίψει γίνονται κάτοχοι. Ταύτῃ τοι καὶ πρὸς ἄγγειόν ἔτρεχον οἴνου μεστὸν, ἐλπίζοντες ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν τῆς δίψης εὑρεῖν. Ἀλλ' ἐσφάλησαν τοῦ σκοποῦ· ἔχις γὰρ ἐκεῖθεν αἰφνηδὸν ἐκπηδήσασα τῆς ὁρμῆς αὐτοὺς ἀνεχαίτισε. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Λαμβάνουσι τὸν οἶνον καὶ ἀνθρώπῳ τινὶ λελωβημένῳ διδόασιν, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν θᾶττον ἐκστῆναι τῶν ὠδὶς καὶ μὴ τὸ ζῆν οὕτως ἔχειν ἐπώδυνον. Δέχεται τὸν οἶνον ἐκεῖνος, μεθ' ἡδονῆς ἐκροφᾷ, καὶ παραχρῆμα τῆς νόσου λύτρωσιν εὕρατο. Ἔκτοτε οὖν αἱ τῆς ἐχίδνης σάρκες ἐμβάλλονται τῷ φαρμάκῳ. Ἀλλὰ καὶ θηριακὴν τὸ τοιοῦτον διὰ τὰς τῶν θηρίων σάρκας ἐπονομάζουσι, καὶ ὅτι τοῖς ἀπὸ τῶν ὄφεων δήγμασι· καὶ μάλα τὸ τοιοῦτον ἁρμόττει. Τῆς δὲ

B τοιαύτης ἐπινοήσεως Ἀνδρόμαχός τις γέγονεν αἴτιος, καθά φησι Γαληνὸς, συναχμάσας τῷ Νέρωνι.

Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις, ἐλιττομένους ἀλλήλοις γίνωσκε τοὺς ὄφεις ὀχεύεσθαι, καθὰ δὴ καὶ τοὺς ἐχίνους ὀρθίους ἱσταμένους διὰ τὴν ἄκανθαν. Εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν βούλει μαθεῖν δι' ἣν οἱ ὄφεις χειμῶνος μὲν τῇ γῇ καταδύονται, θέρους δὲ τοὺς ἄνω τόπους ἐπιζητοῦσι, σαφὴς ὅτι καὶ αὕτη ἐστί. Ψυχρὸς ὁ ὄφις ἐστὶ καὶ ξηρὸς καὶ νευρώδης καὶ ὀλιγόαιμος, ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς θερμοὺς ἀεὶ τόπους ἐξ ἀνάγκης ἐπιζητεῖ· καὶ ἐπειδὴ χειμῶνος μὲν ἡ θερμότης κάτω χωρεῖν εἴωθε, θέρους δὲ ἄνωθεν ἐπιπολάζει, διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἑαυτοῦ νομὰς πρός γε

C τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν ὑπαλλάττει ὁ ὄφις. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τὰ φρεατιαῖα ὕδατα θέρους μὲν τυγχάνει ψυχρὰ, χειμῶνος δὲ θερμά. Τηνικαῦτα καὶ γὰρ τῆς ψυχρότητος ἄνωθεν ἐπιπολαζούσης εἰς τὸ βάθος ἡ θερμότης χωρεῖ, ὅθεν καὶ θερμὰ τυγχάνει κατά γε τὸν χειμῶνα τὰ ὕδατα. Τήν τε γὰρ ψυχρότητα καὶ θερμότητα κατά γε τὸν αὐτὸν τόπον καὶ χρόνον ἅμα μένειν ἡ φύσις οὐκ ἐνομοθέτησεν.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰδέναι σε βούλομαι. Τοὺς μεγίστους ὄφεις δράκοντας εἴωθε καλεῖν ἡ Γραφὴ, καὶ μᾶλλον ἡνίκα περὶ τῆς ῥάβδου λέγει τοῦ Μωσέως, μεταβληθῆναι μὲν εἰς ὄφιν τὸ πρότερον, εἶθ' οὕτως εἰς δράκοντα, κἀντεῦθεν τὰς ῥάβδους τῶν ἐπαοιδῶν τοῦ Φαραὼ καταπιεῖν, καὶ αὐ-

D τὰς δῆθεν εἰς ὄφεις μεταβληθείσας. Ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ τὸ κητεῖον ὑπεμφαίνων γένος οὕτω φησί· « Δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῇ. » Τοιοῦτον δὲ γένος ὁποῖον ἄρα φημίζουσιν οἱ πολλοὶ, μέχρι καὶ τήμερον γεγραμμένον οὐχ εὕρομεν· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ τὸ ἀστραπαῖον ἄνωθεν καταῤῥήγνυται πῦρ, ἐπὶ τῷ τοὺς τοιούτους δράκοντας ἐμπιπρᾷν. Τὸ μὲν οὖν δρακόντειον γένος ξηρόν τε τὴν φύσιν ἐστὶ καὶ [τὴν φύσιν] διάπυρον· πῦρ γὰρ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἀποβλέπουσι. Καὶ ὃν δὲ ἐξεμοῦσιν ἰὸν, καπνώδης ἐστὶ, καὶ διαιρεῖ τὰ σώματα ψαύσας αὐτῶν. Ἔνθεν τοι καὶ εὔπρηστός ἐστιν ὁ δράκων, δι' ἣν ἔχει ξηρότητα, καὶ πρὸς κατάφλεξιν ἐπιτήδειος. Πεφόβηται οὖν διὰ ταῦτα τὸν κεραυνὸν, καὶ ἁλλόμενός ἐστιν ὅτε δι' ἀέρος φέρεται, τόπους τε καθύ-

γρους ἐπιζητεῖ καὶ ἐπὶ λίμνας καταφεύγει· οἶδε γὰρ A
ὅτι διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ ξηρότητα καὶ ἀπὸ διαστήματος τῷ κεραυνίῳ πυρὶ καταφλέγεται. Ἔνθα που τύχοι λοιπὸν ὁ δράκων συρίττων καὶ διιών, ἐπειδὰν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐλαύνεται, τότε δὴ τὰ παρακείμενα μέρη συγκαταφλέγεται. Πολλάκις γὰρ καὶ δράκοντος ἅτερ ἤχοί τινες ἐξακούονται ἄσημοι, τοῦ πυρὸς ἄνωθεν καταῤῥηγνυμένου καὶ σώμασι τοιοῖσδε ἢ τοιοῖσδε προσπίπτοντος. Ὅσοι δέ φασι τῶν ἐντετυχηκότων ταῖς τοιαύταις καύσεσιν ὅτι τεθέανται χοῖρον γρυλλίζοντα ἢ μηκάζον αἰπόλιον ἢ βοῦν μυκώμενον, ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἀκροατῶν καταψεύδονται· οὐδὲν γὰρ τεθέανται, ἀλλ' ὁ φόβος αὐτοῖς τὰς τοιάσδε μορφώσεις εἰδωλοποίησεν. Εἰ δ' ἴσως καὶ βάσκανος δαίμων τὸ σῶμα τοῦ δράκοντος ἐνδυσάμενος B
εἰς ἐκεῖνα τῶν μερῶν ἄγει τὸν θῆρα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὥσπερ διωκόμενον, οἷς δὴ βασκαίνειν ἐξ ἀρχῆς εἴωθεν, οὐδ' οὗτος ὁ λόγος ἀπόβλητος. Ἀρχαῖον γὰρ αὐτῷ ἐνδιαίτημα τὸ τοιοῦτον γένος, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἡμᾶς ἐξορίστους δι' αὐτοῦ τοῦ παραδείσου πεποίηκεν, ὅθεν καινὸν οὐδὲν, εἴγε καὶ τῆς γῆς ταύτης ἀπώσασθαι φιλονεικεῖ διὰ φθόνον ἡμᾶς.

Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. Εἰ δὲ τὴν αἰτίαν ἐπιζητεῖς δι' ἣν αἴλουροι καὶ νυκτερίδες νύκτα καὶ μόνην ἀκριβῶς ὁρῶσιν, αὕτη ἐστί. Τὸ ὀπτικὸν πνεῦμα πάντως λεπτότατον ἔχουσιν. Ἐν τῇ νυκτὶ οὖν μετρίως παχυνόμενον τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν τῶν ὁρατῶν ἀντίληψιν ἐπιτήδειον γίνεται· κατὰ γὰρ τὴν ἡμέραν ὡς λεπτότατον διαφορεῖταί τε καὶ σκεδάννυται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔστιν C
ἰδεῖν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς λέουσιν. Ἔνθεν τοι καὶ τὰς ἡλιακὰς μαρμαρυγὰς οἱ λέοντες φεύγοντες δι' ὅλης ἡμέρας καὶ ἄκοντες κρύπτονται· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν ἀκωλύτως ἐν ἡμέρᾳ περιπατοῦντες οὐ μικρῶς ἔβλαπτον τοὺς αὐτοῖς ἐντυγχάνοντας.

Γίνωσκε καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ λέων διωκόμενος συστέλλει τὰ ἴχνη αὐτοῦ (14). Οὕτω ὁ Κύριος κατερχόμενος ἐπὶ τῆς γῆς τὸν τῆς παρουσίας καιρὸν πάντη συνέστειλε διὰ τὸν διάβολον πάλαι τὰς παρθένους ἐπιτηροῦντα. Ὁ τοῦ λέοντος σκύμνος νεκρὸς μὲν γεννᾶται, ἐμφυσώμενος δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ζωογονεῖται. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἀδὰμ ἐποίησεν, ὕστερον δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ δι' ἡμᾶς νεκρωθέντι ποιεῖ. Ὅθεν καὶ ὁ Ἰακὼβ D
ἔλεγεν· « Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων καὶ ὡσεὶ σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; » Εἰ δὲ καὶ λέων καὶ σκύμνος ὁ αὐτὸς λέγεται, οὐ καινόν· ἦν γὰρ καὶ βασιλεὺς ὁ Χριστὸς καὶ βασιλέως υἱός.

Ὁ λύκος φοβεῖται τὸ φυτὸν τὴν σκίλλαν. Τοῦτο οἶδεν ἡ ἀλώπηξ παρὰ τῷ τοιούτῳ ὑπνώττει φυτῷ, ἵνα ποτε τοῦ φωλεοῦ αὐτῆς ἔξω τύχῃ διατρίβουσα, μὴ ὑπὸ λύκων βρωθῇ. Εἰ δὲ ἡ ἀλώπηξ οὕτω

loca et ad stagna confugit. Novit enim se propter insitam sibi siccitatem etiam ex intervallo quodam remotum ab igne fulminis exuri. Sæpenumero quidem soni exaudiuntur obscuri, tanquam draconis, cum fulgur deorsum fertur ac vel in hæc vel illa corpora irruit. Qui autem perhibent (de iis loquor quibus ejusmodi se obtulerunt inflammationes), se porcum grunnientem conspexisse, ut gregem caprarum balantem vel mugientem bovem, tam seipsos quam alios hæc audientes mendacio decipiunt. Nihil enim ejusmodi viderunt, sed imaginationes earum rerum a metu proficiscuntur. Quodsi fortasse dæmon ille præstigiator et invidus, serpentis indutus corpore, feram hanc, velut igne ipsam urgente, in animalia mansueta irruere facit, cum inde usque ab initio invidia quadam prosequatur, non 61 hoc ità proferri putabitur, ut omnino sit rejiciendum; nam genus hoc ferarum sibi pro domicilio jam olim usurpavit, cum per id nos paradisi finibus ejecit; itaque nihil novum, si motus invidia cupit hac etiam terra nos expellere.

Ac de his quidem hactenus. Quodsi causam vis cognoscere, quamobrem feles et vespertiliones tantum noctu acutum videant, hanc illam esse scito. Sunt hæc animalia spiritu, quo cernendi vis continetur, sane pertenui prædita. Quapropter is noctu mediocriter ob solis absentiam condensatur et ad perceptionem rerum aspectabilium fit idoneus : quippe interdiu tanquam subtilissimus dissipatur ac dispergitur. Idem et in aliis est videre, præsertim ipsis in leonibus. Quo fit ut splendorem radiorum solarium fugientes etiam inviti toto die latitent. Nam si absque hoc esset, libere utique per diem oberrantes haud exiguam hominibus occurrentibus noxam afferrent.

Hoc etiam disce, leonem vestigia sua contrahere, quoties ipsum aliqui persequuntur. Sic Dominus quoque noster in terram descendens adventus sui tempus contraxit diaboli causa, qui jamdudum virgines observabat. Catulus leoninus in lucem mortuus quidem editur, verum afflatu patris vitam accipit. Idem Deus initio fecit in Adamo, ac deinceps ipso etiam in Filio suo mortem nostri causa perpesso. Quamobrem Jacobus dixit : « Corruens sopitus est ut leo, quasique catulus leoninus : quis excitabit eum [61]? » Nec quidquam absurdi eumdem tum leonem tum catulum leoninum appellari : nam Christus et rex et regis filius erat.

Lupus scyllam, plantæ speciem, vitat. Id cum vulpecula norit, apud hanc plantam dormiens cubat, si forte suas extra latebras degit, ne a lupis devoretur. Quodsi hoc vulpecula facit, multo magis nos

[61] Gen. XLIX, 9.

(14) Leunclavius minus apposite συστέλλειν τὰ ἴχνη de leone fugiente interpretari videtur *contrahere vestigia*, cum delere, abolere, abscondere, celare aut confundere rectius dici potuisset. Neque enim contraxit Christus adventus sui sive ἐνανθρωπήσεως tempus, sed abscondit celavitque ne diabolo notus esset. Quædam quoque ab eodem interprete minus commode reddita videbis in versione suo nitori restituta, quæ non est opus putidius venitare.

adesse debemus iis quibus intellectilis ille lupus abigitur. Quænam illa? Preces et jejunium : « Nam genus istud, inquit Christus, non nisi precibus et jejunio ejicitur [48]. »

Camelopardalis in Libya conspici traditur. Ejus duorum animalium mistionis causa est ejus regionis siccitas et aquæ penuria ; quippe animalia diversa variarumque specierum ad aquas congreganter, quæ in Libya raræ sunt. Ita fit ut ipsis inter se coeuntibus feræ quædam multiformes procreentur.

Et animadvertito, dilecte fili, ejusmodi animalia composita, cujus generis sunt etiam muli, non esse vel ad conceptionem vel procreationem idonea. Quamobrem istuc? Quod ex diversis generibus constent, ac propterea vis gignendi in eis vitiata sit, consentanea id quidem ratione. Quippe nec terra initio rerum ea produxit ut animalia cætera (nam deinceps humana sollertia quadam et artificio 62 asinorum et equorum excogitata est conjunctio), nec vocem illam divinam audiverunt qua dictum est aliis : « Augescite ac multiplicamini [49]. » Quo fit ut procreandi vis in ipsis vitiata sit.

Unicornu animal est valde ferum, quod neque per venatores neque modo ullo alio capi potest. Nihilominus fera tam immanis ad feminam virginem, quæ splendidis induta sit vestibus et ornatu vario exculta, non tantum accedit, sed etiam ipsius ad genua procumbens quiescit. Idem tum in divinitate illa inaspectabili et incomprehensili tum vera solaque Virgine videre est; nisi enim templum hoc repertum esset purissimum, Deus in terris non conspectus nec cum hominibus versatus fuisset.

Formica spicam conscendens olfacere consuevit, ac siquidem hordeum reperit, fugit inde seque ad tritici spicam confert. Hoc si formica facit, multo magis nos abhorrentem a veritate doctrinam cavere debemus, et ad triticum, doctrinam videlicet rectissimam, accedere. Quæ lupo sunt adversus oves inimicitiæ, possunt hinc etiam perspici. Si chorda lupina in cithara reperiatur, reliquæ de ovibus confectæ chordæ silent ac sonum nullum edunt. Idem videre est in tympanis. Quamobrem Deus rem adeo novam et inusitatam initio rerum instituit? Ut inde clarius perspicerentur inimicitiæ, quas intellectilis ille lupus adversus oves Christi gerit ac exercet.

Tradit Ælianus chamæleontem variis formis conspici, ut qui oculos se intuentium elidat, ad exemplum Satanæ, qui se in lucis angelum transformat. Verum Aristoteles ait maxime macrum et exilem esse chamæleontem inter animalia, quæ ova pariunt et terrestria sunt; idque propterea quod sanguinis perparum habeat. Hanc ipsam vult esse causam indolis animæ in hoc animali. Varias nimirum formas accipit formidinis causa : metus enim ex inopia caloris existit.

[48] Matth. XVII. 20. [49] Gen. I. 22.

ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ἐκείνοις ὀφείλομεν συνεῖναι δι' ὧν ὁ νοητὸς λύκος διώκεται. Τίνα δὲ ταῦτα ; Προσευχὴ καὶ νηστεία · τὸ γένος γάρ, φησὶ, τοῦτο οὐκ ἐκβάλλεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

Ἡ δέ γε καμηλοπάρδαλις ἐν Λιβύῃ καθορᾶσθαι ἱστόρηται. Αἰτία δὲ τῆς τοιαύτης ἐπιμιξίας ἡ τῆς χώρας ἀνυδρία · περὶ γὰρ τὰ ἐκεῖσε ὕδατα ὀλιγοστὰ ὄντα ἀθροίζεται πολυειδῆ ζῶα, κἀντεῦθεν ἀλλήλοις ἐπιμιγνυμένων αὐτῶν θηρία πολύμορφα τίκτεται.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι τὰ τοιαῦτα σύνθετα ζῶα, καθὰ δὴ καὶ οἱ ἡμίονοι, οὐκ εὔθετά εἰσι πρὸς σύλληψίν τε καὶ γέννησιν. Τίνος ; Ἕνεκεν ; Ὅτι ἐξ ἀλλοτρίων συνεστηκότα ταῦτα γενῶν διεφθαρμένην τὴν πρὸς τὸ τίκτειν ἀπειλήχασι δύναμιν. Καὶ εἰκότως · οὔτε γὰρ ἡ γῆ κατ' ἀρχὰς ἐξήγαγε ταῦτα, καθὰ δὴ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα (καὶ γὰρ ἐξ ἐπινοίας ὕστερον ἀνθρωπίνης ἡ τῶν ὄνων τε καὶ ἵππων ἐπενοήθη σύζευξις), οὔτε τῆς θείας ἐκείνης φωνῆς ἤκουσαν τῆς οὕτω λεγούσης, « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. » Ἔνθεν τοι καὶ τὴν πρὸς τὸ τίκτειν δύναμιν διεφθαρμένην ἐσχήκασιν.

Ὁ μονόκερως ζῷόν ἐστι καὶ πάνυ ἄγριον, μήτε θηραταῖς μήτε ἄλλως πως ἀγρευόμενον. Παρθένῳ δὲ γυναικὶ, καὶ ταῦτα λαμπρειμονούσῃ καὶ ποικίλως ἐστολισμένῃ, καὶ περιέρχεται τὸ δυσθήρατον ζῴων καὶ παρὰ τοῖς γόνασιν αὐτῆς ἀναπαύεται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀοράτου καὶ ἀθηράτου θεότητος καὶ τῆς ὄντως καὶ μόνης Παρθένου ἔστιν ἰδεῖν · εἰ μὴ γὰρ ὁ καθαρώτατος οὗτος εὑρέθη ναὸς, οὐκ ἂν ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη.

Ὁ μύρμηξ ἐπὶ τὸν στάχυν ἀνερχόμενος ὀσφραίνεται, καὶ ἐὰν κριθῇ, φεύγει ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὸν τοῦ σίτου στάχυν ἔρχεται. Εἰ δὲ ὁ μύρμηξ οὕτω ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς τὴν ἑτεροδοξοῦσαν διδασκαλίαν φεύγειν ὀφείλομεν, ἐπὶ δὲ τὸν σῖτον ἔρχεσθαι, τὸν ὀρθότατον δηλαδὴ λόγον. Εἰ γὰρ ἦν ὁ λύκος ἔχθραν πρὸς τὰ πρόβατα κεκτηται, κἀντεῦθεν ἔστιν ἰδεῖν · εὑρισκομένης γὰρ τῆς χορδῆς αὐτοῦ ἐν κιθάρᾳ, αἱ λοιπαὶ τῶν προβάτων χορδαὶ σιγῶσι καὶ οὐ φθέγγονται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τυμπάνων ἔστιν ἰδεῖν. Τίνος δὲ χάριν τὸ παράδοξον τοῦτο γίνεσθαι κατ' ἀρχὰς συγκεχώρηται ; Ὡς ἐντεῦθεν ἀριδηλότερον φαίνεσθαι τὴν ἔχθραν ἣν ὁ νοητὸς λύκος πρὸς τὰ τοῦ Χριστοῦ θρέμματα κέκτηται.

Ὁ μὲν οὖν Αἰλιανὸς λέγει τὸν χαμαιλέοντα ποικίλον φαίνεσθαι τῇ μορφῇ ἅτε τὰ ; τῶν ὁρώντων ὄψεις ἐκκρουόμενον, κατὰ μίμησιν τοῦ εἰ ; ἄγγελον φωτὸς μετασχηματιζομένου Σατάν. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι ἰσχνότατος ὁ χαμαιλέων τῶν ὠοτόκων καὶ πεζῶν, διότι ὀλιγαιμότατός ἐστι. Τοῦτο δὲ αἴτιον καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἤθους ; τοῦ ζώου · πολύμορφον γὰρ γίνεται διὰ τὸν φόβον · ὁ γὰρ φόβος δι' ἔνδειαν θερμότητος ;.

Ὁ ἄρρην ὗς χαυλιόδοντας ἔχει ὡς ὀξύτερος εἰς τὸ πλήσσειν, τὸ δὲ θῆλυ οὐκ ἔχει, ἐφ' ᾧ καὶ ἀμυνόμενον δάκνει. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἐλάφων· ὁ μὲν γὰρ ἄρρην φέρει κέρατα, ἡ δὲ θήλεια οὐκέτι. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκτεμνόμενοι ὗες χαυλιόδοντας οὐκ ἔχουσι, διότι τὴν φύσιν πρὸς τὸ θηλυπρεπὲς μεταμείβουσι· καὶ γὰρ αἱ θήλειαι τούτων ἐστέρηνται.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι αἱ ἄγριαι ὗες ἁπλῇ τροφῇ χρώμεναι (15) ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτουσιν, αἱ δὲ ἥμεραι δὶς διὰ τὴν παχεῖαν δίαιταν. Αἱ πιανθεῖσαι ὗες λειποτριχοῦσι· πιαινόμεναι γὰρ σαρκοῦνται, μᾶλλον δὲ τοιαῦται αἱ πέπτουσαι, πέπτουσαι δὲ λείπονται τοῦ περιττώματος, αἱ δὲ τρίχες ἐκ τῶν περιττωμάτων.

Ἡ δὲ αἰτία δι' ἣν ὁ ὗς τε καὶ ὁ ἵππος ἀφρὸν παρὰ τῷ στόματι φέρουσιν, αὕτη. Ἡ θερμότης ὡσαύτως καὶ ἡ κίνησις λευκαίνειν εἴωθε τὰ ὑγρά (16). Καὶ ὅρα τὴν θάλασσαν· κινουμένη γὰρ ὑπ' ἀνέμων λευκαίνεται. Ὅρα τοὺς ὑποκιτομένους λέβητας. Ὅρα τὴν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρότητα· χειμῶνος γὰρ ὑπ' ἀνέμων κινουμένη λευκαίνεται, λευκαινομένη δὲ διὰ τὴν τηνικαῦτα ψῦξιν πήγνυται, καὶ οὕτως ἡ χιὼν καταφέρεται· ἡ γὰρ χιὼν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὕδωρ ἡμιπαγές. Οὕτω μὲν οὖν καὶ παρὰ τῷ σῦ καὶ ἵππῳ ὑγρὰ λεπτυνόμενα εἰς πομφόλυγας διὰ θερμότητα καὶ κίνησιν εἰς ἀφρὸν μεταβάλλονται.

Εἰ δὲ καὶ τὸν λόγον ἐθέλεις μαθεῖν οὗ χάριν οἱ κύνες μόνοι λυττῶσι κατά γε τὸ θέρος, σαφῆς ἰδοὺ καὶ οὗτός σοι πρόκειται. Λυττῶσιν οἱ κύνες διὰ τὴν πρόληψιν τῆς ξηρᾶς κράσεως. Φύσει δέ εἰσι ξηροὶ, καὶ πλέον τοῖς καύμασι. Θερμαινόμενα οὖν καὶ καταξηραινόμενα ἐκπυροῦται τὰ ἐν αὐτοῖς ὑγρὰ, κἀντεῦθεν διὰ τὴν ἄγαν ξηρότητα μαίνονται, καθάπερ οἱ φρενητιῶντες. Ὅθεν καὶ τὸ σίελον αὐτοῖς ἰῶδες γίνεται καὶ ξηρότερον. Ὅτι δὲ ἐκπυροῦνται, δῆλον ἐκ τοῦ ἀσθμαίνειν πυκνῶς καὶ πυρώδη τὰ ὄμματα ἔχειν καὶ ἠνεῳγμένον τὸ στόμα πρὸς ἐμψυξιν ἀέρος. Λυττῶσι δὲ οὐ πάντες οἱ κύνες, ἀλλ' ὁσοιπερ ἐν τούτοις ξηρότεροι. Τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Κύνα τὸ ἄστρον συμβάλλεσθαι κατά τινα ἀπόῤῥοιαν τούτοις πρὸς τὴν λύσσαν. Λυττήσαντες, καθά φησι Παῦλος ὁ Σινόπτης (17), καὶ βρῶσιν καὶ πόσιν ἀποστρέφονται, σίελον δὲ καὶ δαψιλὲς καὶ ἀφρῶδες ἀφιᾶσι, καὶ ἄφωνοι τοὐπίπαν εἰσὶν, πρὸς δὲ καὶ ἄφρονες, ὡς μηδὲ τοὺς οἰκείους γνωρίζειν. Ἐφορμῶσι δὲ κατὰ παντὸς χωρὶς ὑλακῆς καὶ δάκνουσι, καὶ δάκνοντες οὐδὲν ὀχληρὸν παραχρῆμα φέρουσι, πλὴν ὅσον ὀδύνην τὴν ἐκ τοῦ τραύματος. Ὕστερον δὲ πάθος ἐμποιοῦσι τὸ καλούμενον ὑδροφόβιον· φεύγουσι γὰρ τὸ ὕδωρ οἱ λυσσόδηκτοι καὶ ὁρῶντες αὐτὸ καὶ προσφερόμενοι. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν καὶ ὥσπερ

A Aper dentes exsertos ac prominentes habet, ideoque acrius vulnerat; eos dentes femella desiderat, et propterea quoties se tuetur mordere consuevit. Itidem in cervis marem cornua gestare videmus, quæ in femina nulla sunt. Etiam apri castrati dentes exsertos non habent, quod ipsorum natura de virili in femineam degeneraverit, quæ ab iisdem, ceu dictum est, destituitur.

Præterea scito sues silvestres, quæ alimento simplici utuntur, semel in anno parere, cum cicures ob nutrimentum pinguius largiusque bis pariant. Eædem ubi pingues factæ sunt, setas ac pilos amittunt. Quippe cum pinguescunt, et jam magis carnosæ redduntur; carnosæ rectius etiam digerunt;
B quæ digerunt commode, parum 63 excrementi habent; de excrementis autem setæ ac pili exsistunt.

Cur aper et equus spumam circa os gerant, hæc causa est. Calor et motus ex æquo res humidas efficiunt albas. Vide quid mari accidat: cum a ventis commovetur, albescit. Inspice ollas, quibus ignis subjicitur. Intuere humorem, qui est in aere: agitatus a ventis hiberno tempore colorem album accipit; postquam albuit, ob frigus, quod est in aere, congelatur. Ita nix delabitur; nam ea nihil est aliud quam aqua semicongelata. Sic igitur et in apro ac equo humores minutas in bullas redacti per calorem et motum in spumam convertuntur.

Quodsi rationem ejus quoque rei nosse desideras,
C quamobrem canes soli æstivo tempore sint rabiosi, luculente id ipsum hic tibi declarabo. Rabies infestat canes propter siccæ temperaturæ incrementum. Sunt enim a natura sicci, eaque siccitas per æstus augetur. Itaque humores in eis incalescentes et paulatim exsiccati velut inflammantur. Hinc fit ut nimiæ siccitatis causa in rabiem agantur, perinde atque illi qui exivere de potestate. Quo fit ut et salivam sicciorem et venenatam habeant. Et inflammari eos vel inde patet, quod frequentius anhelant, oculos habent flammeos et os apertum propter aeris refrigerationem. Nec rabies hæc canes omnes vexat, sed eos qui sicciores sunt. Nonnulli volunt sidus illud, quod Canem dicimus, nonnihil quasi
τοιαῦτα. Καὶ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα· ἔχεις γὰρ τὸν Σιναΐτην θεῖον Ἀναστάσιον λέγοντα μὴ τὸν Θεὸν εἶναι τῶν τοιούτων αἴτιον, αὐτὴν δὲ μᾶλλον τὴν φύσιν καὶ τὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων συνδρομὴν καὶ συνέλευσιν. Ἂν γὰρ εὑρεθῇ πλημμύρα τοῦ θερμοῦ στοιχείου ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς τοῦ βρέφους συλλήψεως, θερμῆς κράσεως τὸ τικτόμενον γίνεται· ἐὰν δὲ τὸ ψυχρὸν καθυπερτερήσῃ στοιχεῖον, ψυχροτέρας ἕξεως εὑρίσκεται τὸ τικτόμενον. Ἐντεῦθεν λοιπὸν ὅ τε θυμώδης καὶ ὁ πρᾶος, ὁ ἀνδρεῖος καὶ δειλός. Καὶ ὅρα τὸν σῦν καὶ τὸν ἔλαφον, τὸν μὲν πρὸς πόλεμον ἕτοιμον διὰ θερμότητα, τὸν δὲ τὴν μάχην φεύγοντα διὰ τὴν ἐκ ψυχρότητος αὐτῷ προσοῦσαν δειλίαν. Ἐὰν δὲ τὸ ξηρὸν ὑπερτερήσῃ στοιχεῖον, νηφάλιόν τινα καὶ γρήγορον ἀποτίκτει ἄνθρωπον. Ἐφ' ᾧ καί τις σοφὸς, ᾧ ὄνομα Ἡράκλειτος, ἔλεγε, « ψυχὴ ξηροτέρη σοφωτέρη, » ψυχὴν ἐνταῦθα τὴν τοῦ ἐγκεφάλου καλέσας οὐσίαν. Ἐὰν δὲ τὸ ὑγρὸν πλεονάσῃ στοιχεῖον, νωθρόν τινα ποιεῖ καὶ δυσκίνητον. Κατὰ ταῦτα λοιπὸν ἡ ἐκ φύσεως πραότης φρόνησίς τε καὶ σωφροσύνη οὐκ ἀρεταὶ τοῖς θείοις Πατράσι κρίνονται, φυσικὰ δὲ πλεονεκτήματα. Καὶ πρόσσχες αὐτῷ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι· « Πολλοὺς ἔγνων φύσει μισοῦντας τὸ μίγνυσθαι γυναικί. Ἆρ' οὖν σώφρονας αὐτοὺς ὀνομάσομεν; Οὐδαμῶς· σωφροσύνη γάρ ἐστιν αὐτὴ ἡ ἐγκράτεια καὶ τὸ μαχόμενον περιγενέσθαι τῶν ἡδονῶν. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Περὶ τοῦ· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. »

Διὰ τί δὲ πλάττων ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἔλαβε βῶλον, ἀλλὰ χοῦν τὸ λεπτότατον; ὁμοῦ μὲν ἐκ τούτου καὶ τὸ φύσημα καταστέλλων ἡμῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ διδοὺς ἐντεῦθεν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Ἐπειδὴ προῄδει ὅτι μέλλει τελευτᾶν τὸ ζῶον καὶ εἰς χοῦν καταντᾶν, προλαβὼν ἐν τῇ δημιουργίᾳ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως δίδωσι. Λαμβάνει χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἵν' ὅταν ἴδῃς ἐν τάφῳ χοῦν, γνῷς ὅτι ὁ ἐκεῖνον πλάσας καὶ τοῦτον ἀνίστησιν. Ἀλλὰ καὶ τίνος ἕνεκεν, ἐπιζητεῖς, διπλοῦν πλάττει τὸν ἄνθρωπον ἔκ τε ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος; Ὥστε σύνδεσμον εἶναι τοῦ τε νοητοῦ κόσμου καὶ τοῦ αἰσθητοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ δύο κόσμοι οὗτοι τῇ οὐσίᾳ διεστήκασιν, ἵνα μὴ διαφόρους εἰσαγάγῃ δημιουργοὺς, διπλοῦν ζῶον ἐν τῷ κόσμῳ τὸν ἄνθρωπον τέθεικεν, ὡς ἐντεῦθεν ἕνα δημιουργὸν τῶν ἄνω τε καὶ τῶν κάτω κηρύττεσθαι.

« Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. » Διὰ τί τὸ ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς συντεθὲν ζῶον ἄνθρωπον ὠνόμασεν ἡ Γραφή; Ὁ ἄνθρωπος τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ πῦρ λέγεται. Καὶ ἐπειδὴ προῄδει ὁ Θεὸς ὅτι ἀπὸ ἑνὸς ἀνθρώπου ἀνθρωπίνων σωμάτων πληροῦται τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, εἷς λύχνος ἐξάπτει τοσαύτας λαμπάδας, διὰ τοῦτο τὸ τοιοῦτον ζῶον ἐκάλεσεν ἄνθρωπον, τουτέστι πῦρ. Τῶν γὰρ ἄλλων

[88] Gen. I, 26.

A tos, alios vigilantes; alios iracundos, alios mites; alios fortes, alios timidos: quibus 74 adde quæ sunt ejus generis alia. Nec pro fabulis hæc tibi ducenda sunt. Quippe vir eximius, Anastasius Sinaïtes, ait Deum non esse talium auctorem, sed ipsam potius naturam et elementorum quatuor concursum. Nam si elementi calidi abundantia tempore conceptionis inveniatur, temperamentum quoque calidum consequitur id quod tum gignitur. Sin elementi frigidi vis major fuerit, fetus etiam frigidus procreatur. Eadem de causa vel iracundi vel mites, vel fortes vel formidolosi homines gignuntur. Aprum hic mihi cum cervo intuere, quorum ille paratus est ad pugnam ob calorem, hic pugnam reformidat et fugit ob eam quam habet ex frigore timiditatem. B Quodsi abundaverit sicci vis elementi, homo sobrius atque vigil procreatur. De quo priscus quidam philosophus Heraclitus dixit, animam, quo siccior sit, eo sapientiorem; quibus in verbis animam vocat essentiam cerebri. Si denique copia frigidi elementi superaverit, gignitur ignavus quidam homo, quique difficulter ad agendum impellitur. Quo fit ut naturalem mansuetudinem, prudentiam, temperantiam non virtutum loco divini Patres habeant, sed esse naturalia quædam beneficia, quibus excellant alios alii, statuant. Basilius quid dicat, advertito: «Multos novi qui a natura complexus venereos odere. Num eos temperantes vocabimus? Nequaquam; nam temperantia est continentia quædam, qua voluptates nobiscum pugnantes vincimus.» Ac C de his quidem hoc modo dictum esto.

In illud, «Faciamus hominem[88].»

Cur autem Deus hominem creans non glebam, sed pulverem, qui est admodum tenue quiddam, sumpsit? Nimirum hoc modo voluit simul tum inflationem nostram comprimere, tum resurrectionis spem facere. Nam quia norat animal hoc emoriturum et in pulverem reversurum, ipsa in creatione velut antevertens spem nobis de resurrectione facere voluit. Itaque pulverem de terra sumit, ut cum pulverem in sepulcro conspicis, scias eum qui hominem formarit ipsum etiam recuscitaturum. Fortassis etiam quæres quamobrem crearit hominem duplicem, anima nimirum intelligentiæ mentisque participe prædituni et corpore. Nimirum quo D nexus quidam foret intellectilis ac sensilis mundi. Nam cum hi duo mundi essentia sua separati sint, ne diversi etiam opifices existimarentur, hominem animal duplex in mundo constituit, ut hinc unus esse tam superarum ac cœlestium quam inferarum rerum creator intelligeretur.

«Faciamus, inquit Deus, hominem ad imaginem nostram.» Cur ex anima corporeque 75 compositum animal Litteræ sacræ hominem appellant? Vocabulum quod hominem significat, ignem in Hebræa lingua denotat. Et quando norat jam ante Deus unum hominem corporibus humanis omnes orbis fines repleturum unamque lucernam tot lampadas accensuram, idcirco animal hoc appellavit

hominem, id est ignem. Nam elementa cætera sic manent ut exsistunt. Si aquam mensura quadam capias, manet eadem aqua nec incrementum sumit. Si utrem aere compleas, non potes ex eo utrem alium replere. Verum ignis ita non manet ut exsistit, sed quo materiei plus acquisiverit, eo fit major. Itidem si una lucerna multas alias accenderis, idcirco ipsa non exhaurietur. Quapropter recte homini nomen hoc inditum est, sicut eadem ex causa eumdem Adamum Deus appellavit. Nam quia terræ quatuor climata completurus erat, non abs re nomen hoc consecutus est. Ejus mihi quæso litteras considera, quæ quatuor illa climata denotant. A significat anatolen, hoc est ortum; D dysin, hoc est occidentem; A rursus arctum, hoc est ursam ac septentrionem; M denique meridiem. Cæterum sacris in Litteris hæc verba sequuntur : «Consevit Deus paradisum in Edem versus orientem [86].» Cur non versus aliud clima paradisum consevit potius quam ad orientem? Unde initium cursus luminarium, ibi et domicilium esse hominum voluit. Ac præterea quod futurum erat significans, versus orientem in paradiso collocat hominem; ut ostenderet itidem atque luminaria exoriuntur et versus occidentem cursu delata occidunt, sic hominem quoque de vita perventurum ad mortem ac luminarium more occasurum aliumque rursus ortum habiturum, videlicet mortuorum resurrectionem. Adamus ad occasum cursu delatus est, et in sepulcrum præcipitatus occidit. Venit Christus, et eum qui occiderat rursus exoriri fecit. Idcirco de ipso vates inquit : « En homo, cui nomen ortus [87]. »

Hoc quoque sciendum est tibi, fluvium qui de paradiso promanat, quatuor in principia, id est fontes, dividi, de quibus flumina quatuor oriuntur. Quodsi quatuor hi amnes de uno fonte principium habent, cur non et aqua ipsorum una est? cur non una qualitas? Nimirum terræ locorumque qualitatis, per quæ fluunt, participes redduntur; quo fit ut tam gustu quam qualitate sint diversi. Aquam ipsam mihi intuere. Habet hæc naturam eamdem et eamdem qualitatem. Verum si absinthium in eam conjicias, alia qualitas in ea efficitur, item alia, si anethum, alia si rutam. Cæterum hos amnes Deus labi per **76** subterraneos quosdam meatus certo consilio voluit, et aliis e principiis rursum oriri atque conspici, ne qui ripas horum sequentes paradisum occupare conentur.

Inter alia vero, dilecte fili, te hoc quoque scio quæsiturum, quamobrem de cœlo, terra, reliquis omnibus ordine disserens Moses, nusquam angelorum creationis mentionem fecisse videatur. Hic animadvertas eos, quibus hæc præscribebat Moses, parum confirmatos fuisse. Absque quo fuisset, non tot prodigiis conspectis imaginem vituli Deum nuncupassent. Jam qui tanta facilitate jumentorum

A στοιχείων ἕκαστον ὡς ἔστι μένει. Οἷον ἐὰν λάβῃς βῶλον τῆς γῆς, ὡς ἔστι μένει. Ὕδωρ ἐὰν λάβῃς μέτρῳ τινί, τὸ αὐτὸ μένει ὕδωρ καὶ προσθήκην οὐ λαμβάνει. Ἀέρος ἐὰν πληρώσῃς ἀσκὸν, ἄλλον ἀσκὸν ἐξ ἐκείνου πληρῶσαι οὐ δύνασαι. Τὸ δὲ πῦρ, ὡς ἔστιν, οὐ μένει, ἀλλ' ὅσην ἐὰν λάβῃς ὕλην, πλεονάζει τὸ πῦρ. Καὶ λύχνους δὲ πολλοὺς ἐὰν ἐξ ἑνὸς λύχνου ἅψῃς, οὐ καινοτομήσεις αὐτόν. Προσφόρως οὖν αὐτὸν ἐκάλεσεν ἄνθρωπον. Κατὰ τοῦτο δὲ καὶ τῷ τοῦ Ἀδὰμ ὀνόματι προσηγόρευσεν αὐτόν. Ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλεν τὰ τέσσαρα κλίματα ἐξ αὐτοῦ πληροῦσθαι, τὸ τοιοῦτον αὐτῷ προσεπιτίθησιν ὄνομα. Καὶ ὅρα τὰ τοῦ τοιούτου ὀνόματος γράμματα. Τὰ τέσσαρα γὰρ ὑπεμφαίνουσι κλίματα· ἄλφα ἀνατολὴ, δέλτα δύσις, ἄλφα ἄρκτος, μῦ μεσημβρία. Καλῶς οὖν τὸ τοιοῦτον ζῶον καὶ Ἀδὰμ καὶ ἄνθρωπον προσηγόρευσεν· ἐξ αὐτοῦ γὰρ, ὡς προείρηται, τὰ τέσσαρα πεπλήρωται κλίματα. Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· « Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. » Διὰ τί δὲ μὴ εἰς ἄλλο κλίμα τὸν παράδεισον ἐφύτευσεν, ἀλλὰ κατ' ἀνατολάς; Ὅθεν ἡ ἀρχὴ τοῦ δρόμου τῶν φωστήρων, ἐκεῖθεν καὶ ἡ διαγωγὴ τῶν ἀνθρώπων. Προμηνύει ὁ Θεὸς τὸ μέλλον. Κατὰ ἀνατολὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τίθησι τὸν ἄνθρωπον, ἵνα δείξῃ ὅτι ὥσπερ οὗτοι οἱ φωστῆρες ἀνατέλλουσι καὶ τρέχουσιν εἰς δύσιν καὶ δύνουσιν, οὕτως καὶ τοῦτον δεῖ ἀπὸ τῆς ζωῆς εἰς θάνατον δραμεῖν καὶ δῦσαι κατὰ τὸν τύπον τῶν φωστήρων, καὶ ἄλλην ἀνατολὴν πάλιν λαβεῖν ἐξανάστασιν ἐκ νεκρῶν. Ἔδραμεν ὁ Ἀδὰμ εἰς δύσιν, ἔδυσεν εἰς τάφον. Ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐποίησεν ἀνατεῖλαι τὸν δύσαντα. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ προφήτης· « Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. »

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ παραδείσου ποταμὸς εἰς τέσσαρας ἀρχὰς μερίζεται, τουτέστι πηγάς, ἀφ' ὧν οἱ τέσσαρες ποταμοί. Καὶ ἐὰν οἱ τέσσαρες οὗτοι ποταμοὶ ἐξ ἑνὸς ἔχωσι ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν, διὰ τί μὴ καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῶν ἓν; διὰ τί μὴ καὶ ἡ ποιότης αὐτοῖς μία; Μεταλαμβάνουσι τῆς γῆς καὶ τῆς ποιότητος τῶν τόπων δι' ὧν παρέρχονται, καὶ διὰ τοῦτο παρηλλαγμένην ἔχουσι τήν τε γεῦσιν αὐτῶν καὶ ποιότητα. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ μίαν μὲν ἔχει τὴν φύσιν καὶ τὴν ποιότητα, ἀλλ' ἐὰν ἐμβληθῇ αὐτῷ ἀψίνθιον, ἄλλην ποιότητα ποιεῖ, ἐὰν ἄνηθον, ἄλλην, καὶ ἑτέραν εὖθις, ἐὰν πήγανον. Διέρχεσθαι δὲ τοὺς ποταμοὺς διά τινων ὑπονόμων τόπων ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς, καὶ ἐξ ἑτέρων ἀρχῶν αὐτοὺς ἀναφαίνεσθαι, ἵνα μὴ ταῖς ὄχθαις αὐτῶν ἀκολουθοῦντές τινες αὐτὸν ἐπιχειρῶσι καταλαβεῖν τὸν παράδεισον.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ζητεῖς, τί δή ποτε περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάντων ἐφεξῆς διεξιὼν Μωσῆς τῆς τῶν ἀγγέλων δημιουργίας οὐδαμοῦ μεμνημένος φαίνεται. Γίνωσκε οὖν ὅτι οὐδὲν στερεὸν οὐδὲ βέβαιον εἶχον οἱ νομοθετούμενοι. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκεῖνοι καὶ τοσαῦτα θεασάμενοι θαύματα τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου Θεὸν ἀνηγόρευσαν. Οἳ δὲ ῥᾳδίως οὕτω τὰ τῶν κτη-

[86] Gen. II, 8. [87] Zachar. VI, 12.

ων ἐνδάλματα θεοποιήσαντες τί οὐκ ἂν ἔδρασαν, εἰ τῶν ἀοράτων φύσεων τὴν γνῶσιν ἐδέξαντο; Τοῦ Μωσέως λοιπὸν τὰ περὶ τούτων πάντη σιωπήσαντος ὁ προφήτης Δαβὶδ μετὰ χρόνους ὕστερον ἱκανοὺς μνήμην ποιεῖται τῆς δημιουργίας αὐτῶν, εἰ καὶ παρρησιαστικῶς διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων ἀσθένειαν, καί φησιν· « Αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγεννήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Ὁ δέ γε θεοφάντωρ καὶ μέγας Διονύσιος πλατύτερον περὶ τῶν ἀοράτων διέξεισι φύσεων, ἅτε πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους τὴν διδασκαλίαν ποιούμενος τοὺς τοιαῦτα δεδυνημένους χωρεῖν. Τήν τε γὰρ στάσιν αὐτῶν, τὴν τάξιν, τὴν γνῶσιν, τὸν φωτισμὸν, τὴν πρὸς ἀλλήλας διαφορὰν καὶ τὴν ἑκάστῃ προσοῦσαν ἐνέργειαν θαυμασίως διείληφεν, ὃ τοὺς ἀγνοοῦντας ἐδίδαξεν.

A simulacra pro diis habere non dubitarunt, quid non fecissent, si naturarum inaspectabilium cognitionem habuissent? Itaque Mose prorsus de his tacente, post magnum deinceps temporis intervallum vates Davides eorum creationis meminit, quanquam perfunctorie, propter auditorum imbecillitatem. Sic enim ait : «Ipse dixit, et facti sunt ; ipse mandavit, et creati sunt[88].» Interpres autem rerum divinarum, eximius ille Dionysius, de hisce naturis inaspectabilibus latius disserit, ut qui eos erudiat qui hujusmodi capere possent. Idcirco statum ordinem cognitionem collustrationem earum, itemque discrimen inter ipsas cum operatione singularum, admirabili complexus est oratione, nosque prorsus hæc ignorantes docuit.

B

Περὶ τῶν ἀγγελικῶν ταγμάτων.

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰδέναι σε βούλομαι, ὅτι τὰ τῶν ἄνω διακοσμήσεων τάγματα ἐννέα τυγχάνει τὸν ἀριθμὸν, ἃ καί εἰσι ταῦτα, Χερουβὶμ, Σεραφὶμ, Θρόνοι, Κυριότητες, Δυνάμεις, Ἐξουσίαι, Ἀρχαὶ, Ἀρχάγγελοι, Ἄγγελοι. Εἰ δὲ καὶ ἕτερα τάγματα ἐν οὐρανοῖς ἐστιν, περὶ ὧν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι καὶ ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν μέλλομεν, ὁ μακάριος οἶδε Παῦλος οὕτως εἰπών· « Ἐκάθισεν ὁ Χριστὸς ἐπάνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου μὴ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. » Τὰ μέντοι διαληφθέντα ἐννέα τάγματα εἰς τρεῖς ἀφορίζει διακοσμήσεις ὁ θεῖος Διονύσιος, καὶ πρώτην μὲν εἶναί φησι τὰ Σεραφὶμ, τὰ Χερουβὶμ καὶ τοὺς Θρόνους, ἀμέσως καὶ προσεχῶς παριστάμενα τῷ Θεῷ, δευτέραν δὲ τὴν τῶν Κυριοτήτων καὶ τῶν Δυνάμεων καὶ τῶν Ἐξουσιῶν, τρίτην δὲ καὶ τελευταίαν τὴν τῶν Ἀρχῶν καὶ Ἀρχαγγέλων καὶ Ἀγγέλων. Τὸ μέντοι ἐν αὐτοῖς ὕστατον τάγμα, ὡς προείρηται, ἰδίως ἄγγελοι καλεῖται ὡς τὰς θείας ἐκφαντορίας ἀγγέλλον τε καὶ διαβιβάζον πρὸς ἡμᾶς. Τῆς τοιαύτης δὲ ἀγγελικῆς ἐπωνυμίας καὶ πᾶσαι αἱ νοεραὶ φύσεις ἠξίωνται διὰ τὸ πρώτως αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι τὴν θεαρχικὴν ἔλλαμψιν, καὶ οὕτω δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς διαπορθμεύεσθαι τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκφαντορίας· καὶ ὁ νόμος γὰρ αὐτὸς δι' ἀγγέλων ἡμῖν ἐδωρήθη, καὶ τοὺς κλεινοὺς καὶ πρὸ νόμου καὶ μετὰ νόμον Πατέρας ἄγγελοι πρὸς τὸ θεῖον ἀνῆγον· καὶ γὰρ διὰ τὸν πρῶτον τὰ δεύτερα πρὸς τὸ θεῖον ἀνάγονται. Οὐ μόνον δὲ αἱ περὶ ἡμᾶς νοεραὶ φύσεις εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ὁμοταγέσιν ἱεραρχίαις πρῶται καὶ μέσαι καὶ τελευταῖαι τάξεις εἰσὶ, καὶ τῶν ἡττόνων οἱ θειότεροι χειραγωγοὶ ἐπὶ τὴν θείαν προσαγωγὴν καὶ ἔλλαμψιν γίνονται. Καὶ τὰ μὲν ἀγιώτατα τῶν ὑπερτάτων οὐσιῶν τάγματα καὶ ἀγγέλους καλοῦσιν οἱ θεολόγοι, ὡς εἴρηται (καὶ γάρ εἰσιν ἐκφαντορικὰ καὶ αὐτὰ τῆς θεαρχικῆς ἐλλάμψεως)· τὴν δὲ τελευταίαν τάξιν τῶν οὐρανίων νοῶν, τουτέστι τοὺς ἀγγέλους, οὐκ ἔχει λόγον Χερουβὶμ ἢ Σεραφὶμ ἢ Θρόνους ὀνομάζειν· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐν μετουσίᾳ τῶν ὑπερτάτων δυνάμεων. Πρὸς ἐπὶ τού-

De angelorum ordinibus.

Debes autem scire cœlestium descriptionum graduum novem esse ordines, nimirum Cherubos, Seraphos, Thronos, Dominatus, Potestates, Imperia, Principatus, Archangelos, Angelos. Num vero alii præter hos sint in cœlis ordines, quos in altera vita cognituri simus, beatus ille Paulus novit, qui ait : «Consedit Christus supra omnem principatum, imperium, potestatem, omneque nomen quod verbis exprimitur, non solum in hoc ævo, sed etiam futuro. » Cæterum indicatos hosce novem ordines Dionysius in tres descriptiones gradusque distribuit, quorum primo contineantur Seraphi, Cherubi, Throni, qui quidem citra medium ullum et continuo assistant Deo ; secundo, Dominatus, Potestates, Imperia ; tertio et ultimo, Principatus, Archangeli, Angeli. Horum ultimus ordo, quemadmodum et prius dictum est, peculiare nomen angelorum habet, ut qui rerum divinarum interpretationes nobis exponant et ad nos perferant. Quanquam hæc eadem angelorum appellatio cunctis etiam naturis intellectilibus tribuitur, **77** quod ipsæ primo loco divinitus collustrentur, atque ita deinceps per ipsas ad nos quoque rerum divinarum arcana perveniant. Quippe lex ipsa per angelos nobis data est ; itemque Patres illos illustres tam ante quam post legem promulgatam angeli divinum ad numen subvehebant. Nam per prima sursum ducuntur ea quæ ordine secunda sunt. Neque tantum supra nos sunt intellectiles illæ naturæ, sed etiam in ipsis illis cæteroquin eodem ordine comprehensis sacris principatibus primi quidam gradus sunt et medii et ultimi. Simul inferiorum duces sunt alii diviniores, ad percipiendum rerum divinarum splendorem. Et quamvis sanctissimos illos supremarum essentiarum ordines generali vocabulo angelos appellant rerum divinarum periti, sicut indicatum est modo (nam et ipsi splendoris a Deo profecti sunt interpretes), tamen ordinem ultimum ex cœlestibus illis mentibus, nimirum angelos, absurdum fuerit vocare Cherubos aut Seraphos aut Thronos. Nec enim ex æquo participant cum po-

[88] Psal. CXLVIII, 5.

testatibus illis supremis. Præterea naturas has intellectiles in universum vocari videmus potestates, ut quæ sint ab affectionibus corporeis immunes et propterea perficere sibi mandata possint. «Præstant, inquit Davides, robore, ac imperium ejus exsequuntur[89-90].» Præterhæc in singulis hisce sacris gradibus ordines superiores habent inferiorum collustrationes atque potestates, cum posteriores superiorum præstantiæ non sint participes.

Hoc quoque necessario sciendum est tibi, omnem mentium illarum cœlestium appellationem in Hebræa lingua significationem habere divinæ cujusdam singularum proprietatis, id quod etiam Joannes Chrysostomus indicat in oratione sua tertia de Incomprehensili. Quo fit ut partim Cherubi, partim Seraphi vocentur; nam ejusmodi nomina declarant earum effectiones. Ac quemadmodum angelus inde nomen accepit, quod arcana illa rerum divinarum nobis nuntiet, itemque archangelus, quod angelis cum imperio præsit, sic et appellationes istæ sapientiam ipsarum puritatemque nobis indicant. Sicut etiam alæ sublimitatem in eis naturæ significant (nam volare Gabrielus non idcirco perhibetur, quod angelus iste pennas habeat : sed uti discas eum de locis supremis ad homines venire), ita comparata res est in Cherubis quoque ac Seraphis ; nihil enim ipsorum alæ denotant aliud quam naturæ sublimitatem, perinde ut oculi perspicacitatem declarant, celebratio perpetua vigilantiam summam. Hoc modo appellationes eorum partim sapientiæ, partim puritatis indicationes habent. Nam quid aliud sonat Cheruborum nomen **78** quam cognitio multiplicata? Quid Seraphorum quam ora ignea? Thronorum vox nihil significat aliud quam eorum excellentiam secretam ab omnibus rebus humilibus, itemque promptitudinem ad obeunda divina ministeria. Et primus quidem hic gradus ab ipso naturarum omnium auctore principeque Deo citra medium ullum instituitur. Dominatuum appellatio denotat minime servilem quamdam planeque ingenuam subvectionem, quæ indesinenter dominio vere principi parere cupiat. Vox potestatum significat virilem quamdam efficacitatem, eamque firmam, in omnibus divinis actionibus; imperiorum convenientem ac confusionis expertem in officiis divinis ordinem. Et hæc media cœlestium illarum mentium est descriptio, quæ perficitur et illuminatur per ordinem primum, ipsaque vicissim suas illustrationes cum sequente communicat. In hac principatuum vox indicat esse ipsos Deo similes ac principatum obtinere, quodque ad principatum illum principem pro viribus conformentur; archangelorum, eos summa consectari, ut qui communicent tam cum principatibus quam cum angelis, cum principatibus, quod ad ultranaturalem illum principatum sese convertant, cum angelis, quod

[89-90] Psal. CII, 20.

A τοις καὶ δυνάμεις καλοῦσι τὰς νοερὰς πάσας φύσεις ὡς τῶν σωματικῶν παθῶν ἐλευθέρας κἀντεῦθεν πληροῦν τὰ κελευόμενα δυναμένας· « Δυνατοί, » γάρ φησιν, « ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. » Ἀλλὰ καὶ κατὰ πᾶσαν ἱερὰν διακόσμησιν αἱ μὲν ὑπερβεβηκυῖαι τάξεις ἔχουσι καὶ τὰς τῶν ὑφειμένων διακοσμήσεων ἐλλάμψεις καὶ δυνάμεις, ἀμέθεκτοι δὲ τῶν αὐτὰς ὑπερκειμένων αἱ τελευταῖαί εἰσιν.

Ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο εἰδέναι σε, ὅτι πᾶσα ἡ τῶν ἐπουρανίων νοῶν ἐπωνυμία δήλωσιν ἔχει τῆς ἑκάστου θεοειδοῦς ἰδιότητος· Ἑβραϊκῇ φωνῇ, καθὰ δὴ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶν ἐν τῷ περὶ ἀκαταλήπτου τρίτῳ λόγῳ αὐτοῦ. Τὸ μὲν B αὐτῶν Χερουβὶμ, τὸ δὲ Σεραφὶμ καλούμενα. Τὰ τοιαῦτα καὶ γὰρ ὀνόματα τὰς ἐνεργείας αὐτῶν ὑπεμφαίνουσι, καὶ καθάπερ ἄγγελος λέγεται διότι τὰς θείας ἐκφαντορίας ἀναγγέλλει ἡμῖν, καὶ ἀρχάγγελος ἐπειδὴ τῶν ἀγγέλων ἄρχει, οὕτως αἱ τοιαῦται προσηγορίαι τὴν σοφίαν αὐτῶν καὶ καθαρότητα δηλοῦσι ἡμῖν. Καὶ ὥσπερ αἱ πτέρυγες τὸ ὕψος δηλοῦσι τῆς φύσεως (καὶ γὰρ ὁ Γαβριὴλ πετόμενος φαίνεται οὐκ ἐπειδὴ πτερὰ περὶ τὸν ἄγγελον, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι ἐκ τῶν ἀνωτάτων χωρίων ἐπὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀφῖκται φύσιν), οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ τὰ πτερὰ ἢ τὸ ὕψος τῆς φύσεως, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ τὸ διορατικὸν αὐτῶν. Ὡσαύτως τὸ διὰ παντὸς ἀνυμνεῖν τὸ ἀγρυπνον αὐτῶν ὑπεμφαίνει καὶ γρήγορον. Οὕτω δὴ καὶ C τὰ ὀνόματα τῶν μὲν τὴν σοφίαν αὐτῶν δηλοῖ, τῶν δὲ τὴν καθαρότητα. Τί γάρ ἐστι Χερουβὶμ ἢ πεπληθυσμένη γνῶσις; τί δὲ Σεραφὶμ ἢ ἔμπυρα στόματα; Ἡ δὲ τῶν θρόνων κλῆσις οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ ἀπὸ πάντων τῶν περιπεζίων ἐξῃρημένον αὐτῶν ὑπερφαίνει, καὶ τὸ περὶ τὰς θείας ὑποδοχὰς ἀναπεπταμένον καὶ ἕτοιμον. Οὗτος μὲν οὖν ὁ πρῶτος διάκοσμος παρ' αὐτῆς τῆς οὐσιοποιοῦ θεαρχίας ἀμέσως μυούμενος· ἡ δὲ τῶν κυριοτήτων ἐπωνυμία δηλοῖ ἀδούλωτόν τινα καὶ πάντῃ ἐλευθέραν ἀναγωγὴν τῆς ὄντως κυριαρχίας ἀκαταλήκτως ἐφιεμένην. Ἡ δὲ τῶν δυνάμεων ἀῤῥενωπόν τινα καὶ ἀκατάσειστον πρὸς πάσας τὰς θεοειδεῖς ἐνεργείας παρίστησιν, ἡ δὲ τῶν ἐξουσιῶν εὔκοσμόν τινα καὶ ἀσύμφυρτον περὶ τὰς θείας D ὑποδοχὰς εὐταξίαν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ μέση τῶν οὐρανίων νοῶν διακόσμησις τελεσιουργεῖται μὲν καὶ φωτίζεται διὰ τῆς πρώτης ἱεραρχικῆς διακοσμήσεως, διαπορθμεύει δὲ τῇ μετ' αὐτὴν τὰς ἐλλάμψεις. Ἡ δέ γε τῶν ἀρχῶν ἐπωνυμία τὸ θεοειδὲς αὐτῶν ἐμφαίνει καὶ ἡγεμονικὸν καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀρχοποιὸν ἀρχὴν ὡς δυνατὸν ἀποτυποῦσθαι. Ἡ δὲ τῶν ἀρχαγγέλων ἐπωνυμία τῶν ἄκρων ἀντιλαμβάνεσθαι δηλοῖ· ταῖς γὰρ ἀρχαῖς καὶ τοῖς ἀγγέλοις κοινωνεῖ, ταῖς μὲν ὅτι πρὸς τὴν ὑπερούσιον ἀρχὴν ἀρχικῶς ἐπέστραπται, τοῖς δὲ ὅτι καὶ τῆς ὑποφητικῆς ἐστι τάξεως τὰς θεαρχικὰς ἐλλάμψεις διὰ τῶν πρώτων ὑποφαινομένη δυνάμεων καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτὰς

ἀπαγγέλλουσα. Ἡ δὲ τῶν ἀγγέλων ἐπωνυμία τὴν ἐκφαντορικὴν αὐτῶν λειτουργίαν παρίστησιν.

nihilominus ordine discipulorum quoque continentur, uti qui divinas illustrationes a primis illis potestatibus accipiant et vicissim angelis exponant. Angelorum denique vocabulum significationem ministerii continet, quo res divinas enuntiant.

Ἔδειξεν οὖν ὁ λόγος ὡς αἱ πρῶται μὲν τάξεις ἀμέσως ἐκ Θεοῦ τὰς ἐλλάμψεις δέχονται, παρὰ δὲ τῶν πρώτων αἱ δεύτεραι, καὶ καθεξῆς αἱ λοιπαὶ, τουτέστι παρὰ τῶν δευτέρων αἱ τρίται. Ὅτι δὲ διαφορά τίς ἐστι παρὰ ταῖς ἄνω δυνάμεσι, καὶ ὅτι κατά γε τὴν στάσιν καὶ τάξιν αὐτῶν καὶ τὴν γνῶσιν ἔχουσι, καὶ ὁ θειότατος ὑπέδειξε Κύριλλος ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Θησαυρῶν οὕτως εἰπών· « Παντὶ λογικῷ συμμεμέτρηται ἡ γνῶσις, ὡς ἑτέραν μὲν εἶναι πιστεύειν ἐν ἀγγέλοις, μείζονα δὲ ἐν ἀρχαγγέλοις, καὶ ἔτι ταύτας ὑπερέχουσαν ἐν ταῖς ἀνωτέρω δυνάμεσιν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης περὶ τούτων οὕτως φησί· « Διαφέρονται δὲ ἀλλήλων αἱ ἄνω δυνάμεις τῷ φωτισμῷ καὶ τῇ στάσει, εἴτε πρὸς τὸν φωτισμὸν τὴν στάσιν ἔχοντες, εἴτε πρὸς τὴν στάσιν τοῦ φωτισμοῦ μετέχοντες, καὶ ἀλλήλους φωτίζοντες διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς τάξεως ἢ φύσεως. » Δῆλον δὲ, ὡς καὶ ἄνωθεν εἴρηται, ὅτι οἱ ὑπερέχοντες τοῖς ὑποδεδηκόσι μεταδιδόασι τοῦ τε φωτισμοῦ καὶ γνώσεως.

De hac indicatione nostra perspicuum est primos ordines citra medium quoddam a Deo suas illustrationes consequi, deinde a primis secundos, a secundis tertios. Cæterum esse quædam apud cœlestes illas potestates discrimina, quodque illa ipsa maxime consistant in ipsorum statu ordine et cognitione, divinus etiam vir Cyrillus in libro *Thesaurorum* suo docet, ac hisce quidem verbis : «Omnis natura particeps rationis, etiam cognitionis modum mensuramque certam habet, ita ut credi par sit aliam in angelis esse aliamque majorem in archangelis, quam ipsam quoque superet ea quæ sublimioribus in potestatibus exsistit.» Eadem de re Joannes Damascenus ita disserit : « Potestates illæ supernæ tam illuminatione quam ordine statuque differunt, sive adeo pro illuminationis ratione status ipsarum comparatus est, sive pro ratione status illuminationis participes fiunt, et alii alios illuminant propter excellentiam vel ordinis vel naturæ. » Id quidem perspicuum est, quod superius etiam est indicatum, excellentiores cum inferioribus tam illuminationem quam cognitionem suam communicare.

Πρὸς τοῖς εἰρημένοις δὲ καὶ τοῦτό φησιν, ὅτι καὶ φυλάττουσι μέρη τῆς γῆς αἱ ἄνω δυνάμεις, καὶ ἐθνῶν καὶ τόπων προΐστανται, καθὼς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ ἐτάχθησαν. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὁ ἐν πατριάρχαις ἀγιώτατος Γερμανὸς ἀριδηλότερον τοῦτο παρίστησιν. Ἐν γὰρ τῷ εἰς τὴν κοίμησιν τῆς Θεομήτορος λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τούτου φησίν· « Ἅμα τῷ συστῆναι τὰ τῶν ἀνθρώπων γένη, ἄγγελοι τῆς τούτων ζωῆς ἐπιτροπεύειν ἐτάχθησαν. Ἔστησε γὰρ, φησὶν, ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν. Ἡνίκα δὲ εἰς εἰδωλολατρείαν οἱ ἄνθρωποι ἐξέκλιναν, διέστησαν ἀπ' αὐτῶν καὶ οἱ ἄγγελοι. Καθ' ὃν δὲ λοιπὸν ἔτικτε καιρὸν ἡ πανάμωμος, ἡνώθησαν τὰ ἐν οὐρανῷ τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ σύμφωνον πολίτευμα γέγονεν ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, καὶ μία δοξολογία. » Τοιοῦτον δέ τι καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης περὶ τῶν ἀγγέλων διέξεισι. Φησὶ γὰρ ὅτι ὁ προφήτης Δανιὴλ μέγα τι χρῆμα λέγει τοὺς ἀγγέλους εἶναι, προστάγματι δὲ Θεοῦ πᾶσαν τὴν κτίσιν διαλαχεῖν καὶ τῶν ἐθνῶν ἐπιστατεῖν, καὶ τούτων τὸν μὲν τοὺς Πέρσας ἐφορᾷν, τὸν δὲ ἀρχάγγελον Μιχαὴλ τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν φρουρεῖν. Συστῆναι δὲ τοῖς ἐφόροις ἄμφω διαπληκτισμὸν, οὐ κατὰ πάθος ὀργῆς (18), ἀλλὰ κατὰ θεῖόν τινα καὶ ἀπόρρητον λόγον, τοῦ μὲν δουλεύειν Ἰουδαίους Πέρσαις ἀναγκάζοντος, ὡς τοῦ Θεοῦ δῆθεν καταφρονητάς, τοῦ δὲ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἀνθέλκοντος καὶ λέγοντος· « Παῦσαι, Περσῶν προστάτα· ὁ γὰρ Θεὸς

Præter hæc tradit idem **79** potestates hasce cœlestes attributas sibi terræ partes custodire, certisque singulas tum nationibus tum locis cum imperio potestateque sic præesse, quemadmodum ipsis ab opifice rerum præscriptum sit. Quæ quidem ita se habere sanctissimus ille patriarcha Germanus illustrius declarat. Etenim in oratione de obdormitione Dei Genitricis hæc verba ipsius exstant : «Cum genus humanum conditum esset, angeli divinitus constituti sunt, qui vitæ ipsorum tutores essent atque præsides. Sic enim perscriptum sacris in Litteris legimus «nationum limites pro angelorum Dei numero statuit.» Item : «Angelus Domini circum timentes eum castra munit[61].» Inde hominibus ad deastrorum cultus exorbitantibus angeli quoque ab eis recesserunt. Verum quo deinceps tempore virgo purissima peperit, cœlestia rursum cum terrenis unita sunt, angelique cum hominibus versari ac Deum celebrare consentientibus animis cœperunt. Consimile de angelis quiddam Chrysostomus quoque commemorat. Vates, inquit, Danielus angelos eximium quiddam esse tradit, Deique jussu creaturam universam in eos distributam, qui nationum quoque sint præsides. Alium in Persas defixos oculos habere, Michaelum archangelum pro populo circumciso excubias agere. Quin etiam inter utriusque nationis præsides hosce contentionem ex iracundia quamdam oboriri, modo scilicet ratioque divina et ineffabili, dum ille quidem Judæos

[61] Psal. XXXVIII, 8.

(18) In F. codice negatio οὐ κατὰ πάθος ὀργῆς expressa reperitur, quæ haud dubie huic loco prorsus necessaria est, quanquam in Vallicellano erasa fuerit, nec in suo repererit Leunclavius, qui et aliorsum vertit particulam adversativam ἀλλὰ *modo scilicet rationeque divina et ineffabili.*

Persis servire cogit ut Dei contemptores, hic vero ex alia parte in libertatem vindicat, ac hisce verbis utitur : « Desine, Persarum præses ; nam peccantes quidem hos multavit afflixitque Deus, verum ad se conversos non aversatur. »

Ἔπληξε μὲν ἁμαρτάνοντας, ἐπιστρεφομένου; δὲ οὐκ ἀποστρέφεται. »

Jam singulis etiam fidelium adesse custodiæ causa divinum angelum, magnus ille Basilius inter alios tradidit. Quemadmodum, inquit, apes abigit fumus, et columbas depellit fœtor, sic et vitæ nostræ custodem angelum multis deplorandum lacrymis fœtensque peccatum a nobis sejungit. Idem et Theodoretus indicat. Nam in Therapeutica sua verbis hisce utitur : « Elatus superbia diabolus lapsus esse fertur, ac deinceps adversus homines exornatos imagine divina furore quodam exarsisse, bellumque adversus ipsos suscepisse. Hac de causa rerum opificem per angelorum inspectionem atque tutelam genus humanum custodire, ne per vim ac tyrannidem inadspectabiliter eos aggressus, quos odit ex invidia, citra cujusquam metum ac libere perdat. » Quæ quidem ita esse, ac fideles singulos habere custodem angelum, etiam in Evangelio Matthæi verbis his exponitur : « Videte ne vel unum ex parvis hisce contemnatis : nam angeli eorum semper faciem Patris mei, qui **80** in cœlis est, aspiciunt[82]. » Ac de his quidem hæc indicata sunto.

Ὅτι δὲ θεῖος ἄγγελος ἑνὶ ἑκάστῳ προστέτρευε τῶν πιστῶν φυλακῆς ἕνεκεν, διείληπται μὲν καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι· « Ὡς τὰς μελίσσας φυγαδεύει καπνὸς καὶ τὰς περιστερὰς ἐξελαύνει δυσωδία, οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ πολύδακρυς καὶ δυσώδης ἀφ' ἡμῶν διίστησιν ἁμαρτία. » Οὐχ ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου καὶ αὐτῷ τῷ Θεοδωρήτῳ δεδήλωται. Ἐν γὰρ τῇ Θεραπευτικῇ αὐτοῦ τάδε φησίν· « Ἐπαρθεὶς ὁ διάβολος λέγεται πεπτωκέναι, εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς εἰκόνι θείᾳ τετιμημένων λυττῆσαι, καὶ τὸν κατὰ τούτων ἀναδέξασθαι πόλεμον. Ἔνθεν τοι καὶ τὸν ποιητὴν τῇ τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ τὸ τῶν ἀνθρώπων φρουρῆσαι γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος, ἀοράτως ἐπιών, οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν, ἀδεῶς διαφθείρῃ. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τῶν πιστῶν ἕκαστος ἄγγελον φύλακα κέκτηται, καὶ τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ διείληπται. Λέγει γάρ· « Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· οἱ γὰρ ἄγγελοι αὐτῶν διηνεκῶς ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Præterea quæsitum a nonnullis est num hæ potestates intellectiles ante cœli terræque creationem conditæ fuerint, an postquam illa jam facta erant. Ac Theodoretus quidem cum Gennadio mundum hunc sub oculos cadentem productum esse in ortum ante naturas illas inaspectabiles asserit. Nam quia certis circumscripti limitibus sunt angeli, conveniebat cuinino ut locus aliquis exsisteret quo continerentur. Verum reliqui Patres hoc nequaquam admittere videntur. Quid magnus ille Basilius, in libro suo *De primorum sex dierum operibus*, dicat, audi : « Erat antiquior mundi ortu conditio quædam et status, ultramundanis illis potestatibus conveniens. In eo rerum opifex quædam condidit, nimirum lucem illam intellectilem, beatitati angelorum Dominum diligentium convenientem. » Audi etiam quid Gregorius ille cognomento Theologus dicat : « Primum Deus angelicas divinasque potestates mente concipit. Ea cogitatio mox opus ipsum erat, sermone completum ac spiritu perfectum. Secundo mundum e materie crassa constantem et aspectabilem cogitat. » Huic consimilia tradit et frater ejus Cæsarius : « Omnes, inquit, carnis expertes illi cœtus angelorum prius etiam, quam mundus hic oriretur, in luce degebant. » Itidem Anastasius Sinaites, vir plane divinus, de his disserit : « Deus ille noster, ait, qui semper exsistit, ante omnia creata cogitat et condit angelicas cœlestesque potestates, quemadmodum ipse solus novit. » Præter hos et Severus et Diodorus et magnus ille Amphilochius inaspectabilium naturarum crea-

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο παρά τισιν ἠπόρηται, εἴτε πρὸ τῆς παραγωγῆς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς εἴτε μετὰ τὴν δημιουργίαν αὐτῶν αἱ νοεραὶ δυνάμεις παρήχθησαν. Ὁ μὲν οὖν Θεοδώρητος, ναὶ μὴν καὶ ὁ Γεννάδιος πρὸ τῶν ἀοράτων φύσεων διεσχυρίζονται τὸν ὁρατὸν τουτονὶ κόσμον παραχθῆναι· ἐπειδὴ γὰρ περίγραπτοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι, ἔπρεπε πάντως καὶ τόπον εἶναί τινα, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐν αὐτῷ περιγράφεσθαι. Ἀλλ' ὁ λοιπὸς τῶν Πατέρων κατάλογος οὐμενοῦν αὐτὸ καταδεχόμενος φαίνεται. Καὶ τηνικαῦτα τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐν τῇ Ἑξαημέρῳ αὐτοῦ λέγοντος ἄκουε· « Ἦν τις πρεσβυτέρα τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως κατάστασις, ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι πρέπουσα. Δημιουργήματα δὲ ἐν αὐτῇ ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς ἀπετέλεσε φῶς νοητόν, πρέπον τῇ μακαριότητι τῶν φιλούντων ἀγγέλων τὸν Κύριον. » Ἀλλὰ καὶ τοῦ θεολόγου Γρηγορίου λέγοντος οὕτως ἄκουε· « Καὶ πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς οὐρανίους δυνάμεις, καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, λόγῳ συμπληρούμενον καὶ πνεύματι τελειούμενον· δεύτερον δὲ ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον. » Ὅμοια δὲ τούτῳ διέξεισι καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Καισάριος, « Πᾶσαι, » λέγων, « ἐν φωτὶ διῆγον αἱ ἄσαρκοι τῶν ἀγγέλων χορεῖαι καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον. » Καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης περὶ τούτων οὕτω φησί· « Θεὸς ἡμῶν ὁ ἀεὶ ὢν πρὸ πάσης κτίσεως ἐννοεῖ καὶ ποιεῖ τὰς ἀγγελικὰς καὶ οὐρανίους δυνάμεις, ὡς μόνος αὐτὸς οἶδεν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Σεβῆρος, ναὶ μὴν καὶ ὁ Διόδωρος αὐτός τε ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος πρεσβυτέραν ἀποδείκνυσι τοῦ ὁρωμένου τούτου κόσμου καὶ αἰσθητοῦ τὴν τῶν ἀοράτων φύ-

[82] Matth. XVIII, 10.

σεων δημιουργίαν. Ὁ δὲ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης περὶ τούτου καὶ τάδε φησίν· « Ἕτεροι μὲν οὖν μετὰ τὸν πρῶτον οὐρανὸν τὰς ἀοράτους φασὶ παραχθῆναι δυνάμεις, ἐγὼ δὲ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ συντίθεμαι· ἔπρεπε γὰρ πρῶτον τὴν νοερὰν οὐσίαν κτισθῆναι, καὶ τότε τὴν αἰσθητὴν, καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοτέρων τὸν ἄνθρωπον. » Παράγει μὲν ὁ Θεὸς τὰς ἄνω δυνάμεις, ὡς εἴρηται πρότερον, ἔπειτα δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Τέλος πάντων ταῖς οἰκείαις χερσὶ πλάττει τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐμφυσήσας αὐτῷ, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται.

A tionem mundum hunc sub oculos cadentem atque sensilem præcessisse tradunt. Joannis Damasceni hæc verba sunt : «Alii quidem post cœlum illud primum inaspectabiles potestates conditas esse dicunt : verum ego Gregorio, cui Theologi cognomentum est inditum, assentior. Etenim conveniebat atque par erat primo intellectilem essentiam creari ac deinde sensilem, deque his ambobus hominem. Itaque supernas illas potestates initio Deus in ortum producit. Hinc cœlum, terram, mare, cuncta his comprehensa condit. Ad extremum manibus suis hominem format, cum pulverem de terra sumpsisset ac faciem ejus afflasset, quemadmodum supra commemoravimus.

«Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν,» καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς γῆς. Διὰ τί πρῶτον ἐνταῦθα τῶν ἰχθύων ἐμνημόνευσε, « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς » εἰπών; Κατὰ τὴν τάξιν τῆς δημιουργίας· πρῶτον γὰρ οἱ ἰχθύες ἐκ τῆς θαλάσσης ἐγένοντο, εἶτα τὰ πετεινὰ, μετὰ ταῦτα δὲ ἀπὸ τῆς γῆς τὰ τετράποδα.

B «Faciamus, inquit, hominem ad imaginem similitudinemque nostram,» qui marinis piscibus, volucribus aereis, bestiis terræ dominetur. Enimvero cur his in verbis primo piscium facta est mentio? «Dominetur, ait, marinis piscibus.» Nimirum hoc ordini creationis est consentaneum. Nam primo pisces e mari sunt orti, deinde **81** volucres, ac secundum has bestiæ de terra quadrupedes.

Καὶ τοῦτο δὲ ζητοῦσιν, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν ἤγαγε τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεός. Ἔφθασεν εἰπὼν ὅτι « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτω τῶν ἰχθύων. » Ἵνα γοῦν ὅπερ εἶπε δῆλον ἔργοις αὐτοῖς γένηται, διὰ τοῦτο τὰ ζῶα ἤγαγε πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν ὑποταγὴν αὐτῶν ἐπιγνωσθῆναι (καὶ γὰρ ὡς δοῦλα παρίσταντο ὅπαντα), καὶ τὴν δοθεῖσαν ὑπὸ Θεοῦ σοφίαν τῷ Ἀδὰμ δήλην γενέσθαι παντί· ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων ὄνομα ἔθετο τῇ αὐτοῦ φύσει κατάλληλον.

C Sunt etiam, dilecte fili, qui scire velint quamobrem animalia condita Deus ad Adamum deduxerit. Antea scilicet dixerat : «Faciamus hominem ad imaginem nostram, qui piscibus aliisque dominetur.» Ut ergo reipsa, quod dixerat, eveniret, ad Adamum animalia deduxit, ut hinc eorum obedientia cognoscetur : quippe circumstabant ipsum omnia tanquam ejus mancipia.

Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, τουτέστι δώσωμεν αὐτῷ λόγου περιουσίαν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. « Καὶ τὸ μὲν κατ' εἰκόνα ἐκ Θεοῦ ἔλαβον, ἤγουν τὸ λογικὸν εἶναι, τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν ἐμοὶ κατέλιπεν. Εἰ γὰρ ἐκεῖθεν καὶ τοῦτο ἔλαβον, ποία χάρις ἐμοί; Ἔχω τοίνυν τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἡνίκα χρηστὸς ἀφ' ἑαυτοῦ γίνομαι. » Τούτοις οὖν ἀκολούθως καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶν ὅτι καθ' ὁμοίωσιν ἐποίησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὥστε ὁμοιοῦσθαι αὐτῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ· ἡ ἀρετὴ γὰρ ἐκ Θεοῦ μὲν ἐδόθη τῇ φύσει ἡμῶν, ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστιν ἢ ἐμμεῖναι αὐτῇ καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ Θεῷ, ἢ ἀποφοιτῆσαι αὐτῆς καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ διαβόλῳ. Ὁ δὲ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον κατ' ὁμιλίᾳ αὐτοῦ καὶ τάδε φησίν· « Ἡ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, τουτέστιν ἀπὸ πάντων δέδωκε τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἔχει, τῶν τε ὁρατῶν τῶν τε ἀοράτων, δημιουργὸς ἁπάντων τυγχάνων, οὕτω καὶ τὸ ζῶον τοῦτο τὸ λογικὸν δημιουργήσας ἐβουλήθη πάντων τῶν ὁρωμένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. Διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο, βουληθεὶς αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἶναι εἰς τὸ διηνεκές. Ἀλλὰ καὶ παραβάντα τὴν ἐντολὴν οὐκ ἀπεστράφη τέλεον, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀθανασίας ἀπεστέρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας ἐπὶ τῆς

D Præterea debebat hoc pacto sapientia divinitus Adamo concessa innotescere. Nam singulis animalibus tum nomen cujusque naturæ consentaneum indidit : «Faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram.» Hoc est, largiamur ei rationis abundantiam, ut magnus ille Basilius his verbis declarat. Ex his quod imaginem attinet, eam accepi a Deo, nimirum quod rationis sum particeps; quod similitudinem mihi reliquit. Nam si hoc quoque indidem accepi, quænam mihi concessa est gratia? Quapropter Dei similitudinem refero, cum ex meipso bonus fio.» His consentanea Joannes etiam Damascenus tradit, Deum nos ad similitudinem condidisse, ut pro viribus humanis ei similes evadamus. Quippe virtus a Deo quidem concessa est naturæ nostræ, verum in potestate nostra situm est ut vel in ea perseveremus et obsequamur Deo, vel ab ea recedamus et obsequamur diabolo. Joannes Chrysostomus, in oratione 21 de sex dierum operibus hæc verba profert : « Quo die Deus Adamum condidit, ad imaginem Dei condidit eum, hoc est, omnium potestatem ei concessit. Nam sicut imperium Deus habet in omnia tam aspectabilia quam inaspectabilia, tanquam universorum opifex, ita cum animal hoc rationis particeps condidisset, habere ipsum voluit imperium in res uni-

versas, quæcunque sub aspectum caduni. Ideirco et essentiam animæ ipsi largitus est, uti quem immortalem prorsus esse vellet. Quin etiam mandatum ipsius transgressum non omnino aversatur, sed immortalitate spoliatum et ad mortem condemnatum prope in eodem imperio relinquit. Nam homo per rationem, qua præditus est, etiam hodie cuncta in potestate sua retinet. Quanquam enim feras agrestes nonnunquam pro libitu suo videmus in hominem irruere, tamen id tantopere mirari non debemus, quando consilio divino accidit, ut hoc modo vel inviti de peccato admoneamur, cujus causa nobis hoc contigit supplicii, ut subjectos imperio nostro metuamus. Rerum quidem omnium quæ sunt in terris, principem constitutum esse hominem a Deo, vel ipsa de forma intelligi perspicue potest. Nam recta homini forma, ceu vides, data est, qua tendit ad cœlum sursumque spectat. **82** Hæc autem omnia, sicut ait antistes ille Nyssenus, imperio convenire videntur et regiam quamdam majestatem indicare. Nam quod solus inter res universas homo talis est, cum aliis omnibus deorsum corpora propendeant, id vero palam dignitatis discrimen indicat.»

A αὐτῆς ἀρχῆς ἀφῆκεν εἶναι. Διὰ γὰρ τοῦ προσόντος αὐτῷ λόγου καὶ τήμερον πάντων κρατεῖ. Εἰ γὰρ καὶ θῆρας ἀγρίους ὁρᾷς αὐθαδείᾳ χρωμένους, ἔστι ὅτε καὶ ὁρμῶντας ἀναιδῶς κατ' αὐτοῦ, μὴ θαύμαζε, ὅτι καὶ τοῦτο κατὰ θείαν πάντως οἰκονομίαν, ὡς ἐντεῦθεν τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς ἐπιμεμνῆσθαι καὶ ἄκοντας, δι' ἣν δεδοικέναι καὶ τρέμειν ὡς ὑπὸ χεῖρα κατεδικάσθημεν. Ὅτι δὲ ἀρχων ὑπὸ Θεοῦ πάντων ἐχειροτονήθη τῶν ἐπὶ γῆς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σχήματος δῆλον· ὄρθιον γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τῷ ἀνθρώπῳ τὸ σχῆμα καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνατείνεται καὶ ἄνω βλέπει. Ταῦτα δὲ πάντως, ὡς ὁ Νύσσης φησὶ, καὶ ἀρχικὰ δοκεῖ εἶναι καὶ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν ὑποσημαίνοντα· τὸ γὰρ μόνον ἐν τοῖς οὖσι τοιοῦτον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασι πρὸς τὸ κάτω B νενευκέναι τὰ σώματα, σαφῶς δείκνυσι τὴν τῆς ἀξίας διαφοράν.

Atque hic animum mihi, dilecte fili, advertito. Cum afficere vellet hominem Deus honore peculiari, paradisum prius conserit, atque ita deinde ipsum in eo collocat, tametsi Pyron scriptor Annalium post XI primum dies Adamum paradisum ingressum esse tradat. Ego vero non video ubi Adamus antea versatus fuerit, cum XL dies extra paradisum degeret. Refutat hanc opinionem Chrysostomus, cum ait: «Licebat Adamo etiam extra paradisum degere. Verum ea loca non erant hominis domicilio præscripta destinataque, sed tam jumentis quam cæteris terræ bestiis, cum homini paradisus tanquam voluptaria quædam domus esset datus.» Eam ipsam ob causam animalia Deus ad Adamum adduxit, velut ab eo cæteroqui separata. Quæ cum ita sint, non Pyroni, sed huic oratori nostro aureo velim aures præbeas, qui reapse Spiritus sancti discipulus fuit.

Πρόσεχε, ἀγαπητέ. Βουλόμενος ὁ Θεὸς τιμῆσαι τὸν ἄνθρωπον, φυτεύει παράδεισον πρότερον, καὶ οὕτω τίθησιν αὐτὸν ἐν αὐτῷ, εἰ καὶ Πύῤῥων ὁ χρονογράφος (19) μεθ' ἡμέρας τεσσαράκοντα τὸν Ἀδὰμ εἰσελθεῖν ἐν τῷ παραδείσῳ φησίν. Ἀλλ' οὐκ οἶδα ποῦ διέτριβε πρότερον ὁ Ἀδὰμ, ἔξω τοῦ παραδείσου τεσσαράκοντα διάγων ἡμέρας. Ὁ μὲν οὖν χρυσορῥήμων Ἰωάννης καὶ ταύτην ἐκ μέσου τὴν ὑπόνοιαν ποιεῖ, λέγων· « Ἐξὸν ἦν τῷ Ἀδὰμ καὶ ἔξω τοῦ παραδείσου C διάγειν. Ἀλλ' οὐ τῇ οἰκήσει τοῦ ἀνθρώπου ἀφώρισστο, ἀλλὰ τοῖς κτήνεσι καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Ἦν δὲ αὐτοῖς βασιλικὸν ἐνδιαίτημα ὁ παράδεισος· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἤγαγε τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὡς κεχωρισμένα αὐτοῦ. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ τῷ Πύῤῥωνι, ἀλλὰ τῷ χρυσορῥήμονι πάρασχε τὰς σὰς ἀκοὰς, ὅτι καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ὑποφήτης ὁ τοιοῦτος ὄντως ἐστί.

Sequuntur hæc historiæ divina verba: « Faciamus Adamo adjutricem secundum ipsum[62].» hoc est, tam ipsi quam toti ejus naturæ consimilem, non reliquis animalibus: nam ea naturam eamdem cum homine communem non habent. Hic autem Manes Deum mendacem esse dixit, et consimiliter Aquila. Nam vocem hanc in versione Græca, κατ' αὐτόν, contra ipsum interpretabantur propterea quod Adamum hæc non multo post ad mandati divini violationem impulerit, ideoque facta sit insidiatrix, quæ adjutrix appelletur. Hæc illorum est opinio. Verum de sententia divini hominis Cyrilli atque etiam Damasceni, adjutrix hæc Adami dicta est ad humani generis propagationem. Itaque somnum Adamo gravissimum Deus immittit, unaque ex costiis detracta mulierem ex ea construit. Hac Adamus

Μετὰ ταῦτά φησι « Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτὸν, » τουτέστιν αὐτῷ τε κατὰ πάντα ἐμφερῆ καὶ τῇ φύσει αὐτοῦ. Μὴ μέντοι γε καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα, ὅτι μηδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ τυγχάνουσι ταῦτα μέτοχα φύσεως. Ἀλλ' ἐνταῦθα Μάνης ψεύστην τὸν Θεὸν εἶπεν, ὁμοίως καὶ Ἀκύλας· τὸ γὰρ κατ' αὐτὸν ἐναντίως αὐτῷ ἐξέδοτο, ἐπεὶ τάχα τὸν Ἀδὰμ αὐτῇ παραβῆναι πεποίηκε, κἀντεῦθεν ὁ βοηθὸς ἐπίβουλος γέγονε. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· κατὰ δὲ τὸν θειότατον Κύριλλον τὸν Δαμασκηνόν τε Ἰωάννην βοηθὸς αὕτη τῷ Ἀδὰμ εἰς τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους κεχρημάτικε σύστασιν. Ἔκστασιν οὖν ἐπιβάλλει τῷ Ἀδὰμ, καὶ μίαν τῶν αὐτοῦ πλευρῶν ἐξελὼν οἰκοδομεῖ τὴν γυναῖκα. Ἦν καὶ θεασάμενος ὕστερον ὁ Ἀδὰμ « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου » προφητικώτατα ἔφησεν. Οὐδὲ γὰρ ἠγνόει καὶ εἰσέτι τὸν αὐτὸν

[62] Gen. II, 18.

(19) Quis sit Pyron ille chronologus Christianus, vel, ut ms. habet, Πύῤῥων, jampridem, sed frustra, inquiro; nullum enim apud veteres, quod hactenus subodoratus sim, illius Annalium vestigium.

τρόπον ἐξ ἀνδρὸς μόνου γενήσεται, ἀλλ' ἐκ συναφείας ἀμφοτέρου καὶ νόμου γαμικοῦ.

A deinde conspecta verissime vaticinans dixit : « Hoc nunc demum os ex ossibus meis est [64]. » Nam mulier minime deinceps eodem modo exsistet e viro solo, sed per amborum conjunctionem et conjugii legem procreabitur.

Οὐκοῦν ἐπιβάλλει ὁ Θεὸς ἔκστασιν τῷ Ἀδάμ, καὶ μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ λαβὼν τὴν Εὔαν οἰκοδομεῖ. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν μὴ καὶ τὴν Εὔαν ἀπὸ γῆς προελθεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀδάμ, ὡς ἐντεῦθεν φίλτρον ἐντεθῆναι τοῖς ὁμοζύγοις. Ἐπιβάλλει οὖν ἔκστασιν, ἤτοι κάρον ἐντίθησι τῷ Ἀδάμ, ὡς μὴ λαβεῖν ὀδύνης αἴσθησιν ἐν τῇ ἀφαιρέσει τῆς πλευρᾶς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησι, κἀντεῦθεν ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι πρὸς τὴν ὁμόζυγον. Ἀφαιρεῖται γοῦν μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ οἰκοδομεῖ τὴν γυναῖκα, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἀνεπλήρωσεν ; Ἵνα μὴ ἔχῃ μετὰ τὴν τοῦ ὕπνου ἀπαλλαγὴν ἐκ τοῦ λείποντος αἰσθάνεσθαι τοῦ γεγονότος· εἰ γὰρ ἐν τῷ τῆς ἀφαιρέσεως καιρῷ ἠγνόησεν, ἀλλ' ὅμως ἔμελλε μετὰ ταῦτα ἐπιγινώσκειν τὸ γεγονός· ἐφ' ᾧ διὰ σαρκὸς τὴν τῆς πλευρᾶς ἀνεπλήρωσεν ἔλλειψιν.

Hoc pacto consopivit Adamum Deus, sumptaque costa ipsius una Evam construxit. Nam necessarium erat Evam non itidem, ut in Adamo factum erat, e terra provenire, sed ex ipsa potius Adami essentia, quo hac ratione mutuus amor conjugibus inderetur. Et somnum ei gravem immittit, ne sensum aliquem doloris in ademptione costæ percipere, quemadmodum Chrysostomus ait, **83** eaque de causa conjugem hostili quodam odio prosequeretur. Itidem costam unam sumit, de qua mulierem construit, ejusque locum carne complet. At quamobrem complet? Ne somno excitatus, per id quod aberat, sentire quod acciderat posset. Quanquam enim hoc ademptionis tempore ignorasset, tamen deinceps animadversurus erat. Quapropter carne Deus costæ defectum supplevit.

« Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. » Τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ προσεκτέον κἀνταῦθα. Φησὶ γὰρ ὅτι διπλῆ ἡ αὔξησις, ἡ μὲν σώματος, ἡ δὲ ψυχῆς· ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ σώματος αὔξησις ἡ ἀπὸ τοῦ μικροῦ εἰς τὸ καθῆκον μέγεθος ἀποκατάστασις, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς αὔξησις διὰ τῶν μαθημάτων προσεπιγίνεται. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης περὶ ψυχῆς οὕτω φησὶν, ὅτι ἅπαξ λαβοῦσα τὸ εἶναι παρὰ Θεοῦ πρὸς αὔξησιν οὐκέτι καθὰ δὴ καὶ τὸ σῶμα χωρεῖ· πῶς καὶ γὰρ ἄποσος αὕτη καὶ ἀσχημάτιστος οὖσα, ὡς εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ; Τελεία μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἡ νοερὰ ἔκτισται ψυχὴ, εἰ καὶ κατὰ μικρὸν δοκεῖ συναύξειν τῷ σώματι. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ Νύσσης φησί· « Τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ ὑποκειμένου ὀργάνου φαίνεται. Ἡ γὰρ πρὸς τὴν ἐμπαθῆ καὶ ζωώδη γένεσιν κοινωνία οὐκ εὐθὺς ἐκλάμπειν τῷ πλάσματι τὴν θείαν εἰκόνα ἐποίησεν, ἀλλ' ὁδῷ τινι ἀκολουθίᾳ ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἄλλης τῷ νηπίῳ καὶ ἑτέρας τῷ τελείῳ ἐγγινομένης ψυχῆς, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἐν ἐκείνῳ μὲν τὸ ἀτελὲς, ἐν τούτῳ δὲ δεικνυούσης τὸ τέλειον. » Τελεία μὲν οὖν ἡ ψυχὴ καὶ ἐν βρεφικῇ ἡλικίᾳ, ἀδυνατεῖ δὲ τὴν ὅλην αὐτῆς δεικνύειν ἐνέργειαν. Καθάπερ γὰρ μουσικὸς ἄριστος ἐν μὲν μικροῖς αὐλοῖς στενόν τι καὶ ἔκτροπον μέλος ἀπήχησεν, ἡνίκα δὲ εὐρυπόρους εὗρε αὐλοὺς, τότε τὴν αὐτοῦ τέχνην ὅλην ὑπέδειξεν, οὕτω καὶ ψυχὴ, ὡς ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τοῖς ἐμμέτροις αὐτοῦ διέξεισιν ἔπεσι· κατὰ γὰρ τὴν τοῦ ὀργάνου διάθεσιν οὕτω κἀκείνη τὴν ἐνέργειαν δείκνυσιν.

« Dixit Deus : Augescite, multiplicamini, replete terram. » Hoc in loco Basilii verbis animum advertito. Tradit enim duplex incrementum esse, quorum aliud sit corporis aliud animæ. Corporis incrementum est de statura parva convenientem ad magnitudinem pervenire. At incrementum animæ per disciplinas consequimur. Etiam Chrysostomus de anima inquit, eam cum semel a Deo suam naturam et exsistentiam nacta est, more corporis ad incrementum aliquod aliud nequaquam tendere. Nam qui fieri posset hoc in anima, quæ tanquam imago Dei tam quantitatis expers est quam figuræ? Quamobrem anima intelligentiæ vi prædita sic est a Deo condita, ut statim ab initio perfecta sit, etiamsi paulatim una cum corpore videatur incrementum aliquod sumere. Perspicuum hoc est ex hisce Nysseni Gregorii verbis : « Animæ forma pro instrumenti subjecti ratione conspicitur. Cum enim particeps natura nostra sit ejus ortus, qui et vitiis obnoxius et animalium rationis expertium ortui affinis est, fieri nequit ut hominis in figmento statim divina imago eluceat, sed via quadam ac serie hominem ad perfectionem pervenire necesse est; non quod alia infanti, alia matura ætate viro indatur anima, sed una eademque anima in illo quidem imperfectionem suam, in hoc perfectionem demonstrante. » De quo jam colligi potest animam in ipsa etiam infantili ætate perfectam esse, verum facultatem suam et efficacitatem omnem declarare necdum posse. Quemadmodum enim musicus præstantissimus minutis in tibiis exile atque absonum carmen canit, at cum tibias adeptus est amplas, tum scilicet artem suam totam demonstrat, sic et anima : « Debilibus cum membris debilis ipsa, de validis elucet, et omnem denique mentem ostentat, » quemadmodum Gregorius cognomento Theologus in commentationibus suis, quas versibus est complexus (1), inquit. Nam prout instrumentum affectum fuerit, ipsa quoque vim et efficacitatem suam declarat.

[64] Gen. II, 23.

(1) Greg. *De anima.*

«Augescite, inquit Deus, multiplicamini, replete terram,» non eam quidem inhabitatione, sed imperio vestro, quemadmodum hæc verba magnus ille Basilius interpretatur. Nec enim homines necesse habent **84** vel perustam illam a sole terram vel cultus omnis expertem vel frigore nimio inutilem vel inaccessam replere : sed hac voce Deus nobis jus replendæ terræ concessit. Nosque adeo replemus eam ex rationis arbitrio. Posteaquam enim perspeximus quantum spatium terra perusta et inhabitabilis occupet, quantum aquilonale clima, quod nimii frigoris causa nequit excoli et est inutile, annon terram reliquam complevimus? Annon delecta ejus utili parte, quidquid habitationi hominum est inutile, relinquimus?

A « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν.» Πλὴν οὐ τῇ οἰκήσει, ἀλλὰ τῇ ἐξουσίᾳ, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. Οὐ γὰρ δήπου καὶ τὴν διακεκαυμένην καὶ ἀγεώργητον καὶ τὴν κατεψυγμένην καὶ ἄβατον κατ' ἀνάγκην οἱ ἄνθρωποι πληροῦσιν· ἀλλὰ κυρίους ἡμᾶς ἐποίησε πληροῦν. Καὶ πληροῦμεν αὐτὴν τῷ λογισμῷ. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν πόσον μέτρον τῆς διακεκαυμένης καὶ ἀοικήτου, ὅταν ἴδωμεν πόσον τὸ κλίμα τὸ βόρειον, ὃ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ψύξιν ἀγεώργητόν ἐστι καὶ ἄχρηστον, οὐκ ἐπληρώσαμεν τὴν γῆν, ἀλλὰ τὸ χρήσιμον ἐκλεξάμενοι, τὸ ὅσον ἄχρηστον εἰς διαμονὴν ἀνθρώποις ἀπεπεμψάμεθα.'

«Dixit item Deus : En ego concessi vobis omnes frugiferas arbores, quibus ad alimoniam et vos utamini et omnes bestiæ terrestres [65]. Hic animum advertito. Deus quidem piscium et animalium reliquorum dominum fecit hominem, verum ut iis vesceretur non permisit. Nimirum hæc prima lex tantum homini fructuum usum concedebat, cum adhuc paradiso dignus esset. Itaque tam homines quam aereæ volucres et terrestres bestiæ fructibus arborum, herbis, gramine vescebantur. Et quanquam hodie leo, pardalis, aliæ feræ cruentis mactationibus cibisque delectentur, tamen id temporis hæc etiam animalia legi naturæ subdita fructibus tantum alebantur. Ac posteaquam Deus hominem jam factum intemperantiorem vidit, altera lege post diluvium potestatem ei facit omnibus vescendi. Cuncta vobis, ait, perinde fruenda concedo ut herbarum olera. Propter hanc concessionem reliqua etiam animalia quibuslibet vesci cœperunt. Itaque leo carnivorus ab eo tempore fuit, et morticina vultures observant. Nec enim id temporis quo primum oriebantur animalia, terram vultures circumspectabant, ut ad pastum cadavera consequerentur, sed in pratis alimoniam quærebant. Videmus et hodie canes medicamenti causa gramine sæpenumero pasci, non quod hoc nutrimento velut idoneo vescantur, sed quia doctrina quadam naturæ, discendo non percepta, tendunt ad ea rationis expertes bestiæ quæ ipsis utilia sunt. Ejusmodi fuisse tunc animalia carnivora cogitabis, quæ gramine scilicet vesci consueverint, non sibi invicem insidiari. Facta est igitur fruitionis horum concessio post diluvium, sicut indicatum est hactenus. Enimvero sunt hodieque nonnulli, qui vitam suam ad imitationem vitæ paradisi, quantum ejus fieri potest, instituentes a nimium crassa illa ciborum fruitione abhorent, ac tum fructibus tum seminibus et omnibus iis quæ de arboribus proveniunt utuntur. Quæcunque scilicet præter hæc supervanea sunt, tanquam non necessaria recusamus. Etenim nec abominabilia putari debent propter creatorem, nec expetenda magnopere propter carnis luxum et ad delicias propensionem.

B « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πᾶν ξύλον ὃ ἔχει καρπὸν ἐν ἑαυτῷ. Ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. » Πρόσεχε οὖν· ἄρχοντα μὲν γὰρ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν λοιπῶν ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, οὐ μὴν δὲ καὶ τὴν ἀπόλαυσιν αὐτῶν αὐτῷ συγκεχώρηκεν. Ὥστε ἡ μὲν πρώτη νομοθεσία καρπῶν ἀπολαύειν ἐνδέδωκεν. Ἔτι γὰρ ἐνομιζόμεθα ἄξιοι τοῦ παραδείσου εἶναι· καρπὸς λοιπὸν καὶ χλόη καὶ χόρτος ἡμῖν εἰς βρῶσιν, τοῖς πετεινοῖς τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Εἰ γὰρ καὶ νῦν αἵμασι χαίρουσιν ὅ τε λέων καὶ ἡ πάρδαλις, ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ὑποτεταγμένα καρποῖς διετρέφετο. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Θεὸς ἐκδεδιῃτημένον εἶδε τὸν ἄνθρωπον, δευτέρῳ νόμῳ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν πάντων αὐτῷ C συγχωρεῖ τὴν ἀπόλαυσιν, « Ταῦτα πάντα ὡς λάχανα χόρτου φάγεσθε » εἰπών. Ταύτῃ μὲν οὖν τῇ συγχωρήσει καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα τοῦ ἐσθίειν ἔλαβον ἄδειαν. Ἐξ ἐκείνου δὲ λοιπὸν αἱμοβόρος ὁ λέων, ἐξ ἐκείνου καὶ γῦπες ἀναμένουσι θνησιμαῖα. Οὐ δήπου γὰρ καὶ γῦπες ἅμα τῷ γεννηθῆναι ζῶα περιεσκόπουν τὴν γῆν, ὡς ἐκεῖθεν οὗτοι τραφῶσιν· ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοὺς λειμῶνας περιήρχοντο. Καὶ νῦν γὰρ κύνας ὁρῶμεν θεραπείας ἕνεκεν πολλάκις ἄγρωστιν ἐπινεμομένους, οὐκ ἐπειδὴ συμφυής ἐστιν ἡ τροφὴ, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδιδάκτῳ τινὶ φύσεως διδασκαλίᾳ ἐπὶ τὸ συμφέρον ἔρχεται τὰ ἄλογα. Τοιαῦτα λόγισαι εἶναι καὶ τότε τὰ αἱμοβόρα τῶν ζώων, χόρτον ἑαυτοῖς εἰς τροφὴν ἐπινοεῖν, οὐ μὴν ἀλλήλοις ἐπιβουλεύοντα. Συγκεχώρηται οὖν, ὡς εἴρηται, μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἡ D ἀπόλαυσις, πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ζωῆς ἑαυτοῖς ἄγειν βουλόμενοι, φεύγοντες ταύτην τὴν πολύυλον ἀπόλαυσιν τῶν βρωμάτων, ἐπ' ἐκεῖνον τὸν βίον, καθὼς οἷόν τέ ἐστιν, ἑαυτοὺς ἀγόμενοι, καρποῖς καὶ σπέρμασι καὶ τοῖς ἐκ τῶν ἀκροδρύων εἰς διαγωγὴν χρώμενοι· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ὡς οὐκ ἀναγκαῖον ἀποστρεφόμεθα· οὐ γὰρ βδελυκτὰ διὰ τὸν κτίσαντα, οὐδὲ αἱρετὰ διὰ τὴν τῆς σαρκὸς εὐπάθειαν.

De carnium visceratione.

85 Novi te, dilecte fili, hac etiam in parte non

Περὶ κρεωδαισίας.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ τούτῳ ἠπόρηκας

[65] Gen. I, 29.

οὐ μικρῶς, λέγων « Εἰ κρεωδαισία; οὐκ ἦν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καιρὸς, τίνος ἕνεκεν ὁ Ἄβελ ποιμὴν προβάτων ἐγένετο; » Ἀλλ' εἰδέναι κἀνταῦθα ὀφείλεις ὅτι περιβολαίων ἕνεκεν ἡ τῶν ὁρεμμάτων ἐπενοήθη φρονιὶς, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης εἰς τὴν Ἑξαήμερον ἐννάτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ φησί. Πειθέτω δέ σε πρὸς τούτοις ἡ ἁγία Γραφὴ περὶ τῶν πρωτοπλάστων οὕτω λέγουσα. « Καὶ χιτῶνας δερματίνους ἐνέδυσεν αὐτούς. » Ἔκτοτε γὰρ ἔδειξεν ὁ Θεὸς τό τε χρήσιμον ὁμοῦ τῆς περιβολῆς καὶ ἀπέριττον. ὨΙκονόμησε γὰρ ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἐρίων τῶν προβάτων τὰ ἐνδύματα τοῖς ἀνθρώποις κατασκευάζεσθαι, οὐδενὸς ἑτέρου ἕνεκεν ἢ ὥστε σκέπην γενέσθαι, καὶ μὴ τὸ λογικὸν τοῦτο ζῶον κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς ἀλόγοις ἐν γυμνότητι καὶ ἀσχημοσύνῃ διάγειν. Ἡ τοίνυν τῶν ἱματίων περιβολὴ ὑπόμνησις ἡμῖν γινέσθω διηνεκὴς τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐκπτώσεως, καὶ τῆς τιμωρίας διδάσκαλος· ἣν διὰ τὴν παρακοὴν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐδέξατο. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεός· « Ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. »

A parum hæsitare. Si carnium, dices, ante diluvium non erat usus, cur tandem Abelus erat opilio? Verum scire debes pecudum curam inventam fuisse vestimentorum causa, quemadmodum in oratione de sex dierum operibus 9 Chrysostomus inquit. Ejusdem fidem tibi Litteræ sacræ facient, de primum formatis hominibus ita loquentes : «Et pelliceis tunicis eos Deus induit[66].» Nam hoc ipso Deus et utilitatem hujus amictus ostendit et simplicitatem inelaboratam. Voluit enim certo consilio de lanis ovium vestes hominibus fieri, alia certe nulla de causa quam ut tegumentum haberent, neu rationis hoc particeps animal, brutorum more, quadam cum deformitate ac inverecundia nudum incederet. Et quidem hic vestimentorum amictus perpetua nobis sit commonefactio lapsus ejus quo tantis bonis excidimus, deque pœna nos erudiat qua genus humanum propter inobedientiam afficitur. Cæterum hæc quoque Deus ad Adamum protulit : «Omnibus paradisi arboribus vesceris, præter arborem scientiæ boni atque mali. Nam ea quocunque die vescemini, morte multabimini. »

Περὶ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν.

Ἀλλ' ἐνταῦθα προσοχῆς, ἀγαπητὲ, χρεία πολλῆς. Διαφωνία καὶ γὰρ οὐ μικρὰ παρὰ πᾶσι σχεδὸν περί τε τῆς φύσεως τοῦ φυτοῦ ἐκείνου καὶ τῆς βρώσεως αὐτοῦ. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ βρώσεως ἐμφορεῖσθαι λέγουσι τὸν Ἀδὰμ αἰσθητῆς, ποιεῖν τε καὶ πάσχειν ὅσα μετὰ τὴν βρῶσιν ἐξ ἀνάγκης τῇ Ὀνητῇ φύσει παρέπεται. Ὅθεν ἀναγκαῖον περὶ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ Ἀδὰμ διαλαβεῖν πρότερον. Οὕτω γὰρ ἐπιγνωστόμεθα κατά γε τὸ ἐγχωροῦν τίς τε ἡ βρῶσις ἦν αὐτὸς ἐν τῷ παραδείσῳ ἤσθιεν ὁ Ἀδὰμ, καὶ τὸ φυτὸν ὡσαύτως τῆς γνώσεως ὁποῖον ἄρα τὴν φύσιν ἐτύγχανεν. Πρόσεχε οὖν. Τὸν Ἀδὰμ ἄλλοι μὲν Ὀνητὸν ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναί φασιν, ἕτεροι δὲ μέσην αὐτὸν ἔχειν διισχυρίζονται τάξιν, τουτέστιν ἀθανασίας εἶναι μέσον αὐτὸν καὶ Ὀνητότητος· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν, οὐκ ἂν ὑπέπεσε θανάτῳ μετὰ τὴν παράβασιν. Ἀλλ' ἄφες αὐτοὺς, εἶγε καὶ μᾶλλον ὁ σοφὸς Σολομὼν ἐν τῇ Σοφίᾳ αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτως εὕρηται λέγων· « Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ. Φθόνῳ δὲ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. » Εἴπερ οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ, πῶς εἴπωμεν αὐτὸν ὑποκεῖσθαι φθορᾷ καὶ Ὀνητότητι, καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ θάνατον, ὡς εἴρηται, μὴ ποιήσαντος ἀπ' ἀρχῆς; Εἰ γὰρ εἴπωμεν ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο καὶ φθορᾷ κατά τι τρόπον ὑπέκειτο, οὐδέν τι παριστῶμεν ἕτερον ἢ ὅτι παρὰ Θεοῦ τὸ κατάρχειν ἡμῶν ἔσχεν ἥ τε φθορὰ καὶ ὁ θάνατος. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν, ὅτι μηδὲ θανάτου, καθὰ δὴ καὶ προεῖρηται, ποιητὴς ὁ Θεός. Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐκ ἄξιον. Εἰ μὲν γὰρ ὅτε παρῄγαγε τὸν ἄνθρωπον ὁ

De arbore cognitionis.

Accurate hic, dilecte fili, quid dicatur advertito. Nam dissensio non exigua propemodum inter omnes est tum de arboris hujus natura tum fruitione. Neque de hoc tantum, sed etiam nonnulli volunt Adamum cibo sensili fuisse satiatum, eaque tum fecisse tum passum esse quæ a pastu necessario naturæ mortali consueverunt accidere. Quapropter ipsa requirit necessitas ut de ipsius Adami natura prius quædam exponamus. Nam ea ratione cognoscemus, quantum quidem ejus fieri poterit, quis cibus ille fuerit quo in paradiso vescebatur Adamus, et quæ arboris scientiæ natura exstiterit. Adamum alii quidem a Deo conditum fuisse mortalem dicunt, alii vero medio quodam loco constituunt, nimirum inter immortalitatem et mortalitatem. Etenim absque hoc foret, ut ipsi quidem inquiunt, non post transgressionum morti fuisset factus obnoxius. Enimvero tu hos missos facito, quando sapiens ille Solomon in Sapientia sua tradit[67] Deum mortem non condidisse, imo in statu interitus experte creavit hominem **86** ad imaginem æternitatis suæ. Verum deinceps invidia diaboli mors in mundum venit. Quare si Deus in statu interitus experte ad imaginem æternitatis suæ condidit hominem, quo pacto dici a nobis potest Adamum interitui mortalitatique ulla ex parte obnoxium fuisse? præsertim cum mortem, ceu dictum est, ab initio minime Deus condiderit. Nam si dicamus Adami corpus illud interitui quodam modo subjectum fuisse, nihil aliud significabimus nisi auctore Deo ab initio statim interitum ac mortem in nos imperium habuisse. Nequit autem hoc verum esse, nequit, cum mors a Deo, sicuti diximus, profecta

[66] Gen. III, 21. [67] Sap. I, 13 ; II, 23.

non fuerit. Quapropter omnis hic dubitatio tollatur. Nam si statim, cum hominem conderet Deus, ad eum dixisset : « Quacunque die vescemini de hac arbore, morte multabimini, » habuissent sane quod objicerent, qui Adamum inter immortalitatem ac mortalitatem medium quasi faciunt. At cum post creationem ipsius non exiguo interjecto spatio lex hæc promulgata fuerit, per quam mors occasionem adversus nos arripuit, prorsus hic hæsitare non debebant, qui Litteras sacras et attente nec sine convenienti pervestigatione se legere profitentur. Igitur ab initio rerum Deus hominem in statu interitus experte condidit, hoc est immortalem in ortum produxit ad imaginem æternitatis suæ.

Nihil hic difficultatis objici tibi patitor. Habes Anastasium Sinaitem, virum divinum, qui in oratione sua de Resurrectione sic inquit : « Condidit hominem Deus, et quidem Dei ad imaginem eum condidit. Hæc prima fuit creatio, simplex, nullum conjugii vinculum habens, interitus expers » Quodsi prima creatio fuerit expers interitus, quemadmodum sanctus hic vir ait, quid de homine primo dicemus? nimirum Deus eum statim ab initio expertem interitus condidit et dono immortalitatis ornavit. Quæ quidem verba nequaquam mea sunt, sed vir eximius Andreas antistes Cretensis in oratione sua De iis qui obdormierunt in hunc modum loquitur : « Cum hominem creasset Deus, hoc ei dignitatis largitus est ut esset particeps rationis, intelligendi facultate præditus, immortalis, interitus expers. » Quodsi dignitatem hanc immortalitatis homini Deus concessit, qui fieri potest, ut eumdem pariter et mortalem et immortalem dicamus, vel obnoxium interitui pariter et interitus expertem? nequit hoc prorsus mea quidem opinione fieri. Nam morti vel interitui subjecta conditio tribui.

87 Enimvero scire quidem nequeo quibus hi causis permoti non modo non miscenda misceant, cum Adami corpus medio inter immortalitatem ac mortalitatem loco constituunt, sed etiam naturales affectiones atque morbos ei tribuere non vereantur, qui ante peccatum tam illarum affectionum quam interitus expers erat, et quidem hoc ipsum citra demonstrationem aliquam e sacris petitam Litteris faciant. Quapropter nihil hic tibi verendum est. Nam hominem ad imaginem Dei conditum tali ab initio natura præditum fuisse, nimirum immortali et interitus experte, ac præterea corpus illud Adami nullo modo ulli passioni obnoxium fuisse, supra interitum scilicet omnem positum, Joannes ille noster Chrysostomus et prolixius et clarius te docebit. Etenim fuere nonnulli tam in hoc corpore interitui obnoxio carpendo et elevando acerbi, ut etiam indignum dicerent quod a Deo conditum existimetur. Si figmentum, aiebant, manuum Dei foret, non tot miseriis et æruminis esset obnoxium. Adversus hos ille in hunc modum disserit : « Nemo mihi hominem hunc objiciat, qui offendit, qui condemnatus est, qui affectus ignomi-

A Θεὸς, τότε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν· « Ἧι δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, » εἶχον ἂν τι καὶ λέγειν οἱ μέσον αὐτὸν ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος λέγοντες. Ἐπεὶ δὲ πολλῷ μετὰ τὴν αὐτοῦ παραγωγὴν ὕστερον ἐδίδοτο τὰ τῆς ἐντολῆς, ἀφ' ἧς ἄρα καὶ χώραν ὁ θάνατος ἐλάμβανε καθ' ἡμῶν (« Ἐὰν γὰρ φάγητε, » φησὶ, « θανάτῳ ἀποθανεῖσθε »), ἀμφιβάλλειν ὅλως οὐκ ἔπρεπε τοὺς ἐπερχομένους τέως ἐρευνητικῶς τὴν Γραφήν. Ἔκτισε μὲν οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἀπ' ἀρχῆς, τουτέστιν ἄφθαρτον αὐτίκα παρήγαγε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ.

B Ἀλλὰ μὴ δυσχέραινε τούτου ἕνεκεν. Ἔχεις τὸν Σιναΐτην θεῖον Ἀναστάσιον ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτω λέγοντα· « Καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Πρώτη ποίησις αὕτη ἁπλῆ, ἄζυγος, ἄφθαρτος. » Εἴπερ οὖν ἡ πρώτη ποίησις ἄφθαρτος ἦν, ὡς ὁ διαληφθεὶς οὗτος ἔφη θεῖος ἀνὴρ, περὶ τοῦ πρώτου ἐκείνου τί χρὴ καὶ λέγειν ἀνθρώπου; Ἄφθαρτον μὲν γὰρ αὐτὸν ὁ Θεὸς αὐτίκα παρήγαγεν, ὡς ἤδη προείρηται, καὶ ἀθανασίᾳ τετίμηκε. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα. Ὁ θειότατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης ἐν τῷ εἰς κοιμηθέντας λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτως εὕρηται λέγων· « Πλάσας ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀξίωμα δέδωκεν αὐτῷ τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν καὶ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. » Εἴπερ οὖν ἀξίωμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀθάνατον ὁ Θεὸς, πῶς λοιπὸν αὐτὸν θνητὸν C καὶ ἀθάνατον εἴπωμεν, ἢ φθαρτὸν ὁμοίως καὶ ἄφθαρτον; Ἀνένδεκτον, ὡς οἶμαι, τοῦτο καὶ λίαν ἐστὶν, ὅτι μηδὲ προσήκει τῷ ἀθανάτῳ καὶ ἀνωλέθρῳ προσάπτειν ὅλως τὸ θνητὸν καὶ ἄφθαρτον

immortali et interitus experti nequaquam potest vel

Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πόθεν ἐκεῖνοι λαβόντες τὰς ἀφορμὰς οὐ τὰ ἄμικτα μιγνύουσι μόνον, ἡνίκα δηλαδὴ τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο μέσον ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ πάθη φυσικὰ τῷ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἀπαθεῖ καὶ ἀφθάρτῳ προσάπτειν οὐ παραιτοῦνται, καὶ ταῦτα χωρὶς ἀποδείξεως γραφικῆς. Ἀλλὰ μὴ δίδιθι τούτου ἕνεκεν. Ὅτι μὲν γὰρ ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ τοιαύτης ὑπῆρχε φύσεως ἀπ' ἀρχῆς, ἀφθάρτου δηλαδὴ καὶ ἀθανάτου, καὶ ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο καθ' οἷον δή τινα τρόπον οὐκ ἔπασχε, φθορᾶς ἁπάσης ὑπέρτερον ὄν, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐπὶ πλέον διδάξει σε σαφέστερον ἅτε δὴ τὸν περὶ τούτου λόγον ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἀνδριάντων ποιούμενος. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο φθαρτὸν διασύραντες ἦσαν ἐπὶ τοσοῦτόν τινες, ὥστε καὶ ἀνάξιον αὐτὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἀποκαλεῖν (ἔλεγον γὰρ ὡς εἴγε πλάσμα τῶν θείων ὑπῆρχε χειρῶν, οὐκ ἂν οὕτω μυρίοις ὑπέκειτο πάθεσι), τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς λόγοις ἐχρήσατο· « Μή μοι τὸν ἄνθρωπον τουτονὶ λεγέτω τις τὸν προστεκρουκότα, τὸν κατακριθέντα, τὸν ἠτιμωμένον, ἀλλ' εἰ βούλεσθε μαθεῖν, ὁποῖον ἐξ ἀρχῆς ἔπλασε τὸ σῶμα ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἐπὶ τὸν παράδεισον ἐλθωμεν

καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς γενόμενον ἄνθρωπον ἴδωμεν. Οὐ γὰρ οὕτως τὸ σῶμα ἐκεῖνο φθαρτὸν καὶ ἐπίκηρον ἦν, ἀλλὰ καθάπερ τις χρυσοῦς ἀνδριὰς ἀπὸ χωνευτηρίου προελθὼν ἄρτι καὶ λαμπρῶς ἀποστίλβων, οὕτως πίσης, φθορᾶς τὸ σῶμα ἐκεῖνο ἀπήλλακτο, καὶ οὔτε πόνος ἠνώχλει, οὔτε ἱδρὼς ἐλυμαίνετο, οὐ φροντίδες ἐπεβούλευον, οὐκ ἀθυμίαι ἐπολιόρκουν, οὐ ῥύπος, οὐ δάκρυον, οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐλύπει παθῶν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὸν εὐεργέτην ἐξύβρισε, θεός τε γενέσθαι ἤλπισε, καὶ μείζω τῆς οἰκείας ἀξίας ἔλαβεν ἔννοιαν, τότε δὴ, τότε σωφρονίζων αὐτὸν ὁ Θεὸς φθαρτὸν αὐτὸν ἐποίησε καὶ θνητὸν, καὶ ταῖς πολλαῖς ταύταις ἀνάγκαις κατέδησε. » Ταῦτα μὲν οὖν ὁ θειότατος Ἰωάννης. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄφθαρτον ἐκεῖνο τὸ σῶμα δικαίως ὁ λόγος ἐκάλεσε· τὸ γὰρ οἱῳ δή τινι φθορᾷ μὴ ὑποκείμενον ἄφθαρτον ὁμολογουμένως ἐστίν.

A nia : sed siquidem scire vultis qualenam ab initio corpus nobis Deus formaverit, ad paradisum nosmet conferamus et hominum illum principem intueamur. Nec enim corpus ipsius interitui obnoxium et caducum erat, sed instar aureæ statuæ recens eductæ de fornace mirificeque splendentis ab omni corpus illud interitu erat immune. Non illi molestus erat labor ullus, non a sudore lædebatur, non insidiabantur ei curæ, non mœrores ipsum oppugnabant, non sordes, non lacrymæ, non aliud quidquam ejusmodi affectionum vexabat. Verum posteaquam adversus beneficum erga se Deum petulanter gessit, et Deum se evasurum speravit, et majora quam ipsius dignitas ferret animo concepit, tum vero castigans eum Deus interitui mortique B reddidit obnoxium, ac variis hisce necessitatibus adstrinxit. » Hæc hominis illius divini verba sunt, quorum auctoritate si corpus Adami dicamus interitus expers fuisse, recte id quidem facturi sumus: nam quod nulli subjectum est interitui, haud dubie fatendum est interitus expers esse.

Εἰ δὲ ἄφθαρτον, πῶς ἄρα καὶ τίνα τρόπον ἔπασχε, τοῦτο μαθεῖν ἀξιοῦμεν. Ἡμεῖς γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἐννοῆσαι, πῶς ὑπέπιπτε πάθεσι σῶμα πάσης ἀπηλλαγμένον φθορᾶς, οὐκ ἐσμὲν ἱκανοὶ, καὶ διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν μαθεῖν. Ὅτι δὲ ἄφθαρτον ἐκεῖνο τὸ σῶμα καὶ ἀθάνατον ἦν, ὁ μακάριος ἔδειξε Κύριλλος ἐν τῷ εἰς τὴν δημιουργίαν τοῦ ἀνθρώπου λόγῳ αὐτοῦ, κατὰ λέξιν οὕτως εἰπών· « Ἐπεποίητο μὲν ἀπὸ γῆς τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ, ἄμεινον δὲ θανάτου καὶ φθορᾶς ἦν· ἐνεφύτευσε γὰρ αὐτῷ τὴν ζωὴν ὁ τῆς ζωῆς χορηγός. » Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος αὐτὸ τοῦτο παριστῶν ἔλεγε· « Πλάσας τὸν ἄνθρωπον C ὁ Θεὸς αἰωνίου ζωῆς ἀπόλαυσιν αὐτῷ ἐχαρίσατο. » Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις καὶ ὁ θειότατος Βαρλαὰμ οὕτω πρὸς Ἰωάσαφ εὑρηται λέγων· « Τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον ὁ Θεὸς αὐτεξουσιότητι καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας βασιλέα πάντων τῶν ἐπιγείων κατέστησεν. » Ἀλλ' ὅρα, καὶ μὴ παρέργως ἐπέρχου τὰ τοιαῦτα θεῖα ῥητά. Ἅμα μὲν γὰρ ὁ κατ' εἰκόνα παρήγετο, καὶ ἅμα τῆς αὐτεξουσιότητος ἠξίωτο καὶ τῆς ἀθανασίας ὑπὸ Θεοῦ. Καὶ πῶς λοιπὸν αὐτὸν εἴπωμεν ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος μέτοχον; Ἀσυλλόγιστον, ὡς οἶμαι, καὶ τοῦτο λίαν ἐστίν. Εἰ γὰρ ἐννοῆσαι εἴχομεν ὅτι βασιλέα κατέστησε τῶν ἐπιγείων αὐτὸν, ἀθανασίᾳ τιμήσας αὐτὸν πρότερον, οὐκ ἂν ἐκεῖσε καὶ θνητότητα παρεμιγνύομεν, οὐκ ἂν ἀσυλλόγιστα τὰ τοιαῦτα διενοούμεθα περὶ τοῦ γεγενημένου κατ' εἰκόνα Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης αὐτὸ τοῦτο παρίστησι, διεξιὼν οὕτωσι κατὰ λέξιν ἐν τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον κα' ὁμιλίᾳ αὐτοῦ· « Δημιουργήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ἠβουλήθη πάντων τῶν ὁρωμένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. Διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο, βουληθεὶς εἶναι αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἰς τὸ διηνεκές. Ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ ῥᾳθυμίαν ὤλισθε καὶ παρέβη τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολὴν, οὐδὲ οὕτως ἀπεστρέψη τέλεον αὐτὸν, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀθανασίας ἀπεστέρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀφῆκε σχεδὸν εἶναι ἀρχῆς. »

Quodsi expers interitus fuit, quo pacto tandem aliquid pati potuerit scire cupimus. Etenim cogitare per nos ipsos, qui corpus ab omni liberum ac immune interitu sub affectiones cadere potuerit, non satis possumus; ideoque per alios hoc ipsum expetimus cognoscere. Corpus quidem **88** illud expers interitus et immortale fuisse, beatus etiam Cyrillus ostendit, in oratione sua de hominis creatione sic ad verbum disserens: « De terra quidem factum erat Adami corpus, sed idem supra mortem et interitum omnem positum erat: quippe vitam ei vitæ suppeditator et auctor inseverat. » Idem et a Basilio magno verbis his significatur: « Cum formasset hominem Deus, æternæ vitæ fruitionem ei largitus est. » Præter hos divinus ille Barlaamus ad Joasaphum in hanc sententiam scripsit: Hominem illum principem Deus voluntate libera præditum et ornatum immortalitate universarum rerum terrestrium regem constituit. Ipsa denique sacrarum Litterarum verba mihi aspice, nec obiter perlege. Simul enim homo ad imaginem Dei condebatur, et tam arbitrio voluntatis libero quam immortalitate divinitus donabatur. Quo igitur pacto dicemus eum pariter immortalitatis ac mortalitatis participem? Abhorret hoc scilicet ab omni ratione. D Quippe si nobiscum recte possemus expendere quod hominem Deus terrestrium regem constituerit, ornatum ab se prius immortalitate, non hic mortalitatis quidquam immisceremus, non de condito ad imaginem Dei quidquam absurdi cogitaremus. Facit huc Joannis Chrysostomi locus, qui in oratione 21 de sex dierum operibus exstat: « Cum hominem, inquit, creasset Deus voluit eum in res universas aspectabiles imperium habere. Idcirco etiam ei naturam et essentiam animæ largitus est, quod cum perpetuo vellet immortalem esse. Ac tametsi per secordiam lapsus sit mandatumque sibi præscriptum transgressus, non tamen ipsum prorsus aversatus est, sed immortalitate spoliatum ac morte damnatum propemodum in eodem imperio reliquit. »

Hic autem notandum quod non solum Deus ipsum constituere voluerit aspectabilium regem, sed etiam hoc imperium ei concessum absolute fuisse rebus ipsis declararit. Quippe ad ipsum animalia cuncta deduxit, tametsi quid secuturum esset non ignoraret. Quo factum ut omnia servilem in modum ipsi astantia suas per ipsum appellationes acceperint. Ita per mentem intelligentiæ vi præditam Deus hominem etiam immortalitate ornavit. Quanquam enim futuram non multo post exorbitationem non nesciret, tamen cum ob solum cogitationis institutum damnare non vellet, consentanea Deo ratione consilium suum perficit; adeoque mentis participem, ut diximus, animam ei largitur, ut omnino immortalis esset. Enimvero cur hominem statim ab initio regem terrestrium et immortalem condidit? Ut hinc discamus etiam opificem illum nostri Deum cunctis illis supernis **89** potestatibus cum imperio præesse, necnon eumdem esse immortalem omnisque expertem interitus. Nam ea de causa pulvere sumpto inquit : « Faciamus hominem ad imaginem nostram. » Quod cum Salomo non ignoraret, « Deus, ait, mortem non condidit, sed in statu interitus experte ad imaginem æternitatis suæ hominem creavit [68]. » Ac tametsi deinceps eum ad mortem damnavit, non tamen diu consolationis egere permisit. Nam transfert Enochum, eaque re naturam nostram condocefacit ut immortalitatem illam exspectet, qua propter inobedientiam excidit. Audi quid hac in parte magnus ille Athanasius in oratione sua de Assumptione tradat : « Mors quidem intravit per inobedientiam, verum nihilominus suæ comminationis vigorem laxans Deus statim humano generi spem immortalitatis oriri facit, dum Enochum e medio rapit, eoque pacto nos docet metas immortalitatis exspectandas nobis esse. » Confirmant hæc et Christi discipuli, cum dicunt ea quæ Enocho et Eliæ acciderint, repræsentare nobis insigniter liberationem nostri ab interitu et vitam illam perpetuam. Ac de his quidem in hunc modum illi disseruerunt. Joannes autem Chrysostomus exposuit etiam illustrius hominem primum hac ab interitu immunitate præditum fuisse, idque per hæc ipsa verba : « Placuit Enochus Deo, propterea transfertur. Hic mihi Domini bonitatem intuere. Cum enim reperisset hominem egregia virtute præditum, non ea dignitate spoliat ipsum quam ante mandati violationem homini primum formato largitus fuerat. » Quodsi ita est, quid verbis est opus? Nam si primus homo immunitatem illam ab interitu habuit, quam ut homines exspectent Enochus translatus docuit, omnino perspicuum est quod a Deo talis conditus ab initio fuerit, qualem ex mortuis resurrecturum oracula divina tradunt. Iis tu fidem derogare noli. Nam et Anastasius ille Sinaites, in oratione sua de resurrectione, verbis his eadem apertissime tra-

[68] Sap. I, 13.

Ἀλλ' ἐνταῦθα προσέχειν ἄξιον. Οὐδὲ γὰρ ἠβουλήθη μόνον ὁ Θεὸς βασιλέα καταστῆσαι τῶν ὁρωμένων αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἔργοις αὐτοῖς ἀπηρτισμένην ἔδειξε τὴν ἀρχήν. Ἤγαγε γὰρ τὰ ζῶα πάντα τηνικαῦτα πρὸς αὐτὸν, καίτοι γε τὸ μέλλον οὐκ ἀγνοῶν. Καὶ οὕτω τὰ πάντα δουλικῷ παριστάμενα σχήματι παρ' αὐτοῦ τὰς ἐπωνυμίας ἐδέχοντο. Οὕτω μὲν οὖν ἔφθασε διά γε τῆς νοερᾶς ψυχῆς καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας αὐτόν. Εἰ γὰρ καὶ τὴν γενησομένην αὐτοῦ μετ' οὐ πολὺ παρεκτροπὴν οὐκ ἦν ἀγνοῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ καταδικάζειν ἐκ μόνης οὐ θέλει προαιρέσεως, τὴν ἑαυτοῦ βουλὴν ἐπ' αὐτῷ θεοπρεπῶς ἐκπληροῖ, καὶ ψυχῆς αὐτῷ, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, μεταδίδωσι νοερᾶς, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν εἶναι καὶ ἀθάνατον εἰς τὸ διηνεκές. Ἀλλὰ γὰρ τίνος ἕνεκεν ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων ἐποίησε καὶ ἀθάνατον αὐτίκα τὸν ἄνθρωπον ; Ἵνα μάθωμεν ἐντεῦθεν ὅτι καὶ ὁ ποιήσας ἡμᾶς Θεὸς πασῶν ἄρχει τῶν ἄνω δυνάμεων, καὶ ὅτι ἀθάνατός ἐστι καὶ ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ προλαβὼν χοῦν ἔλεγε· « Κατ' οἰκείαν εἰκόνα ποιήσωμεν τὸν ἄνθρωπον. » Ὁ δὴ καὶ ὁ Σολομὼν εἰδὼς, « Ὁ Θεὸς, ἔλεγε, θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ. » Πλὴν εἰ καὶ θανάτῳ κατεδίκασε μετὰ ταῦτα τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ἀπαραμύθητον εἶναι μέχρι πολλοῦ. Μετατίθησι γὰρ τὸν Ἐνὼχ, καὶ τηνικαῦτα τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ἡμῶν ἀθανασίαν ἐκείνην ἐκδέχεσθαι ἧς ἐξέπεσε διὰ τὴν παράβασιν. Καὶ ἄκουε τί περὶ τούτων φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ· « Θάνατος μὲν εἰσῆλθε διὰ τὴν παρακοὴν, λύων δὲ ὅμως τὴν τῆς ἀπειλῆς ἀκμὴν ὁ Θεὸς ἐλπίδα εὐθὺς ἀθανασίας ἀνέτειλε τῷ γένει, καὶ τὸν Ἐνὼχ ἐκ μέσου ἁρπάζει, κἀντεῦθεν τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ὅρους ἀθανασίας ἅμα ἐκδέχεσθαι. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐπιβεβαιοῦσι καὶ οἱ μαθηταὶ Χριστοῦ λέγοντες ὅτι τὴν ἀπαφθάρτισιν ἡμῶν καὶ πολυζωΐαν τὰ κατὰ τὸν Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν ἐναργῶς παριστᾷ. Πρόσεχε οὖν· τὴν γὰρ ἀπαφθάρτισιν ἡμῶν καὶ ἀπαθανάτισιν ἀπὸ Θεοῦ λαβὼν ὁ Ἐνὼχ διὰ τῆς μεταθέσεως τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ἡμῶν, ὡς ἤδη προείρηται, ὅρους ἀθανασίας ἐκδέχεσθαι. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· ὁ δὲ χρυσόῤῥήμων Ἰωάννης ἀριδηλότερον ἔδειξεν ὅτι τὴν ἀπαφθάρτισιν ταύτην ὁ πρῶτος ἐκεῖνος εἶχεν ἄνθρωπος, οὕτω κατὰ λέξιν εἰπών· « Εὑρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, καὶ μετατίθεται. Καὶ ὅρα Δεσπότου ἀγαθότητα. Εὑρὼν γὰρ ἄνδρα τὴν ἀρετὴν κατωρθωκότα οὐκ ἀπεστέρισεν αὐτὸν τῆς ἀξίας ἣν τῷ πρωτοπλάστῳ ἐχαρίσατο πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς. » Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, τί χρὴ καὶ λέγειν; Εἰ γὰρ ὁ πρῶτος ἐκεῖνος ἄνθρωπος τὴν ἀπαφθάρτισιν εἶχε ταύτην, ἣν ἐκδέχεσθαι τὴν θνητὴν φύσιν ἐδίδασκε μετατεθεὶς ὁ Ἐνὼχ, φαίνεται πάντως ὅτι τοιοῦτος ὑπὸ Θεοῦ παρήχθη κατ' ἀρχὰς ὁ ἄνθρωπος ὁποῖον αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι τὰ θεῖα φάσκουσι λόγια. Μὴ οὖν ἀπίστει τοῖς λεγομένοις. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Σιναΐτης Θεῖος; Ἀναστάσιος

ἐν τῷ περι ἀναστασεως λόγῳ αὐτοῦ τὸν περι τούτου λόγον ἀριδηλότερον ποιεῖται, καὶ οὕτω φησί· « Τοιοῦτον ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται τὸ σῶμα τὸ πεσὸν, ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἀποβαλόμενον ἅπαν ὅπερ ἔφθασε διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπισυμβῆναι αὐτῷ. » Πρόσεχε οὖν. Εἰ γὰρ τοιοῦτον ἐγήγερται ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δὲ ἐγειρόμενον ἐκεῖνο σῶμα τότε θανάτου καὶ φθορᾶς ἅμεινον ἐγερθῆναι ὡμολόγηται, καὶ βεβαιοῖ τὸν λόγον ὁ πάμμεγας Παῦλος οὕτω λέγων· « Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, » εὔδηλον πάντως ὅτι καὶ τὸ σῶμα ἐκεῖνο, λέγω δὴ τὸ πρώτως ὑπὸ Θεοῦ ποιηθὲν, ἀθάνατον ἀληθῶς ὑπῆρχε καὶ ἄφθαρτον, ὡς ἤδη πολλάκις εἰρήκαμεν. Αὐτὸ τοῦτο παρίστησι καὶ Νυσσαεὺς θεῖος Γρηγόριος, ἡνίκα καὶ μᾶλλον εὕρηται τὸ τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ ῥητὸν ἐπεξηγούμενος τὸ διαλαμβάνον οὕτως; ἐν λέξεσι· « Τί τὸ γεγονός; αὐτὸ τὸ γενησόμενον. Καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον. » Λέγει γὰρ ὅτι χειρὶ Θεοῦ πεποιημένος ἄνθρωπος οὐχ ὃ νῦν ἐστι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἤγουν τρεπτὸς καὶ φθαρτὸς, τοῦτο ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ὃ ποιηθήσεται ὕστερον, ἄτρεπτος δηλονότι καὶ ἄφθαρτος. Εἴπερ οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε, κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ, καθά φησι Σολομών· εἴπερ οὖν ἔδειξε τὸ οἰκεῖον φιλότιμον μεταδοὺς αὐτῷ ψυχῆς νοερᾶς ὡς εἶναι καὶ ἀθάνατον ἐς τὸ διηνεκὲς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησιν· εἴπερ οὖν ζωῆς αἰωνίου ἀπόλαυσιν ἐχαρίσατο τῷ ἀνθρώπῳ κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος· εἴπερ οὖν ἡ πρώτη ποίησις τοῦ Ἀδὰμ ἄφθαρτος ἦν, ὡς ὁ Σιναΐτης φησὶ θεῖος Ἀναστάσιος· εἴπερ οὖν ἀξίωμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς τὸ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον, ὡς ὁ θεῖος Ἀνδρέας εὑρηται λέγων· εἴπερ αὐτεξουσιότητι καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς βασιλέα πάντων τῶν ἐπιγείων κατέστησε, καθάπερ ὁ μακάριός φησι Βαρλαὰμ, πῶς λοιπὸν θνητὸν αὐτὸν ὁμοῦ καὶ ἀθάνατον ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναι εἴπωμεν; ἀνένδεκτον, ὡς οἶμαι, τοῦτο καὶ λίαν ἐστί. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἀνένδεκτον, εἴγε καὶ ὁ πολὺς ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος οὐκ ἐᾷ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου τοιαῦτα φαντάζεσθαι; Παντὸς γὰρ ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος ἀνενδεᾶ τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐκεῖνον εἶπών εἶναι, ἔδειξε προφανῶς ὅτι στολὴν ἀθανασίας ἠμφιεσμένος ἦν ὁ πρῶτος ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθεὶς ἄνθρωπος. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ἀντιλέγειν οὐ θεμιτόν. Εἰ γὰρ ὑπέκειτο τὸ σῶμα ἐκεῖνο πάθεσι φυσικοῖς καὶ φθαρτὸν ὁμολογουμένως ἦν, ἢ παθῶν παντοίων ὑπέρτερον ἦν, ὡς ὁ λόγος ἤδη διεῖληφε. Καὶ περὶ ἀφθαρσίας ἀμφιδάλλειν οὐ χρή· φαίνεται γὰρ ἔτι φθορᾷ οἱαδήποτε μὴ ὑποκείμενον ἀληθῶς ἄφθαρτον ἦν.

Οὕτω μὲν οὖν, ἀγαπητὲ, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ φθαρτὸν ὡμολόγηται πρὸ τοῦ πάθους, ἐπειδὴ πάθεσι φυσικοῖς ὑπέκειτο, καὶ ἄφθαρτον αὖθις μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν·

A ctat. Tale suscitatum est ex mortuis corpus, dudum collapsum, quale ab initio erat, rejectis atque depositis omnibus quæ prius ei per peccatum accidere. Velim his mihi verbis animum advertas. Si tali suscitatum est quale ab initio erat, etsi corpus illud, quod excitatur, sic suscitari constat ut supra mortem interitumque positum sit, quod ipsum magnus ille Paulus confirmat hisce verbis : « Oportet hoc corruptibile incorruptibili natura, et hoc mortale immortalitate indui [69], » plane perspicuum est etiam corpus illud, quod est omnium primo factum a Deo, revera immortale ac interitus expers fuisse (20), sicuti jam sæpe diximus. Idem et Nyssensis ille Gregorius 90 tradit, ubi dictum illud Ecclesiastæ declarat, cujus hæc verba sunt : « Quid est B quod fuit? idem illud quod erit. Quid factum? idem illud quod fiet [70]. » Inquit enim hoc loco manu Dei factum hominem, non quod nunc propter peccatum est, nimirum mutationi et interitui obnoxius, ab initio fuisse, sed quod deinceps efficietur, expers scilicet mutationis et interitus. Quapropter si Deus in statu interitus experte condidit hominem ad imaginem æternitatis suæ, quemadmodum Solomo loquitur; si honorem ei proprium detulit, communicata cum ipso anima intelligentiæ vi prædita, quo perpetuo immortalis esset, quemadmodum Chrysostomus ait; si æternæ vitæ fruitionem largitus est homini ab initio Deus, ut magnus ille Basilius loquitur; si Adami prima creatio interitus C erat expers, ut Anastasius ille Sinaites inquit; si dignitatem hanc ab initio Deus homini dedit ut immortalis et incorruptibilis esset, ut vir divinus Andreas dixisse reperitur; si hominem Deus libertate voluntatis donatum et exornatum immortalitate regem omnium terrestrium constituit, quemadmodum vir beatus Barlaamus prædicat, quo tandem ore pariter eum mortalem ac immortalem a Deo conditum dicemus? nequit hoc ullo pacto fieri, quando peritissimus ille rerum divinarum Gregorius ejusmodi nos de homine illo principe imaginari non sinit. Cum enim illum nullo vel tegumento vel vestitu indiguisse tradit, clare demonstrat ornatu immortalitatis amictum fuisse. Enimvero his contradicere velle iniquum fuerit. Nam vel corpus D illud affectionibus hisce naturalibus subjectum erat, et pro confesso statuetur obnoxium corruptioni fuisse : vel supra omnes affectiones erat positum, quemadmodum oratione superiori est declaratum. Itaque de incorruptibilitate ipsius minime dubitandum est, cum manifesto pateat interitui nullo reapse subjectum fuisse.

Eodem modo, dilecte fili, corpus etiam Domini nostri Jesu Christi corruptibile fuisse fatemur ante passionem, cum affectionibus naturalibus subjectum fuerit, ac rursum post passionem et resurrectionem

[69] I Cor. xv, 53. [70] Eccle. i, 9.

(20) Hic et infra in multa disputat Glycas de immortalitate primi hominis Adami, quæ a veritate longius aberrant, ut pluribus theologi edisserunt ac sacræ Scripturæ interpretes, quos consule.

Persis servire cogit ut Dei contemptores, hic vero ex alia parte in libertatem vindicat, ac hisce verbis utitur : «Desine, Persarum præses ; nam peccantes quidem hos multavit afflixitque Deus, verum ad se conversos non aversatur. »

Ἔπληξε μὲν ἁμαρτάνοντας, ἐπιστρεφομένους δὲ οὐκ ἀποστρέφεται. »

Jam singulis etiam fidelium adesse custodiæ causa divinum angelum, magnus ille Basilius inter alios tradidit. Quemadmodum, inquit, apes abigit fumus, et columbas depellit fœtor, sic et vitæ nostræ custodem angelum multis deplorandum lacrymis fœtensque peccatum a nobis sejungit. Idem et Theodoretus indicat. Nam in Therapeutica sua verbis hisce utitur : «Elatus superbia diabolus lapsus esse fertur, ac deinceps adversus homines exornatos imagine divina furore quodam exarsisse, bellumque adversus ipsos suscepisse. Hac de causa rerum opificem per angelorum inspectionem atque tutelam genus humanum custodire, ne per vim ac tyrannidem inadspectabiliter eos aggressus, quos odit ex invidia, citra cujusquam metum ac libere perdat.» Quæ quidem ita esse, ac fideles singulos habere custodem angelum, etiam in Evangelio Matthæi verbis his exponitur : «Videte ne vel unum ex parvis hisce contemnatis : nam angeli eorum semper faciem Patris mei, qui **80** in cœlis est, aspiciunt[82].» Ac de his quidem hæc indicata sunto.

Ὅτι δὲ θεῖος ἄγγελος ἑνὶ ἑκάστῳ προστέτρεύει τῶν πιστῶν φυλακῆς ἕνεκεν, διείληπται μὲν καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι· « Ὡς τὰς μελίσσας φυγαδεύει καπνὸς καὶ τὰς περιστερὰς ἐξελαύνει δυσωδία, οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ πολύδακρυς καὶ δυσώδης ἀφ' ἡμῶν διίστησιν ἁμαρτία.» Οὐχ ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου καὶ αὐτῷ τῷ Θεοδωρήτῳ δεδήλωται. Ἐν γὰρ τῇ Θεραπευτικῇ αὐτοῦ τάδε φησίν· « Ἐπαρθεὶς ὁ διάβολος λέγεται πεπτωκέναι, εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς εἰκόνι θείᾳ τετιμημένων λυττῆσαι, καὶ τὸν κατὰ τούτων ἀναδέξασθαι πόλεμον. Ἔνθεν τοι καὶ τὸν ποιητὴν τῇ τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ τὸ τῶν ἀνθρώπων φρουρῆσαι γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος, ἀοράτως ἐπιὼν, οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν, ἀδεῶς διαφθείρῃ. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τῶν πιστῶν ἕκαστος ἄγγελον φύλακα κέκτηται, καὶ τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ διείληπται. Λέγει γάρ· « Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· οἱ γὰρ ἄγγελοι αὐτῶν διηνεκῶς ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Præterea quæsitum a nonnullis est num hæ potestates intellectiles ante cœli terræque creationem conditæ fuerint, an postquam illa jam facta erant. Ac Theodoretus quidem cum Gennadio mundum hunc sub oculos cadentem productum esse in ortum ante naturas illas inaspectabiles asserit. Nam quia certis circumscripti limitibus sunt angeli, conveniebat cuinino ut locus aliquis exsisteret quo continerentur. Verum reliqui Patres hoc nequaquam admittere videntur. Quid magnus ille Basilius, in libro suo *De primorum sex dierum operibus*, dicat, audi : «Erat antiquior mundi ortu conditio quædam et status, ultramundanis illis potestatibus conveniens. In eo rerum opifex quædam condidit, nimirum lucem illam intellectilem, beatitati angelorum Dominum diligentium convenientem.» Audi etiam quid Gregorius ille cognomento Theologus dicat : « Primum Deus angelicas divinasque potestates mente concipit. Ea cogitatio mox opus ipsum erat, sermone completum ac spiritu perfectum. Secundo mundum e materie crassa constantem et aspectabilem cogitat.» Huic consimilia tradit et frater ejus Cæsarius : « Omnes, inquit, carnis expertes illi cœtus angelorum prius etiam, quam mundus hic oriretur, in luce degebant.» Itidem Anastasius Sinaites, vir plane divinus, de his disserit : «Deus ille noster, ait, qui semper exsistit, ante omnia creata cogitat et condit angelicas cœlestesque potestates, quemadmodum ipse solus novit.» Præter hos et Severus et Diodorus et magnus ille Amphilochius inaspectabilium naturarum crea-

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο παρά τισιν ἠπόρηται, εἴτε πρὸ τῆς παραγωγῆς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς εἴτε μετὰ τὴν δημιουργίαν αὐτῶν αἱ νοεραὶ δυνάμεις παρήχθησαν. Ὁ μὲν οὖν Θεοδώρητος, ναὶ μὴν καὶ ὁ Γεννάδιος πρὸ τῶν ἀοράτων φύσεων διισχυρίζονται τὸν ἑρατὸν τουτονὶ κόσμον παραχθῆναι· ἐπειδὴ γὰρ περίγραπτοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι, ἔπρεπε πάντως καὶ τόπον εἶναί τινα, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐν αὐτῷ περιγράφεσθαι. Ἀλλ' ὁ λοιπὸς τῶν Πατέρων κατάλογος οὐμενοῦν αὐτὸ καταδεχόμενος φαίνεται. Καὶ τηνικαῦτα τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐν τῇ Ἑξαημέρῳ αὐτοῦ λέγοντος ἄκουε· « Ἦν τις πρεσβυτέρα τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως κατάστασις, ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι πρέπουσα. Δημιουργήματα δὲ ἐν αὐτῇ ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς ἀπετέλεσε φῶς νοητὸν, πρέπον τῇ μακαριότητι τῶν φιλούντων ἀγγέλων τὸν Κύριον. » Ἀλλὰ καὶ τοῦ θεολόγου Γρηγορίου λέγοντος οὕτως ἄκουε· « Καὶ πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς οὐρανίους δυνάμεις, καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, λόγῳ συμπληρούμενον καὶ πνεύματι τελειούμενον· δεύτερον δὲ ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον. » Ὅμοια δὲ τούτῳ διέξεισι καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Καισάριος, « Πᾶσαι, » λέγων, « ἐν φωτὶ διῆγον αἱ ἄσαρκοι τῶν ἀγγέλων χορεῖαι καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον. » Καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης περὶ τούτων οὕτω φησί· «Θεὸς ἡμῶν ὁ ἀεὶ ὢν πρὸ πάσης κτίσεως ἐννοεῖ καὶ ποιεῖ τὰς ἀγγελικὰς καὶ οὐρανίους δυνάμεις, ὡς μόνος αὐτὸς οἶδεν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Σεβῆρος, ναὶ μὴν καὶ ὁ Διόδωρος αὐτός τε ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος πρεσβυτέραν ἀποδείκνυσι τοῦ ὁρωμένου τούτου κόσμου καὶ αἰσθητοῦ τὴν τῶν ἀοράτων φύ-

[82] Matth. XVIII, 10.

σεων δημιουργίαν. Ὁ δὲ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης περὶ τούτου καὶ τάδε φησίν· « Ἕτεροι μὲν οὖν μετὰ τὸν πρῶτον οὐρανὸν τὰς ἀοράτους φασὶ παραχθῆναι δυνάμεις, ἐγὼ δὲ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ συντίθεμαι· ἔπρεπε γὰρ πρῶτον τὴν νοερὰν οὐσίαν κτισθῆναι, καὶ τότε τὴν αἰσθητὴν, καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοτέρων τὸν ἄνθρωπον. » Παράγει μὲν ὁ Θεὸς τὰς ἄνω δυνάμεις, ὡς εἴρηται πρότερον, ἔπειτα δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Τέλος πάντων ταῖς οἰκείαις χερσὶ πλάττει τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐμφυσήσας αὐτῷ, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται.

A tionem mundum hunc sub oculos cadentem atque sensilem præcessisse tradunt. Joannis Damasceni hæc verba sunt : «Alii quidem post cœlum illud primum inaspectabiles potestates conditas esse dicunt : verum ego Gregorio, cui Theologi cognomentum est inditum, assentior. Etenim conveniebat atque par erat primo intellectilem essentiam creari ac deinde sensilem, deque his ambobus hominem. Itaque supernas illas potestates initio Deus in ortum producit. Hinc cœlum, terram, mare, cuncta his comprehensa condit. Ad extremum manibus suis hominem format, cum pulverem de terra sumpsisset ac faciem ejus affasset, quemadmodum supra commemoravimus.

«Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν,» καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς γῆς. Διὰ τί πρῶτον ἐνταῦθα τῶν ἰχθύων ἐμνημόνευσε, « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς » εἰπών; Κατὰ τὴν τάξιν τῆς δημιουργίας· πρῶτον γὰρ οἱ ἰχθύες ἐκ τῆς θαλάσσης ἐγένοντο, εἶτα τὰ πετεινὰ, μετὰ ταῦτα δὲ ἀπὸ τῆς γῆς τὰ τετράποδα.

B «Faciamus, inquit, hominem ad imaginem similitudinemque nostram,» qui marinis piscibus, volucribus aereis, bestiis terræ dominetur. Enimvero cur his in verbis primo piscium facta est mentio? «Dominetur, ait, marinis piscibus.» Nimirum hoc ordini creationis est consentaneum. Nam primo pisces e mari sunt orti, deinde 81 volucres, ac secundum has bestiæ de terra quadrupedes.

Καὶ τοῦτο δὲ ζητοῦσιν, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν ἤγαγε τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεός. Ἔφθασεν εἰπὼν ὅτι « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτω τῶν ἰχθύων. » Ἵνα γοῦν ὅπερ εἶπε ἔῃλον ἔργοις αὐτοῖς γένηται, διὰ τοῦτο τὰ ζῶα ἤγαγε πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν ὑποταγὴν αὐτῶν ἐπιγνωσθῆναι (καὶ γὰρ ὡς δοῦλα παρίσταντο ὅπαντα), καὶ τὴν δοθεῖσαν ὑπὸ Θεοῦ σοφίαν τῷ Ἀδὰμ δῆλην γενέσθαι παντί· ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων ὄνομα ἔθετο τῇ αὐτοῦ φύσει κατάλληλον.

C Sunt etiam, dilecte fili, qui scire velint quamobrem animalia condita Deus ad Adamum deduxerit. Antea scilicet dixerat : «Faciamus hominem ad imaginem nostram, qui piscibus aliisque dominetur.» Ut ergo reipsa, quod dixerat, eveniret, ad Adamum animalia deduxit, ut hinc eorum obedientia cognoscetur : quippe circumstabant ipsum omnia tanquam ejus mancipia.

Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, τουτέστι δώσωμεν αὐτῷ λόγου περιουσίαν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. « Καὶ τὸ μὲν κατ' εἰκόνα ἐκ Θεοῦ ἔλαβον, ἤγουν τὸ λογικὸν εἶναι, τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν ἐμοὶ κατέλιπεν. Εἰ γὰρ ἐκεῖθεν καὶ τοῦτο ἔλαβον, ποία χάρις ἐμοί ; Ἔχω τοίνυν τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἡνίκα χρηστὸς ἀφ' ἑαυτοῦ γίνομαι. » Τούτοις οὖν ἀκολούθως καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶν ὅτι καθ' ὁμοίωσιν ἐποίησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὥστε ὁμοιοῦσθαι αὐτῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ· ἡ ἀρετὴ γὰρ ἐκ Θεοῦ μὲν ἐδόθη τῇ φύσει ἡμῶν, ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστιν ἢ ἐμμεῖναι αὐτῇ καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ Θεῷ, ἢ ἀποφοιτῆσαι αὐτῆς καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ διαβόλῳ. Ὁ δὲ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον κα' ὁμιλίᾳ αὐτοῦ καὶ τάδε φησίν· « Ἡ ἡμέρα ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, τουτέστιν ἀπὸ πάντων δέδωκε τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἔχει, τῶν τε ὁρατῶν τῶν τε ἀοράτων, δημιουργὸς ἁπάντων τυγχάνων, οὕτω καὶ τὸ ζῶον τοῦτο τὸ λογικὸν δημιουργήσας ἐβουλήθη πάντων τῶν ὁρωμένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. Διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο, βουληθεὶς αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἶναι εἰς τὸ διηνεκές. Ἀλλὰ καὶ παραβάντα τὴν ἐντολὴν οὐκ ἀπεστράφη τέλεον, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀθανασίας ἀπεστέρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας ἐπὶ τῆς

D Præterea debebat hoc pacto sapientia divinitus Adamo concessa innotescere. Nam singulis animalibus tum nomen cujusque naturæ consentaneum indidit : «Faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram.» Hoc est, largiamur ei rationis abundantiam, ut magnus ille Basilius his verbis declarat. Ex his quod imaginem attinet, eam accepi a Deo, nimirum quod rationis [sum particeps ; quod similitudinem mihi reliquit. Nam si hoc quoque indidem accepi, quænam mihi concessa est gratia? Quapropter Dei similitudinem refero, cum ex meipso bonus fio.» His consentanea Joannes etiam Damascenus tradit, Deum nos ad similitudinem condidisse, ut pro viribus humanis ei similes evadamus. Quippe virtus a Deo quidem concessa est naturæ nostræ, verum in potestate nostra situm est ut vel in ea perseveremus et obsequamur Deo, vel ab ea recedamus et obsequamur diabolo. Joannes Chrysostomus, in oratione 21 de sex dierum operibus hæc verba profert : « Quo die Deus Adamum condidit, ad imaginem Dei condidit eum, hoc est, omnium potestatem ei concessit. Nam sicut imperium Deus habet in omnia tam aspectabilia quam inaspectabilia, tanquam universorum opifex, ita cum animal hoc rationis particeps condidisset, habere ipsum voluit imperium in res uni-

versas, quæcunque sub aspectum caduni. Ideirco et essentiam animæ ipsi largitus est, uti quem immortalem prorsus esse vellet. Quin etiam mandatum ipsius transgressum non omnino aversatur, sed immortalitate spoliatum et ad mortem condemnatum prope in eodem imperio relinquit. Nam homo per rationem, qua præditus est, etiam hodie cuncta in potestate sua retinet. Quanquam enim feras agrestes nonnunquam pro libitu suo videmus in hominem irruere, tamen id tantopere mirari non debemus, quando consilio divino accidit, ut hoc modo vel inviti de peccato admoneamur, cujus causa nobis hoc contigit supplicii, ut subjectos imperio nostro metuamus. Rerum quidem omnium quæ sunt in terris, principem constitutum esse hominem a Deo, vel ipsa de forma intelligi perspicue potest. Nam recta homini forma, ceu vides, data est, qua tendit ad cœlum sursumque spectat. **82** Hæc autem omnia, sicut ait antistes ille Nyssenus, imperio convenire videntur et regiam quamdam majestatem indicare. Nam quod solus inter res universas homo talis est, cum aliis omnibus deorsum corpora propendeant, id vero palam dignitatis discrimen indicat.»

Atque hic animum mihi, dilecte fili, advertito. Cum afficere vellet hominem Deus honore peculiari, paradisum prius conserit, atque ita deinde ipsum in eo collocat, tametsi Pyron scriptor Annalium post XI primum dies Adamum paradisum ingressum esse tradat. Ego vero non video ubi Adamus antea versatus fuerit, cum XL dies extra paradisum degeret. Refutat hanc opinionem Chrysostomus, cum ait: «Licebat Adamo etiam extra paradisum degere. Verum ea loca non erant hominis domicilio præscripta destinataque, sed tam jumentis quam cæteris terræ bestiis, cum homini paradisus tanquam voluptaria quædam domus esset datus.» Eam ipsam ob causam animalia Deus ad Adamum adduxit, velut ab eo cæteroqui separata. Quæ cum ita sint, non Pyroni, sed huic oratori nostro aureo velim aures præbeas, qui reapse Spiritus sancti discipulus fuit.

Sequuntur hæc historiæ divina verba: «Faciamus Adamo adjutricem secundum ipsum[63].» hoc est, tam ipsi quam toti ejus naturæ consimilem, non reliquis animalibus: nam ea naturam eamdem cum homine communem non habent. Hic autem Manes Deum mendacem esse dixit, et consimiliter Aquila. Nam vocem hanc in versione Græca, κατ' αὐτόν, contra ipsum interpretabantur propterea quod Adamum hæc non multo post ad mandati divini violationem impulerit, ideoque facta sit insidiatrix, quæ adjutrix appelletur. Hæc illorum est opinio. Verum de sententia divini hominis Cyrilli atque etiam Damasceni, adjutrix hæc Adami dicta est ad humani generis propagationem. Itaque somnum Adamo gravissimum Deus immittit, unaque ex costis detracta mulierem ex ea construit. Hac Adamus

[63] Gen. II, 18.

A αὐτῆς ἀρχῆς ἀφῆκεν εἶναι. Διὰ γὰρ τοῦ προσόντος αὐτῷ λόγου καὶ τήμερον πάντων κρατεῖ. Εἰ γὰρ καὶ θῆρας ἀγρίους ὁρᾷς αὐθαδείᾳ χρωμένους, ἔστι ὅτε καὶ ὁρμῶντας ἀναιδῶς κατ' αὐτοῦ, μὴ θαύμαζε, ὅτι καὶ τοῦτο κατὰ θείαν πάντως οἰκονομίαν, ὡς ἐντεῦθεν τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς ἐπιμεμνῆσθαι καὶ ἄκοντας, δι' ἣν δεδοικέναι καὶ τρέμειν ὡς ὑπὸ χεῖρα κατεδικάσθημεν. Ὅτι δὲ ἄρχων ὑπὸ Θεοῦ πάντων ἐχειροτονήθη τῶν ἐπὶ γῆς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σχήματος δῆλον· ὀρθιον γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τῷ ἀνθρώπῳ τὸ σχῆμα καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνατείνεται καὶ ἄνω βλέπει. Ταῦτα δὲ πάντως, ὡς ὁ Νύσσης φησὶ, καὶ ἀρχικὰ δοκεῖ εἶναι καὶ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν ὑποσημαίνοντα· τὸ γὰρ μόνον ἐν τοῖς οὖσι τοιοῦτον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασι πρὸς τὸ κάτω B νενευκέναι τὰ σώματα, σαφῶς δείκνυσι τὴν τῆς ἀξίας διαφοράν.

Πρόσεχε, ἀγαπητέ. Βουλόμενος ὁ Θεὸς τιμῆσαι τὸν ἄνθρωπον, φυτεύει παράδεισον πρότερον, καὶ οὕτω τίθησιν αὐτὸν ἐν αὐτῷ, εἰ καὶ Πύρρων ὁ χρονογράφος (19) μεθ' ἡμέρας τεσσαράκοντα τὸν Ἀδὰμ εἰσελθεῖν ἐν τῷ παραδείσῳ φησίν. Ἀλλ' οὐκ οἶδα ποῦ διέτριβε πρότερον ὁ Ἀδὰμ, ἕξω τοῦ παραδείσου τεσσαράκοντα διάγων ἡμέρας. Ὁ μὲν οὖν χρυσορρήμων Ἰωάννης καὶ ταύτην ἐκ μέσου τὴν ὑπόνοιαν ποιεῖ, λέγων· « Ἐξὸν ἦν τῷ Ἀδὰμ καὶ ἔξω τοῦ παραδείσου C διάγειν. Ἀλλ' οὐ τῇ οἰκήσει τοῦ ἀνθρώπου ἀφώριστο, ἀλλὰ τοῖς κτήνεσι καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Ἦν δὲ αὐτοῖς βασιλικὸν ἐνδιαίτημα ὁ παράδεισος· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἤγαγε τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὡς κεχωρισμένα αὐτοῦ. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ τῷ Πύρρωνι, ἀλλὰ τῷ χρυσορρήμονι πάρασχε τὰς σὰς ἀκοὰς, ὅτι καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ὑποφήτης ὁ τοιοῦτος ὄντως ἐστί.

Μετὰ ταῦτά φησι « Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτὸν, » τουτέστιν αὐτῷ τε κατὰ πάντα ἐμφερῆ καὶ τῇ φύσει αὐτοῦ. Μὴ μέντοι γε καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα, ὅτι μηδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ τυγχάνουσι ταῦτα μέτοχα φύσεως. Ἀλλ' ἐνταῦθα Μάνης ψεύστην τὸν Θεὸν εἶπεν, ὁμοίως καὶ Ἀκύλας· τὸ γὰρ κατ' αὐτὸν ἐναντίως αὐτῷ ἐξέδοτο, ἐπεὶ τάχα τὸν Ἀδὰμ αὕτη παραβῆναι πεποίηκε, κἀντεῦθεν ὁ βοηθὸς ἐπίβουλος γέγονε. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· κατὰ δὲ τὸν θειότατον Κύριλλον τὸν Δαμασκηνόν τε Ἰωάννην βοηθὸς αὕτη τῷ Ἀδὰμ εἰς τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους κεχρημάτικε σύστασιν. Ἔκστασιν οὖν ἐπιβάλλει τῷ Ἀδὰμ, καὶ μίαν τῶν αὐτοῦ πλευρῶν ἐξελὼν οἰκοδομεῖ τὴν γυναῖκα. Ἦν καὶ θεασάμενος ὕστερον ὁ Ἀδὰμ « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου » προφητικώτατα ἔφησεν. Οὐδὲ γὰρ ἡ γυνὴ καὶ εἰσέτι τὸν αὐτὸν

(19) Quis sit Pyron ille chronologus Christianus, vel, ut ms. habet, Πύρριον, jampridem, sed frustra, inquiro; nullum enim apud veteres, quod hactenus subodoratus sim, illius Annalium vestigium.

τρόπον ἐξ ἀνδρὸς μόνου γενήσεται, ἀλλ' ἐκ συναφείας ἀμφοτέρου καὶ νόμου γαμικοῦ.

deinde conspecta verissime vaticinans dixit : « Hoc nunc demum os ex ossibus meis est [a]. » Nam mulier minime deinceps eodem modo exsistet e viro solo, sed per amborum conjunctionem et conjugii legem procreabitur.

Οὐκοῦν ἐπιβάλλει ὁ Θεὸς ἔκστασιν τῷ Ἀδάμ, καὶ μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ λαβὼν τὴν Εὔαν οἰκοδομεῖ. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν μὴ καὶ τὴν Εὔαν ἀπὸ γῆς προελθεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀδάμ, ὡς ἐντεῦθεν φίλτρον ἐντεθῆναι τοῖς ὁμοζύγοις. Ἐπιβάλλει οὖν ἔκστασιν, ἤτοι κάρον ἐντίθησι τῷ Ἀδάμ, ὡς μὴ λαβεῖν ὀδύνης αἴσθησιν ἐν τῇ ἀφαιρέσει τῆς πλευρᾶς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησι, κἀντεῦθεν ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι πρὸς τὴν ὁμόζυγον. Ἀφαιρεῖται γοῦν μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ οἰκοδομεῖ τὴν γυναῖκα, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἀνεπλήρωσεν ; Ἵνα μὴ ἔχῃ μετὰ τὴν τοῦ ὕπνου ἀπαλλαγὴν ἐκ τοῦ λείποντος αἰσθάνεσθαι τοῦ γεγονότος· εἰ γὰρ ἐν τῷ τῆς ἀφαιρέσεως καιρῷ ἠγνόησεν, ἀλλ' ὅμως ἔμελλε μετὰ ταῦτα ἐπιγινώσκειν τὸ γεγονός· ἐφ' ᾧ διὰ σαρκὸς τὴν τῆς πλευρᾶς ἀνεπλήρωσεν ἔλλειψιν.

Hoc pacto consopivit Adamum Deus, sumptaque costa ipsius una Evam construxit. Nam necessarium erat Evam non itidem, ut in Adamo factum erat, e terra provenire, sed ex ipsa potius Adami essentia, quo hac ratione mutuus amor conjugibus inderetur. Et somnum ei gravem immittit, ne sensum aliquem doloris in ademptione costæ percipere, quemadmodum Chrysostomus ait, **83** eaque de causa conjugem hostili quodam odio prosequeretur. Itidem costam unam sumit, de qua mulierem construit, ejusque locum carne complet. At quamobrem complet? Ne somno excitatus, per id quod aberat, sentire quod acciderat posset. Quanquam enim hoc ademptionis tempore ignorasset, tamen deinceps animadversurus erat. Quapropter carne Deus costæ defectum supplevit.

A « Οὐκ ἐκώλυσε δὲ τὸν θάνατον ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀθάνατον ἡμῖν τὴν ἀῤῥωστίαν τηρήσῃ. » Ἐπὶ κέρδει λοιπὸν ὁ θάνατος, καὶ ἐπ' εὐεργεσίαν ἡ τιμωρία δίδοται κατὰ τὸν ἐν θεολογίᾳ μέγαν Γρηγόριον. Ἐφ' ᾧ καὶ σκυθρωπάζειν ἐπὶ τούτοις οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ καὶ εἰς γῆν ὅθεν ἐλήφθημεν ἀποστρεφόμεθα κατὰ τὴν ἀρὰν ἐκείνην τὴν οὕτω λέγουσαν « Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » ἀλλ' ἐκεῖθεν, ὡς ὁ χρυσορῥήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ αὖθις ἀναλαμβανόμεθα, κἀντεῦθεν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταστοιχειούμεθα, καὶ τοιοῦτοι γινόμεθα πάλιν ὁποῖοι καὶ πρότερον ἦμεν, τουτέστιν ἄφθαρτοι καὶ ἀθάνατοι.

B Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐ δίκαιον, εἴγε καὶ μᾶλλον οἱ θεῖοι Πατέρες οὐδὲν ἡμῖν ἕτερον ἐπαγγέλλεσθαι λέγουσι τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἢ τὴν πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασιν. Καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, πρὸ τῶν ἄλλων τῷ θειοτάτῳ Ἀναστασίῳ περὶ τούτων οὕτως λέγοντι· « Καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Πρώτη ποίησις αὕτη, ἁπλῆ, ἄζυγος, ἄφθαρτος· πρὸς ἣν δὴ ποίησιν ἀφορᾷ καὶ ἡ τῶν σωμάτων ἀνάστασις. » Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ἡ ἐν Εὐαγγελίοις τοῦ πλανωμένου προβάτου παραβολὴ καὶ ἡ τῆς ἀπολλυμένης ὡσαύτως δραχμῆς αὐτὴν ὑπεμφαίνουσι πάντως τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ πλάνην καὶ ἔκπτωσιν, καὶ τὴν εἰς τὸ πάλιν ἐπιστροφὴν καὶ ἀνάκλησιν. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ κλίνας οὐρανοὺς ὁ Θεὸς κατεβέβηκε καὶ ἄνθρωπος γέγονεν, ἵνα τοὺς ἐκπεσόντας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν καὶ πρώτην ἐπαναγάγῃ τιμήν. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν C ἐπιστρέψας ὁ ἄσωτος ἤκουσεν· « Ἐνδύσατε αὐτὸν τὴν πρώτην στολήν. »

Εἰ δὲ καὶ λέγουσί τινες πλασθῆναι μὲν ἀθάνατον ὑπὸ Θεοῦ τὸν Ἀδὰμ, δυνάμει δὲ θνητὸν εἶναι, τουτέστι δύνασθαι θνητότητι περιπεσεῖν, εἴγε μὴ φύλαξ ἐσεῖται τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐντολῆς, δεχόμεθα μὲν τὸν λόγον αὐτῶν (εὐπαράδεκτος γὰρ εἶναι δοκεῖ, καὶ μάλιστα τοῖς μὴ θέλουσι ταῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ἐμβαθύνειν γραφαῖς), πάσχειν δὲ ὅλως αὐτὸν, τουτέστιν οἱῳδή τινι φυσικῷ πάθει πρὸ τῆς παραβάσεως ὑποκεῖσθαι, οὐδαμοῦ τοῦτο καταδεχόμεθα. Πῶς γὰρ, εἴ γέ τινα τῶν ἁγίων Πατέρων τοιοῦτόν τι περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου διεξιόντα οὐχ εὕροD μεν; Μᾶλλον μὲν οὖν ἀπαθῆ λέγουσι τὸν τοιοῦτον εἶναι, καὶ σωματικῶν πασῶν ὑπέρτερον ἀναγκῶν. Αὐτίκα γὰρ ὁ θειότατος Ἰωάννης Δαμασκηνὸς ἄκραν ἔχειν ἀπάθειαν τὸν πρὸ τῆς παραβάσεως ἄνθρωπον ἔλεγε· πεῖνα γὰρ καὶ δίψα, κόπος καὶ ὕπνος καὶ ἱδρὼς, ὡς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ αὐτοῦ λέγων εὕρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσῆλθοσαν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος ἐν τῷ περὶ Ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ τὰ ἀδιάβλητα ταῦτα πάθη τῇ τῆς κακίας εἰσόδῳ συνεπακολουθῆσαι ἡμῖν ἔλεγεν ἐν τῇ τοῦ δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ. Οὐδὲ γὰρ συμπεφυκὼς οὗτος τῇ λογικῇ φύσει καθὰ τοῖς

ἀλόγοις ἐγένετο, ἀλλ' ὕστερον ἐπετίθει, κολάζων ἐκεῖνον τὸν ἐν τιμῇ μὲν ὄντα μὴ συνιέντα δὲ, κάντεῦθεν εἰς ὑπόμνησιν ἄγων ὧν ἐξέπεσεν ἀγαθῶν. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης τὸ τοῦ πρώτου παριστῶν ἀπαθὲς ἔλεγεν « Ἐννόησόν μοι μακαριότητος ὑπερβολήν, πῶς ἀνώτεροι πάντων τῶν σωματικῶν οἱ πρωτόπλαστοι ἦσαν, πῶς καθάπερ τὸν οὐρανὸν οὕτω τὴν γῆν ᾤκουν, καὶ ἐν σώματι τυγχάνοντες τὰ τῶν σωμάτων οὐχ ὑπέμειναν. » Οὔτε γὰρ στέγης οὔτε ὀρόφου οὔτε ἱματίων οὔτε ἄλλου οὐδενὸς τῶν τοιούτων ἐδέοντο. Ἀλλὰ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος μὴ δέεσθαι λέγων τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον, τὰ αὐτὰ τῷ Χρυσορρήμονι πάντως ἐνέφηνε. Σῶμα γὰρ μήτε κρυμοῖς ὑποπίπτον μήτε θάλψεσιν. Εἰ γὰρ ἐλύπει τοιοῦτόν τι πάθος αὐτὸ, καὶ σκεπάσματος ἂν ἐξ ἀνάγκης καὶ προβλήματος ἐπιδεὲς ἦν. Οὐκ ἂν αὐτὸν πάσχειν φήθη κατά τι ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ, εἴγε καὶ μᾶλλον τὴν παχυτέραν σάρκα καὶ θνητὴν, ἀφ' ἧς ἄρα καὶ τὸ πάσχειν ἡμῖν, ἐν τῇ τοῦ δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ τὸν Ἀδὰμ ἐνδύσασθαι ἔλεγεν. Ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι πρὸ τῆς τοιαύτης περιβολῆς ἀπαθὴς ὁ ἄνθρωπος ἦν ἅτε δὴ σάρκα λεπτοτέραν ἐνδεδυμένος, ἀθάνατόν τε καὶ ἄφθαρτον. Ἀλλ' ἐπὶ ταύταις ταῖς λέξεσι χαλεπαίνειν οὐ χρή. Κατὰ γὰρ τὸν Χρυσορρήμονα Ἰωάννην πάσης ἀπήλλακτο τὸ σῶμα ἐκεῖνο φθορᾶς. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄφθαρτον αὐτὸ δικαίως ὁ λόγος ἐκάλεσεν. Εἰ δὲ ἄφθαρτον, εὔδηλον ὅτι καὶ ἀθάνατον ἦν. Εἰ γὰρ ἐπάγεσθαι εἰώθασι καὶ νόσοι καὶ θάνατοι ἔκ τε πλεονεξίας καὶ ἐλλείψεως τῶν τεσσάρων χυμῶν, καθὰ δὴ τῷ Χρυσορρήμονι δοκεῖ, τὸ δέ γε σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐν ἀπαθείᾳ διῆγε καὶ ὡσαύτως εἶχεν ἀεὶ (οὐδὲ γὰρ ἀλλοίωσιν ἐδέχετό τινα παραπλησίως ἡμῖν, ἅτε δὴ παθῶν παντοίων ὑπέρτερον ὄν), φαίνεται πάντως ὅτι καὶ ἀθανασίας ὑπῆρχε μέτοχον, ὡς ὁ λόγος ἤδη ῥηθὰς ἐδήλωσεν. Ὅτι δὲ φυσικῶν παθῶν ἀνώτερος ὁ ἄνθρωπος ἦν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, καὶ ὁ μέγας ἔδειξε Βασίλειος ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ κατὰ ῥῆμα θεὶς ὧδε οὕτωσί· « Ὥσπερ εἰ ἦμεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, οὐκ ἂν ἐπινοίας καὶ μόχθου γεωργικοῦ προσεδεήθημεν, οὕτως εἰ ἦμεν ἐν ἀπαθείᾳ κατά γε τὸ πρὸ τοῦ παραπτώματος ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα, οὐδενὸς ἂν τῶν ἐξ ἰατρικῆς πρὸς παραμυθίαν ἐχρῄζομεν. » Εἴπερ οὖν ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα εἶχε πρὸ τοῦ παραπτώματος ἀπαθείας ὁ ἄνθρωπος, πῶς εἴπωμεν οἵῳ δή τινι φυσικῷ πάθει περιπίπτειν αὐτὸν ἐν τῷ τῆς ἀπαθείας καιρῷ; Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Μάξιμος τὰ πάθη ταῦτα, λύπην ἡδονὴν ἐπιθυμίαν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πρόσεστι τήμερον, ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων ἔλεγε μοίρας ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον εἰσδραμεῖν· ἐπειδὴ γὰρ ὁμοιωθῆναι κατεδικάσθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι κατὰ γένεσιν, ἐκεῖθεν ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ πάθη ταῦτα πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο. Οὐδὲ γὰρ προηγουμένως συνεκτίσθη ταῦτα τῷ ἀνθρώπῳ, καθὼς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ἔλεγεν, διὰ δὲ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν ὑπεισῆλθε τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως. Εἰ

cum pelliceæ tunicæ amictu dicit. Etenim illa naturæ rationis participi, tanquam brutis animalibus, naturaliter non adhærebat, sed deinceps accessit, ut ei pœnæ loco foret, qui cum esset in honore, animum tamen non advertit; quo per ipsam scilicet admoneretur quibus bonis excidisset. Joannes item Chrysostomus ostendens hominem primum expertem affectionum fuisse, verbis hisce utitur: «Considera mihi beatitatis abundantiam, quo pacto supra res corporeas omnes positi fuerint homines illi principe loco formati a Deo; quo pacto terram sic incoluerint ac si cœlum incolerent, quo pacto in corporibus exsistentes, quæ propria corporum sunt non pertulerint. Nec enim vel tecto vel laqueari vel indumentis vel alia quapiam tali re indigebant.» Consimiliter Gregorius ille theologus hominem primum nec tegumento nec vestitu indiguisse dicit. Habebat enim corpus, quod neque frigori nec æstui foret obnoxium. Quippe si ejusmodi quæpiam affectio læsisset ipsum, etiam necessario tam tegumento quam vestitu indigulsset. De quo colligitur divinum hunc virum existimasse nihil omnino tale ullo pacto corpus illud hominis primi perpessum esse. Imo tradit idem Adamum carnem hanc crassiorem et morti obnoxiam, a qua ipsa proficiscuntur hujusmodi affectiones, una cum amictu pelliceæ tunicæ induisse. Quo indicare voluit ante amictum ejusmodi fuisse hominem affectionum expertem, ut qui carne subtiliore immortali et incorruptibili prius indutus esset. Quæ voces exhibere tibi molestiæ nihil debent. Nam de Chrysostomi sententia corpus illud ab interitu erat immune; quam ob causam merito incorruptibile dicitur. Quodsi erat incorruptibile, planum est etiam immortale fuisse. Nam cum morbi atque mortes tam ex abundantia quam defectu quatuor humorum oriri consueverint, assentiente nobis in hoc ipso etiam Chrysostomo, et vero corpus Adami expers affectionum fuerit, eodem modo scilicet affectum perpetuo (non enim mutationem ullam admittebat, quod in nobis usuvenire cernimus, tanquam supra omnes affectiones positum), perspicuum prorsus est etiam particeps immortalitatis fuisse, quemadmodum jam multoties est indicatum; et fuisse hominem id temporis supra omnes affectiones positum, magnus ille Basilius in *Asceticis* suis ostendit ubi ad verbum hæc exstant: «Quemadmodum si essemus in paradiso deliciarum, non vel consideratione vel labore agricultionis indigeremus, ita si essemus in statu affectionum experte, secundum illam gratiam quæ nobis erat ante lapsum in creatione concessa, nihil arte medica nostrum ad usum egeremus.» Quodsi ergo gratiam hanc ante lapsum in creatione habuit homo, quo tandem ore dicemus eum ulli affectioni naturali obnoxium id temporis fuisse, cum prorsus expers affectionum foret? quin etiam magnus ille Maximus affectiones hasce, mœstitiam, voluptatem, appetitum aliasque tales,

quæ hodie insunt humanæ naturæ, de sorte brutorum in hominem translatas esse dicit. Posteaquam enim condemnatus est, ut ortu brutis jumentis consimilis sit, necessario quoque tales affectiones inde nactus est. Non enim illæ prius erant in homine conditæ, quemadmodum divinus hic vir in iis quæ ad Thalassium scripsit inquit, sed propter amissionem perfectionis furtim velut ingressæ sunt, parti naturæ nostræ magis aliquanto brutæ adhærescentes. Quæ cum ita sint, qui dicemus in ipsa perfectione primum illum hominem hujusmodi quidquam perpessum esse?

A δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς εἴπωμεν ἐν αὐτῇ τῇ τελειότητι πάσχειν ὅλως τὸν πρῶτον ἐκεῖνον ἄνθρωπον;

Quapropter multis jam demonstratum est ante transgressionem nulli prorsus affectioni naturali hominem obnoxium fuisse, ut qui concessæ per gratiam immortalitatis minime fuerit expers. Quo posito qui pati vel affici potuit? Nam si passus est, etiam necessario naturam mortalem ac interitui obnoxiam habebat. Enimvero ne hac in parte sic sentiamus, non modo sanctorum hominum a nobis indicatorum cœtus vetat, sed etiam synodus illa quæ Carthagine convenit. Ejus enim hæc verba sunt, canone 109: « Si quis dicit Adamum a Deo conditum esse mortalem ac non post peccatum prolapsum esse in interitum, exsecrabilis esto. » Quo fit ut minime mihi vel convenire vel pium esse videatur ad convellendam hanc sententiam Gregorii theologi verba producere. Quanquam enim is dicere videtur hominem illum principem fuisse terrenum corpore, cœlestem animo, caducum pari er et immortalem, aspectabilem et intellectilem, medium inter magnitudinem et humilitatem, eumdem tam spiritum quam carnem, spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam, illud quidem ut maneat suumque benefactorem celebret, hoc vero ut patiatur ac patiens commoneſiat propterque magnitudinem arroganter sibi placens castigetur ac eruditur, non tamen ita nos statuendum esse censemus, quando divina istæc verba nequaquam debere primum ad hominem referri existimamus. Qui enim hoc faciamus? cum theologum ipsum alibi audiamus ad verbum ita loquentem: « Quandoquidem ob invidiam diaboli mors ingressa est mundum hominemque dolo circumscripsit, idcirco Deus homo factus passione nostra vexatur et afficitur. » Quæ sane verba considerari attente cupio. Nam si mors, uti noster hic Theologus loquitur, hominem dolo circumscripsit atque surripuit, omnino patet existimasse divinum hunc virum ante fraudem illam corporis etiam ratione hominem immortalem fuisse. Quodsi demus, quo tandem pacto dixit: « Ut patiatur, et patiens commoneſiat, propterque magnitudinem arroganter sibi placens castigetur ac eruditur? » Quippe quod est immortale, nequaquam sic comparatum est ut ullo modo pati possit. Quid multis verbis opus est? si passionibus homo fuit ante peccatum obnoxius, etiam necessario sequitur eum fuisse fluxum et caducum; si fluxus erat, perspicue patet mortalem quoque fuisse; si erat mortalis ab initio, restat interitum atque mortem ex inobedientia non esse ortam. Id vero, mea quidem opinione, nemo ra-

Δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν ὅτι πρὸ τῆς παραβάσεως οἱῳδή τινι φυσικῷ οὐχ ὑπέκειτο πάθει ὁ ἄνθρωπος, ἅτε δὴ τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιρῶν. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔπασχεν; εἰ γὰρ ἔπασχεν, καὶ θνητῆς ἂν ἐξ ἀνάγκης φύσεως ἦν καὶ φθαρτῆς. Ἀλλ' ἡμᾶς οὕτω φρονεῖν ἐπὶ τούτοις κωλύει μὲν καὶ ὁ τῶν διαληφθέντων ἁγίων χορὸς, B κωλύει δὲ πλέον καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ συστᾶσα σύνοδος ἐν ἑκατοστῷ ἐννάτῳ κανόνι αὐτῆς οὕτω λέγουσα· « Εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθοράν, ἤτω ἀνάθεμα. » Ταύτῃ τοι καὶ παράγειν ἐνταῦθα τὸν θεολόγον Γρηγόριον οὐκ εὐπρεπὲς ἡμῖν οὐδὲ ὅσιον ἡγηται. Εἰ γὰρ καὶ λέγειν ἔοικε τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον ἐπίγειον εἶναι τὸ σῶμα καὶ οὐράνιον τὴν ψυχὴν, πρόσκαιρον ὁμοίως καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος, πνεῦμα καὶ σάρκα τὸν αὐτὸν, τὸ μὲν ἵνα μένῃ καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην, τὸ δὲ ἵνα πάσχῃ καὶ πάσχων ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται τῷ μεγέθει φιλοτιμούμενος, ἀλλ' οὐχ οὕτω δοκεῖ περὶ τούτου καὶ ἡμῖν, ὅτι μηδὲ τὰ θεῖα ταῦτα ῥητὰ τοῦ C πρώτου χάριν ἀνθρώπου λελέχθαι νομίζομεν. Πῶς γὰρ, εἴγε καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ θεολόγου λέγοντος ἀλλαχοῦ κατὰ λέξιν οὕτως ἠκούσαμεν· « ἐπεὶ δὲ φθόνῳ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε καὶ ὑφεῖλε διὰ τῆς ἀπάτης τὸν ἄνθρωπον, διὰ τοῦτο τῷ ἡμετέρῳ πάθει Θεὸς γενόμενος ἄνθρωπος. » Ἀλλὰ προσέχειν ἐνταῦθα παρακαλῶ. Εἰ γὰρ ὑφεῖλε τὸν ἄνθρωπον, ὡς ὁ θεολόγος φησὶ, διὰ τῆς ὀπάτης ὁ θάνατος, φαίνεται πάντως ὅτι πρὸ τῆς ἀπάτης ἀθάνατον εἶχε κατὰ τὸ σῶμα τὸν ἄνθρωπον ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔλεγεν· « Ἵνα πάσχῃ καὶ πάσχων ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται; » Τὸ γὰρ ἀθάνατον οἱῳ'δή τινι τρόπῳ πάσχειν οὐ πέφυκε. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἴγε καὶ πάθεσιν ὑπέκυπτε πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος, D καὶ ῥευστὸς ἐξ ἀνάγκης ἦν· εἰ δὲ ῥευστὸς ἐκεῖνος, εὔδηλον ὅτι καὶ θνητός. Εἰ δὲ θνητὸς ἀπ' ἀρχῆς ἦν, οὐ διὰ παρακοῆς λοιπὸν ἡ τε φθορὰ καὶ ὁ θάνατος. Ἀλλ' οὐκ ἄν, ὡς οἶμαι, τοῦτο εἴποι τις λογισμοῦ κύριος ὤν. Πῶς γὰρ, εἴγε καὶ ἀναθέματι τοὺς οὕτω φρονοῦντας ἡ διαληφθεῖσα καθυποβάλλει ἁγία σύνοδος; Ἄλλως τε εἰ πρόσκαιρον εἶναι πρὸ τῆς παραβάσεως ᾤετο τὸν Ἀδὰμ, πῶς αὐτὸν ἐπὶ κέρδει λαβεῖν ἔλεγε τὸν θάνατον ὕστερον; ἵνα γὰρ μὴ τὸ κακὸν ἀθάνατον ᾖ, διὰ τοῦτό φησι θανάτῳ τὸν Ἀδὰμ συγχωρηθῆναι πεσεῖν. Ἀλλὰ κἀνταῦθα προσέχειν ἄξιον. Φαίνεται γὰρ ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος ἀθάνατος ἦν, ἐπεὶ πῶς ἀθάνατον ἔμελλε μεῖναι

τὸ κακὸν, εἰ μή γε καὶ μετὰ τὴν ἀπάτην ὁ ἄνθρωπος ἀθανασίᾳ συζῆν ἔμελλε, καθὰ δὴ καὶ τὸ πρότερον; Συγκεχώρηται λοιπὸν ὁ ἀθάνατος, ὡς ἤδη προείρηται, θανάτῳ περιπεσεῖν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν· ὃ δὴ καὶ κέρδος ὁ Θεολόγος ἐκάλεσεν. Ἀλλὰ μὴ δυσχέραινε τούτου ἕνεκεν. Εἰ γὰρ θνητὸς ὁ Ἀδὰμ καὶ πρὸ τῆς παραβάσεως ἦν, θνητὸς δὲ καὶ μετὰ τὴν παράβασιν, πότε λοιπὸν ἐδέξατο τοῦ θανάτου τὸ ἐπιτίμιον; πότε δὲ καὶ τοὺς δερματίνους ἠμφιάσατο χιτῶνας; Εὔδηλον οὖν ὅτι περὶ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως τὸν λόγον ποιούμενος τῷ σώματι μὲν ἔλεγε πρόσκαιρον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀθάνατον δὲ τῇ ψυχῇ. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ πάσχειν αὐτὸν ἔλεγε χάριν ὑπομνήσεως καὶ παιδεύσεως, ἐπεὶ πῶς ἂν ὑπέπιπτε πάθεσι τὸ σῶμα ἐκεῖνο τὸ μὴ δεόμενον ἐπικαλύμματος κἀντεῦθεν ἀπαθὲς γνωριζόμενον; Ἀντιλέγειν οὖν ἐπὶ πλέον οὐκ εὔλογον· εἰ γὰρ πρόσκαιρος ἦν ὁ Ἀδὰμ ἀπ' ἀρχῆς, εἰ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπῆρχε θνητὸς, οὐκ ἂν ὁ μέγας Παῦλος ἔλεγεν· « Ὀψώνιον τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. » Ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος ἀθάνατος ἦν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ πασῶν λοιπὸν σωματικῶν ἀναγκῶν ὁ τοιοῦτος ὑπέρτερος.

A tionis compos dixerit, quando sic sentientes indicata synodus exsecrationi subjicit. Quodsi Gregorius Adamum ante transgressionem putabat caducum fuisse, qui fit ut ei deinceps mortem lucri cujusdam instar accessisse dicat? Sic enim loquitur: ne malum perpetuum foret, Adamo Deus concessit ut per mortem exstingueretur. Quæ ipsa quoque verba considerari attentius merentur. Nam ex eis apparet fuisse hominem ante peccatum immortalem. Qui enim malum perpetuum futurum erat, si homo post deceptionem non eodem modo quo prius victurus erat in immortalitate? Itaque permittitur immortali, ceu jam ante diximus, ut per mortem interiret, ne malum perpetuum foret; quod ipsum Gregorius etiam lucrum appellavit. B Nolim vero te hac disputatione perturbari. Nam si Adamus tam ante transgressionem quam post eam mortalis erat, quando tandem supplicio mortis est affectus? Quando pelliceas illas tunicas induit? Quapropter intelligi non obscure potest Gregorium de communi hominum natura disserentem dixisse hominem corpore caducum, animo immortalem esse. Nam eo respiciens ait ipsum pati commonefactionis castigationisque causa. Cæteroqui vero qui passionibus obnoxium esse corpus illud potuisset, quod tegumento vestituque nullo indigebat? Hoc ipso nobis argumentum suppeditante, quod passionum expers fuerit. Itaque non convenit hac in parte quemquam nobis diutius adversari. Si enim caducus fuisset ab initio, si ante peccatum mortalis, non eximius ille Paulus mortem esse peccati stipendium dixisset [17]; quibus verbis significavit hominem ante peccatum fuisse immortalem. Quod 97 si verum esse concedimus, sequitur eumdem omnibus corporeis necessitatibus superiorem extitisse.

Ὡς εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν ὅτι καὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἄγευστος ἦν ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν ἐσθίειν ἐπέτρεψε τῷ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐμενοῦν ἐκεῖνος καὶ βρῶσις ἦν αἰσθητὴ καὶ ῥευστή. Καὶ τοῦτο προϊὸν ὁ λόγος ἀριδηλότερον δείξει σοι. Ἦ γὰρ, ὡς ὁ μέγας φησὶ πρὸς Ἀντίοχον Ἀθανάσιος, ἄφθαρτά εἰσι τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ φυτὰ, καὶ πῶς ὀδοῦσιν ἐτέμνοντο; πῶς ἐβιβρώσκοντο; τὸ γὰρ ἄφθαρτον οὔτε τέμνεσθαι πέφυκεν οὔτε βιβρώσκεσθαι. Ἢ φθαρτὰ ἐν τῷ παραδείσῳ, καθά τινες ὑποπτεύουσι, καὶ πῶς αὐτὰ τροφὴν ὁ Ἀδὰμ ἐποιεῖτο; δότωσαν ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. Εἰ γὰρ τὸ προσὸν αὐτῷ τηνικαῦτα σῶμα διαπνεόμενον ἦν ἅτε φθορᾷ καὶ ῥεύσει ὑποκείμενον, καὶ τεινῶν ἐξ ἀνάγκης ἦν· ᾗ ἀδιάπνευστον ἔμενεν ὡς ἄρευστον ὑπάρχον καὶ ἄφθαρτον, καὶ τί τὸ καταναγκάζον αὐτὸ αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως; Ἀλλ' οὐκ ἔχοιεν ἄν τι καὶ λέγειν, εἴγε καὶ μᾶλλον ἀνώτερος ἦν ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησί· πεῖνα γὰρ καὶ δίψα καὶ κόπος καὶ ὕπνος καὶ ὀδύνη καὶ φθορὰ, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν (21). Ὅρα λοιπὸν νουνεχῶς, καὶ μὴ τοῖς ἔνθεν κἀκεῖθεν εὑρισκομένοις καὶ ἄλλα τε διηγουμένοις ἀπερισκέπτως ὑπάνοιγε τὰς ἀκοὰς, ἀποστρέφου

C De quo porro colligitur hominem ab initio cibum sensilem non degustasse. Quanquam enim Deus Adamo potestatem in paradisi quaslibet arbores largitus est, non tamen inde sequitur esum istis sensilem ac fluxum fuisse, quemadmodum tibi clarius indicabitur ubi nonnihil progressa fuerit oratio. Nam uti magnus ille Athanasius ad Antiochum disserit, vel interitus expertes putari debent arborum paradisi fructus: et quo pacto dentibus secebantur? qui comedebantur? cum res interitu expers neque dividi neque comedi possit: vel interitui obnoxii, quemadmodum nonnulli existimant: et qui Adamus eos pro nutrimento usurpabat? Ad hæc nobis respondeant. Quippe corpus illud quod tunc habebat, vel erat perspirabile tanquam D interitui ac fluxioni subjectum, ideoque necessario cesserebat; vel non perspirabile manebat tanquam fluxionis et interitus expers. Quo concesso quænam urgebat ipsum necessitas ut cibum sensilem sumeret? Enimvero nihil hic habituri sunt quod dicant. Potius existimandum hominem ad imaginem Dei conditum supra corporeas necessitates omnes positum fuisse, quemadmodum Chrysostomus loquitur. Nam fames sitis fatigatio somnus dolor interitus, sicut et antea monuimus, post transgres-

[17] Rom. VI, 23.

(21) *Εἰ γε..... εἰσήλθοσαν.* Ex V. et G

sionem hominum vitam occuparunt. Quamobrem hæc tibi prudenter consideranda sunt, nec hinc inde congestis et quævis exponentibus aures citra judicium adhibendæ : sed potius ea velut aspernanda proque nihilo ducenda rejicies, quemadmodum et nos paulo ante fecimus. Nam hujusmodi complura reperta lectaque a nobis inter fabulas retulimus. Quamobrem istuc? quod a recta doctrinæ Patrum sententia procul ea recedere judicaremus. Quare noli cibum in paradiso fluxum existimare, nec scriptis adeo jejunis animum adverte, quando Litteræ sacræ sæpius alia per alia declarant atque docent. Ejus generis sunt hæ voces : « Formavit hominem Deus sumpto de terra pulvere [78]. » Item illa : « Afflavit in faciem ejus spiritum vitalem [79]. » Et hæc : « Inambulabat a meridie Deus in paradiso. » Nam istæc prorsus deo corporis experti non conveniunt, quæ tamen ita litteræ sacræ, imbecillitati nostræ semet accommodantes, protulerunt. Nisi enim hoc demus, absurda multa consequentur. Nimirum os deo tribuemus et manus et pedes aliaque talia. Nam si manibus carebat, qui fingebat hominem? si ore carebat, qui afflabat in faciem ejus? si pedibus carebat, cur aiunt litteræ sacræ 98 in paradiso eum a meridie inambulasse? At enim hæc omnino locum non habent. Nam sacrorum ille Patrum cœtus supervenit, qui hujusmodi dicta enarraret, nosque doceret quo illa pacto sint accipienda, ne pro arbitro lubitique nostro oberrantes per præcipitia collaberemur ac procul a via recta deflecteremus.

Sic ergo de arbore cognitionis existimare ea par est, licet opinionum diversitas quædam incidat. Divinus quidem ille vir, Isidorus Pelusiensis, ita de hac re disserit. Christus ficum exsecratur, ut Judæis ostenderet se etiam afficere supplicio posse. Subest autem huic rei quædam arcana ratio, quam a senibus sapientissimis accepimus, nimirum illud transgressionis lignum fuisse, cujus foliis transgressores pro tegumento utebantur. Hoc lignum benigna quadam ex affectione Christus exsecrabatur, ne videlicet amplius fructum, qui foret delicti causa, ferret. Joannes autem Damascenus, rerum ille divinarum peritissimus, cibum paradisi vocat agnitionem divinam. Largitur enim Deus quidem Adamo potestatem in omnes paradisi arbores, verum non cibi causa, sed uti hoc modo ad ipsum opificem deduceretur. Quippe de magnitudine ac venustate creatorum, ut Sapiens ait [80], opifex eorum agnosci consuevit. Ac vide mihi, obsecro, qui divinus hic Joannes dicta de paradiso accipiat, et quid de iis tradat. Aiunt sacræ litteræ : « Omnibus paradisi arboribus vesceris. » Per omnia creata scilicet ad me opificem conscendes, unumque de omnibus fructum percipies, nimirum me, qui reapse vita sum. Omnia tibi vitæ fructum proferant, adeoque quod exsistis nihil esse putabis aliud quam mei fruitionem. Atque hæc illi tradide-

δὲ μᾶλλον αὐτὰ καὶ οὐδὲν ἧττον καὶ ἀπόῤῥιπτε, καθὰ δὴ πρὸ ὀλίγου καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν. Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ εὕρομεν καὶ ἀνέγνωμεν, καὶ μετὰ τῶν μύθων ἐτάξαμεν, ὅτι τοῦ ὀρθοδόξου τῶν πατέρων φρονήματος πόῤῥω που πίπτοντα ταῦτα διέγνωμεν. Μὴ τοίνυν ἐν παραδείσῳ βρῶσιν εἶναι ῥευστὴν ὑπελάμβανε, μηδὲ ξηραῖς οὕτω ταῖς γραφικαῖς πρόσεχε λέξεσιν (22), εἴγε καὶ μᾶλλον ἕτερα δι' ἑτέρων ἡ ἁγία πολλάκις διδάσκει Γραφή. Ὁποῖον δὴ καὶ τὸ « Ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, » καὶ τὸ « ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, » καὶ τὸ « περιεπάτει ὁ Θεὸς ἐν τῷ παραδείσῳ κατὰ τὸ δειλινόν. » Ταῦτα μὲν γὰρ ἀνοίκεια τῷ ἀσωμάτῳ πάντως Θεῷ· λέγει δὲ ὅμως ἡ ἁγία ταῦτα Γραφὴ ταῖς ἡμῶν ἀσθενείαις συγκαταβαίνουσα. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο δώσομεν, πολλὰ ἡμῖν ἐπακολουθήσει τὰ ἄτοπα. Στόμα γὰρ αὐτῷ περιθήσομεν χεῖράς τε καὶ πόδας, καὶ ὅσα τοιαῦτα· καὶ γὰρ εἰ μὴ χεῖρας εἶχε, πῶς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον; εἰ μὴ στόμα εἶχε, πῶς ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; εἰ μὴ πόδας εἶχε, πῶς ἡ Γραφὴ λέγει περιπατεῖν αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ κατὰ τὸ δειλινόν; ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ἔφθασε γὰρ ὁ τῶν ἁγίων Πατέρων χορὸς ἐπελθεῖν τὰ τοιαῦτα θεῖα ῥητὰ, καὶ διδάξαι ἡμᾶς ὅπως ἐκλαμβάνειν αὐτὰ χρὴ, καὶ μὴ τῷ οἰκείῳ θελήματι παρασυρομένους ἄλλεσθαί τε κατὰ κρημνῶν καὶ τῆς εὐθείας πόῤῥω που φέρεσθαι.

Οὕτω μὲν οὖν καὶ περὶ τοῦ φυτοῦ ἐκείνου, τοῦ ξύλου δηλονότι τῆς γνώσεως, διανοεῖσθαί σε ἄξιον, εἴγε καὶ διαφωνίαν ἐπὶ τούτοις τινὰ παρεμπίπτουσαν ἔχομεν. Αὐτίκα γὰρ ὁ θειότατος Ἰσίδωρος ὁ Πηλουσιώτης οὕτως εὕρηται περὶ τούτου διεξιών. « Κατᾶραται μὲν τὴν συκῆν ὁ Χριστὸς, ἵνα δείξῃ τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι καὶ κολάζειν δύναται. Ἀμὰ δέ τις τούτῳ καὶ ἀπόῤῥητος συμπέπλεκται λόγος, παρὰ γερόντων σοφῶν εἰς ἡμᾶς διαφοιτήσας, ὅτι τὸ ξύλον τῆς παραβάσεως τοῦτο ἦν, οὗ καὶ τοῖς φύλλοις οἱ παραβάντες εἰς σκέπην ἐχρήσαντο. Καὶ κατηράθη παρὰ Χριστοῦ φιλανθρώπως μηκέτι ἐνεγκεῖν αἴτιον ἁμαρτίας. » Ὁ δὲ τὰ θεῖα σοφὸς Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς βρῶσιν ἐπὶ παραδείσου τὴν θείαν εἶπεν ἐπίγνωσιν. Δίδωσι γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἐξουσίαν πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν, πλὴν οὐ βρώσεως ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα πρὸς αὐτὸν ἐντεῦθεν τὸν δημιουργὸν ἐπανάγηται· ἀπὸ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ὥς πού φησι Σολομὼν, ὁ δημιουργὸς αὐτῶν ἐπιγινώσκεσθαι εἴωθεν. Καὶ ὅρα πῶς· ἐκλαμβάνει περὶ παραδείσου ὁ θεῖος οὗτος Ἰωάννης, καὶ τί φησιν ἐπ' αὐτοῖς. « Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃς. Διὰ πάντων, λέγω, τῶν κτισμάτων ἐπ' ἐμὲ σὸν ποιητὴν ἀναβιβάσθητι, καὶ ἕνα καρπὸν ἐκ πάντων κάρπωσαι, ἐμὲ τὴν ὄντως ζωήν. Πάντα σοι ζωὴν καρποφορείτω, καὶ τὴν ἐμὴν μέθεξιν ποιοῦ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως σύστασιν. » Καὶ

[78] Gen. II, 7. [79] Gen. III, 8. [80] Sap. XIII, 5.

(22) Ὅτι τοῦ ὀρθοδόξου . . . . . λέξεσιν. Ex F.

οὗτοι μὲν οὕτως, ὁ δὲ θειότατος Γρηγόριος ὁ Νύσσης οὕτω κατὰ ῥῆμα διέξεισιν, ὅτι τὸ ἀπηγορευμένον ἐκεῖνο τῇ βρώσει ξύλον οὔτε συκῆν, ὥς τινές φασιν, οὔτε τι τῶν ἀκροδρύων ἕτερον εἶναι πεπείσμεθα. Εἰ γὰρ καὶ περὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἐνταῦθα δοκεῖ λέγειν ὁ θεόπτης Μωσῆς, ἀλλ' ἐγὼ, φησὶ, τῆς ἁγίας ἀκούων Γραφῆς οὐ μόνον σωματικὴν ἐπίσταμαι βρῶσιν, ἀλλά τινα καὶ ἑτέραν οἵαν τροφὴν, ἧς ἡ ἀπόλαυσις ἐπὶ μόνην τὴν ψυχὴν διαβαίνει. Φάγετε καὶ γὰρ τὸν ἐμὸν ἄρτον, ἡ σοφία τοῖς πεινῶσι παρακελεύεται, καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ὑμῖν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος τὴν Σαμαρειτῶν ὑπεμφαίνων σωτηρίαν ἔλεγε « Βρῶσιν ἔχω φαγεῖν ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, » καὶ ἀλλαχοῦ « Ὁ διψῶν ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω. » Οὐκοῦν τῆς φυτείας τῆς ἐν Ἐδὲμ (τρυφὴ δὲ ἡ Ἐδὲμ ἑρμηνεύεται) ἄξιόν τινα καρπὸν ἐννοῆσαι προσήκει, καὶ τρέφεσθαι διὰ τούτου μὴ ἀμφιβάλλειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ μὴ πάντως τὴν παροδικὴν καὶ ἐπίῤῥυτον ταύτην τροφὴν ἐπὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς ἐννοεῖν. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος νοερὰν εἶναι βούλεται τὴν βρῶσιν ἐκείνην, οὐ μὴν αἰσθητήν τε καὶ σαρκικήν. Εἰ γὰρ τοιαύτην ἐσήμανε βρῶσιν τὰ θεῖα ῥητὰ, καὶ σαρκικῶς ἀπέθνησκον οἱ ταύτης ἀπογευόμενοι· νοερῶς δ' οὖν ἡμαρτηκότες τὸν τῆς ψυχῆς αὐτίκα δέχονται θάνατον. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος τὸ φυτὸν ἐκεῖνο, τὸ ξύλον δηλονότι τῆς γνώσεως, θεωρίαν εἶναι ἔφησεν, τουτέστι γνῶσιν τελεωτέραν τινὰ, ἧς ἐπιβαίνειν οὐκ ἀσφαλὲς τοῖς γε λιχνοτέροις τὴν ἔφεσιν. Πρόσεχε οὖν. Δέδεικται γὰρ ἐκ πολλῶν ὅτι βρώσεως αἰσθητῆς ἐν τῷ παραδείσῳ οὐκ ἦν ἐνδεὴς ὁ Ἀδάμ· ἀθάνατος γὰρ ὑπὸ Θεοῦ παραχθεὶς οὐκ ἦν οὐδενὸς ἐνδεής. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἰ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγγέλων ἐν τῇ ἀναστάσει ζήσεται ὁ ἄνθρωπος (« καὶ ἔσονται » γάρ φησι « πάντες ὡς ἄγγελοι Θεοῦ »), ἡ δὲ τῆς ἀναστάσεως χάρις οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν κατά γε τοὺς θείους Πατέρας ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασις, εὔδηλον πάντως ὅτι πρὸ τῆς παραβάσεως ἰσάγγελον εἶχε τὴν ζωὴν ὁ Ἀδάμ, μήτε βρώσει μήτε πόσει, καθάπερ εἴρηται, χρώμενος, ὅτι μηδὲ παρὰ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῖς τοιοῦτόν τι τεθεώρηται. Μὴ τοίνυν ἐν παραδείσῳ τὸν ἄνθρωπον αἰσθητῆς ἐμφορεῖσθαι νόμιζε βρώσεως, ὅτι μηδὲ χρείαν εἶχε ταύτης ἐκεῖσε διά γε τὴν αὐτῷ τηνικαῦτα προσοῦσαν ἀπάθειαν. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ἀμφιβάλλειν οὐκ ἔπρεπεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ φυσικὰ ταῦτα πάθη, πεῖνα λέγω καὶ δίψα κόπος ὕπνος ὀδύνη λύπη καὶ τὰ λοιπὰ, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσῆλθοσαν, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐγνώρισεν, φαίνεται πάντως ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος οὐκ εἶχε τὸ καταναγκάζον αὐτὸν αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἴ γε τροφῆς ἦν ἐνδεὴς ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς, ὥς τινες ὑπειλήφασι, καὶ πεινῶν ἂν ἐξ ἀνάγκης ἦν καὶ ῥιγῶν καὶ κοιμώμενος. Εἰ δὲ τοιοῦτος ἐκεῖνος ἦν, εὔδηλον πάντως ὅτι θνητὸς ἦν ἀπ' ἀρχῆς καὶ φθαρτός· ἀδύνατον γὰρ ἄφθαρτον διαμένειν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶ, τὸν αἰ-

runt. Nysseni autem Gregorii leguntur hæc ipsa verba. Lignum illud de quo ne vescerentur interdictum erat, nec ficum fuisse, quod quidam volunt, nec aliam fructiferam arborem persuasi sumus. Quanquam enim spectator ille Dei Moses de sensili cibo hic loqui videtur, ego tamen dum sacras Litteras audio, non tantum corpoream quamdam escam agnosco, sed etiam nutrimentum aliud esse scio, cujus fruitio solam ad animam pertinet. Hortatur enim hisce verbis esurientes Sapientia: « Vescimini mec pane, vinumque bibite, quod vobis miscui [81]. » Quin etiam dominus Samaritanorum salutem indicans: « Cibum, inquit, habeo quo vescar, vobis haud cognitum [82]. » Item alibi: « Qui sitit, ad me veniat ac bibat [83]. » Quamobrem consitioni Edenis (quæ vox delicias denotat) conveniens quidam fructus accommodandus est, quo pasci 99 hominem non dubitemus: nequaquam vero cogitandum in paradisi vita fuisse nutrimentum aliquod transitorium, quodque per vices ingereretur. Eodem modo divinus vir Anastasius cibum illum vult intellectilem fuisse, non sensilem atque carnalem. Nam si cibum ejusmodi Litteræ sacræ designarent, etiam carnaliter primi homines illo degustato mortem obiissent. At vero mentis ratione cum deliquerint, idcirco mox animæ mortem oppetunt. Eodem modo Gregorius etiam theologus arborem illam, scientiæ videlicet lignum, contemplationem ait esse, hoc est perfectiorem quamdam cognitionem, ad quam contendere velle non tutum est iis, quorum cupiditas plus æque est avida. Igitur animadvertas esse probatum complurium auctoritate, non eguisse Adamum in paradiso cibo quodam sensili. Quippe cum immortalis a Deo conditus esset, rei nullius indigebat. Et quid hæc ego prolixius tracto? Si ad angelorum similitudinem in resurrectione victurus est homo, quemadmodum perscriptum legimus: « Erunt omnes tanquam angeli Dei [83a], » et vero si resurrectionis beneficium de sententia divinorum Patrum nihil est aliud quam lapsorum ad conditionem pristinam restitutio, intelligi perspicue potest Adamum ante transgressionem vitam angelicæ parem egisse, nec cibo nec potu, ceu diximus, quando quid ejusmodi nec in angelis locum habet. Quapropter existimare noli hominem in paradiso sensili nutrimento se satiasse, quandoquidem istic eo non indigebat propterea quod omnis tum affectionis esset expers. Enimvero neminem hac in parte ambigere conveniebat. Nam cum affectiones illæ naturales, fames, inquam, et sitis et fatigatio et somnus et dolor et mœror, et cæteræ, post trangressionem primum vitam humanam invaserint, ut superiori oratione docuimus, patet omnino ante peccatum hominem causæ nihil habuisse, quæ ipsum ad sumendum sensilem quemdam cibum cogeret. Quid prolixa indicatione opus

[81] Prov. IX, 5. [82] Joan. IV, 32. [83] Joan. VII, 37. [83a] Matth. XXII, 30.

est? Si homo ab initio nutrimenti egebat de quorumdam opinione, nimirum necessario sequitur etiam ipsum esuriisse, frigus pertulisse, dormiisse. Si talis erat, manifestum est etiam ab initio fuisse mortalem et interitui obnoxium; nequit enim fieri, quemadmodum Joannes Damascenus ait, ut expers interitus maneat qui cibo sensili fruitur. Missos igitur illos facies, quando superius indicata synodus ita nos de homine sentire non patitur, cujus hæc expressa verba sunt: « Si quis dicit Adamum a Deo conditum esse mortalem, ac non post peccatum prolapsum esse in interitum, exsecrabilis esto. » Ac de his quidem in hunc modum disputatum esto.

100 Cæterum nihilominus sevit ejusmodi arborem Deus in paradiso, de qua vesci Adamum vetuit. Quamobrem istuc? ut hinc tantorum bonorum suppeditatorem agnosceret, seque Domino subjectum sciret (libet enim cum Chrysostomo loqui), neu quid ei tale accideret cujusmodi ipso Lucifero usuvenit, qui concessam sibi gloriam ac splendorem ferre non potuit. At enim quid secundum hæc factum? mandatum transgreditur Adamus, ex arbore decerpit, illico nudus efficitur, interitui obnoxius, paradiso ejicitur, cum Eva cubat, tres filios gignit, Cainum, Abelum, Sethum.

Atque hic mihi prudenter animum advertito, dilecte fili, neve transversum agi te ab iis patitor qui hujusmodi proferunt: Si norat Deus Adamum mandato non pariturum ideoque paradiso ejiciendum, quamobrem ipsum condidit? Etenim vel eum condere non debebat, vel prohibere ne conditus cibum illum vetitum attingeret. Has opiniones qui sequuntur, missos facito, ac Gregorio potius Nyssæ præsuli fidem adhibeto, cujus hæc verba sunt. Deus ille qui omnia novit, haud ignorabat e bono exorbitaturum hominem; neque tamen hoc impedivit. Quemadmodum enim exorbitationem prospiciebat, sic et revocationem ejus ad bonum cognitam habebat. Quid ergo? præstabatne prorsus naturam nostram in ortum non producere, quando norat hominem Deus a bono aberraturum: an conditum et in morbum prolapsum rursus ad primam gratiam per pœnitentiam revocare? Præferendum omnino hoc alterum, præsertim cum constet Deum voluisse suæ bonitatis causa genus humanum in ortum producere, quamvis in confesso sit eum deflexionem quoque hominis a cursu recto prævidisse. Quodsi hanc ob causam hominem condidit, sequitur de Joannis Damasceni sententia bonitatem divinam a pravitate nostra victam esse. Quippe Deus omnia, quæ facit, bona facit, cum nostrum quilibet arbitratu et electione propria vel ad bonum vel ad malum deflectat. Quanquam enim Dominus dicat: « Præstabat illi homini non esse natum [84], » non tamen hoc ita profert, quasi proprium opificium vituperet, sed indicare vult eam vitiositatem, quæ opificio divino deinceps ipsiusmet voluntate accessit. Quippe in hoc homine propriæ voluntatis nequitia fecerat ut ei beneficium opifi-

[84] Matth. xxvi. 24.

σθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γενόμενον. Ἀλλ' ἄφες αὐτούς· ἡ γὰρ ἀναγεγραμμένη ἁγία σύνοδος οὕτω περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου φρονεῖν οὐδαμοῦ συγχωρεῖ. Διέξεισι γὰρ οὕτω κατὰ λέξιν. « εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθορὰν, ἤτω ἀνάθεμα. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Φυτεύεται δὲ ὅμως ἐν παραδείσῳ καὶ τοιοῦτον φυτὸν, ἀφ' οὗ κεκώλυται μὴ φαγεῖν ὁ Ἀδάμ. Τίνος ἕνεκεν; Ὡς ἐντεῦθεν ἐπιγινώσκειν τὸν τοσούτων ἀγαθῶν παροχέα, καὶ ὡς ὑπὸ Δεσπότην αὐτός ἐστι, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, καὶ μὴ τοιοῦτον παθεῖν ἐξ ἀπονοίας ὁποῖον ἔπαθεν ὁ πεσὼν Ἑωσφόρος, τὴν δεθεῖσαν αὐτῷ λαμπρότητα μὴ δυνηθεὶς ἐνεγκεῖν. Ἀλλὰ γὰρ τίνα τὰ μετὰ ταῦτα; Παραβαίνει τὴν ἐντολὴν, ἅπτεται τοῦ φυτοῦ, γυμνοῦται τηνικαῦτα, φθορᾷ περιπίπτει, τοῦ παραδείσου ἐκβάλλεται, γινώσκει τὴν Εὔαν, γεννᾷ τρεῖς υἱοὺς, τὸν Κάϊν τὸν Ἄβελ καὶ τὸν Σήθ.

Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητὲ, καὶ μὴ συναρπάζου τοῖς οὕτω λέγουσιν· « Εἴπερ ᾔδει ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ τὴν ἐντολήν τε παραβαίνοντα καὶ τοῦ παραδείσου τηνικαῦτα ἐκπίπτοντα, τί δήποτε παρήγαγεν αὐτόν; Ἢ γὰρ ἔδει μὴ παραγαγεῖν αὐτὸν, ἢ παραχθέντα κωλῦσαι τῆς ἀπηγορευμένης ἐκείνης βρώσεως; » Ἄφες αὐτούς, εἴγε τὰ τοιαῦτα φρονοῦσι, πείθου δὲ μᾶλλον τῷ θειοτάτῳ Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης οὕτω λέγοντι « ὅτι μὲν ἐκτραπήσεται τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἀνθρώπινον, οὐκ ἠγνόησεν ὁ τὰ πάντα εἰδὼς Θεός. Οὐκ ἐκώλυσε δέ· ὥσπερ γὰρ τὴν παρατροπὴν ἐθεάσατο, οὕτω τὴν ἀνάκλησιν αὐτοῦ πάλιν τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν κατενόησε. Τί οὖν; Ἄμεινον ἦν καθόλου μὴ ἀγαγεῖν τὴν φύσιν ἡμῶν εἰς γένεσιν, ἐπειδὴ τοῦ καλοῦ διαμαρτόντα προέγνω τὸν ἄνθρωπον, ἢ παραχθέντα καὶ νενοσηκότα πάλιν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς χάριν διὰ μετανοίας ἐπανακαλέσασθαι; Πάντως τὸ δεύτερον. Ἄλλως τε διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα παραγαγεῖν ὁ Θεὸς ἠθέλησε τὸ ἀνθρώπινον, ὁμολογουμένως· δὲ προεῖδε καὶ τὴν γενησομένην αὐτοῦ παρεκτροπήν. Εἴπερ οὖν οὐ παρήγαγε διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον, ἕνεκα δὲ λοιπὸν ἡ κακία ἡμῶν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶ, τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ. Πάντα μὲν οὖν καλὰ ποιεῖ ὁ Θεὸς, ὅσα δὴ καὶ ποιεῖ, ἕκαστος δὲ ἡμῶν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ἐκκλίνει πρός γε τὸ καλὸν ἢ τὸ κακόν. Εἰ γὰρ καὶ « συνέφερε τῷ ἀνθρώπῳ εἰ οὐκ ἐγεννήθη » φησὶν ὁ Κύριος, ἀλλ' οὐ τὴν οἰκείαν δημιουργίαν κακίζων ἔλεγεν, ἀλλὰ τὴν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ἐπιγενομένην τῷ κτίσματι αὐτοῦ κακίαν. Ἡ γὰρ τῆς οἰκείας γνώμης ῥᾳθυμία ἄχρηστον αὐτῷ τὴν τοῦ δημιουργοῦ εὐεργεσίαν ἐποίησε, ὥσπερ οὖν καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἔστιν ἰδεῖν. Καὶ πρόσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. Εὐεργετῆσαι θέλων ὁ βασιλεὺς τῶν ὑπὸ χεῖρά τινα

μείστην αὐτῷ ἐγχειρίζει ἀρχήν. Καὶ ὃς αὐτίκα πρὸς τὸ ὄφος ἀπιδὼν τῆς ἀρχῆς, καὶ μὴ δυνάμενος ἐνεγκεῖν, ἐπαίρεται καθ' ἑαυτὸν, ἡσυχῇ καθῆσθαι οὐκ ἀνέχεται, φανεάζεται τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, τυραννίδι κέχρηται καὶ εἰς ἀποστασίαν χωρεῖ. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Ἄχθεται ὁ βασιλεὺς οὐ μικρῶς ἐπὶ τῷ πράγματι, δυσχεραίνει. Τί τοῦτο; Λέγει· πῶς ὁ ἀχάριστος τὴν ἐπελθοῦσαν αὐτῷ δόξαν εἰς ἀδοξίαν μετέστρεψε; Καὶ θέλει μὲν μὴ κεθελεῖν τὸν ἀγνώμονα, καταφρονῆσαι δὲ ὅμως τῆς τυραννίδος οὐ δύναται. Χειροῦται τὸν ἀποστάτην λοιπὸν, τῆς ἀξίας ἀπογυμνοῖ καὶ δριμείαις; ὑποβάλλει ποιναῖς, ἐνίοτε δὲ καὶ τῆς παρούσης ὑπεξάγει ζωῆς. Συνέφερε λοιπὸν αὐτῷ μὴ δέξασθαι παρὰ βασιλέως ἀρχὴν, εἴπερ ἀπονοίας αὐτοῦ τοιαῦτα παθεῖν ἐκινδύνευσε. Πρόσεχε οὖν, ἀγαπητὲ, καὶ μὴ συναρπάζου τοῖς ἐπιχειροῦσι τὰς θείας οἰκονομίας πολυπραγμονεῖν. Οὐ γὰρ ἡ εὐεργεσία τοῦ Θεοῦ πρόξενος ἡμῖν γίνεται τῶν δεινῶν, ἀλλ' ἡ ῥαθυμία πάντως ἡμῶν καὶ ἡ κατὰ γνώμην ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁρμή.

cis non prodesset Licet id etiam in nostris rebus conspicere, ac siquidem libebit, animum exemplo, quod indicabimus, advertito. Fac esse regem quemdam, qui aliquem e subditis beneficentia singulari cohonestare volens **101** magistratum ei maximum tradat. Ille mox ad præfecturæ suæ sublimitatem respiciendo, cum ejus molem sustinere nequeat, apud semetipsum animo efferri, quietæ vivere non posse, majora se cogitatione concipere, tyrannidem usurpare, ad defectionem progredi. Quid secundum hæc? rex indignari, rem non parum moleste ferre, secum ipse dicere: quid hoc? itane homo ingratus gloriam, quam a nobis est consecutus, cum infamia commutavit? Simul eo præditus est animo ut immemorem beneficii perdere nolit; neque tamen usurpationem tyrannidis omnino negligere possit. Quapropter desertorem suam in potestatem redigit, dignitate spoliat, pœnis gravibus subjicit, nonnunquam et vitam ei adimit. Ejusmodi homini expediat magistratum potius a rege non accepisse, quam insania propria talibus se malis et periculis exponere. Fac igitur considerate agas, dilecte fili, nec abripi te cum illis patere qui consilia divina curiose perscrutari conantur. Nam Dei beneficentia nequaquam mala nobis conciliat, sed omnino secordia nostra spontaneaque ad vitium inclinatio.

Ἀλλ' οὐδὲ κωλῦσαι τὸν ἄνθρωπον ἔπρεπεν, ἡνίκα τὸ φυτὸν ἐπεχείρει φαγεῖν. Πῶς γὰρ, εἴπερ αὐτεξούσιος ἦν; Εἰ γὰρ ἀναστέλλειν ἔμελλε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ἡνίκα τοῦτον ἐώρα τῆς εὐθείας ἑδοῦ πόῤῥῳ φερόμενον, ποῦ λοιπὸν ἐθεωρεῖτο τὸ πρόσον αὐτῷ λογικόν; Ποῦ δὲ τὸ αὐτεξούσιον, εἴ γε τῆς ἀλόγου φύσεώς ἐστι τὸ ἀβουλήτως ὧδε κἀκεῖσε περιάγεσθαί τε καὶ μεταφέρεσθαι; Εἴπερ ἐκωλύετο μὴ ἁμαρτάνειν ὁ ἄνθρωπος, ποῦ λοιπὸν ἡ ἀρετή; Ποῦ δὲ καὶ οἱ διὰ ταύτην διδόμενοι στέφανοι; Κατὰ τί δὲ καὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἔπαθλον αὐτῷ πρόκειται, εἴγε μὴ σπουδῇ καὶ βίᾳ καὶ ἀγαθῇ προαιρέσει τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο μέτοχος; Οὐκ ἔδει κωλύειν αὐτὸν, ἵνα μὴ τοῖς ἀλόγοις ὁ λογικὸς ἐναρίθμιος γένηται, ἅτε δὴ μὴ κεκτημένος τὴν χάριν τῆς αὐτεξουσιότητος. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος οὕτω φησίν· « Ὁ λέγων, ἵνα τί μὴ κατεσκεύασεν ἀναμαρτήτους ἡμᾶς ὁ Θεὸς, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἄλογον φύσιν τῆς λογικῆς προτιμᾷ καὶ τὴν ἀκίνητον καὶ ἀνόρμητον τῆς προαιρετικῆς καὶ ἐμπράκτου. »

Nec conveniebat Deum hominem impedire, cum vesci de arbore conabatur. Cur enim id faceret, qui hominem libertate voluntatis præditum creaverat? quippe si retrahere decreverat hominem, quamprimum cerneret eum de via recta deflectere, quanam re vis rationis inditæ homini declarare se potuisset? Qua item libera voluntatis facultas? præsertim cum naturæ brutæ sit ac ratione carentis, præter animi voluntatem huc et illuc circumduci et transferri. Consimiliter si homo fuisset impeditus quominus delinqueret, quis virtuti locus fuisset reliquus? Quis coronis quæ propter hanc conceduntur? Cur regnum cœleste homini ceu præmium propositum sit, siquidem necesse non habet ut ejus studio suo, vi, præclaro animi proposito particeps fiat? Impediendus scilicet homo non erat, ne qui rationis erat compos, brutorum in numerum referretur, cum libertatis in agendo beneficium possideret. Eamdem sententiam magnus Basilius verbis hisce disserit: « Quicunque rogat cur nos Deus non ita condiderit ut peccare non possemus, is nihil facit aliud quam quod naturam brutam rationis participi et ex præscripto virtutis agenti præfert. »

Παραχωρεῖται λοιπὸν ὁ Ἀδὰμ, ἅπτεται τοῦ φυτοῦ, γυμνοῦται, παραχρῆμα παραδείσου ἐξόριστος γίνεται. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Οἱ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ διανοίγονται ὀφθαλμοὶ, κάντεῦθεν ὁρᾷ καθαρῶς οἷον ἀγαθόν ἐστιν ἡ τῆν ἐντολῆς φυλακὴ καὶ ὅσον αὖθις κακὸν ἡ ταύτης παράβασις. Οὐδὲ γὰρ τὸ φυτὸν ἐκεῖνο, καθά φησιν Ἰώσηπος καὶ Νεμέσιος ὁ Ἐμέσης ἐπίσκοπος, τοιαύτην εἶχε φύσιν ὥστε τοῖς ἁπτομένοις αὐτοῦ φρόνησιν ἐνιέναι τοῦ τὸ κακὸν εἰδέναι καὶ πονηρόν. Εἰ γὰρ ξύλον αὐτὸ γνώσεως ἡ ἁγία κατονομάζει Γραφὴ, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο καὶ τοιαύτην

Quamobrem Adamus arbitrio suo relinquitur, arborem attingit, continuo nudus efficitur, deque paradiso expellitur. Quid inde sequitur? aperiuntur animi ejus oculi, quo facto quantum bonum esset observatio mandati perspicit, quantumque contra **102** malum ejusdem violatio. Nec enim arbor illa, quemadmodum Josephus et Nemesius antistes Emesenus declarant, ejusmodi naturam habebat ut ex se decerpentibus inderet prudentiam, qua bonum ac malum agnoscerent. Tametsi nimirum Litteræ sacræ illam scientiæ lignum nun-

divini pronuntiati legem semet demittit. Cæterum prudenter observabis æque grave esse quemp'am alios ad peccandum impellere, ac si deliquat ipse. Propterea gravior serpentis pœna fuit quam Evæ, rursumque gravior Evæ quam Adami, quod Adamum Eva decepisset, Evam serpens.

Existimarunt autem Manichæi, hac narratione moti, bruta quoque prædita esse anima mentis ac intelligentiæ vi participe. Nam absque illo sit, inquiunt, Deus supplicio serpentem non affecisset. At enim hoc minime verum esse, de verbis hisce Davidicis perspicue patet « Nolite consimiles equis et mulis fieri, quæ intelligentia carent [87]. » Alioqui si propterea putant brutas bestias animæ intelligentiæ vi præditæ participes esse, quia supplicio serpens affectus fuerit, nihil est omnino quod impediat quominus eadem in arboribus quoque valeat opinio, quando ficum exsecrationi Christus subjecit, cum esuriens fructum in ea nullum reperiret. Dejicit ergo serpentem in terram Deus, ut tametsi quis haud cernat quid diabolo acciderit, nihilominus serpentem, qui de sententia Chrysostomi olim erectus stabat, humi repentem intuens secum ad animum revocet, quod cum facinoris hujus administer multetur, multo magis existimandum sit principem mali auctorem puniri. Cæterum supplicio serpentem afficiens Deus, ejusmodi quid facit quale liberum amans pater. Non tantum enim is **105** de interfectore filii sui supplicium sumit, sed ipsum etiam cædis instrumentum confringit ac multas in partes lacerat. Secundum hæc Deus ait : « Observabit ille caput tuum [88]. » Non jam amplius, inquit, audebis tu serpens hominibus insidias struere, quod formido tua ut ambulantibus illis temet in latebras abditurus.

Tradit enim suis in epistolis magnus ille Macarius de diabolo, futurum fuisse ut statim a lapsu gehennæ traderetur, sed ei concessisse Deum ut humanum genus oppugnaret, quo Christi milites sese probarent ac declararent. Eamdem ob causam magis etiam damnabilis supplicio graviori multabitur. Basilius in Isaiæ vatis enarratione hujusmodi quædam de diabolo protulit. Fortassis ante creationem hominis diabolo quoque pœnitentiæ locus relictus fuisset, ac potuisset superbus ille, quanquam malum inveteratum foret, per pœnitentiam adhibito sibi remedio pristinam ad conditionem seipsum restituere. Verum posteaquam secuta est mundi creatio itemque paradisi, ac homo in paradiso exsistere cœpit, et mandatum et invidia diaboli accessit et hominis ornati a Deo cædes, ex eo scilicet tempore modus ei pœnitentiæ nullus est relictus. Quippe si Esaus pœnitentiæ locum non invenit, cum primigeniorum jura vendidisset, quis ei relictus sit pœnitentiæ locus, qui

[87] Psal. xxxi, 8. [88] Gen. iii, 16.

A τὸν ἁμαρτάνειν, ὅσον ἄρα τὸ καὶ ἑτέρους ἐνάγειν εἰς ἁμαρτίαν. Κατὰ τοῦτο καὶ βαρυτέραν ὑπέστη τῆς Εὔας τὴν κόλασιν. Ἡ Εὔα πάλιν τοῦ Ἀδάμ, ὅτι τὸν Ἀδὰμ ἠπάτησεν ἡ Εὔα, καὶ τὴν Εὔαν ὁ ὄφις.

Ἀλλ' ἐκ τούτου νοερᾶς μετέχειν ψυχῆς καὶ τὰ ἄλογα οἱ Μανιχαῖοι ἐνόμισαν· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν, οὐκ ἂν ἐτιμώρησε τὸν ὄφιν ὁ Θεὸς, οὐκ ἂν ἀρᾷ καθυπέβαλεν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ προφήτης λέγει Δαβὶδ « Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. » Ἄλλως τε εἰ διὰ τὸ τιμωρηθῆναι τὸν ὄφιν δοκοῦσι καὶ τὰ ἄλογα νοερᾶς μετέχειν ψυχῆς, τὸ κωλύον πάντως οὐδὲν μὴ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν φυ- B τῶν τὸ τοιοῦτον δόγμα κρατεῖν, εἴ γε τὴν συκῆν ἀρᾷ καθυπέβαλεν ὁ Χριστὸς, ἡνίκα πεινάσας οὐχ εὗρεν καρπὸν ἐν αὐτῇ. Ὑποβάλλει τοίνυν ὁ Θεὸς τὸν ὄφιν κατάρᾳ, ἵνα κἂν τὸν διάβολον οὐ βλέπῃ τις τί ἔπαθε, τὸν ὄφιν ἀεὶ βλέπων συρόμενον τόν ποτε διανεστηκότα, ὡς ὁ Χρυσορρήμων φησὶν, ὑπόμνησιν λάβῃ ὅτι εἰ ὁ ὑπουργὸς τῆς κακίας ἐπὶ τοσοῦτον κολάζεται, περὶ ποῦ πρωταιτίου τί χρὴ καὶ λέγειν. Τιμωρεῖται τὸν ὄφιν ὁ Θεὸς τοιοῦτόν τι ποιῶν ὁποῖον δὴ καὶ φιλόστοργος πατήρ. Οὐ μόνον γὰρ τὸν φονέα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τιμωρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ φόνου ὄργανον συνθλάττει τε καὶ εἰς πολλὰ κατα- τέμνει. « Αὐτός σου τηρήσει τὴν κεφαλήν. » Οὐκέτι, φησὶ, πρὸς ἐπιβουλὰς, ὦ ὄφι, ἀνθρώποις παρῄσιάσῃ καθὰ δὴ καὶ τὸ πρότερον, ἀλλὰ σὺ μὲν τοσοῦτον C ἔξεις τῶν ἀνθρώπων τὸν φόβον ὥστε περιπατούν- των καὶ ἐκείνων ἀκούων φωλεοῖς ἐγκαταχρύπτειν ἑαυτόν.

Ὁ μὲν οὖν μέγας Μακάριος ἐν ἐπιστολαῖς αὐ- τοῦ (23) περὶ τοῦ διαβόλου φησὶν ὅτι ἅμα τῷ ἐκπε- σεῖν τῇ γεέννῃ παραδοθῆναι ἔμελλεν, ἀλλ' εἰάθη πολεμεῖν, ἵνα φανῶσιν οἱ τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται· ἀντιδίκου γὰρ μὴ προκειμένου οἱ γνήσιοι στρατιῶ- ται τοῦ βασιλέως οὐ φανεροῦνται. Ὅθεν ὡς κατα- δικώτερος σφοδροτέραν εὑρήσει τὴν κόλασιν. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ καὶ τάδε περὶ τοῦ διαβόλου διέξεισι. D « Τάχα γὰρ πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν ἄνθρωπον τόπος τῆς μετανοίας καὶ τῷ διαβόλῳ ὑπελείπετο, καὶ ἠδύνατο ὁ τῦφος, εἰ καὶ ἀρχαιότερον νόσημα ἦν, ὅμως διὰ τῆς μετανοίας ἑαυτὸν ἐξιασάμενος ἀποκα- ταστῆσαι αὐτὸν εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς. Ἀφ' οὗ δὲ τοῦ κόσμου ἡ κατασκευὴ καὶ τοῦ παραδείσου, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐν αὐτῷ, καὶ ἐντολὴ καὶ φθόνος τοῦ διαβόλου καὶ φόνος τοῦ τετιμημένου, ἀποκέκλεισται αὐτῷ καὶ ὁ τόπος τῆς μετανοίας. Εἰ γὰρ ὁ Ἡσαῦ μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε τὰ πρωτοτόκια ἀποδόμε- νος, τίς τόπος ὑπολέλειπται μετανοίας τῷ τὸν πρω-

(23) Quod de Macarii Magni epistolis habet interpres in codice Fontisebr. referuntur ad apostolum gentilium S. Paulum bis verbis : Ὁ μὲν οὖν μέγας μακάριος Παῦλος ἐν ἐπιστολαῖς.

τόπλαστον ἀποκτείναντι Ἀδὰμ καὶ ἐκείνου τὸν θάνατον εἰσενεγκόντι; » Ἀλλὰ καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος εἰς ἐπιστροφὴν, ὡς ἔοικεν, ἕλκων καὶ τοὺς λίαν ἀπεγνωσμένους, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα φησίν· « Εἰ Μανασσῆν ὁ Θεὸς διὰ μετανοίας ἐδέξατο, τέχα τολμῶ εἰπεῖν ὅτι καὶ τὸν διάβολον μετανοοῦντα ἀλαφύχω; δέξεται. » Καλῶς δὲ εἶπεν ὅτι τολμῶ εἰπεῖν· ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης οὐ δίδωσι τῷ διαβόλῳ μετάνοιαν. Λέγει καὶ γὰρ ὅτι ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις· μετὰ γὰρ τὴν ἔκπτωσιν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετάνοια, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ θάνατον. Οὐκ ἐνεδόθη δὲ καὶ τοῖς ἐκπεσοῦσιν ἀγγέλοις μετάνοια, ὡς ὁ Νεμέσιός φησιν, ὅτι καὶ ἀσώματος ἡ φύσις αὐτῶν· ὁ γὰρ ἄνθρωπος διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν τῆς μετανοίας ἔτυχεν. Ἀλλ' εἰμοιγε τέως ὁ λόγος οὗτος, ὃς ἐπὶ τῷ Ἀδὰμ οὐκ ἔστιν ἀποδοχῆς ἄξιος. Οὐδὲ γὰρ ὑπὸ σωματικῶν ἐπιθυμιῶν ἡττηθεὶς ὁ Ἀδὰμ εὑρέθη παραβάτης τῆς ἐντολῆς (ἄπαγε τῆς Ὠριγένους φρενοβλαβείας) ὅτι μηδὲ χώραν εἶχον αὗται πρὸ τῆς παραβάσεως ἐν αὐτῷ. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Αὐτὸς ὁ Ἀδὰμ ἐκβληθεὶς τοῦ παραδείσου καὶ ἀπέναντι καθίσας αὐτοῦ παρ' ὅλην ἐθρήνει τὴν ζωὴν αὐτοῦ. Ἐφ' ᾧ κάμπτεται ὁ Θεὸς, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πάσχει δι' αὐτόν. Ὁ δὲ διάβολος ἐκπεσὼν οὐ μόνον οὐκ ἐθρήνησεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ πλάσματος ἐλύττησε Θεοῦ, καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν διέβαλε πρὸς τὸν Ἀδάμ. Λοιπὸν μετὰ τὴν ἁμαρτίαν οὕτω διατεθέντα μετανοίας ἐπιτυχεῖν πάντως ἀμήχανον.

A Adamum illum principem humani generis interfecit ejusque morti causam præbuit? Divinus autem vir, Anastasius ille Sinaites, quo vehementer desperatos homines, uti quidem videtur, ad conversionem invitet, hæc ad verbum profert : « Si Manassem Deus per pœnitentiam recepit, ausim dicere quod etiam diabolum toto pectore atque animo resipiscentem in gratiam recepturus fuerit. » Quibus verbis recte illud inservit, « Audeam dicere. » Nam et Damascenus ille Joannes diabolo pœnitentiam nullam tribuit, cujus hæc verba sunt : « Quod mors est hominibus, hoc angelis est lapsus : quippe post lapsum nulla restat eis pœnitentia, quemadmodum nec post mortem hominibus. » Et quidem pœnitentia lapsis angelis B propterea non est concessa, sicut Nemesius ait, quia corporis expers est eorum natura. Homo enim propter imbecillitatem corporis pœnitentiam consecutus est. Quæ tamen extrema verba, quod Adamum attinet, equidem admittenda non puto. Nec enim ille corporeis a cupiditatibus victus mandati violator factus est. Apagesis cum istac Origenica insania. Quippe nullum illis locum habebant in ipso ante transgressionem. Quid multis hæc verbis indicemus? Adamus paradiso ejectus et ejus ex adverso collocatus **106** omnem vitam plorando exigit. Quapropter Deus flectitur, ejusque causa nihil non facit ac patitur. Diabolus autem lapsus non modo non casum suum deploravit, verum etiam Dei figmentum furenter aggressus, Deum ipsum adversus Adamum criminatus est. Quo quidem pacto cum affectus a delicto fuerit, nequit omnino accidere particeps ut pœnitentiæ fiat.

Ἄκουε δὲ καὶ τί φησιν ὁ Θεοδώρητος ἐν τῇ Θεραπευτικῇ αὐτοῦ περὶ τούτου. Ἐπαρθεὶς ὁ διάβολος λέγεται πεπτωκέναι, εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς εἰκόνι Θεοῦ τετιμημένων λυττῆσαι, καὶ τὸν κατὰ τούτων ἀναδέξασθαι πόλεμον, τὸν δὲ ποιητὴν τῇ τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ φρουρῆσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος, ἀοράτως ἐπιὼν, ἀδεῶς διαφθείρῃ οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν. Οὐκοῦν ὁ φθόνος οὗτος, μάλιστα δὲ ἡ ἔπαρσις αὐτοῦ καὶ ἀπόνοια (καὶ νῦν γὰρ ὑπ' αὐτὸν ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, ὡς ὁ Παῦλος φησὶ), πρὸς τούτοις δὲ ἡ ἀπόγνωσις (εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἔλεγον ὅτι πρὸ καιροῦ ἦλθες βασανίσαι ἡμᾶς) μετανοεῖν τὸν ἀποστάτην οὐκ ἐᾷ.

C Audi quid de hoc in sua Therapeutice Theodoritus dicat. Cum fastu, inquit, elatus fuisset diabolus, lapsus esse dicitur, contraque homines exornatos imagine Dei furore quodam percitus bellum in eos suscepit. Verum opifex ille rerum angelis hominibus præesse jussis mortale genus custodit, ne vi ac sævitia usus diabolus, inaspectabiliter eos aggressus, quos odit ex invidia perdat. Quapropter illa invidia, præsertimque fastus elationis et dementatio (nam hodieque sunt inter eos imperia et potestates, quemadmodum Paulus [99] ait) et præterea desperatio (absque qua foret, nequaquam dixissent : « Quamobrem ante tempus ad excruciandum nos venisti [100] ? ») desertorem illum Dei pœnitentia uti non sinunt.

Περὶ τοῦ ἀποστάτου.

Πρὸς τοῖς εἰρημένοις εἰδέναι σε καὶ τοῦτο βούλομαι, ὅτι ὁ ἀποστάτης οὗτος διάβολος ἐν ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσι πρωτοστάτης ἦν, ἀγαθὸς παρὰ Θεοῦ γενόμενος καὶ μηδὲν ἴχνος κακίας ἢ πονηρίας ἐν ἑαυτῷ φέρων. Πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς καλὰ, καὶ καλὰ λίαν. Κακὸν δὲ οὐδὲν ἐποίησεν ὁ Θεός. Τὸ γὰρ κακὸν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τοῦ καλοῦ ἀναχώρησις, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ σκότος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ φωτὸς στέρησις. Καλῶς οὖν εἶπεν ὁ λόγος

De apostata sive diabolo.

D Volo autem præter indicata te hoc etiam scire, desertorem hunc diabolum primum inter angelicas potestates locum habuisse, cum bonus a Deo factus esset, nec ullum vitiositatis aut improbitatis in se vestigium contineret. Nam omnia quæ fecit Deus bona erant, et quidem valde bona, cum malum nullum condiderit. Etenim malum nihil est aliud quam a bono secessio, quemadmodum caligo nihil aliud est quam lucis ademptio. Quapropter præ-

[99] Ephes. vi, 12. [100] Matth. viii, 29.

clare dicitur Deum non esse mali auctorem. Quippe rerum per se subsistentium conditor est Deus, non earum quæ non exsistunt. Quodsi bona dicuntur in ortum a Deo producta, putandum est eorum appellatione venire res omnes quæ exsistunt. At malum cum a Deo conditum non fuerit, non etiam in numero rerum est exsistentium. De quo consequitur Deum non esse mali auctorem, quando is nequaquam rerum non exsistentium opifex est, ut esse aliquid propterea quod substantiam nullam habet nec per se subsistit.

Talis ergo, nimirum bonus, a Deo conditus diabolus, terrestris ordinis et ipsius adeo terræ custodiam a Deo sibi mandatam accepit. Cum autem ferre non posset illustrationem et honorem, quem Deus ei largitus fuerat, de naturali statu **107** in alienum a natura sua exorbitavit, adversusque suum opificem fastu quodam elatus est : « Collocabo, inquit, solium meum in nubibus, et supremo parebo [91]. Quam quidem ob causam etiam fulguris instar de cœlo in terram cecidit, uti Dominus ipse loquitur [92]; » estque avulsa cum eo, simulque lapsa multitudo quædam angelorum ipsi subjectorum infinita. Significavit hoc vates Isaias hisce verbis : « Qui delapsus est Lucifer ille, qui pridem oriebatur, terræque allisus est? » Luciferum appellans ob splendorem divinitus ei concessum. Consimilia Gregorius ille theologus tradidit, eum Luciferum vocari ait splendoris sui causa, qui caligo deinceps propter elationem factus sit et appelletur. Secundum hæc impuri genii bellum adversum nos susceperunt. Nequeunt enim æquo animo pati ut homines eo studiose contendentes videant, unde ipsi pessimo consilio deciderunt, quemadmodum magnus ille Basilius ait. Quippe cum omnis improbitatis receptacula sint, etiam invidiæ morbo sunt infecti. Nec sic creatus a Deo putari debet diabolus, ut hostis noster esset; sed ex æmulatione quadam nos oppugnat. Cum enim se cerneret angelorum ordine locoque motum, ferre non poterat ut hominem terrestrem ad angelorum dignitatem profectu suo subvectum aspiceret. Est et angelis malisque geniis una quædam essentia sive natura, verum non eadem electio; quemadmodum et in hominibus tum bonis tum improbis est videre naturam quidem unam et eamdem, sententiam vero voluntatemque diversam.

Hæc de malis geniis eorum est sententia qui rectam Ecclesiæ fidem amplectuntur. At Græcorum illi sapientes, Porphyrius et Jamblichus, genios essentia naturaque differre a se invicem tradunt, eorumque volunt aliquos rationis expertes et crassiore materia præditos esse. Addunt irruere ipsos in nos non ut infestos, sed tanquam castigatores, a quibus puniamur. Eosdem aiunt futura prospicere atque nosse, non tamen universos : nam superiora loca nactos genios omnino vera prædicere perhibent, cum alii Tartaro conclusi mendaces sint;

[91] Isa. xiv, 14 [92] Ibid.

A ὅτι τοῦ κακοῦ ποιητής οὐκ ἔστιν ὁ Θεός. Ο
τῶν μὴ ὄντων. Εἰ γὰρ τὰ καλὰ παραχθῆναι λ
παρὰ Θεοῦ, ταῦτα καὶ ὄντα πάντως εἰσί. '
κακὸν ἐπειδὴ οὐ παρήχθη παρὰ Θεοῦ, οὐδὲ ὄν
Τοῦ κακοῦ λοιπὸν οὐκ ἔστι ποιητὴς ὁ Θεὸς
τῶν μὴ ὄντων, ὡς ἔφημεν, οὐκ ἔστι ποιητής,
ται δὲ μὴ εἶναί τι τὸ κακὸν, ἐπειδὴ ἀνυπό
καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ μὴ ὑφέστηκε.

Τοιοῦτος οὖν ἦγουν ἀγαθὸς ὑπὸ Θεοῦ παραχ
διάβολος τῆς περιγείου τάξεως καὶ τῆς γῆς ἐ
ρίσθη τὴν φυλακὴν παρ' αὐτοῦ. Μὴ ἐνέγκας
τε φωτισμὸν καὶ τὴν τιμὴν ἣν ὁ Θεὸς αὐτῷ ἐ
σατο, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκ
καὶ ἐπήρθη κατὰ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν
« Θήσω » καὶ γὰρ εἶπε « τὸν θρόνον μου ἐπ
νεφελῶν, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ. » '
τοι καὶ ὡς ἀστραπὴ κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φω
τοῦ οὐρανοῦ κατὰ γῆς ἔπεσε. Συναπεσπάσθη δ
καὶ συνέπεσε πλῆθος ἄπειρον τῶν ὑπ' αὐτὸν
μένων ἀγγέλων. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἠ
ἔδειξεν οὕτως εἰπών· « Πῶς ἐξέπεσεν ὁ Ἑω
ὁ τὸ πρωῒ ἀνατέλλων, καὶ συνετρίβη εἰς τὴν
Ἑωσφόρον δὲ αὐτὸν ἐκάλεσεν δι' ἣν ἀπὸ Θεο
λαμπρότητα. Τούτοις οὖν ἀκολούθως καὶ τῇ
λόγῳ Γρηγορίῳ διείληπται. Ἑωσφόρον γὰρ
εἶπε διὰ τὴν λαμπρότητα, σκότος δὲ διὰ τὴν ἐ
καὶ γενόμενον καὶ λεγόμενον. Ἔκτοτε δὲ οἱ ἀ
τοι δαίμονες τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεδέξαντο πό
Οὐδὲ γὰρ ἀνέχονται τοὺς ἀνθρώπους ὁρᾷν
σπεύδοντας ἀνελθεῖν ὅθεν κακοβούλως ἐξέπεσ
ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. Δοχεῖα καὶ γὰρ
ὄντες κακίας καὶ τὴν τοῦ φθόνου νόσον ἐδέ
Οὐδὲ γὰρ ἐχθρὸς ἡμῖν ὁ διάβολος ἐκτίσθη παρὰ
ἀλλ' ἐκ ζηλοτυπίας ἡμᾶς πολεμεῖ. Ὁρῶν γὰρ
ἐκ τῶν ἀγγέλων καταῤῥιφέντα, οὐκ ἔφερε β
τὸν γήϊνον ἐπὶ τὴν ἀξίαν τῶν ἀγγέλων διὰ τ
πῆς ἀνυψούμενον. Καὶ μία μὲν παρά γε τοῖς
λοις καὶ τοῖς δαίμοσιν ἡ οὐσία, οὐχὶ δὲ καὶ ἡ
ρεσις, καθὰ δὴ καὶ ἐπὶ ἀγαθῶν ἀνθρώπω
πονηρῶν ἔστιν ἰδεῖν· μία μὲν καὶ παρ' αὐ
φύσις ἐστὶν, οὐ μὴν δὲ καὶ γνώμη καὶ θέλ
αὐτή.

Καὶ τὸ μὲν ὀρθόδοξον τῆς Ἐκκλησίας φρ
τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων
Πορφύριος καὶ Ἰάμβλιχος, διαφέρειν τοὺς δαι
κατὰ τὴν οὐσίαν λέγουσι, καὶ ἀλόγους τινὰς
καὶ ὑλαίους εἶναι, ἐμπίπτειν δὲ αὐτοὺς ἡμῖν
δυσμενεῖς ἀλλ' ὡς ἡμῶν κολαστάς. Ἀλλὰ καὶ
νώσκειν αὐτοὺς καὶ τὸ μέλλον εἰδέναι λέγουσι
οὐχὶ πάντας· τοὺς μὲν γὰρ τὰ ἄνω λαχόντα
μονας ἀληθεύειν παντάπασι, τοὺς δὲ ταρταρ
τας ψευδεῖς εἶναί φασι, τοὺς δὲ περιγειοτέρο
μέσους λοξοὺς εἶναι καὶ ἀμφιβόλους λέγουσιν.

ἡμῖν οὐχ οὕτω δοκεῖ. Ἐὰν γὰρ οἱ φωτεινοὶ ἄγγελοι τὸ τῆς προγνώσεως οἰκοθεν οὐκ ἔχουσι χάρισμα (καὶ γὰρ ἐκεῖνα προλέγουσι, καθὰ δὴ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶν, ὅσα ἂν αὐτοῖς ἀποκαλυφθῆναι παρὰ Θεοῦ φθάσωσι), πολλῷ μᾶλλον οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες προλέγειν οὐ δύνανται. Προγνώστης γὰρ καὶ καρδιογνώστης μόνος ὁ Θεός. Καὶ πείθου τῷ θείῳ Δαβὶδ πρὸς τὸν Θεὸν οὕτω λέγοντι· « Σὺ γινώσκεις τὰς καρδίας μονώτατος. »

A medios autem terræque nonnihil vicinos adserunt ancipites ac ambiguos esse. Qua in sententia nos minime sumus. Nam si etiam luci consimiles angeli non ex se donum futura prospiciendi habent, ut qui prædicunt ea tes e Joanne Damasceno quæcunque divinitus ipsis revelata fuerint, multo magis impuri genii nihil quod prædicant habent. Quippe futurorum notitia cum agnitione cordium soli Deo peculiaris est. Cujus quidem rei fidem tibi **108** Davidis hæc verba faciant: « Tu solus omnino corda nosti [93]. »

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἀγαπητὲ, κατ' ἐπιτομὴν ὁ λόγος διῆλθέ σοι. Καὶ μὴ δυσχέραινε τούτου ἕνεκεν ἅτε φιλομαθὴς ὤν· ἀλλαχοῦ γὰρ, οἶδας, ἐσχεδίασθη σοι τὰ περὶ τούτων πλατύτερον.

Hæc compendio quodam explicare tibi, dilecte fili, voluimus; neque brevitas esse tibi molesta debet, homini discendi perstudioso, cum noris hæc a nobis alibi prolixius exposita.

Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· « Καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι, καὶ λαβοῦσα τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγε. » Πρόσεχε, ἀγαπητὲ, τῷ μεγάλῳ κἀνταῦθα Βασιλείῳ. Φησὶ γὰρ διὰ τί δὲ καὶ ἦν ἐν παραδείσῳ τὸ ξύλον τῆς βρώσεως; εἰ μὴ γὰρ ἦν αὐτὸ, οὐκ ἂν ἡμᾶς ὁ διάβολος ἀπατήσας εἰς θάνατον κατήγαγεν. Ἔδει εἶναι ἐντολὴν τὴν ἐκκειμάζουσαν ἡμῶν τὸ ὑπήκοον. Διὰ τοῦτο ἦν φυτὸν ὡραίων καρπῶν εὔφορον, ἵνα ἐν τῇ ἀποχῇ τοῦ ἡδέος τὸ τῆς ἐγκρατείας καλὸν ἐπιδειξάμενοι τῶν τῆς ὑπομονῆς στεφάνων δικαίως ἀξιωθῶμεν. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

B Cæterum sacris in Litteris hæc verba legimus: « Ut vidit mulier arborem esse ad vescendum accommodam et oculorum aspectui gratam, et ad discendum pulchram, sumpsit de fructu ejus et comedit [94]. » Hic attente mihi, quid magnus ille Basilius dicat, advertito. Quamobrem, inquit, erat in paradiso lignum de quo vesci quis posset? Nam absque illo fuisset, nequaquam diabolus nos deceptos in mortem præcipites egisset. Nimirum oportebat esse mandatum quoddam in quo nostra obedientia exploraretur. Idcirco arbor istæc erat elegans et fructuum ferax, ut per abstinentiam a re suavi temperantiæ bono declarato digni censeremur quibus tolerantiæ serta merito tribuerentur.

Ὁ δέ γε Νύσσης ὑψηλότερον ἐκλαμβάνει τὰ περὶ τούτου, καὶ οὕτω φησὶ· Προδείκνυσιν ὁ ὄφις τὸν πονηρὸν τῆς ἁμαρτίας καρπὸν, οὐχ ὡς ἔχει φύσεως (οὐ γὰρ ἠπατήθη ὁ ἄνθρωπος τῷ προδήλῳ κακῷ), ἀλλὰ διά τινος ὥρας τὸ φαινόμενον ἀγλαΐσας, καί τινα κατὰ τὴν αἴσθησιν ἡδονὴν ἐγγενεύσας τῇ γεύσει, πιθανὰς ἐφάνη τῇ γυναικί. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἄνθρωπον ὁ διάβολος εἴωθεν ἀπατᾷν. Καὶ εἰ μὴ διάλου νήφων ὁρᾶται, οὐκ ἂν ἐκφύγοι τὰς αὐτοῦ μηχανὰς, οὐκ ἂν εὑρεθείη τῶν παγίδων ἀνώτερος. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

C Sic ille de his disserit. Nyssenus autem antistes sublimius hæc verbis hujusmodi exponit. Malum illum peccati fructum serpens commonstrat, non illum quidem eo pacto quo comparatus erat a natura (non enim aperto malo circumscriptus homo fuisset), sed externæ ejus specie per venustatem quamdam exornata, et in ipso sensu dulcedine gustui præstigiis quibusdam indita, visus est mulieri fidem omnino mereri. Eo pacto fallere diabolus hominem consuevit, qui nisi plane prudens atque sobrius sit, molitiones ejus vitare laqueosque superare nequit. Atque hæc in hunc modum comparata sunt.

Ἡ δὲ Λεπτὴ Γένεσις λέγει τὸν Ἀδὰμ ἀπροόπτως ἐκ τοῦ ξύλου λαβεῖν καὶ φαγεῖν, καὶ μὴ προσσχεῖν ὅλως τῷ λόγῳ τῆς Εὔας, ὅτι λειποθυμῶν ἦν ἀπό τε μόχθου καὶ πείνης. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἀγαπητὲ, σιωπᾷν ἄμεινον, ὅτι καὶ σιωπῆς, ὡς προείρηται, τυγχάνουσιν ἄξια. Εἰ μὴ βούλει καὶ σὺ λέγειν ὅτι γυναῖκα ἔλαβεν ὁ Ἀδὰμ, ἵνα μὴ ἐφ' ἕτερα τῶν ζώων τραπήσεται. Ὁ ὄφις ἀπὸ κτήνους ἑρπετὸν ἐγένετο, χεῖράς τε καὶ πόδας ἐκέκτητο. Ἀφῃρέθη δὲ ταῦτα διὰ τὸ τολμηρῶς εἰς τὸν παράδεισον εἰσελθεῖν, καὶ διὰ τὸ πρῶτος ἀπὸ τοῦ ξύλου λαβεῖν καὶ φαγεῖν. Ὁ Ἀδὰμ ἀπεσόβει τὰ πετεινὰ καὶ ἑρπετὰ, συνῆγε τὸν καρπὸν ἐν παραδείσῳ, καὶ σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ἤσθιεν αὐτόν. Ταῦτα μὲν οὖν, ἵνα μὴ λέγω, καὶ ἔτι πολλῷ πλείονα τούτων, ἡ Λεπτὴ διέξεισι Γένεσις.

D Cæterum parvus ille de ortu rerum liber Adamum citra circumspectionem sumpsisse de ligno et comedisse, prorsus Evæ verbis haud impulsum, tradit. Sensisse nimirum molestiam animi quamdam ex fatigatione ac fame. Verum hæc silentio tegi præstat, cum perpetuum silentium mereantur, nisi tu quoque velis dicere mulierem Adamo concessam, ne alia se ad animalia converteret; serpentem ex jumento factum bestiam reptibilem, cum manus ac pedes prius haberet, quibus spoliatus propterea fuerit quod paulo audacius paradisum fuisset ingressus ac primus de ligno sumpsisset et comedisset; Adamum volucres et reptiles bestias abegisse, ac fructibus paradisi congestis una cum uxore victitasse; quæ quidem, ne multo his plura

[93] II Paral. vi, 36. [94] Gen. III, 6.

commemorem, parvus ille de rerum ortu liber narrat, omnino tibi rejicienda, uti quæ pro ludo jocoque ducant quotquot aliquo saltem modo Litteras sacras inspectarunt.

A Ἀλλ' ἄφες αὐτά. Τοῖς γὰρ ὀπωσοῦν ἐγκύπτουσι τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ γέλως ἀντικρυς δοκοῦσι καὶ παίγνια.

De tunicis pelliceis.

109 Tunicis, inquiunt Litteræ sacræ, pelliceis induit eos. Tradit hic Gregorius antistes Nyssenus Dominum pelliceis quidem tunicis homines illos principe loco formatos amicivisse, non autem pellibus. Etenim quibus, obsecro, mactatis animalibus pelles detraxit, ut hominibus amictum reperiret? Restat igitur Deum certo consilio de natura brutorum petitam mortalitatem indidisse naturæ huic ad immortalitatem conditæ, ne malum perpetuum foret. Joannes autem Chrysostomus hasce tunicas intelligens, ut verba sonant, inquit: « Si B quis est hominum in alios sensus scripta sacra torquentium, qui ambitiose roget unde pelles istæ repertæ fuerint, cum animalia nulla mactata forent, is sciat me quoque audientem de Ægypti sanguine scire cupere quo pacto Deus Nilum in sanguinem converterit, qualianam mactarit animalia? Nimirum in sanguinem commutatus est amnis, cum animal nullum mactatum esset. Itidem pelles exstitere duæ, atque illi quærunt de quibus animalibus sumptæ fuerint? ut ibi scilicet absque animali sanguis erat, ita hic absque animali pellis.»

Περὶ χιτώνων δερματίνων.

« Καὶ χιτῶνας δερματίνους ἐνέδυσεν αὐτούς. » Ὁ μὲν οὖν θεῖος Γρηγόριος ὁ Νύσσης φησὶν ὅτι χιτῶνας δερματίνους ἐπιβάλλει τοῖς πρωτοπλάστοις ὁ Κύριος, οὐ δέρματα δέ. Ποίων γὰρ ἀποσφαγέντων ζώων καὶ δαρέντων ἐπινοεῖται αὐτοῖς ἡ περιβολή; Ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων λοιπὸν φύσεως νεκρότητα ἐντέθεικεν οἰκονομικῶς τῇ εἰς ἀθανασίαν κτισθείσῃ φύσει, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν. Ὁ δὲ χρυσορρήμων Ἰωάννης κατὰ τὸ γράμμα τοὺς τοιούτους ἐκλαμβάνων χιτῶνας καὶ τάδε φησίν· « Εἰ πόθεν εὑρέθησαν τὰ δέρματα μὴ σφαγέντων τῶν ζώων, φιλοτιμούμενοι λέγουσιν οἱ ἀλληγορηταί, οὐκοῦν ἀκούω κἀγὼ αἷμα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ζητῶ πόθεν μετέβαλε τὸν Νεῖλον εἰς αἷμα, ποῖα ἔθυσεν ζῶα; καὶ ὁ ποταμὸς γέγονεν εἰς αἷμα, καὶ οὐδὲν αἷμα ἐτύθη ζώων. Δέρματα δύο γέγονε, καὶ ζητοῦσιν ἀπὸ ποίων ζώων ἐγένετο. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ ἐκτὸς ζώου αἷμα, οὕτως ἐνταῦθα ἐκτὸς ζώου δέρμα. »

Hoc quoque scire debes, non tantopere patrem de liberorum educatione sollicitum esse atque mater est, quippe quæ id temporis sibi dici audiverit: «Cum dolore natos paries [98].» Secundum hæc Deus ait: «Exsecratione quadam infelix erit humus propter ea quæ designasti.» Nimirum me peccante solum sterilitate flagellatur, adeoque infelix humus est facinorum nostrorum causa: hoc est, quæ ex ea nascuntur, non jam amplius sponte proveniunt, uti prius consueverant. Et folia ficulnea consuerunt, immortalitatem exuerunt, amictus ille gloriosus eis ademptus est, corpusque nudatum et in lutum redactum. Ea scilicet de causa sibi ficulnea folia consuerunt. Artem ipsam consuendi unde repererit C homo, noli quærere: nam si erat imago Dei, de scientia ipsius ambigendum non est.

Γίνωσκε δὲ ὅτι οὐ τοσοῦτον ὁ πατὴρ ἐπὶ τῇ τῶν παίδων ἀνατροφῇ μεριμνᾷ ὡς ἡ μήτηρ, ὅτι καὶ αὐτὴ τότε ἤκουσεν· « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα· ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. » Ἐγὼ ἁμαρτάνω, καὶ ἡ γῆ ταῖς ἀφορίαις μαστίζεται. Ἐπικατάρατος ἡ γῆ διὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, τουτέστιν οὐχ ἕτοιμα εὑρίσκονται ἀπὸ γῆς τὰ ἐκεῖθεν ἀναδιδόμενα ὥσπερ δὴ καὶ τὸ πρότερον. Καὶ ἐρράψαν φύλλα συκῆς, ἀποδύσαντο τὴν ἀθανασίαν, ἡ στολὴ περιρρέθη τῆς δόξης, ἐγυμνώθη τὸ σῶμα καὶ ἦν λοιπὸν πηλός. Ὅθεν καὶ φύλλα συκῆς ῥάπτουσιν. Ὅθεν δὲ τὴν ραπτικὴν εὗρε, μὴ ζήτει· εἰ γὰρ ἦν θεοῦ εἰκών, μὴ ἀμφιβάλλῃς περὶ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ.

Atque hoc loco Chrysostomus eos irridet qui paradisum in cœlo collocant et spiritualem esse volunt. Quippe si superioribus istis in locis erat, dicere debebant Litteræ sacræ flumina ejus deorsum ferri, non exire. Quæ ratio Origenem illum exsecrabilem quasi suffocatum manifesto perimit, simulque vanam ipsius orationem, qua corporis expertem Adamum fecit. Nam si corporis fuisset expers, non sumpsisset unam ex eo costam Deus mulieremque de illa formasset. Itaque perspicuum est, quod cum ex eo costam sumpserit, quæ in expertibus corporis nulla est, statui debeat **110** hominem primo formatum corporis expertem non fuisse. Cæterum posteaquam Adamus ejectus paradiso fuisset, Evam uxorem suam cognovit et Cainum procreavit. Quonam autem pacto cognovit? non citra corporis affectiones. Quippe cum homo ange-

Ἐνταῦθα μὲν οὖν ὁ Χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐμπαίζει καὶ τοῖς ἐν οὐρανῷ λέγουσι τὸν παράδεισον εἶναι καὶ πνευματικόν. Εἰ γὰρ ἄνω ἦν, κατέρχεσθαι ἂν ἐλέγοντο οἱ ποταμοί, οὐ μὴν ἐξέρχεσθαι. Ἐντεῦθεν οὖν ὁ κατάρατος Ὠριγένης ἀποπνιγόμενος φαίνεται, καὶ μᾶλλον ἐν οἷς ἐκενολόγησεν ἀσώματον τὸν Ἀδάμ. Εἰ γὰρ ἀσώματος ἦν, οὐκ ἂν ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ ὁ Θεὸς καὶ ᾠκοδόμησε τὴν γυναῖκα· πρόδηλον οὖν ὡς ἐπειδὴ πλευρὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀδάμ, πλευρὰ δὲ τοῖς ἀσωμάτοις οὐ πρόσεστιν, οὐκ ἦν ἄρα κατ' ἐκεῖνον ἀσώματος ὁ πρωτόπλαστος. Μετὰ μέντοι τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου ὁ Ἀδὰμ ἔγνω Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γεννᾷ τὸν Κάϊν. Ἔγνω δὲ πῶς; ἐμπαθῶς, τὴν ἀγγελικῆς ἐκπεσὼν ὁ ἄνθρωπος διαγωγῆς, ἐπειδὴ παραβάτης ὤφθη τῆς ἐντολῆς, τῷ κτηνώδει τούτῳ τρόπῳ καὶ ἐμπαθεῖ περιέπεσε. Ταύτῃ τοι καὶ ὀδυρόμενος ὁ Δαβὶδ ἔλε-

[98] Gen. III, 16.

γεν· « Οἶμοι ὅτι ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε. Παρασυνεβλήθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Μάξιμος ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ἔλεγεν ὅτι τὰ πάθη ταῦτα, ἤγουν ἡδονὴ λύπη ἐπιθυμία καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προηγουμένως οὐ συνεκτίσθησαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν ἐπεισῆλθε ταῦτα τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως, δι' ὧν ἀντὶ τῆς θείας καὶ μακαρίας εἰκόνος εὐθὺς ἅμα τῇ παραβάσει διαφανὴς καὶ ἐπίδηλος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γέγονεν ἡ τῶν ἀλόγων ζώων ὁμοίωσις. Ἔδει γὰρ τῆς ἀξίας τοῦ λόγου καλυφθείσης ὕφ' ὧν γνωμικῶς ἐπεσπάσατο τῶν ἀλόγων γνωρισμάτων, ἐνδίκως τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων κολάζεσθαι, σοφῶς εἰς συναίσθησιν τῆς λογικῆς μεγαλονοίας ἐλθεῖν οἰκονομοῦντος τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον. Πλὴν οὐκ ἀναγκαίως τῷ ὄντι κατέδησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς μετὰ τὴν παράβασιν ταῖς ἐπιθυμίαις ταύταις, ὑφ' ὧν ἐπί τε βρώσεις καὶ πόσεις καὶ ἐπὶ ἀφροδίσια καταφερόμεθα. Ἐντεῦθεν γὰρ τοῖς γεννητοῖς ἡμῶν σώμασι τὸ γεννᾶσθαί τε καὶ τρέφεσθαι καὶ διαμένειν ἕως πλείστου, καθ' ὅσον ἂν ἑκάστῳ τοῦ σώματος ἡ σύστασις ἐπιδέχηται. Καὶ γὰρ ἐκ τεσσάρων αὐτὸ στοιχείων συγκείμενον ἐπακολουθοῦσαν ἐξ ἀνάγκης κέκτηται τὴν διάλυσιν. Σύνθεσις γὰρ ἀρχὴ διαστάσεως, ὡς ὁ θεολόγος φησὶ Γρηγόριος. Λέλυται οὖν ἐπὶ τισὶ μὲν τάχιον, ἐπὶ τισὶ δὲ βράδιον. Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ λέγοντι· « Εἶασε δὲ μετὰ τὴν ἀπόπτωσιν ἕκαστον ὁ Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἐκπληροῦν ὡς ἂν ἔτυχε κράσεως. » Ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ τὰ συστατικὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν, καρδίαν δηλονότι ἐγκέφαλον ἧπαρ καὶ ὅσα τοιαῦτα, στερρόις ἀπανταχόθεν ὀστέοις ἡ φύσις ἐφρούρησεν, ὥστε μὴ καὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσι καταβλαπτομένων αὐτῶν ἑτοίμως οὕτω τὸν θάνατον ἕπεσθαι. Ταύταις μέντοι ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ἡδονὴν ὥσπερ τι δέλεαρ ἐγκατέμιξεν, ὡς ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἑτοίμως καθέλκεσθαι. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐπὶ βρώσεις καὶ πόσεις ἐτρέχομεν, οὐκ ἂν ἀφροδισίοις ὁλοσχερῶς προσεκείμεθα. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τάχα ἂν ἐξ ἀνάγκης τὸ γένος ἀπόλωλε τὸ ἀνθρώπινον. Κατὰ τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἡ γονή, περίττωμα οἷον οὖσα, κατεπείγει καὶ ἀνιᾷ καὶ ἀναγκάζει τὸ ζῶον ὁρμᾷν ἐπὶ τὴν ἀπόκρισιν αὐτῆς, εὐμεθόδως καὶ τοῦτο τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος ἕνεκα τῆς τοῦ γένους διαμονῆς. Ταῦτα δὲ Μάνης καὶ Οὐαλεντῖνος ἠγνοηκότες, ὡς ἔοικε, κτίσμα τοῦ διαβόλου ἔλεγον εἶναι, ὑπ' αὐτοῦ τε πυροῦσθαι καὶ πρὸς ἀτιμίας ἀποκυλίεσθαι. Πλὴν οὐκ ἀφῆκε πρὸς συναφείας ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἶναι πάντη κατωφερεῖς, οὐδὲ ζῆν ἀνεπαισθήτως εἴασεν ὡς τὰ ἄλογα. Τῇ γὰρ ἡδονῇ καὶ ἀηδίαν συνέζευξεν καὶ σύμμικτον ταύτην ἐποίησεν, ὡς ἐκεῖθεν μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ γένους αὔξησιν ἕλκεσθαι, ἐντεῦθεν δὲ ταλανίζειν ἑαυτοὺς, τῶν προτέρων ἐπιμεμνῆσθαι, καὶ τῆς ἁμαρτίας μέγα καταβοᾷν, ὅτ' ἦν τοῖς ἀνοήτοις παρασυνεβλήθημεν κτήνεσι.

lica vita excidisset, ex quo mandati violator exstitit, in statum vitæ brutorum consimilem et affectionibus obnoxium lapsus est. Idcirco Davides plorans inquit: «Hei mihi, cum homo dignitate floreret, animum non advertit; idcirco brutis jumentis est comparatus, eisque factus similis [46].» Idem eximius etiam ille maximus in iis ad Thalassium quæ perscripsit exposuit, affectiones nimirum hasce, voluptatem dolorem appetitum, cæteras, initio cum hominum natura non fuisse conditas, sed propter amissionem perfectionis irrepsisse, ac parti naturæ paulo longius a ratione recedenti adhæsisse, per quas statim una cum transgressione pro divina beataque imagine brutorum animalium similitudo in homine manifesta et conspicua exstitit. Erat enim necesse ut cooperta rationis dignitate natura mortalium æquissimo jure per ea puniretur brutorum naturæ indicia et argumenta, quæ ipsa sibi sponte sua arcessivit, sapienter efficiente Deo ut hoc pacto intelligentiæ rationalis amplitudinem homo secum expenderet. Enimvero post transgressionem reapse nos Deus cupiditatibus illis alligavit et constrinxit, per quas ad cibum, potum res Venereas impellimur. Hinc est in corporibus nostris per procreationem in lucem editis, quod et gignantur et alantur, et tam diu maxime durent quandiu cujusque corporis constitutio vitæ capax est. Cum enim corpus ex elementis quatuor constet, ita necessario comparatum est ut ejus dissolutio tandem sequatur. Quippe compositio nostri ortus initium est, quemadmodum Gregorius ille theologus inquit, idcireo corpus in quibusdam celerius dissolvitur, in aliis tardius. Persuadeat hoc etiam magnus ille tibi Cyrillus, qui ait: «Post lapsum Deus unicuique vitam suam explere pro ratione temperamenti sinit.» Nam illam ob causam partes eas corporis nostri quæ vitam nostram continent, cujus generis sunt cor, cerebrum, jecur aliaque talia, firmis ossibus undique natura munivit; ut ne per quasvis occasiones fortuitas iis læsis extemplo mors consequeretur. Atque his de quibus antea locuti sumus, cupiditatibus voluptatem quoque velut escæ condimentum quoddam miscuit, ut ea nos commode delenitos flecteret. Nam cæteroquin ad cibum potumque nos haud conferremus, et 111 a rebus Venereis prorsus abstineremus. Quibus rebus omissis ac neglectis necessario genus humanum interiret. Hinc fit ut semen, quod superfluitas quædam est, nos urgeat, et molestia quadam afficiendo cogat ut ejus ad excretionem progrediamur, optima id ratione permittente Deo propter generis nostri durationem. Quæ cum Manes atque Valentinus ignorarent, uti quidem videtur, carnem esse diaboli opificium dixerunt et accendi ab eo, quo turpes in libidines proruat. Enimvero non concessit nobis Deus ut nimiopere simus ad complexus Venereos proclives, nec brutorum in morem absque sensu vivendi potestatem fecit. Nam voluptati quamdam insuavitatem adjunxit atque miscuit,

[46] Psal. XLVIII, 13.

ut hinc quidem ad generis propagationem excitaremur, inde vero miserias nostras deploraremus, prioris status memoriam refricaremus, peccatum denique graviter incusaremus, cujus causa paradisi vita spoliati summis brutisque jumentis similes facti.

De tribus animæ partibus.

Præter hæc etiam illud scire te volo, partem eam animi quæ appetendi facultatem continet in jecinore sedem suam obtinere, alteram qua irascendi vis continetur in corde, rationis denique domicilium in cerebro esse. Atque hanc ipsam rationis facultatem gubernator ille rerum universitatis propterea tibi donavit, ut ab irascibili facultate adjutus fortiter adversari brutæ pecuinæque concupiscentiæ possis. Norat enim dominus ille naturæ quantus esset ejus impetus. Et hanc appetendi vim sedem in jecinore suam habere Galenus etiam Tityi commemorata fabula probat, in libro quidem eo cui Diagnostices titulum fecit, jecur ejus ab aquila comedi, in altero autem libro singulari qui est de animi moribus, a vulturibus devorari tradens. Etenim Tityus hic, ut exteræ disciplinæ fabulis continentur, Latonam adamasse perhibetur, eamque ob causam ab illius liberis Apolline ac Diana supplicio affectus, Galeno quidem narrante hominem vel ab aquila vel a vulturibus absumi, aliis vero tradentibus sagittis eum fuisse confixum, quæ quidem adhuc jecinori ejus inhæreant. De quo intelligi non obscure potest appetentem animæ vim esse in jecinore sitam.

Atque hoc loco quid sim dicturus considerato. Cum rationis facultas imperium obtinet eique vis irascibilis paret, appetente debilitate summisseque se gerente, tum vero **112** nec intemperanter homines vivunt, nec prædonum aut tyrannorum in morem, sed honesta plane justaque vita degitur. Hac de re dubitari non debet. Nam si res ita comparata non foret, et si corporis in eadem structura non hic affectionibus foret obnoxius, ille se superiorem iis declararet, nequaquam magnus ille Basilius Isaiam vatem enarrans quosdam a natura præcellere diceret aliis, et ipsius etiam carnis comparatione multis præstare, sive in scientiæ alicujus perceptione sive in cultu virtutis. Hinc videre est varios homines, temperantes et intemperantes, iracundos et mites, prudentes et stolidos, ut supra quoque monuimus. Atque hæc de conditione deteriore in melius commutari possunt, ac vicissim a bono in pejus licet deflectere, quemadmodum ex hisce Gregorii Theologi verbis perspicue intelligimus: «Satis est, inquit, corpori sua vitiositas. Cur flammæ materies amplior suppeditetur? cur huic belluæ nutrimentum largius? ut intractabilis scilicet fiat ac rationem violentia sua superet.» Animum igitur advertito. Quantam sibi vim afferant homines ii qui frugi quidem esse cupiunt vitamque angelicam imitari, verum facultatem appetentem in se validam sentiunt (etenim natura requirit ea quæ sua sunt; cujus voluntati atque motibus adversatur quisquis vitam agere castam instituit), quamque adeo grave sit repugnare naturæ velle, cui re-

Περὶ τριῶν μερῶν τῆς ψυχῆς.

Πρὸς τούτοις εἰδέναι καὶ τοῦτό σε βούλομαι, ὅτι τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς τῷ ἥπατι ἐγκαθίδρυται, τὸ δὲ θυμικὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ποιεῖται τὴν οἴκησιν, τὸ δὲ λογικὸν ἐν αὐτῷ τῷ ἐγκεφάλῳ. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ λογικὸν ἐχαρίσατό σοι ὁ τῶν ὅλων πρύτανις, ἵνα συμμάχῳ καὶ τῷ θυμικῷ χρώμενος γενναίως ἀνθίστασαι κατὰ τῆς ἀλόγου καὶ βοσκηματώδους ψυχῆς, τῆς ἐπιθυμητικῆς δηλαδή· οἶδε γὰρ ὁ τῆς φύσεως δεσπότης ὅση περ ἐκείνης ἐστὶν ἡ ὁρμή. Ὅτι δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικὸν αὐτῷ τῷ ἥπατι ἐγκαθίδρυται, καὶ τὸν Τιτυὸν παράγει ὁ Γαληνὸς εἰς σύστασιν τούτου τοῦ λόγου, ἐν μὲν τῇ διαγνωστικῇ αὐτοῦ ὑπὸ ἀετοῦ λέγων αὐτοῦ κατεσθίεσθαι τὸ ἧπαρ, ἐν δὲ τῷ περὶ ἠθῶν ψυχῆς μονοβίβλῳ ὑπὸ γυπῶν. Ὁ γὰρ Τιτυὸς οὗτος κατὰ τὴν ἔξω μυθολογίαν ἐρασθῆναι λέγεται τῆς Λητοῦς, ἐφ' ᾧ καὶ παρὰ τῶν παίδων αὐτῆς Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀρτέμιδος κολάσεως καθυποβληθῆναι, καὶ κατὰ μὲν τὸν Γαληνὸν ὑπὸ ἀετοῦ εἴτε καὶ γυπῶν τὸ ἧπαρ ἐσθίεσθαι, κατὰ δέ τινας ἄλλους τοξευθῆναι αὐτὸν κἀντεῦθεν ἔχειν τὰ βέλη ἐμπεπαρμένα τῷ ἥπατι. Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν τῷ ἥπατι τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικόν ἐστι.

Πρόσεχε λοιπόν. Ὅταν μὲν γὰρ τὸ λογιστικὸν ἄρχῃ, πειθόμενον μὲν ἑαυτῷ τὸ θυμοειδὲς ἔχον, ἀσθενὲς δὲ καὶ ταπεινὸν τὸ ἐπιθυμητικόν, οὔτε ἀκόλαστος ὁ τοιοῦτος βίος οὔτε οἷον οἱ λῃσταὶ βιοῦσι καὶ τύραννοι, ἀλλὰ σεμνὸς πάντη καὶ δίκαιος. Καὶ τούτου χάριν ἀμφιβάλλειν οὐ χρή. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ ἐξ αὐτῆς τῆς σώματος κατασκευῆς οὕτος μὲν ὑπὸ παθῶν ἥττητο, ἐκεῖνος δὲ πάλιν ἐγκρατὴς αὐτῶν κατεφαίνετο, οὐκ ἂν ὁ μέγας Βασίλειος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἐξηγούμενος εἰσῆγέ τινας ἐκ φύσεως ἔχοντάς τινα προτερήματα καὶ κατά γε τὴν σύγκρισιν τῆς σαρκὸς πολλῶν διαφέροντας εἰς ἀνάληψιν ἐπιστήμης ἢ ἄσκησιν ἀρετῆς. Ἐντεῦθεν οὖν καὶ σώφρονα ἴδοι τις ἂν καὶ ἀκόλαστον, θυμώδη καὶ πρᾶον, ἐχέφρονα καὶ μὴ τοιοῦτον, ὥσπερ δὴ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται. Ταῦτα μὲν οὖν δύναιτ' ἄν τις ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταφέρειν ἀπὸ τοῦ χείρονος, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον αὖ μετατρέπειν ἀπὸ τοῦ κρείττονος. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἔλεγεν· « Ἀρκετὸν τῷ σώματι ἡ κακία αὐτου. Τί δεῖ τῇ φλογὶ πλείονος ὕλης, τῷ θηρίῳ δαψιλεστέρας τροφῆς; ἵνα δυσκάθεκτον γένηται καὶ τοῦ λογισμοῦ βιαιότερον. » Πρόσεχε οὖν ὅσα βιάζουσιν ἑαυτοὺς οἱ θέλοντες μὲν σωφρονεῖν, ἔχοντες δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἰσχυρόν· ἡ μὲν γὰρ φύσις τὰ ἑαυτῆς ἐξ ἀνάγκης ἐπιζητεῖ, ὁ δὲ ἁγνεύειν αἱρούμενος τοῖς θελήμασι τῆς σαρκὸς ἀντιπίπτει καὶ βίον ἀγγελικὸν μιμεῖσθαι φιλονεικεῖ. Ὅσον δὲ βαρὺ τὸ πρὸς φύσιν μάχεσθαι, καὶ οἷον ἐντεῦθεν τὸ ἔπαθλον, ὁ τῆς Κλίμακος Ἰωάννης ὁ ἁγιώτατος ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· « Ὁ σῶμα νικήσας φύσιν ἐνίκησεν· ὁ δὲ φύσιν

νικήσας ὑπὲρ φύσιν ἐγένετο· ὁ δὲ τοῦτο γενόμενος βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλάττωται, ἵνα μὴ λέγω μηδέν. » Πρόσεχε δὲ ὅτι καὶ σφόδρα βαρυαλγοῦσι καὶ ἄχθονται οἱ θέλοντες μὲν σωφρονεῖν, ἔχοντες δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἰσχυρὸν πολυπλῆθή τε τὴν γονὴν, πρὸς ἔξοδον ἀεὶ ἐπειγομένου τοῦ ἐνοχλοῦντος αὐτοῖς· καὶ μὴ κατά τι ἀμφίβαλλε. Εἰ γὰρ ὁ Διογένης ἐκεῖνος ὁ Κυνικὸς, τὸ τῆς φύσεως βάρος οὐκ ἐνεγκὼν, καὶ ταῦτα τοσοῦτον ἀσκητικώτατος ὤν, γυναῖκα ζητῆσαι λέγεται ὥστε τὸ βαρῦνον ἀποθέσθαι καὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα κουφίσαι, τί χρὴ καὶ λέγειν ὅσον ὑπομένουσι κάματον οἱ σφοδρὸν μὲν, ὡς εἴρηται, λαχόντες τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἐν ἀγνείᾳ δὲ φυλάσσειν ἑαυτοὺς προθυμούμενοι; Ἐντεῦθεν, ἀγαπητὲ, τῶν ὁσίων τινὲς, ἵνα τὴν φυσικὴν ἀποσβέσωσι πύρωσιν, καὶ γυμνοὶ τὸ σῶμα μέσον ὑδάτων διημερεύοντες ὤφθησαν. Μηδεὶς λοιπὸν ἐπὶ μέσου προσφερέτω τὴν γένεσιν, μηδεὶς οὐκ ἀγαθοὺς ἀστέρων προφασιζέσθω σχηματισμούς. Ἀστέρων μὲν γὰρ κινήσεις, ἀνατολὰς καὶ δύσεις αὐτῶν, τοῖς προσήκουσι γίνεσθαι καιροῖς ᾠκονόμησεν ὁ σοφῶς τὰ πάντα διευθετῶν, ὡς ἐντεῦθεν ἀέρος μετατρεπομένου καὶ ὄμβρων καταῤῥηγνυμένων εὐκαίρως αὔξεσθαι τὰ φυτά. Καὶ γὰρ τῶν τροφῶν ὡς ἐν κύκλῳ διηνεκῶς χορηγουμένων ἀνελλιπὴς καὶ ἡ τῶν προσφερομένων τοὺς καρποὺς διαμένει φύσις, ὡς εὐρίσκεσθαι μὲν ἐκεῖνα διὰ τοὺς καρποὺς, τοὺς δὲ καρποὺς διὰ τὰ ζῶα καὶ τὸν ἄνθρωπον. Οὐ γνώμας λοιπὸν οἱ ἀστέρες μετατρέπουσιν, οὐδὲ καθάπερ τι ἀνδράποδον τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ περιάγουσιν ἄνθρωπον. Οὐδὲ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἂν εὑρεθείεν ἄδικοι, τοὺς μὲν μοιχοὺς ποιοῦντες, τοὺς δὲ φονέας καὶ ἁρπαγας. Ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν ἀστέρων ὁ δημιουργὸς αὐτῶν τὴν αἰτίαν ἀποφέρεται, εἴπερ τοιαῦτα κατεσκεύασεν ἃ τὴν ἐπιφορὰν ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης τῶν κακῶν ἐπιτίθησι, καθὰ δὴ καὶ πρὸς Φαῦστον ὁ κορυφαῖος ἔλεγε Πέτρος, γενέσει καὶ εἱμαρμένῃ τὸ πᾶν ἐπιτρέποντα. Ὅρα λοιπὸν νουνεχῶς, καὶ μὴ ἐπὶ πλέον τοῖς λόγοις αὐτῶν θορυβοῦ. Εἰ γὰρ καὶ λέγουσιν ὅτι ἡ ὥρα καθ' ἣν ἡ σύλληψις τοῦ συλλαμβανομένου γίνεται, ἐκείνη καὶ τὸ πλαστουργούμενον, εἴτε ἄῤῥεν εἴτε θῆλυ, διαπλάττειν ἄριστα εἰώθεν, ἀλλ' εὐθέως ἀνθυποφέρειν ἔχεις καὶ σὺ, καὶ οὕτω λέγειν αὐτοῖς, ὡς εἴπερ ἐν μιᾷ ὥρᾳ καὶ τῇ αὐτῇ καταβολῇ τῶν διδύμων ἡ σύλληψις γίνεται, ἔπρεπε πάντως μὴ τὸ μὲν αὐτῶν ἄῤῥεν, τὸ δὲ θῆλυ, ἀλλ' ἄῤῥενα καὶ ἄμφω κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν ὥραν ἢ θήλεα ταυτὶ διαπλάττεσθαι. Οὕτω μὲν οὖν ἔδει μὴ τὸ μὲν αὐτῶν τάχιον τελευτᾷν, τὸ δὲ βράδιον, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ ἄμφω τῶν ὧδε μεθίστασθαι· κατὰ γὰρ ἐκείνους εἰπεῖν, ὁ αὐτὸς ἀστὴρ κἀκείνῳ καὶ τούτῳ τὴν ζωὴν ἐχαρίσατο. Ἀλλὰ καὶ ἐπί τισι παθήμασι καὶ σινώμασιν ὑφ' ὧν ἁλίσκονται πολλάκις τὰ κατὰ μήτραν πηγνύμενα (τά τε γὰρ θήλεα σχῆμα πολλάκις ἀνδρῶν

spondet ipsius etiam præmii magnitudo, sanctus ille vir Joannes auctor scalæ hisce verbis declarat: «Qui corpus vicit, naturam vicit; qui naturam vicit, supra naturam semet extulit; hoc qui consecutus est, paulum angelis est inferior, ne nihil ab iis differre dicam.» Nimirum scito gravibus eos molestiis premi qui casti esse desiderant, cum appetitum in se fortem experiantur et genitu ac magnam copiam, quæ negotii plurimum eis facessit ac nunquam non, ut emittatur, urget. Nihil de hoc ambigendum. Quippe si Diogenes ille Cynicus, cum onus illud naturæ nequiret amplius ferre, homo perpetuis et maximis exercitationibus ad abstinentiam condocefactus, mulierem aliquando quæsisse perhibetur, quo rem molestam sibi deponeret et corpus onere velut excusso levaret, quantum illos sustinere laboris atque molestiarum existimandum est, in quibus a natura vehemens est appetitûs impetus, cum nihilominus servare seipsos in continentia velint? Atque hanc ob causam, dilecte fili, quidam viri religiosi nudis corporibus totos dies in medias aquas semet abjecisse traduntur, quo inflammationem et æstum illum **113** naturalem restinguerent. Itaque nemo posthac nativitatem suam in medium proferat, nemo inauspicatos siderum positus et inter se conformationes causetur. Nam sapiens ille Moderator universorum præclaro consilio instituit, ut suis temporibus certi siderum motus, ortus, occasus eveniant, quo commutato per has causas aere pluviisque delabentibus plantæ incrementum commode sumant. Cum enim alimenta quodam velut ambitu perpetuo suppeditata non desiderantur, etiam illorum natura, qui fructus ipsos percipiunt, vel egere vel deficere nequit. De quo intelligimus sidera quidem cum motibus suis fructuum, fructus autem animalium et hominis esse causa factos. Quapropter animorum voluntates atque sententias sidera non mutant, nec hominem ad imaginem Dei factum mancipii cujusdam vilis instar hac illac ducunt. Non tam enim ipsa deprehenderentur injusta esse, quosdam adulteros efficientia, quosdam homicidas ac prædones, quam eorum opifex, qui præcipuam in hac parte culpam mereretur, ob res ejusmodi conditas quæ necessario nos ad mala proclives redderent. Idcirco non abs re scripsit eximius ille Petrus ad Faustum, quosdam falso universum hoc natalitiis sideribus et fato committere.

Prudenter igitur hæc considerato, nec horum verbis plus æquo perturbari te sinito. Cum enim dicunt eam horam qua fetus conceptio fiat, fetum ipsum, tam marem quam femineum, optime formare, mox eis objicere vicissim potes quod si quidem una et eadem hora, una et eadem seminis dejectione gemeliorum conceptio fiat, omnino necesse sit alterum eorum non esse marem, alterum feminam, sed vel ambos mares vel feminas formari. Consimiliter eadem ratione sequeretur alterum eorum non debere citius exstingui, tardius alterum, sed utrumque rebus humanis pariter eximi. Nam, ut ipsi loquuntur, idem sidus tam huic quam illi vitam præbuit. Quin etiam eo progrediuntur, ut morbos quosdam et formas quæ fetibus in ipsa matrice nonnunquam accidunt (solent enim interdum femellæ verendis in partibus virilem habere

speciem, ac vice versa mares femineam) astris auctoribus tribuant. Vocant ejusmodi fetus, de quibus modo loquebamur, hermaphroditos. Nam perbelle fingunt Mercurium (qui Græcis Hermes est) et Venerem (quæ Aphrodite) in iisdem centris conjunctos, Saturno etiam accedente certaque conformatione aeris, fetus quosdam præter naturam affectos producere. Sed enim hoc minime verum est. Nam ipsa fetus formatrix **114** natura nonnunquam ejusmodi efficit, quemadmodum est supra demonstratum. Hermes quidem ille philosophus, quem Græci tanto habent in honore, scriptis ad sapientem Ammonem litteris, morborum in iis causas qui furore corripiuntur et mente sunt alienati, ad sidera refert. Cum enim, inquit, sidus illud in cujus potestate cerebrum est, fetum bono quodam aspectu intuetur, ejusque cerebrum in ipsa formatione radiis ejusmodi collustrat, omnino fit ut facultates animi principes in tali fetu præclare comparatæ sint. At si quomodocunque sidus ipsum male afficiatur, etiam diversa erit et contraria priori ejus effectio. Hunc in modum spectatores illi sublimium sentiunt atque loquuntur. Eorum tu opinionem rejicito, ac pravis quibusdam humoribus cerebrum ejus repletum esse credito, quem animo alienatum conspexeris. Nam cerebrum mentis est instrumentum, ideoque pro ipsius instrumenti affectione mens etiam, velut artifex, agere consuevit. Propterea Deus herbas quasdam condidit quibus variis doloribus atque morbis medeamur, et hominibus medicam sapientiam abunde largitus est. Hinc et cerebrum purgari videmus, et morbos alios, qui curationem requirunt, convenientium medicamentorum adhibitione sanari. Non igitur eorum verbis decipi te patitor. Ac ne fato quidem, ceu dictum est, hi morbi hominibus accidunt. Quid enim aliud sibi fati vult vocabulum, de ipsorum sententia, quam quod sit eventus quidam inevitabilis, ortus ex serie perpetua motus cœlestium corporum? Quod ipsum totus ille sanctorum virorum cœtus longissime rejicit. Quamobrem istuc? Quia multum amentiæ stoliditatisque continet, plus impietatis, ut magnus ille Basilius loquitur.

Naturaliter quidem, ceu diximus, gubernari regique corpus nostrum ipse rerum Dominus voluit; absque quo foret, nec aere puro nec acquis pellucidis nec loco salubri nec sumptis per vices esculentis ac poculentis vita nostra indigeret. Enimvero, chare fili, fac divinam mihi sapientiam intueare, siquidem nonnihil de rerum natura nobis est commentandum. Etenim ne maxime principales necessariæque corporis nostri partes quibusvis de causis læderentur, caput nostrum, uti quod cerebrum continet quo vita nostra tota nititur, tum capillis tum ossibus præter illos solidis durisque munivit. Cerebrum ipsum natura tenerum fecit, quandoquidem

A περί που τὰ γεννητικὰ φέρουσι μόρια, καὶ τοὐναντίον αὖθις τὰ ἄῤῥενα), τοὺς ἀστέρας αἰτίους ἡγῆται. Ταύτῃ τοι καὶ ἑρμαφροδίτους τοὺς τοιούτους ἐπονομάζουσι. Κομψεύονται γὰρ, ἐπειδὰν ὁ Ἑρ καὶ ἡ Ἀφροδίτη εὑρεθείεν ὁμόκεντροι, συνόντοῖς τοῦ Κρόνου, πρὸς δὲ καὶ σχηματιζομ Ἄρεος, αἴτιοι τηνικαῦτα καὶ τῶν παρὰ φύ τοῖς τικτομένοις καθίστανται. Ἀλλ' οὐκ οὐκ ἔστιν· ἡ γὰρ διαπλάττουσα τὸ ἔ αἰτία πολλάκις τῶν τοιούτων εὐρὶς ἄνωθεν εἴρηται. Ἀλλὰ καὶ ὁ παρ' αὐσι τιμώμενος Ἑρμῆς Ἄμμωνι τῷ αὐτοὺς αἰτιᾶται τοὺς ἀστέρας ἐπ νοις καὶ τὸ φρόνημα κεκτημένοις παρ. τίους δῆθεν τοιούτων παθῶν. Φησὶ καὶ γὰρ

B δὰν ἐξ ἀγαθοῦ σχήματος ὁ τοῦ ἐγκεφάλου κυριευ ἀστὴρ κατοπτεύει τὸ πλαστουργούμενον, κἀκεῖθεν ἀκτῖνα βάλλει τῷ ἐγκεφάλῳ τοῦ πηγνυμένου, καλῶς ἔξουσιν αἱ ἡγεμονικαὶ δυνάμεις τῷ πλαττομένῳ τηνικαῦτα ἐμβρύῳ· εἰ δὲ κακούμενος ὁπωσδήποτε τύχῃ ὁ τοιοῦτος ἀστὴρ, τῶν ἐναντίων ἔσται πάντως ποιητικός. Καὶ οὕτω μὲν οἱ τοῖς μετεώροις προσέχοντες καὶ φρονοῦσι περὶ τούτων καὶ λέγουσιν (24). Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, μὴ οὕτως, ἀλλὰ μοχθηροῖς τισι χυμοῖς κατακρατεῖσθαι τὸν ἐγκέφαλον πίστευε, ἡνίκα δὲ θεάσῃ τινὰ παρακοπῇ φρενῶν συνεχόμενον· ὁ γὰρ ἐγκέφαλος ὄργανόν ἐστι τοῦ νοός· ταύτῃ τοι καὶ κατὰ τὴν ὀργάνου διάθεσιν καὶ ὁ τεχνίτης εἴωθε νοῦς ἐνεργεῖν. Ἐπὶ γὰρ τούτῳ

C καὶ βοτάνας ἀκεσωδύνους παρήγαγεν ὁ Θεὸς, καὶ σοφίας ἰατρικῆς τοὺς ἀνθρώπους ἐνέπλησεν· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ κεφαλὴν καθαιρομένην ἴδῃ τις, καὶ πάθη ἄλλα τινὰ θεραπείας ἀξιούμενα φαρμάκων καταλλήλων ἐπαγωγαῖς. Μὴ οὖν συναρπάζου τοῖς λόγοις αὐτῶν, ὅτι μηδὲ καθ' εἱμαρμένην, ὡς εἴρηται, τὰ πάθη τοῖς ἀνθρώποις ἐμπίπτουσιν. Τί δὲ τὸ τῆς εἱμαρμένης ἐστὶ σημαινόμενον; Ὦ; ἐκεῖνοι φασὶν, ἡ ἀπὸ τῆς καθ' εἱρμὸν τῶν οὐρανίων σωμάτων κινήσεως ἀπαράβατος ἔκβασις, ἣν δὴ καὶ πάντων ὁ τῶν ἁγίων χορὸς πόῤῥω που ῥίπτει καὶ ἀποπέμπεται. Τίνος; ἕνεκεν; Ὅτι πολὺ μὲν τὸ ἀνόητον κέκτηται, πολλαπλάσιον δὲ τὸ ἀσεβὲς, ὡ, ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος.

D Φυσικῶς μὲν οὖν, ὡς προεῖρηται, καὶ διοικεῖσθαι τὸ ἡμέτερον σῶμα καὶ διεξάγεσθαι συγχεχώρηται πάντως παρ' αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου τῆς φύσεως. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἡ τῆς ζωῆς ἡμῶν σύστασις; καὶ ἀέρος ἔχρῃζε καθαροῦ καὶ ὑδάτων διειδῶν τόπου τε ὑγιεινοῦ καὶ καταλλήλων ὡσαύτως βρωτῶν καὶ ποτῶν. Ἀλλ' ὅρα τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ἀγαπητὲ, εἴ γε καὶ φυσιολογίας μικρὸν ἅψασθαι. Ἵνα γὰρ μὴ τὰ καιριώτατα τοῦ σώματος ἡμῶν μόρια καὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσι καταβλάπτωνται, πολυτρόπως, ὡς προείπομεν, καὶ πολυειδῶς ἠσφαλίσατο. Αὐτίκα γὰρ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, ὅτε δὴ τὸν ἐγκέφαλον αὐτὸν περιέχουσαν ἐν ᾧ τὰ

(24) *Ἐπί τε . . . . . λέγουσιν.* Ex V. et F.

τῆς ζωῆς η.
ρωσε καὶ ὀστέοι
δὲ ἡ φύσις τοῦτον ἐ
πάσαις αὐτὸς χορηγεῖ
στερρότητι τῶν ὀστῶν συ
οἰκείαν βλάπτηται φύσιν, ἁπα
μήνιγξιν αὐτὸν περιέλαβε, καὶ ταύτ
ἀλλ' ἀπαλῇ μὲν οὔσῃ τῇ ἔσωθεν διά γε
κεφάλου ἀνάπαυσιν, στερροτέρᾳ δὲ πάλιν
θεν, ὡς ἐντεῦθεν ἄμφω φυλάττεσθαι· οὕτω
οὖν καὶ ἐπὶ τῆς καρδίας ἐποίησε, καθὰ δὴ καὶ
χρυσορρήμων Ἰωάννης φησίν, ὀστέοις μὲν περι
κυκλώσας, παραθεὶς δὲ αὐτῇ καθάπερ ἀπαλὸν
στρῶμα τὸν πνεύμονα, ἵνα μὴ τῇ ἀεικινησίᾳ καὶ
αὐτῇ τοῖς ὀστέοις συντρίβηται. Ἀλλὰ πολλαχόθεν
ἔχειν ῥαφὰς πολλῆς ἀσφαλείας ὑπόθεσις· ἐξατμί-
ζεται γὰρ ἐκεῖθεν αὐτὸς, ὥστε μὴ συμπνίγεσθαι
ὑπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀτμῶν. Πληγή τε εἴ τις
ἐπενεχθείη ποτὲ, οὐχ ὁλοσχερῶς ἡ βλάβη γίνεται·
εἰ μὲν γὰρ ἓν καὶ συνεχὲς ἦν τὸ ὀστοῦν, καὶ μία
κατενεχθεῖσα πληγὴ τὸ πᾶν ἐλυμήνατο, εἰς πολλὰ
δὲ νυνὶ διαιρουμένου γενέσθαι τοῦτο πάντως ἀμή-
χανον. Εἰ γὰρ καὶ συμβαίη τρωθῆναι μέρος ἓν,
ἀνάγκη πᾶσα τὸ κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος κείμενον
ὀστοῦν παραβλάπτεσθαι, ἀσινῆ δὲ τὰ λοιπὰ πάντα
διαφυλάττεσθαι, τοῦ συνεχοῦς τῆς πληγῆς διακο-
πτομένου τῇ τῶν ὀστῶν διαιρέσει. Περὶ δὲ τῶν τῆς
κεφαλῆς περιττωμάτων τί χρὴ καὶ λέγειν, εἴ γε
τὰς ἐκκρίσεις αὐτῶν, ὡς ὁρᾷς, ἡ ὄσφρησις πεπί-
στευται; Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς κάτωθεν ἀναπεμπο-
μένους ἀτμοὺς ὡς ὑπερκειμένη αὐτῇ τοῦ σώματος
ὑποδέχεσθαι εἰῶθεν, ἡ δὲ τούτων πλημμύρα πολ-
λὴν ἂν εἰργάσατο τῷ ἐγκεφάλῳ τὴν λώβην, οὐδὲ τού-
του κατημέλησεν ὁ τῶν ἁπάντων ποιητής, ἀλλὰ
πόρους τινὰς ἐν τοῖς ὀστέοις ἐργασάμενος τὰ ὑγρὰ
καὶ παχέα τῶν περιττωμάτων ἐπὶ τὴν ὑπερῴαν
καὶ τοὺς μυκτῆρας ὡδήγησε, καὶ δύο τούτοις ἐκ-
κρίσεων ἀπένειμε μόρια, ἵνα συντόμως τὸ βλαβε-
ρὸν ἐκφορῆται. Τὸ δέ γε ἀτμῶδες περίττωμα διὰ
τῶν τοῦ κρανίου ῥαφῶν ἄνωθεν ἐξωθεῖται. Μὴ
θαύμαζε εἴ γε ψυχρός ἐστιν ὁ ἐγκέφαλος φύσει,
καὶ ὅτι μείζονα τοῦτον ὁ ἄνθρωπος ἢ τὰ λοιπὰ
ζῶα κέκτηται. Τὴν γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ θερμότητά
τε καὶ ζέσιν χωρεῖν ἐπὶ τὸ εὔκρατον ἐντεῦθεν ὁ
Ἀριστοτέλης φησὶν, αὐτὸν δὲ αὖ τὸν ἐγκέφαλον
μὴ ὑπερθερμαίνεσθαι τῇ ἀναφερομένῃ θερμότητι.
Ὅρα δὲ νουνεχῶς· ἐπειδὴ γὰρ ἡ τοιαύτη θερμότης
μείζων ἐστὶ, μείζων ἄρα καὶ ἡ ἐξ ἐγκεφάλου ψυ-
χρότης τε ὁμοῦ καὶ ὑγρότης ἀντίκειται, ἧς ὑγρό-
τητος ἕνεκα καὶ ὀψιαίτατα πήγνυται τὸ περὶ τὴν
κεφαλὴν ὀστοῦν, ὃ δὴ καὶ βρέγμα καλοῦσί τινες.
Ἀλλὰ καὶ ῥαφὰς πλείους ὁ ἄνθρωπος κέκτηται, καὶ
μᾶλλον ὁ ἀνήρ. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι καὶ πλείων ὁ
ἐγκέφαλος αὐτῷ πρόσεστιν· ἵνα γοῦν ἔμπνους ὁ
τόπος ᾖ, πλειόνων ὁ ἀνὴρ ἐδεήθη ῥαφῶν. Καὶ ξη-
ρὸς μὲν ὁ τοιοῦτος καὶ ἀπέριττος ὢν συνετόν τινα
ποιεῖ καὶ νηφάλιον, κάθυγρος δὲ ὢν τἀναντία ποιεῖ,
νωθρὸν δηλονότι καὶ ὑπνώδη καὶ ῥᾳθυμον. Καὶ πρόσ-
σχες, εἰ βούλει, τῷ σοφῷ Ἡρακλείτῳ· ξηροτέρη ψυχὴ

Ἀδὰμ τὸν Κάϊν, τὸν Ἄβελ, τὸν
καθά φησι Γεώργιος, τὴν
εἰς γυναῖκα, καὶ τὴν
γὰρ Ἄβελ φονευθεὶς
σθένος. Ἐφθόνει
αὐτοῦ θυ-
στρέφετο
οποι

A **117** Secundum hæc Adamus Cainum, Abelum Sethumque genuit, et filias duas, uti Georgius memoriæ prodidit, Azuram videlicet, quæ cum Caino nupta fuit, et Asuam, quam Sethus uxorem accepit : etenim Abelus per invidiam a Caino necatus exsors conjugii ac virgo decessit. Causa, quamobrem Abelo Cainus inviderit, hæc erat, quod sacrificiis ejus magis Deus esset propitius quam Cainicis, quæ omnino aversabatur, non quia terræ fructus ille offerret, quemadmodum nnus ille Julianus scripsit, animalium macta-
hoc argumento comprobare volens, sed
lia prorsus essent. Itaque Deus Abeli
iebat, quæ ille de pecorum suorum,
rum, primigenis offerebat : hoc
hat, non res ipsas quæ offe-

B sit, argumento
emittit, ne
suffocetur; et eadem
no ad animum accidit
se statueret? num
Chrysostomus
llexit Deum
eo quod
retur,
ve-
rupta. Quid de capitis excrementis dicam? quorum
egestioni nares sunt, uti vides, destinatæ. Cum enim
caput tanquam supremum in corpore locum conse-
cutum vapores deorsum ascendentes excipere soleat,
quorum redundantia cerebro plurimum detrimenti
C allatura erat, ne id quidem opifex ille rerum negli-
gere voluit, sed quibusdam meatibus effectis in ipsis
ossibus excrementa humida et crassa in palatum ac
nares deduxit, quas ipsas quoque duas in partes
divisit, quibus excretio fiat, ut compendiaria quasi via
breviterque noxia egerantur et excrementa sursum
exhalantia per cranii suturas sursum expellantur.
Neque cerebri naturam esse frigidam miraberis,
nec quod in homine cerebrum sit amplius quam
in animalibus cæteris. Nam hinc trādit Aristoteles
calorem ebullitionemque cordis temperatiorem ef-
fici, et ipsum cerebrum propter calorem sursum
tendentem non nimium effervescere. Quod sane
si fierpt, non parum effectiones ejus impedirentur.
D Atque hoc loco mentem mihi velim adhibeas. Quia
magnus est cordis calor, idcirco etiam major illi
frigiditas cerebri et humiditas opponitur; cujus
humiditatis causa perquam sero capitis os conso-
lidatur, quod bregma nonnulli vocant. Et suturas
capitis, ceu diximus, homo plures habet, præser-
timque vir. Quamobrem istuc? Quia cerebrum in
eo quoque majus est. Ut igitur hic locus fetoris
expers esset maxime, vir pluribus suturis egebat
pro ipsius nimirum cerebri amplitudine. **116**
Quodsi cerebrum quis siccum minimeque gravatum
ab excrementis habeat, prudens atque sobrius
evadit, cum ejusdem humiditas contrarium quid-
dam efficiat, hominem videlicet desidem, somno-
lentum, ignavum. Licet hoc de sapientis Heraclitī

verbis intelligas, qui animam sicciorem dixit esse sapientiorem. Nam in cerebris humidis spiritus animalis veluti submersus, ut et in feminis est videre, præclarissime suas effectiones absolvere nequit. Idcirco divinus ille Cyrillus sexum femineum dimidia parte virorum indoli cedere dixit. Atque hæc de statu conditioneque cerebri naturali dicta sunto. Cum autem plus æquo siccescit, necesse est hominem lædi et affligi. Nam vehementes quædam temperamenti justi perturbationes partium ipsarum effectiones quasi retundere consueverunt. Itaque fieri plerumque solet, ut vel jejunia vel vigiliæ naturalem cerebri siccitatem plus æquo augentes hujusmodi morbos gignant. Estque propterea necessarium ut homines in hunc modum affecti victus ratione aliquanto humidiore utantur; nam orti de siccitate morbi per humiditatem curantur. Rursum si ex morbo quodam plus æquo sit humidum cerebrum, subsequi rerum oblivio et infatuatio quædam solet, eaque tanta ut sæpenumero tam artium quam litterarum suique adeo nominis homo prorsus obliviscatur. Tribus nimirum membranis cerebrum distinguitur, ac ventriculus quidem ejus anterior facultatis informantis et imaginantis est instrumentum, medius vero cogitantis, posticus denique recordantis. Etenim primo rem hanc aut illam informatione quadam concipimus; deinde de informato rationamur, quid et quotuplex a natura sit, atque ita in memoriam tandem recondimus. Et hæc quidem accipienda de iis sunt qui recte affecti sunt atque sani. Quodsi vel unum aliquid horum morbo quodam quocunque pacto afficiatur, tunc ejus partis ratione anima pure nequit efficax esse. Hæc tibi, dilecte fili, monendo subjicio, ne siderum inter se conformationes et aspectus causeris, cum naturalibus hujusmodi quædam rationibus evenire consueverint.

σοφωτέρη. Ἐπὶ γὰρ τῶν ὑγρῶν κατακλυζόμενον οἱονεὶ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν ἔστιν ἰδεῖν, ἐνεργεῖν ἀρίστως οὐ δύναται. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῆς τῶν ἀνδρῶν εὐφυΐας καὶ ἐξ ἡμισείας ἀπολείπεσθαι τὸ θῆλύ φησιν ὁ θειότατος Κύριλλος. Καὶ οὕτω μὲν ὁ λόγος περὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων διέξεισιν. Ἡνίκα δὲ ξηρότερος ἑαυτοῦ καὶ πλέον τοῦ δέοντος ὁ ἐγκέφαλος γένηται, παραπαίειν ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. Αἱ μεγάλαι γὰρ δυσκρασίαι τὰς ἐνεργείας τῶν μορίων ἀμβλύνειν εἰώθασιν. Ὅθεν ἡ ἀσιτία πολλάκις, καὶ μὴν καὶ ἡ ἀγρυπνία, τὴν κατὰ φύσιν ἐπεκτείνουσα τοῦ ἐγκεφάλου ξηρότητα, ποιεῖν εἴωθε τοιαῦτα συμπτώματα. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὑγροτέρᾳ διαίτῃ κεχρῆσθαι τοὺς οὕτω διατεθέντας ἐπάναγκες· τὰ γὰρ διὰ ξηρότητα πάθη τῇ ὑγρότητι θεραπεύονται (25). Ψυχρότερος δὲ πάλιν ἑαυτοῦ διά τινα νόσον γεγονὼς ὁ ἐγκέφαλος καὶ λήθην ἐπάγει καὶ μώρωσιν, κατὰ τοσοῦτον δὲ ὥστε καὶ τεχνῶν καὶ γραμμάτων καὶ τοῦ ὀνόματος πολλάκις αὐτοῦ μετὰ τὴν ὑγείαν ἐπιλελῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. Τρισὶ καὶ γὰρ ὑμέσι διῄρηται ὁ ἐγκέφαλος. Καὶ ἡ μὲν ἡ ἐμπρόσθιος αὐτοῦ κοιλία ὄργανόν ἐστι τοῦ φανταστικοῦ, ἡ δὲ μέση κοιλία ὄργανόν ἐστι τοῦ διανοητικοῦ, καὶ ἡ ἑτέρα πάλιν τοῦ μνημονευτικοῦ. Πρότερον μὲν γὰρ φαντάζόμεθα τόδε τὸ πρᾶγμα· μετὰ ταῦτα διαλογιζόμεθα τὸ φαντασθὲν, τί τε καὶ ποταπὸν αὐτὸ τὴν φύσιν ἐστίν· εἶθ' οὕτως τῇ μνήμῃ τὸ τοιοῦτον ἐναποτίθεμεν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν ἐχόντων καλῶς τε καὶ ὑγιῶς· ἀλλ' ἐπειδὰν ἓν ἐξ αὐτῶν πάθει τινὶ ὀπωσδήποτε περιπέσῃ, τότε κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἡ ψυχὴ καθαρῶς ἐνεργεῖν οὐ δύναται. Ταῦτα δὲ, τέκνον, ὑποτίθημί σοι, ὅπως μὴ τοὺς τῶν ἀστέρων σχηματισμοὺς αἰτιάσει καθυποβάλλῃς, εἴ γε φυσικοῖς τισι λόγοις τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι εἴωθε.

(25) *Καὶ οὕτω μὲν..... θεραπεύονται.* Ex V et F.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ*.

PARS II.

AB ADAMO USQUE AD CÆSARIS IMPERIUM.

Ac sumus quidem hactenus longioribus in expositione hac digressionibus usi, verum id omne studio discendi tuo, quo sane singulari flagras, tributum est. Quippe dum cupiditati, ceu vides, tuæ gratificamur, magno hæc labore atque industria collegimus et in hunc commentarium studiose digessimus.

Ταῦτα μὲν οὖν εἰ καὶ παρεκβατικώτερον εἴρηται, ἀλλὰ φιλομαθείας ἕνεκα πάντως τῆς σῆς. Ἐφέσει καὶ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τῇ σῇ χαριζόμενος, καὶ φιλοπόνως ταῦτα συνέλεξα καὶ φιλοτίμως τῷδε διείληφα τῷ συντάγματι.

* In ms. F. titulus apparet augustior ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑΣ, deinde alter minor, *Περὶ τῆς φυσιολογίας τοῦ ἀνθρώπου.*

Γεννᾷ τοίνυν ὁ Ἀδὰμ τὸν Κάϊν, τὸν Ἄβελ, τὸν Σήθ, θυγατέρας δὲ δύο, καθά φησι Γεώργιος, τὴν Ἀζούραν, ἣν ὁ Κάϊν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα, καὶ τὴν Ἀσουὰμ, ἣν ἔλαβεν ὁ Σήθ· ὁ γὰρ Ἄβελ φονευθεὶς παρὰ τοῦ Κάϊν διὰ φθόνον ἀπῆλθε παρθένος. Ἐφθόνει δὲ τῷ Ἄβελ ὁ Κάϊν, ὅτι προσέσχε ταῖς αὐτοῦ θυσίαις ὁ Θεὸς μᾶλλον ἢ ταῖς τοῦ Κάϊν. Ἀπεστρέφετο δὲ παρὰ τοῦ Κάϊν τὰ προσαγόμενα οὐχ ὅτι καρποὶ ἦσαν ἀπὸ τῆς γῆς, καθά φησιν ὁ παράφρων Ἰουλιανὸς, τὴν ζωοθυσίαν εὐμεθόδως εἰσάγων, ἀλλ' ὅτι ἄχρηστα ἦσαν. Προσέσχε λοιπὸν τοῖς τοῦ Ἄβελ· ἀπὸ τῶν πρωτοτοκίων καὶ γὰρ ταῦτα, τουτέστι τῶν ἐξαιρέτων, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησί. Τὴν προαίρεσιν λοιπὸν καὶ ἀποδέχεται καὶ αὖ ἀποστρέφεται, οὐμενοῦν αὐτὰ τὰ προσαγόμενα.

A **117** Secundum hæc Adamus Cainum, Abelum Sethumque genuit, et filias duas, uti Georgius memoriæ prodidit, Azuram videlicet, quæ cum Caino nupta fuit, et Asuam, quam Sethus uxorem accepit : etenim Abelus per invidiam a Caino necatus exsors conjugii ac virgo decessit. Causa, quamobrem Abelo Cainus inviderit, hæc erat, quod sacrificiis ejus magis Deus esset propitius quam Cainicis, quæ omnino aversabatur, non quia terræ fructus ille offerret, quemadmodum vesanus ille Julianus scripsit, animalium mactationes hoc argumento comprobare volens, sed quod inutilia prorsus essent. Itaque Deus Abeli sacrificia respiciebat, quæ ille de pecorum suorum, et quidem eximiorum, primigenis offerebat : hoc est, ut Chrysostomi verbis utar, institutum animi vel probat vel improbat, non res ipsas quæ offeruntur.

AB ADAMO USQUE AD CÆSARIS IMPERIUM.

Ac sumus quidem hactenus longioribus in expositione hac digressionibus usi, verum id omne studio discendi tuo, quo sane singulari flagras, tributum est. Quippe dum cupiditati, ceu vides, tuæ gratificamur, magno hæc labore atque industria collegimus et in hunc commentarium studiose digessimus.

D Ταῦτα μὲν οὖν εἰ καὶ παρεκβατικώτερον εἴρηται, ἀλλὰ φιλομαθείας ἕνεκα πάντως τῆς σῆς. Ἐφέσει καὶ γάρ, ὡς ὁρᾷς, τῇ σῇ χαριζόμενος, καὶ φιλοπόνως ταῦτα συνέλεξα καὶ φιλοτίμως τῷδε διεληφα τῷ συντάγματι.

* In ms. F. titulus apparet augustior ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑΣ, deinde alter minor, *Περὶ τῆς φυσιολογίας τοῦ ἀνθρώπου.*

Γεννᾷ τοίνυν ὁ Ἀδὰμ τὸν Κάϊν, τὸν Ἄβελ, τὸν Σήθ, θυγατέρας δὲ δύο, καθά φησι Γεώργιος, τὴν Ἀζούραν, ἣν ὁ Κάϊν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα, καὶ τὴν Ἀσουάμ, ἣν ἔλαβεν ὁ Σήθ· ὁ γὰρ Ἄβελ φονευθεὶς παρὰ τοῦ Κάϊν διὰ φθόνον ἀπῆλθε παρθένος. Ἐφθόνει δὲ τῷ Ἄβελ ὁ Κάϊν, ὅτι προσέσχε ταῖς αὐτοῦ θυσίαις ὁ Θεὸς μᾶλλον ἢ ταῖς τοῦ Κάϊν. Ἀπεστρέφετο δὲ παρὰ τοῦ Κάϊν τὰ προσαγόμενα οὐχ ὅτι καρποὶ ἦσαν ἀπὸ τῆς γῆς, καθά φησιν ὁ παράφρων Ἰουλιανὸς, τὴν ζωοθυσίαν εὐμεθόδως εἰσάγων, ἀλλ' ὅτι ἄχρηστα ἦσαν. Προσέσχε λοιπὸν τοῖς τοῦ Ἄβελ· ἀπὸ τῶν πρωτοτοκίων καὶ γὰρ ταῦτα, τουτέστι τῶν ἐξαιρέτων, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησί. Τὴν προαίρεσιν λοιπὸν καὶ ἀποδέχεται καὶ αὖ ἀποστρέφεται, οὐμενοῦν αὐτὰ τὰ προσαγόμενα.

A **117** Secundum hæc Adamus Cainum, Abelum Sethumque genuit, et filias duas, uti Georgius memoriæ prodidit, Azuram videlicet, quæ cum Caino nupta fuit, et Asuam, quam Sethus uxorem accepit : etenim Abelus per invidiam a Caino necatus exsors conjugii ac virgo decessit. Causa, quamobrem Abelo Cainus invideret, hæc erat, quod sacrificiis ejus magis Deus esset propitius quam Cainicis, quæ omnino aversabatur, non quia terræ fructus ille offerret, quemadmodum vesanus ille Julianus scripsit, animalium mactationes hoc argumento comprobare volens, sed quod inutilia prorsus essent. Ita que Deus Abeli sacrificia respiciebat, quæ ille de pecorum suorum, et quidem eximiorum, primigenis offerebat : hoc est, ut Chrysostomi verbis utar, institutum animi vel probat vel improbat, non res ipsas quæ offeruntur.

Ἀλλὰ πόθεν ὁ Κάϊν εἰς τοιαύτην ἦλθεν ἔννοιαν, ὥστε θυσίαν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ; ἢ πάντως ἐκ τῆς ἐν τῷ συνειδότι αὐτοῦ γνώσεως, ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησί. Καὶ πόθεν ὁ Κάϊν ἐπέγνω ὅτι οὐ προσέσχε τοῖς αὐτοῦ δώροις ὁ Θεός; Ἀπὸ τοῦ μὴ κατελθεῖν ἄνωθεν πῦρ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ, καθάπερ ἐπὶ ταῖς τοῦ Ἄβελ γέγονεν· ἐπὶ γὰρ ταύταις κατῆλθε πῦρ καὶ ἠνάλωσεν αὐτὰς, τὴν ἀποδοχὴν ἐντεῦθεν τοῦ Θεοῦ παριστῶν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ζητοῦσιν ἐνταῦθα, διὰ τί κατ' ἀρχὰς πῦρ μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατήρχετο καὶ τὰς προσαγομένας τῷ Θεῷ θυσίας ἐπεβόσκετο, νυνὶ δὲ τοῦτο οὐ γίνεται. Μὴ ταῖς τῶν ζώων θυσίαις ὁ Θεὸς ἔχαιρεν; Οὐχί· κατὰ γὰρ τὸν θειότατον Κύριλλον τύπος ἦν ἐκεῖνο τὸ πῦρ καὶ προεικόνισμά τοῦ παναγίου Πνεύματος τοῦ κατιόντος μὲν ἀοράτως καὶ τὰς πνευματικὰς ἡμῶν θυσίας προσδεχομένου, καθὰ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν Χριστὸν αὐτὸν κατῆει ἐν Ἰορδάνῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ ὡς δεόμενον Πνεύματος, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν ὅτι καὶ ἐπὶ παντὶ βαπτιζομένῳ ἀοράτως τὸ Πνεῦμα κάτεισι καὶ ἁγιάζει αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ νῦν, ἀγαπητὲ, σημεῖα τοιαῦτα οὐχ ὁρᾷς, μὴ ἀπίστει· εἰ γὰρ καὶ ὄψεις ἐγένοντο κατ' ἀρχὰς αἰσθηταὶ διά γε τοὺς ἀνοητοτέρως ἐπιχειμένους, ὡ, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ μηδεμίαν ἔννοιαν ἀσωμάτου φύσεως δυναμένους λαβεῖν, ἀλλ' ἡμῖν αἰσθητῶν ὄψεων οὐκ ἔστι χρεία λοιπὸν, ἀντὶ πάντων ἀρκούσης τῆς πίστεως· τὰ γὰρ σημεῖα, φησὶ, τοῖς ἀπίστοις, οὐ μὴν αὐτοῖς τοῖς πιστεύουσι.

B **118** Sed enim unde Caino ad animum accidit ut Deo sacrificium offerendum esse statueret? num ex conscientiæ notitia quadam, ut Chrysostomus ait? Et unde tandem Cainus idem intellexit Deum munera sua non respicere? Nimirum ex eo quod in ejus hostias ignis e cœlo non delaberetur, quemadmodum in Abeli sacrificiis fieri consueverat. Nam ejus hostias ignis superne delatus absumebat, quo ipso declarabatur Deum eas acceptas et gratas habere. Solet illud etiam hoc loco quæri, quamobrem initio de cœlo delapsus ignis oblatas hostias Deo depascebatur, cum id modo non fiat? Num victimis animalium Deus oblectabatur? Nequaquam, sed uti Cyrillus inquit, ignis ille typus et imago sancti Spiritus erat, qui descendit inaspectabiliter et spirituales victimas nostras acceptat; quemadmodum in ipsum quoque Christum in Jordane descendebat, non quod ille Spiritus egeret, sed uti nos disceremus Spiritum in quemvis hominem, qui baptizatur, inaspectabiliter descendere ac eum sanctificare. Cæterum nequaquam tibi nunc abjicienda est fides propterea, quod talia prodigia modo nulla videas. Quamvis enim spectacula quædam sensilia tunc oculis exhibebantur eorum causa qui paulo rudiores animis erant, ut Chrysostomi verbis utar, nec incorpoream naturam cogitatione complecti poterant, non tamen idcirco necesse est nobis offerri spectanda consimilia, cum illorum omnium loco fides nobis sufficiat. Nam prodigia, ut ille ait [97], infidelibus serviunt, non fidem habentibus.

C

D

Καὶ ὁ μὲν Κάϊν, ἀγαπητὲ, μεῖζον ἥμαρτεν ἢ ὁ Ἀδάμ. Καὶ δῆλον ἐκ τῆς γεγονυίας πρὸς αὐτοὺς κατάρας τοῦ Θεοῦ. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Ἀδὰμ, « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου· » ἐπὶ δὲ τοῦ Κάϊν, ὀλεθρίου ὄντος τοῦ πλημμελήματος, αὐτὸς ὁ Κάϊν τὴν κατάραν ἐδέξατο. Καὶ τούτου χάριν οὐδὲ ταχέως ἐπάγεται τούτῳ ὁ θάνατος, ἵνα καὶ τοῖς λοιποῖς διδάσκαλος γένηται

Nec ignores, dilecte fili, gravius Cainum deliquisse quam Adamum; id quod ex utriusque potest intelligi exsecratione, cui divinitus subjecti sunt. Nam de Adamo dicitur : « Exsecratione infelix erit humus propter ea quæ designasti; » at vero quia Caini delictum erat exitiale, propterea Cainus ipsemet exsecrationem commeruit. Eamdem ob causam nec celeriter moritur, quo nimirum et alios exemplo suo commonefaceret ac erudiret.

[97] I Cor. XIV,

« Quisquis me repererit, occidet, » inquit de semetipso Cainus, et quidem ad membrorum suorum luxationem respiciens. Verum Deus e diverso, « Ne tibi formidaveris, » ait : « nam qui te necaverit, septupli vindictam sustinebit [98], » hoc est septem pœnis seipsum obnoxium faciet. In hunc modum hæc perscripta legimus. Georgius autem memoriæ prodit Cainum miserabili morte per ignorationem fuisse peremptum, uti quem Lamechus ab oculis destitutus occiderit; quod sane fidem **119** mereri nequit. Nam quis, obsecro, scire potest num Cainus adhuc Lamechi temporibus superstes fuerit? Certi nihil statui de hoc potest, cum annos posterorum Caini Moses ita memoriæ non prodiderit, ut oriundorum a Setho : ne dicam Deum Caino quamdam apposuisse notam, ne a quoquam necaretur. Per hanc vero notam vel ipsa Dei de Caino sententia debet intelligi vel dici potest esse interemptus?

A « Πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. » Τοῦτο δὲ ἔλεγεν εἰς αὐτὴν ἀφορῶν τὴν πάρεσιν τῶν μελῶν. Ἀλλὰ μὴ δέδιθι, ἔφη ὁ Κύριος· ὁ γὰρ ἀποκτείνας σε ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, τουτέστιν ἑπτὰ τιμωρίαις ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσει. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως· ὁ δὲ Γεώργιος οἰκτρῷ θανάτῳ τελευτῆσαι τὸν Κάϊν φησίν. Ὁ δὲ ἱερὸς Μεθόδιος Πατέρων φησὶν, ὅτι ὁ Λάμεχ φονεύσας τὸν Κάϊν κατ' ἄγνοιαν (τυφλὸς γὰρ ἦν) θανάτῳ παρέδωκεν. Ὅπερ ἀπίθανον· τίς γὰρ εἶδεν ὅτι ὁ Κάϊν διετέλει ζῶν κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ Λάμεχ; Ἀδηλον τοῦτο ἦν, ὅτι τῶν ἀπὸ τοῦ Κάϊν οὐκ ἀναγράφει Μωσῆς ὥσπερ δὴ τῶν ἀπὸ τοῦ Σήθ. Ἄλλως τε καὶ σημεῖον τοῦ Θεοῦ δόντος τῷ Κάϊν τοῦ μὴ ἀναιρεθῆναι (σημεῖον δὲ νοητέον ἢ τὸν ὅρον αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ἢ τὸν τῶν μελῶν αὐτοῦ κλόνον), πῶς ἀνῃρέθη λοιπόν;

Jam si quæras quamobrem Moses Caini posterorum annos non recensuerit, magnus ille tibi Cyrillus in Glaphyris sive varietatibus suis respondebit. Non hoc factum est, inquit, ex ignoratione quadam Dei, sed quia peccatorum annos totamque adeo vitam libro viventium contineri nolit. Idem Cyrillus refert Cainum et Abelum fuisse figuram primigeni populi Judaici et Christi Christoque fidentium. Quemadmodum enim Cainus invidia flagrans profuso fratris sanguine non solum a Dei conspectu profugit, verum etiam in ejusmodi exsecrationem incidit ut vagabundus in terris gemeret atque tremeret, sic etiam Judaica natio propter invidiam qua flagravit, et profusum ipsius Christi sanguinem, e Dei conspectu excessit, jamque adeo tremens et gemens obvagatur.

B Εἰ δὲ ζητεῖς, πῶς τὰ ἔτη τῶν ἀπὸ τοῦ Κάϊν οὐκ ἀναγράφει Μωσῆς, ὁ μέγας Κύριλλος ἐν τοῖς Γλαφυροῖς αὐτοῦ διδάξει σε λέγων ὅτι οὐ κατ' ἄγνοιαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅτι τῶν ἁμαρτωλῶν τὰ ἔτη καὶ ἁπλῶς καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν ἐν βίβλῳ ζώντων γεγραμμένην ἔχειν οὐ θέλει. Καθὰ δὲ τῷ διαληφθέντι Πατρὶ τύπος ἦν ὁ Κάϊν καὶ ὁ Ἄβελ τοῦ πρωτοτόκου λαοῦ τοῦ Χριστοῦ τε καὶ τῶν εἰς αὐτὸν πιστευσάντων. Ὥσπερ γὰρ ὁ Κάϊν διὰ φθόνον καὶ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ αἷμα ἐξέβη ἀπὸ προσώπου Θεοῦ, ναὶ μὴν καὶ κατηράθη στένειν καὶ τρέμειν ἐπὶ τῆς γῆς περιπατῶν, C οὕτω; ἄρα καὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς διὰ φθόνον καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα ἐξέβη ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ περιπατεῖ στένων καὶ τρέμων.

Hoc modo notam Caino Deus apposuit, ne ab aliquo perimeretur, id quod futurum existimarat. Etenim ipse dixerat : « Accidet ut qui me cunque repererit occidat. » Josephus tradit Cainum obsecrasse Deum, ne in obvagatione sua forte in belluas incideret; eoque pacto periisse hominem refert. Quodsi etiam scire desideras, unde Cainus modum occidendi fratris acceperit, qui neminem sciret adhuc a quoquam interfectum, licet hoc de magno illo Athanasio cognoscas, qui diabolum ait Caino per quietem necandi fratris rationem ostendisse.

Σημεῖον οὖν δέδωκε τῷ Κάϊν ὁ Θεὸς, ὥστε μὴ φονεύθῃ παρά τινος, ὡς ἐκεῖνος ὑπώπτευε· καὶ, « Ἔσται, » γάρ φησι, « πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. » Ὁ δὲ Ἰώσηπός φησιν ὅτι τὸν Θεὸν ὁ Κάϊν ἱκέτευε, μήποτε θηρίοις ἁλώμενος περιπέσῃ καὶ τουτονὶ τὸν τρόπον ἀπόληται. Εἰ δὲ ζητεῖς πόθεν ἔγνωκε τρόπον ὁ Κάϊν δι' οὗ τῆς ζωῆς ταύτης ὑπεξαγάγῃ τὸν Ἄβελ, ἐπείπερ οὐκ εἶδεν ἕτερόν τινα παρά τινος ἀναιρούμενον, ὁ μέγας Ἀθανάσιος διδάξει σε λέγων, ὅτι κατ' ὄναρ D ὑπέδειξεν ὁ διάβολος αὐτῷ τὸν τρόπον τῆς ἀναιρέσεως.

Invidia quidem certe, ceu diximus, in Caini corde quodam quasi domicilio constituto, Abeli cædem peperit. Nam ejusmodi affectionibus mortalium animi facti sunt obnoxii, posteaquam e statu perturbationum experte ipsaque adeo perfectione exciderunt. Nihilominus animi quidam affectiones hasce superant, cum e diverso alii nolentes iis semet opponere quibuslibet occasionibus, etiam levissimis, quasi prostrati succumbant; cujusmodi quiddam in ipsis etiam corporibus est videre. Nam

Φθόνος μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, τῇ τοῦ Κάϊν ἐγκαθιδρύσας ψυχῇ τὸν τοῦ Ἄβελ φόνον ἀπέτεκεν. Τοιούτοις γὰρ πάθεσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ γεγόνασι κάτοχοι μετὰ τὴν τῆς ἀπαθείας ἐκείνην καὶ τελειότητος ἔκπτωσιν. Ἀλλ' ἔνιαι μὲν τῶν ψυχῶν κρείττους εὑρίσκονται τῶν τοιούτων παθῶν, ἔνιαι δὲ πάλιν ἀντιβαίνειν μὴ θέλουσαι καὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς καταβέβληνται. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἔστιν ἰδεῖν (ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν εὐεξίας δι' ὅλου μετέχουσιν, ἐν οὐδενὶ τῶν ἐμπιπτόντων ἔξωθεν

[98] Gen. iv, 14.

περιτρεπόμενα, ἕνια δὲ τοσοῦτόν εἰσιν ἀῤῥώστηματικὰ ταῖς ἐκ γενετῆς κατασκευαῖς ὥστε μὴ πρὸς οὐδὲν ἀντιπράττειν τῶν ἔξωθεν αἰτίων, ἀλλὰ κἂν θαλφθῇ βραχὺ, κἂν ψυχθῇ, κἂν ἀγρυπνήσῃ, κἂν κοιμηθῇ πλέον τοῦ δέοντος, εὐθέως νοσεῖ), οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν διανοεῖσθαί σε ἄξιον.

A quædam eorum optime prorsus affecta sunt, nec a rebus extrinsecus accidentibus ullo modo læduntur, cum alia tantopere debilitati ac morbis obnoxia sint ex constitutione quadam naturali, ut causis extrinsecus accidentibus resistere vel tantillum nequeant. Nimirum si paulo plus æquo vel incalescant, vel frigeant, vel vigilent, vel dormiant, continuo morbus subsequitur. Idem in animis etiam usuvenire cogitabis.

Μετὰ δὲ ταῦτα παραμυθούμενος τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεὸς τῇ ἀπὸ τοῦ παραδείσου τε ἀδημονοῦντα ἐκπτώσει καὶ τῷ τοῦ Ἄβελ θανάτῳ, ἔδωκεν αὐτῷ τὸν ἐνάρετον Σήθ. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ Εὔα ἔλεγεν· « Ἐξανέστησέ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ τοῦ Ἄβελ ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. »

120 Secundum hæc ut Adamum Deus consolaretur, qui tum propter amissionem paradisi tum Abeli cædem magnopere afflictaretur, præstantem ei virtute filium Sethum dedit. Quamobrem his Eva verbis est usa : « Deus mihi sobolem alteram in locum Abeli a Caino perempti reposuit [a]. »

Γίνωσκε δὲ ὅτι πρὸς ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι καὶ τὴν λεγομένην τῶν Καϊανιτῶν αἵρεσιν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἔγραφεν. Οὗτοι μὲν οὖν Κάϊν ἐτίμων ὡς δύναμίν τινα, ἔλεγον δὲ ὅτι τὸ καλὸν καὶ τὸ κακὸν μὴ κατὰ γνώμην εἶναι ἀνθρώποις, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. Τιμῶσι δὲ καὶ τὸν Ἰούδαν· διὰ γὰρ τοῦ προδοῦναι τὸν Κύριον ἔργον καλὸν, ἤγουν τὴν ἡμῶν σωτηρίαν εἰργάσατο. Καὶ βιβλίον δὲ παρ' αὐτοῖς Ἀναβατικὸν λεγόμενον, περιέχον ἃ εἶδε, ὁ Παῦλος καθ' ὃν ἀνέβη καιρὸν εἰς τρίτον οὐρανόν. Βιβλίον δὲ τὸ τοιοῦτόν ἐστι παρ' αὐτοῖς, ὅτι οὐ προσέσχον τῷ μεγάλῳ Παύλῳ, ῥήματα μὲν ἀκοῦσαι λέγοντι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, μὴ ἐξεῖναι δὲ ταῦτα γλώσσαις ἀνθρώπων λαλῆσαι. Ὅτι δὲ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα οὔτε ἐλαλήθησαν οὔτε τινὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐγνώσθησαν, καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ θεολογίας λόγῳ αὐτοῦ δείκνυσιν οὕτως εἰπών· « Εἰ μὲν οὖν ἔκφορα γέγονεν ἃ τῷ Παύλῳ παρέσχεν ὁ τρίτος οὐρανὸς καὶ ἡ μέχρι ἐκείνου πρόοδος, τάχα ἂν περὶ Θεοῦ πλέον ἐγνωμεν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορῥήμων Ἰωάννης ἐν ταῖς εἰς τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ ὁμιλίαις οὕτω φησίν· « Εἰ ὁ μέγας Παῦλος ὁ τῶν ἀῤῥήτων ἐκείνων ῥημάτων ἀκοῦσαι καταξιωθείς, ὧν μέχρι τῆς σήμερον οὐδεὶς ἄλλος ἤκουσε, γράφων ἔλεγεν, Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς ; » Καὶ περὶ τούτων οὕτως.

Scire debes magnum illum Epiphanium inter cæteras Caianitarum quoque sectam commemorare. Colebant illi Cainum ceu quamdam potestatem, aiebantque bonum et malum in hominibus a voluntate non pendere ac proficisci, sed a natura. Iidem et Judam honore prosequuntur, ut qui Servatorem prodendo præclari operis, nostræ nimirum salutis, auctor exstiterit. Circumfertur apud eosdem liber quem Anabatianum (ab ascensu) vocant. Continentur hoc eâ quæ Paulus id temporis conspexerit quo in cœlum tertium ascendit. Retinent hunc illi librum, non animadvertentes Paulum profiteri se tum verba quædam audisse quæ linguis humanis efferri sit nefas. Atque illa certe verba nec prolata fuisse unquam, nec a mortalium quoquam cognita, Gregorius etiam Theologus in oratione quæ est de recta disserendi de Deo ratione, verbis hisce demonstrat : « Quodsi Paulo licuisset effari ea quorum ipsi cognitionem cœlum tertium et usque ad illud progressio suppeditavit, fortasse de Deo nobis aliquid amplius constaret. » Consimiliter Joannes ille Chrysostomus in orationibus illis quibus opera sex dierum enarravit, his verbis utitur : « Si magnus ille Paulus, quem eo dignatus est honore Deus ut audiret ineffabilia verba nulli ad hunc usque diem alii mortalium audita, dicere non dubitavit [1] se corpus suum contundere ac subigere, quid nos tandem de nobis dicere par est? » Ac de his quidem hactenus.

Ὁ δὲ Ἀδὰμ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου (τηνικαῦτα γὰρ ἄρχεται ἡ χρονογραφία), ζήσας ἐννακόσια ἔτη πρὸς τοῖς τριάκοντα τελευτᾷ ἐν Ἰουδαίᾳ, κἀκεῖ τέθαπται. Καὶ πῶς ἄκουε. Ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐν τοῖς *Παναρίοις*, ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ λέγει ἄγραφον παράδοσιν περισώζεσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ περὶ τοῦ Ἀδὰμ, ὡς εὐθὺς μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐλθεῖν χάριν παρηγορίας ὧν ἀπώλεσεν· αὕτη καὶ γὰρ γῆ πίων καλεῖται. Ἐκεῖσε λοιπὸν ἐνδιατρίβει, ἐκεῖσε καὶ τέθαπται. Θαῦμα μὲν οὖν ἐδόκει τοῖς ὁρῶσιν ἡ ἐκείνου κεφαλὴ τῆς σαρκὸς διαῤῥυείσης, ὅτι καὶ πρῶτον ἐκεῖνον Ἰουδαία νεκρὸν ἐδέξατο. Ἐν τόπῳ λοιπόν τινι καταθέμενοι τὸ τοιοῦτον κρανίον, τόπον

Adamus autem ejectus e paradiso (hinc enim temporum adnotatio inchoatur), cum annos 930 vivendo explesset, in Judæa mortuus est, ibidemque sepultus. Unde id constet, audi. Epiphanius in *Panariis* et Basilius in Isaiæ vatis enarratione tradunt traditionem quamdam non scriptam in Ecclesia retineri, Adamum de paradiso ejectum mox in Judæam pervenisse, quo damni facti solatium aliquod haberet. Nam ejus terræ solum pingue sacris in Litteris appellatur, in qua deinceps cum vixisset ibidem sepultus fuit. Et videbatur ejus caput, ubi jam carnes defluxissent, mirum quoddam intuentibus esse spectaculum, præsertim cum **121** Judæa primum omnium cadaver ipsius excepisset. Itaque loco quodam hac ipsius calvaria con-

[a] Gen. iv, 25. [1] I Cor. ix, 27.

dita, locum ipsum Calvariæ locum dixere; quo loco deinceps in crucem Dominus agitur, ut in ligno eum restitueret vitæ, qui per lignum mortalitati factus fuerat obnoxius. Qua de causa nugas agere Tatianos est necesse, cum Adamum salutem consecutum negant. Eumdem, ceu diximus, in Judæam delatum ibidem terræ mandatum esse, Josephus etiam, de Hebraica perceptum historia, memoriæ prodidit.

Cæterum in adnotatione temporum scriptores hoc loco dissentiunt. Nam ex Septuaginta interpretum auctoritate reperiuntur in decem ab Adamo ad Noam ætatibus anni 2242. Judæorum Hebraica lectio tradit in iisdem ætatibus annos 1656. Libri Samaritanorum Hebraici annos 1307 habent. Perhibetur etiam divinum angelum Urielum, cujus est inter astra statio, descendisse ad Sethum et Enochum, eosque de temporum, anni, mensium, conversionum, ipsorumque annorum adeo discriminibus erudiisse. Georgius tradit Sethum primum invenisse litteras Hebraicas, signa cœlestia, conversiones annorum, menses, septimanas; eumdem sideribus et stellis septem erraticis indidisse nomina, de quibus agnoscerentur.

Hic Sethus cum annos 912 vixisset, fato functus est, tum propter virtutem pro deo habitus, tum quod Hebraicas litteras et appellationes siderum primus invenisset. Procreavit autem Enosum, qui et ipse pro deo virtutis nomine haberi meruit. Cum annos vixisset 905, rebus humanis exemptus est. Filium habuit Cainam, qui cum annos ætatis 910 explesset, obiit relicto filio Maleleelo, qui annis vitæ 895 exactis mortuus est. Filium is habuit Jaredum, qui post annum vitæ 962 terras reliquit. Genuit autem Enochum, ex quo Mathusalas natus est; cumque vixisset Enochus annos 365, sublatus a Deo nusquam exstitit.

Bis autem Litteræ sacræ tradunt Enochum Mathusalam procreasse. Propterea Chrysostomus hæc ita declarans inquit: « Conjugium illis qui grati et accepti esse Deo volunt, nihil impedimenti affert. Nam ea de causa semel atque iterum indicant Litteræ sacræ Enochum Deo fuisse gratum, postquam Mathusalam genuisset, » ideoque sublatum e medio fuisse. Atque hic mihi bonitatem Heri nostri adspice. Nam homine reperto qui summa virtute præditus esset, noluit eum illius dignitatis expertem esse, qua principe loco formatum hominem ante violationem edicti ornaverat. Et vero propterea de medio sublatum Enochum fuisse **122** divinitus, ut homines mortalitati propter peccatum factos obnoxios Deus consolaretur, magnus ille Athanasius in oratione sua de Assumptione verbis his aperte significat: « Propter inobedientiam quidem ingressa mors est, verum nihilominus extremam illam comminationis suæ severitatem mitigans Deus humano generi spem immortalitatis illustrem ostentat, Enocho de medio mortalium sublato. Quo ipso facto nos docuit naturam mortalem fines im-

A κρανίου τὸν τόπον ἐκεῖνον ὠνόμασαν. Ἐκεῖσε οὖν σταυροῦται ὁ Κύριος, ἵνα διὰ ξύλου ζωώσῃ τὸν διὰ ξύλου σχόντα τὴν νέκρωσιν. Φλυαροῦσι λοιπὸν οἱ Τατιανοὶ μὴ σωθῆναι τὸν Ἀδὰμ λέγοντες. Περὶ μέντοι τοῦ ἐλθεῖν τὸν Ἀδὰμ ἐν γῇ τῇ Ἰουδαίᾳ κἀκεῖσε ταφῆναι διαλαμβάνει ὁ Ἰώσηπος ἀπὸ Ἑβραϊκῆς ἱστορίας τοῦτο μαθών.

Διαφωνοῦσι δὲ κατὰ τοὺς χρόνους οἱ τὰ τοιαῦτα συγγραφόμενοι. Κατὰ γὰρ τοὺς ἑβδομήκοντα εὑρηνται ἐν ταῖς ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Νῶε δέκα γενεαῖς ἔτη ,βσμβ', κατὰ δὲ τὸ παρὰ
B Ἰουδαίοις Ἑβραϊκὸν ἐπὶ ταύταις ταῖς ι' γενεαῖς ἔτη ,αχνς', κατὰ δὲ τὸ παρὰ Σαμαρείταις ἔτη ,ατζ'. Λέγεται δὲ ὅτι ὁ ἐν τοῖς ἀστράσι τεταγμένος ἄγγελος, ὁ θειότατος δηλαδὴ Οὐριὴλ, πρός γε τὸν Σὴθ καὶ τὸν Ἐνὼχ κατιών, ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὡρῶν, μηνῶν, τροπῶν καὶ ἐνιαυτῶν διαφοράς. Κατὰ δὲ τὸν Γεώργιον πρῶτος ἐξεῦρεν ὁ Σὴθ γράμματα Ἑβραϊκὰ, καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς τροπὰς τῶν ἐνιαυτῶν, καὶ τοὺς μῆνας, καὶ τὰς ἑβδομάδας, καὶ τοῖς ἄστροις καὶ τοῖς πέντε πλανήταις ἐπέθηκεν ὀνόματα ὥστε γνωρίζεσθαι.

Ὁ μέντοι Σὴθ ἔτη ζήσας ἐννακόσια δώδεκα τελευτᾷ, θεὸς εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ νομιζόμενος καὶ διὰ τὸ πρῶτος εὑρηκέναι τὰ Ἑβραϊκὰ γράμματα καὶ τὰς τῶν ἀστέρων ὀνομασίας. Οὗτος ὁ Σὴθ γεννᾷ τὸν Ἐνώς, θεὸν καὶ αὐτὸν διὰ τὴν
C ἀρετὴν αὐτοῦ νομιζόμενον. Οὗτος ζήσας ἔτη ἐννακόσια πέντε τελευτᾷ. Ἐγέννησε δὲ τὸν Καϊνᾶν. Οὗτος ἔτη ζήσας ἐννακόσια δέκα τελευτᾷ. Ἐγέννησε δὲ τὸν Μαλελεήλ. Οὗτος ζήσας ὡσε' τελευτᾷ. Ἐγέννησε δὲ τὸν Ἰάρεδ. Οὗτος ἔτη ζήσας ἐννακόσια ἑξήκοντα δύο τελευτᾷ. Ἐγέννησε δὲ τὸν Ἐνώχ. Οὗτος γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα. Ζήσας δὲ ἔτη τξε' οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός.

D Διὸ δέ φησιν ἡ Γραφὴ ὅτι ἐγέννησεν Ἐνὼχ τὸν Μαθουσάλα. Ταύτῃ τοι καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐπὶ τούτοις οὕτω διέξεισιν· « Οὐκ ἔστι γάμος ἐμποδὼν τοῖς εὐαρεστεῖν ἐθέλουσι τῷ Θεῷ· διὰ γὰρ τοῦτο ἅπαξ καὶ δὶς ἡ θεία λέγει Γραφὴ ὅτι μετὰ τὸ γεννῆσαι τὸν Μαθουσάλα εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, » ἐφ' ᾧ καὶ μετατίθεται. Καὶ ὅρα Δεσπότου ἀγαθότητα· εὑρὼν γὰρ ἄνδρα κατωρθωκότα τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῆς ἀξίας ἣν τῷ πρωτοπλάστῳ ἐχαρίσατο πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς. Ὅτι δὲ τοὺς θνητότητι διὰ τὴν ἁμαρτίαν πεσόντας παραμυθούμενος ὁ Θεὸς τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν, ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ σαφῶς οὕτω διείληφε· « Θάνατος μὲν εἰσῆλθε διὰ τὴν παρακοήν. Λύων δὲ ὅμως τὴν τῆς ἀπειλῆς ἀκμὴν ὁ Θεὸς, ἐλπίδα εὐθὺς ἀθανασίας ἀνατέλλει τῷ γένει καὶ τὸν Ἐνὼχ ἐκ μέσου ἁρπάζει. Κἀντεῦθεν τὴν θνητὴν φύσιν ἐδίδασκεν ὅρους ἀθανασίας ἐκδέχεσθαι, καὶ ἡ τοῦ δικαίου κατάστασις θανάτου στάσις ἐγένετο. » Ὁ δὲ Γεώργιός φησιν ὅτι τοῦ Λάμεχ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοῦ Ἐνὼχ δηλαδὴ, φονεύσαντος καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν λαβόν-

τος προσηύξατο μετατεθῆναι ὁ δίκαιος, ὡς μηκέτι τοσοῦτόν τι θεάσηται.

mortalitatis excipere. Adeoque justi hominis hæc conditio nihil erat aliud quam mortis velut insistere jussæ inhibitio. Georgius scribit interfectis Enochi fratribus a Lamecho, qui deinde conjuges eorum sibi matrimonio junxerit, justum hunc virum precatum esse ne quid ejusmodi amplius spectaret.

Ἐγὼ δὲ Κάϊν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Ἐνώς. Τούτῳ τῷ Ἐνὼς γεννᾶται Γαϊδᾶν, Γαϊδᾶν δὲ γεννᾷ τὸν Μαλελεήλ, Μαλελεὴλ δὲ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα, καὶ Μαθουσάλα ἐγέννησε τὸν Λάμεχ. Ἔλαβε δὲ ἑαυτῷ ὁ Λάμεχ δύο γυναῖκας, Ἀδὰ καὶ Σελά, καὶ ἔφη πρὸς αὐτάς· « Ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου, γυναῖκες Λάμεχ, ἐνωτίσασθέ μου τοὺς λόγους, ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμα ἐμοὶ καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα ἐμοί, ὅτι ἑπτάκις ἐκδεδίκηται ἐκ Κάϊν, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. » Καὶ ζητοῦσιν ἐνταῦθα διὰ τί ἐκ μὲν Κάϊν ἑπτάκις ἐκδεδίκηται, καὶ ταῦτα τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν ἔργον φόνου ποιήσαντος, ἐκ δὲ Λαμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Καὶ λέγομεν ὅτι ὁ μὲν Κάϊν οὔπω ἔγνω ὀπτεῖόν ἐστιν ὁ φόνος κακὸν, οὔπω εἶδε φόνεα τιμωρούμενον, οὔπω εἶδε τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτῷ ἀγανακτοῦντα· ἐφ' ᾧ καὶ τιμωρίας οὐ τοσοῦτον βαρείας μετέσχηκεν. Ὁ δὲ Λάμεχ βαρύνεται τῇ κολάσει, ὅτι φονεὺς ἦν μετὰ τὸν νόμον καὶ τὸ κατάκριμα, ὅτι τοῦ Κάϊν ἑαυτὸν οὐκ ἐσωφρόνισεν ὑποδείγματι· ὅθεν καὶ βαρυτέραν ἐκείνου τὴν κόλασιν δέχεται. Ἀλλ' ὁ μὲν Κάϊν ἐπὶ τῷ φόνῳ συγγνώμης οὐκ ἔτυχεν, ὅτι καὶ πρὸ Θεοῦ ἐλεγχόμενος κρύπτειν ἔσπευδε τὸ ἁμάρτημα· ὁ δὲ Λάμεχ τῆς μιαιφονίας ἀπαλλάσσεται, ὅτι τὴν καθ' ἑαυτοῦ ψῆφον καὶ μόνος ἐξήνεγκεν, ὅτι μείζονος ἑαυτὸν ἔδειξε κολάσεως ἄξιον, οὕτως εἰπών· « Ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. »

Cainus etiam cum uxore cum liberis operam dedisset, concepto illa fetu Henosum enixa est, Henosus Gaidanem procreavit, Gaidan Maleleelum, Maleleelus Mathusalam, Mathusalas Lamechum. Is duabus uxoribus Ada Selaque ductis, sic eas est allocutus: « Audite meam orationem, uxores Lamechi, et quæ dicam attendite. Occidi hominem cum vulnere meo, juvenem non sine plagis meis. In Caino septupli pœna fuit, in Lamecho septuagecupli septupli erit[a]. » Quæri solet hoc loco quamobrem in Caino quidem septupli pœna statuatur, cum is proprium fratrem occiderit, in Lamecho autem septuagecupli septupli? Respondemus Cainum necdum scivisse cujusmodi malum cædes foret; necdum quemquam homicidam punitum novisse; necdum indignationem Dei compertam habuisse: quamobrem pœna non usque adeo gravi fuisse affectum. Lamechi vero supplicium eo fuisse gravius, quod homicidium post legem latam et condemnationem promulgatam commisisset, nec Caini exemplo monitus frugi factus fuisset. Idcirco gravius punitur. Rursum Cainus veniam cædis non est consecutus, idque propterea quod Deo ipsum redarguente delictum occultare conatus fuerit. At eodem a piaculo Lamechus absolvitur, quod ipse suo se calculo damnaverit, seque majori supplicio dignum verbis hisce pronuntiaverit: « In Caino septupli pœna fuit, in Lamecho septuagecupli septupli erit. »

Εἰ δὲ κἀκεῖνο πολυπραγμονεῖς, ἀγαπητὲ, ὅπερ πρὸς Κάϊν εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῷ κατ' Ἰουδαίων ἕκτῳ λόγῳ διδάξει σε κατὰ βῆμα δειξιὼν οὑτωσί· « Μὴ φοβοῦ, φησὶ, βιώσῃ βίον μακρόν· κἂν ἀνέλῃ σέ τις, πολλαῖς ἔσται τιμωρίαις ὑπεύθυνος. Ὁ γὰρ ἑπτὰ ἀριθμὸς παρὰ τῇ Γραφῇ ἀδιορίστου πλήθους ἐστὶ σημαντικός. Ὁ ἀνελών σε, φησὶ, καὶ τῶν ἐπιχειρένων σοι ἀπαλλάξει κολάσεων, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσεται τὴν τιμωρίαν. Καὶ δοκεῖ μὲν εἶναι βραχὺ τὸ λεγόμενον, πολλῆς δὲ ὅμως κηδεμονίας ἐστί. Καὶ γὰρ τοὺς μετὰ ταῦτα σωφρονίσαι βουλόμενος, τοιοῦτον ἐπενόησε κολάσεως τρόπον, ὃς ἀπαλλάξαι κἀκεῖνον τῆς τιμωρίας ἠδύνατο. Εἰ μὲν γὰρ εὐθέως αὐτὸν ἀνεῖλεν, ἀπῆλθεν ἂν ἔχων τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα οὐκ ἂν ἐγένετο γνώριμος. Νυνὶ ἀφεθεὶς πολὺν χρόνον ζῆσαι ἐν ἐκείνῳ τῷ τρόμῳ, διδάσκαλος τοῖς ἅπαντῶσι καθίστατο πᾶσι διὰ τῆς ὄψεως. Ἀλλὰ τί δή ποτε τὴν ἁμαρτίαν ὁμολογήσας, καὶ εἰπὼν μείζονα συγγνώμης ἡμαρτηκέναι, οὐκ ἂν ἴσχυσεν ἀποψᾶσθαι τὸ ἁμάρτημα; Καίτοι γε ὁ Προφήτης φησὶ, « Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιω-

Quodsi, dilecte fili, curiose tibi libet etiam de hoc inquirere quod ad Cainum a Deo profertur: « Quicunque Cainum necaverit, septupli vindictam sustinebit, » licet ex Joannis Chrysostomi oratione in Judæos septima discas, ubi hæc verba ipsius exstant: « Dicere voluit Deus, Ne metuas tibi, Caine; vitam longævam exiges. Quodsi quis te necaverit, multarum pœnarum se reum faciet. Septenarius enim **123** numerus sacris in Litteris indefinitæ multitudinis significationem habere solet. Qui ergo te interfecerit, iisque pœnis exemerit quæ te nunc premunt, is supplicium in semetipsum transferet. Quod quidem dictum perquam esse grave videtur, verum a providentia singulari proficiscitur. Cum enim Deus posteriores efficere frugi vellet, hujusmodi pœnæ modum reperit, qui et ipsum liberare supplicio posset. Nam si mox cum sustulisset, suo cum delicto periisset nec posteris innotuisset. Nunc cum facta fuerit ei potestas in illa trepidatione diu vivendi, vel ipso intuitu sibi occurrentes erudiebat. Enimvero qui factum est ut cum delictum suum fassus ipse verbis his esset: « Major est mea culpa quam ut remittatur[b], » peccatum abluere

[a] Gen. IV, 23. [b] ibid. 13.

nequiverit? Atqui vates ait: « Iniquitates tuas Domino prior exponito, ut justificeris. » Nimirum propterea damnatus est, quod sic delictum suum fassus non fuerit quemadmodum vates præcipit. Hoc enim requiritur non ut simpliciter profiteare, sed ut prior hoc facias, nec coarguentem exspectes. At vero Cainus prior non exposuit, sed tantisper exspectavit, donec a Deo coargueretur; quo facto delictum suum exposuit, id quod esse confessio nequit. Nam priorem esse in fatendo, id vere justificat »

Hujusmodi Chrysostomus verbis his indicavit; « Cæterum Mathusalas Enochum est subsecutus, Mathusalam Lamechus, a quo Noa procreatus fuit, cui tres fuere filii, Semus, Chamus, Japhetus. Accidit autem ut jam hominum multitudo per orbem crescere inciperet, quibus cum filiæ nascerentur, filii Dei animadverso filias hominum venustas esse, de omni numero eligebant quas uxores ducerent. Tum Dominus dixit: « Non permanebit Spiritus meus in hisce mortalibus, cum caro sint. Itaque reliquos eis faciam 120 annos [4]. » Erant ea tempestate in terris gigantes, qua quidem et diluvium Deus immisit, cujus nota est admodum causa. » Quid præter alios Josephus tradiderit, audi. « Septem ætatibus in eo statu perstitere mortales, ut Deum pro rerum Domino agnoscerent solamque virtutem in omnibus respicerent. Ab eo deinceps tempore mutati sunt in pejus. Nam complures ex Dei filiis cum mulieribus consuescentes, liberos ex iis contumaces et omnis honesti contemptores propter potentiæ fiduciam progenuere. Quapropter visum est Deo cum iis universam nationem mortalium exscindere, genusque purum ab omni flagitio facere, resectis ipsis etiam annis vitæ longævæ quam prius degebant. » Consimiliter et eximius ille Cyrillus disserit. **124** Filii Dei, ait, hoc est a Setho prognati (nam illum virtutis causa sui deum appellavere), animadverso filias hominum, id est ortas ex posteritate Caini, forma venustas esse, matrimonio sibi eas junxerunt, natique sunt ex eis gigantes, homines informes omnemque pravitatem referentes, indente turpem eis hanc speciem Deo propter nefandam et exsecrabilem generis utriusque commistionem. Easdem ob causas diluvio sunt exstincti. Significavit idem magnus etiam Petrus, in Epistolarum suarum catholicarum altera verbis hisce disserens: « Impiorum generi diluvium invexit [5]. » Cur hic vocat impios, qui unum Deum religiose colendo venerabantur? Quia tantopere in libidinem exarserunt ut viginti viri una cum femina consuescerent. Hoc enim pacto Dei quoque filii, nimirum a Setho prognati, ad concubitus vagos invitati sunt; qui quidem virtutis etiam nomine Dei sunt appellati filii, quemadmodum Israelus vocatur filius primogenitus [6]. Tradit hæc divinus ille vir Ephraemus. Et Chrysostomus affirmat alia nulla de causa quam ob hanc utriusque generis commistionem cœli meatus reclusos fuisse. Itidem non impietatis Deum negantis

θῇς » Ἀλλὰ διὰ τοῦτο κατεκρίθη, ὅτι οὐκ εἶπεν ὡς ὁ Προφήτης ἐκέλευσε. Τὸ γὰρ ζητούμενον τοῦτό ἐστιν, οὐ τὸ εἰπεῖν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ πρῶτος εἰπεῖν, τὸ μὴ ἀναμεῖναι τὸν ἐλέγχοντα. Οὗτος δὲ οὐκ εἶπε πρῶτος, ἀλλ' ἀνέμεινεν ἐλεγχθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτως εἶπε τὴν ἁμαρτίαν. Ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις. Τὸ γὰρ πρῶτος εἰπεῖν, ἐκεῖνο πάντως καὶ δικαιοῖ. »

Καὶ τὰ μὲν τοῦ Χρυσοστόμου τοιαῦτα· « Μετὰ τὸν Ἐνὼχ ὁ Μαθουσάλα, μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Λάμεχ, ἐξ οὗ τούτου ὁ Νῶε. Οὗτος γεννᾷ τρεῖς υἱοὺς, Σήμ, Χάμ, Ἰάφεθ. Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς. Ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν ὧν ἐξελέξαντο. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεός· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. Ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἔτη. » Οἱ δὲ γίγαντες ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Τηνικαῦτα καὶ τὸν κατακλυσμὸν ἐπάγει ὁ Θεός. » Ἡ δὲ αἰτία καὶ πάνυ σαφής. Καὶ ἄκουε πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοῦ τοῦ Ἰωσήπου λέγοντος· « Ἑπτὰ γενεαῖς οἱ ἄνθρωποι διέμειναν Θεὸν ἡγούμενοι Δεσπότην καὶ πάντα πρὸς ἀρετὴν βλέποντες. Μετὰ δὲ ταῦτα μεταβάλλονται πρὸς τὸ χεῖρον. Πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι Θεοῦ γυναιξὶ συμμιγέντες ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας καὶ παντὸς ὑπερόπτας; καλοῦ διὰ τὴν ἐπὶ τῇ δυνάμει πεποίθησιν. Ὅθεν διανοεῖται ὁ Θεὸς καὶ πᾶν ὅσον ἦν ἀνθρώπινον διαφθεῖραι σὺν αὐτοῖς, καὶ ποιῆσαι γένος ἕτερον πονηρίας καθαρὸν, ἐπιτεμνόμενος καὶ αὐτὰ τὰ ἔτη ἅπερ πρότερον ἔζων. » Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Κύριλλος λέγει ὅτι ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν οἱ ἀπὸ τοῦ Σὴθ καταγόμενοι (ἐκεῖνον γὰρ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ θεὸν ἔλεγον), τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἤγουν τὰς ἀπὸ τοῦ Κάϊν, ὅτι καλαὶ τῷ εἴδει εἰσὶν, ἔλαβον αὐτὰς εἰς γυναῖκας. Ὅθεν καὶ ἐγεννῶντο οἱ γίγαντες, ἄνδρες δυσειδεῖς καὶ πᾶν εἴ τι κάκιστον ὄντες, τοῦ Θεοῦ παραχαράξαντος αὐτοὺς διὰ τὴν μυσαρὰν αὐτῶν μίξιν. Ὅθεν καὶ κατακλύζει αὐτοὺς, καθὼς καὶ ὁ κορυφαῖος ἐνέφηνε Πέτρος ἐν τῇ καθολικῇ αὐτοῦ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ οὕτως εἰπών· « Κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας. » Διὰ τί δὲ τοὺς ἕνα Θεὸν προσκυνοῦντας ἀσεβεῖς ἐκάλεσε; Διότι τοσοῦτον ἐξεμάνησαν εἰς συνουσίας ὡς ἐπὶ εἴκοσι ἀνδράσι τὴν γυναῖκα περιφέρεσθαι. Ἐκ τούτου γὰρ καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἐκ Θεοῦ Σὴθ δηλαδὴ, πρὸς μίξιν εἵλκυσαν. Υἱοὶ δὲ τοῦ Θεοῦ λέγονται καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ὥσπερ υἱὸς πρωτότοκος ὁ Ἰσραὴλ, καθὼς ὁ Θεῖος ἔφη Ἐφραΐμ. Καὶ ὁ χρυσοῦς δὲ τὴν γλῶτταν οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα, τῆς δὲ τῶν γενῶν ἐπιμιξίας ἀνοιχθῆναι λέγει τοὺς καταράκτας τοῦ οὐρανοῦ. Ὅτι δὲ διὰ φιληδονίαν καὶ τὴν μυσαρὰν ἐκείνην μίξιν, ὧν ἕνεκεν ἀσεβεῖ; ἐκάλει τοὺς γίγαντας ὁ κορυ-

[4] Gen. vi, 3. [5] II Petr. ii, 5. [6] Exod. iv, 22.

φαῖος; Πέτρος, ἐπήγαγε τὸν κατακλυσμὸν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ δι' ἀθεΐαν ἢ ἄλλην κακίαν τινὰ, ὁ θειότατος Κύριλλος ἐν τῇ κατὰ Ἰουλιανοῦ βίβλῳ παρίστησι τοῦτο σαφέστατα λέγων· « Οἱ ἐξ Ἀδὰμ καὶ μέχρι τοῦ Νῶε γεγονότες ἄνθρωποι Θεὸν ἕνα τὸν ἀληθινὸν τετιμήκασι, μετὰ δὲ τὴν τοῦ πύργου κατασκευὴν καὶ τὴν τῶν γλωσσῶν διαφοράν, ἀσύμβατον καὶ αὐτὴν ἐσχήκασι τὴν περὶ Θεοῦ δόξαν· πανταχοῦ γὰρ διασκεδασθέντες καὶ τὴν πολύθεον πλάνην ἐσχήκασιν. » Ὅτι δὲ δι' ἀσωτίαν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ὁ παγκόσμιος ἐκεῖνος γέγονε κατακλυσμὸς, αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, » ἤγουν διὰ τὸ ζῆν αὐτοὺς ἐμπαθῶς τε καὶ σαρκικῶς. Οὕτω μὲν οὖν ὁ μέγας Παῦλος τοὺς ἐγκρατῶς ζῶντας ἀσάρκους καλεῖ, λέγων· « Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί. » Σάρκας μὲν οὖν, ὥσπερ δὴ καὶ ἀσεβεῖς, εἴωθε καλεῖν ἡ Γραφὴ τοὺς βίον ἔχοντας ἄσωτον· ἀσέβεια γὰρ οὐ μόνον ἡ τῶν εἰδώλων προσκύνησις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἀσελγὴς βίος καὶ ἄσωτος. Καὶ τοῦτο δηλοῖ ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγων· « Ἐγὼ εἶπα, Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. » Μὴ γὰρ ἀλλόπιστος ἦν ὁ Δαβίδ; Μὴ τὸν Θεὸν ἐξωμόσατο πάντως; Οὐχὶ, ἀλλὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἥτις ἔτεκε τὴν μοιχείαν, ἀσέβειαν ἐκεῖνος ἐκάλεσε. Παγκόσμιον δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐκεῖνον ἐπήνεγκεν ὁ Θεὸς, ὅτι καὶ πάντες ἐκεῖνοι καθάρσεως ἔχρῃζον. Καὶ τοῦτο παρίστησιν ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Καὶ εἶδε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν γῆν, καὶ ἦν κατεφθαρμένη, ὅτι κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐπὶ τῆς γῆς. »

Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητέ. Εἰ γὰρ οὐκ ἐφείσατο τότε τινὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ πάντας ἅρδην κατέκλυσε, μηδὲν ὠφεληθέντας ἐκ τοῦ λόγῳ μόνῳ σέβεσθαι τὸν Θεὸν, εὔδηλον πάντως ὡς οὐδὲ ἡμῶν ἐν ἐκείνῃ φείσεται τῇ ἡμέρᾳ, εἰ καὶ τὸ τῶν Χριστιανῶν ἐπιφερόμεθα ὄνομα. Ἐρεῖ γὰρ ἀληθῶς ὁ Δεσπότης πάντων Χριστὸς καὶ ἡμῖν, ὅπερ εἶπε τοῖς Ἰουδαίοις, ἡνίκα καυχώμενοι ἔλεγον· « Ἡμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ Ἀβραὰμ ἐσμεν. » Καθάπερ γὰρ ἐκείνοις ἔλεγεν· « Εἰ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα ἂν ἐποιεῖτε τοῦ Ἀβραὰμ, » οὕτως ἐρεῖ καὶ ἡμῖν· « Εἰ Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς εἴχετε, τὰ ἔργα ἂν ἐποιεῖτε τὰ τοῖς Χριστιανοῖς ἁρμόζοντα. » Μὴ οὖν ἐπὶ τούτοις ἀμφιβαλλέ· διὰ γὰρ τοῦ παγκοσμίου ἐκείνου κατακλυσμοῦ καὶ τοῦ ἐν Σοδόμοις ἐμπρησμοῦ σαφῶς ἔδειξεν ὁ Θεὸς, ὁποῖον ἅπαντι τέλος τοῖς ἐν ἀσωτίᾳ τὸν βίον καταλύουσιν.

Ὁ μέντοι Νῶε πεντακοσίων ἐτῶν γεγονὼς γεννᾷ τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄξιος θαυμασμῶν ὁ ἀνὴρ, ὅτι τοσοῦτος παρίππευσε χρόνος, καὶ μίξεσι νομίμοις ὑποκύπτειν οὐκ ἤθελε. Καὶ ὡς ὁ Χρυσορρήμων φησὶν, εἰ μὴ θεία τις ἦν οἰκονομία,

vel alia quapiam causa diluvium fuisse invectum, extra solam hanc voluptariæ vitæ libidinem et commistionem exsecrandam, quo nomine gigantes impios summus ille Petrus appellavit, præclarissimus ille Cyrillus in scripto adversus Julianum libro perspicue verbis hisce demonstrat: « Homines ab Adamo ad Noam usque prognati Deum unum et verum coluere. Post exstructionem vero turris illius linguarumque divisionem cœperunt etiam opinionibus de Deo dissidere mortales. Nam in omnes dispersi partes deûm quoque multitudinis errorem imbuerunt. » Denique propter utriusque partis luxuriam diluvium illud orbem universum invasisse Deus ipse denotat, cum ait: « Non permanebit Spiritus meus in hisce mortalibus, cum caro sint, » hoc est pro affectionum et carnis libidine vivant. Sic enim et Paulus homines temperanter viventes carnis expertes in his verbis vocat: « Vos in carne non estis [7]. » Nimirum Litteræ sacræ carnem et impios appellare consueverunt eos quorum vita luxuriæ dedita est. Nam impietas non deastrorum modo cultus est, sed significat etiam lasciviæ luxuriæque vitam obnoxiam. Patet hoc ex beati viri Davidis hac oratione: « Dixi apud me, Improbitatem meam adversus me ipsum Domino fatebor; et tu mei cordis impietatem mihi condonasti [8]. » Quæso te, num fidem quamdam extraneam Davides sectabatur? Num Deum abjuraverat? Nequaquam certe. Nimirum impietatis vocabulo **125** cupiditatem illam, quæ adulterium pepererat, innuit. Et universale diluvium invexit propterea Deus, quod omnes illi homines repurgationis egerent. Significatur hoc sacris in Litteris per hæc verba: « Vidit Deus orbem terrarum esse corruptissimum et omnium mortalium mores depravatos [9]. »

Hic animum mihi, dilecte fili, advertito. Nam si Deus id temporis nemini pepercit, sed diluvio funditus omnes obruit, nihil adjutos ex eo quod verbis Deum religiose venerarentur, intelligi perspicue potest futurum, ut ne nobis quidem in illo die parcat, tametsi nomen Christianorum habeamus. Revera enim Christus ille Dominus omnium verbo nos illo compellabit, quo Judæos affatus est, cum jactabundi dicerent: « Nos ex Abrahamo patre nostro sumus orti [10]. » Nimirum ut illis respondit: « Si Abrahami nati essetis, Abrahamo digna faceretis; » ita nobis etiam dicturus est: « Si pro Christianis vos gerere volebatis, ea præstare conveniebat quæ Christianos omnino decerent. » Atque hac in parte minime tibi est ambigendum. Nam per orbis universi diluvium et Sodomorum incendium Deus manifesto declaravit, qualis immineat iis exitus qui vitam in luxuria prodigunt.

Cum Noe quingentos esset annos natus, Semum genuit, indeque Chamum et Japhetum [11]. Meretur in illo viro magnam hoc admirationem, quod cum tot annos vivendo explesset, ne legitimos quidem amplexus desideraverit. Chrysostomus certe ait, ni

[7] Rom. VIII, 9. [8] Psal. XXXI, 5. [9] Gen. VI, 12. [10] Joan. VIII, 33. [11] Gen. V, 31.

divino decretum fuisset consilio per ipsum genus humanum instaurandum esse, nunquam omnino carnalibus eum cupiditatibus se submissurum fuisse. Propter hanc causam Deus eum vocat hominem ætatis suæ integrum, quæ plane perversa erat. Hic Dei tolerantiam mihi considerato. Diluvium subito non invehit, sed totis centum annis arca construitur. Interim homines stolidi Noam voluntati divinæ obsequentem irridebant. Imo tametsi cernerent universas belluas coire, quemadmodum divinus ille vir Ephraemus ait, elephantos ab India Persideque advenire, leones ac pardalides inter oves atque capras promiscue accedere, reptiles bestias cum avibus eodem se persequente nemine conferre ac circum arcam commorari, nihilo tamen magis pœnitentiæ stimulos sentiebant. Idem ne nobis incidat, nunquam non vigilemus.

126 Sed enim unde Noe didicerat quæ animalia munda, quæ immunda essent, cum nondum id temporis ea Moses segregasset? Hanc enim quæstionem Chrysostomus movet. Num proficiscebatur hoc a naturali quadam cognitione, quam habebat, an a sapientia divinitus ei concessa? Præclara profecto res virtus est. Hæc Enochum transtulit, hæc Noam conservavit. Nam vide mihi, quæso, quid fiat. Omnes id temporis homines Deus exitio destinans solum ad Noam inquit: « Ingredere tu una cum omni familia tua in arcam, quoniam quidem te animadverti esse omnium hujus perversi pravique sæculi meo in conspectu facile justissimum [12]. » Simul tempus cæteris definitum ad resipiscendum tribuens inquit: « Reliquos eis faciam annos 120. » Quanquam ne hos quidem universos vixerunt propter insignem perversitatem. Nam qui prius durante 100 annorum intervallo non resipuerant, intra viginti annos pœnitentiam acturi non erant. Atque hoc loco mihi observa Deum nonnunquam nobis resipiscentibus eam vitam præcidere quam prius pollicebatur, ut hic fieri videmus, nonnunquam minatum se perditurum reapse minas non exsequi, nobis resipiscentibus; id quod Ninevitis videmus usuvenisse.

Cæterum aqua supra ipsos montes excrevit ad 15 usque cubitos, ut eveniret quod futurum Deus minatus fuerat: « Quidquid ortum est delebo, non homines solum, sed etiam pecora et reptilia, et volucres, quæ sub cœlo sunt [13]. » Quippe si tantam ad altitudinem non excrevisset, volucres haudquaquam periissent. Et quidem aquam hujusce diluvii montes etiam sublimissimos operuisse, vel hinc colligere licet. Quidam cum e Libani cacuminibus ad structuras ædificiorum saxa congererent, asseruerunt se intra Libani concavitates reperisse pisces induratos in ligno defixos, uti Josephus etiam memoriæ prodidit.

Cum diluvium destitisset, Noe Deo sacrificium obtulit. Quamobrem istuc? Ut iis qui aliquando futuri essent infirmiores, Deum benignum ac propitium redderet, sicut eximius ille Cyrillus ait, ne

ὥστε δι' αὐτὸν αὖθις τὸ τῶν ἀνθρώπων συστῆσαι γένος, οὐκ ἂν οὐδ' ὅλως σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ὑπέκυψε· κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ τέλειον αὐτὸν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ καλεῖ ὁ Θεὸς, τῇ διεστραμμένῃ δηλαδή. Ἀλλ' ὅρα μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ. Οὐκ εὐθέως ἐπάγει τὸν κατακλυσμὸν, ἀλλ' ἔτη μὲν ἑκατὸν ἑτοιμάζει τὴν κιβωτὸν, κἂν οἱ ἄφρονες τὸν Νῶε θελήματι θείῳ ὑπηρετούμενον ἐξεμυκτήριζον. Ἀλλὰ καὶ συναγόμενα ὁρῶντες τὰ θηρία πάντα, καθά φησιν ὁ θεῖος Ἐφραὶμ, ἐλέφαντας μὲν ἀπὸ Ἰνδικῆς καὶ Περσίδος ἐρχόμενα, λέοντας καὶ παρδάλεις μετὰ προβάτων καὶ αἰγῶν μιγάδας, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ ἄνευ τινὸς διώκοντος ἐρχόμενα καὶ κύκλῳ τῆς κιβωτοῦ αὐλιζόμενα, οὐδαμῶς κατενύγησαν. Ἀλλὰ μὴ καὶ ἡμεῖς τοῦτο πάθοιμεν, γρηγοροῦντες ἀεί.

Πόθεν δὲ οἶδεν ὁ Νῶε τὰ καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα, μήπω τῆς αὐτῶν διαιρέσεως παρὰ Μωσέως γεγονυίας, ὡς ὁ Χρυσορρήμων φησίν; Ἐκ τῆς ἐναποκειμένης αὐτῷ φυσικῆς γνώσεως, ἢ ἐκ τῆς δοθείσης αὐτῷ παρὰ Θεοῦ σοφίας. Ὡς καλὸν ἡ ἀρετή! Αὕτη τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν, αὕτη τὸν Νῶε διεσώσατο. Ὅρα γὰρ ὅτι πάντας ἐκείνους ἀπωλείᾳ παραδιδοὺς ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Νῶε ἔλεγεν· « Εἴσελθε σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου εἰς τὴν κιβωτὸν, ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ καὶ διεστραμμένῃ. » Ἀλλὰ καιρὸν δοὺς αὐτοῖς ἐμπρόθεσμον εἰς μετάνοιαν, φησίν· « Ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἔτη ρκ', » εἰ καὶ ταῦτα πάντα οὐκ ἔζησαν διὰ τὴν κακίαν αὐτῶν· οἱ γὰρ μὴ φθάσαντες διὰ μέσου τῶν ἑκατὸν μετανοῆσαι, οὐδὲ ἐν τοῖς εἴκοσι μετενόησαν ἄν. Πρόσεχε δὲ ὅτι ποτὲ μὲν ἦν ὑπισχνεῖται δοῦναι ζωὴν ὑποτέμνει, ὡς ἐνταῦθα, ἐὰν μὴ μετανοήσωμεν, ποτὲ δὲ ἀπειλῶν ἀπολέσαι τοῦτο οὐ ποιεῖ μετανοησάντων ἡμῶν, ὡς ἐπὶ τῶν Νινευιτῶν ἔστιν ἰδεῖν.

Τὸ δὲ ὕδωρ ὑψώθη ἐπάνω τῶν ὀρέων ἐπὶ πήχεσι πεντεκαίδεκα, ἵνα τὰ τῆς θείας πληρωθῇ ἀποφάσεως. « Ἐξαλείψω, γάρ φησι, πᾶσαν τὴν ἐξανάστασιν ἣν ἐποίησα, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ ἀπὸ ἑρπετῶν ἕως πετεινῶν ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. » Εἰ μὴ γὰρ ὑψώθη τοσοῦτον, οὐκ ἂν τὸ τῶν πετεινῶν ἀπώλετο γένος. Ὅτι δὲ ὑπεράνω τῶν ὑψηλοτέρων ὀρέων ἐπήρθη τὸ ὕδωρ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, κἀντεῦθεν πιστοῦται. Λίθους γάρ τινες ἐκ τῶν τοῦ Λιβάνου ἀκρωρειῶν εἰς οἰκοδομὰς μετακομίζοντες, διεβεβαιοῦντο ὡς εὗρον ἐν τοῖς κοιλώμασι τοῦ Λιβάνου ἰχθύας τεταριχευμένους καὶ τῇ ὕλῃ πεπηγότας, καθά φησι καὶ Ἰώσηπος.

Μετὰ δὲ τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ παῦλαν θυσίαν ὁ Νῶε τῷ Θεῷ ἀνήνεγκε. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα τοῖς ἐσομένοις ἐν ἀσθενείᾳ συγγνώμονά τε καὶ γαληνὸν προσαπεργάσηται τὸν Θεὸν, ὡς ὁ μέγας διέξεισι

[12] Gen. vii, 1. [13] Gen. vi, 7.

Κύριλλος, ἵνα μὴ πάλιν μία κατὰ πάντων ἐλεύσεται ψῆφος, δευτέρῳ κατακλυσμῷ τὸ ἀνθρώπινον ὑποτιθεῖσα γένος. Ἐφ' ᾧ καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός· « Διανοηθεὶς οὐκέτι προσθήσω τοῦ καταράσασθαι τὴν γῆν διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ πονηρὰ ἐκ νεότητος. » Τούτου χάριν, ὡς εἴρηται, θυσίαν ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἑπτὰ ἑπτὰ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν καθαρῶν εἰσαχθῆναι ἐν τῇ κιβωτῷ, δύο δύο δὲ ἀπὸ τῶν ἀκαθάρτων. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε συγχωρεῖν τοῖς ἀνθρώποις μεταλαβεῖν κρεῶν, ἔμελλον δὲ καὶ θυσίας προσφέρειν αὐτῷ τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι, πλείονα τὰ καθαρὰ φυλαχθῆναι προσέταξε, τὰς μὲν τρεῖς συζυγίας εἰς τὴν αὔξησιν τοῦ γένους, τὸ δὲ περιττὸν ἓν εἰς θυσίαν. Ὃ δὴ καὶ πεποίηκε μετὰ τὸν κατακλυσμόν, ἀπὸ πάντων τῶν καθαρῶν προσαγαγὼν τῷ Θεῷ, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι γε τούτου χάριν ἀνὰ ἑπτὰ προσέταξεν ἐξ ἑκάστου γένους τῶν καθαρῶν ἐν τῇ κιβωτῷ εἰσαχθῆναι, ἵνα τὸ ἓν ζῶον ἐξ ἑκάστου γένους ὁ Νῶε προσφέρων μὴ διαφθείρῃ τὰς συζυγίας. Τοσοῦτον δὲ τὴν τοῦ Νῶε προαίρεσιν ἐπὶ τῇ προσαγωγῇ τῆς θυσίας ἀπεδέξατο ὁ Θεὸς, ὡς καὶ τὴν Γραφὴν οὕτως εἰπεῖν· « Καὶ ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας. » Μετὰ γνώμης λοιπὸν ὑγιοῦς καὶ ἡμᾶς τὸ πᾶν ἐργάζεσθαι χρή. Εἰ δὲ μή, κἂν ὁτιοῦν προσάξωμεν, ἀποστραφήσεται αὐτὸ ὁ Θεός. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ δικαίου ἀρετὴ τὸν καπνὸν καὶ τὴν κνίσσαν ὀσμὴν εὐωδίας εἰργάσατο. Ἀλλ' ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων ἡ τῶν προσαγόντων πονηρία τὸ θυμίαμα τὸ εὐῶδες βδέλυγμα ὀφθῆναι παρεσκεύασεν.

Ὁ μὲν οὖν Ἰώσηπος καὶ κατ' αὐτὸν τὸν κόρακα τὸν ἀπολυθέντα παρὰ τοῦ Νῶε τοῦ ἰδεῖν εἰ τὸ ὕδωρ ἐκόπασεν, ἐναντιούμενος φαίνεται τῇ τοῦ Μωσέως ἱστορίᾳ. Ὑποστρέψαι καὶ γὰρ πρὸς τὴν κιβωτὸν λέγει τὸν κόρακα, ὡς ἐπὶ πάσῃ τῇ γῇ τοῦ ὕδατος ἔτι λιμνάζοντος. Ὁ δὲ Μωσῆς περὶ τούτων οὕτω φησίν· « Καὶ οὐχ ὑπέστρεψεν ὁ κόραξ ἕως οὗ ἐξηράνθη ἡ γῆ. » Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ περιστερὰν ἀπέστειλεν ὕστερον, ἅτε δὴ παλινοστῆσαι τοῦ κόρακος πρὸς αὐτὸν μὴ θελήσαντος. Ἀλλὰ καὶ ἱστορικοῖς εἰσάγει τισὶν ὁ Ἰώσηπος, περί τι λέγοντας ὄρος τῆς Ἀρμενίας ὑψηλότατον ἐν τῷ τοῦ κατακλυσμοῦ πεφευγέναι καιρῷ τῶν ἀνθρώπων τινὰς, κἀκεῖσε σωτηρίας διὰ τὸ ὕψος τυχεῖν. Ἀλλ' ἔξω βάλλουσιν ἐκεῖνοι τοῦ σκοποῦ, καὶ τῆς εὐθείας πόρρω που φέρονται. Εἰ γὰρ ὑψώθη τότε τὸ ὕδωρ ἐπάνω τῶν ὑψηλοτάτων ὀρέων ἐπὶ πήχεσι πεντεκαίδεκα, καθὰ Μωσῆς ἱστορεῖ, οὐκ ἂν ὁτιοῦν ὑπελείφθη τηνικαῦτα ὄρος, ὡς οἶμαι, τοὺς ἐν αὐτῷ πεφευγότας ἰσχύον ἀβλαβεῖς διασώσασθαι.

Ἡ μέντοι κιβωτὸς τριακοσίων μὲν πηχέων τὸ μῆκος ἦν, πεντήκοντα δὲ τὸ πλάτος, τὸ ὕψος τριάκοντα. Πῆχυν δὲ ἀκούων μὴ τοιαύτην εἶναι νόμιζε ὁποία τίς ἐστι παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ γεωμετρικήν. Ὁ γὰρ Μωσῆς, γεωμέτρης ἐξ Αἰγύπτου ὤν, τοιαύτην

A rursum aliquando unus adversus omnes ferretur calculus, quo genus mortalium alteri diluvio subjiceretur. Idcirco Deus his cum verbis compellat : « Statui cum animo meo nunquam deinceps terram tanta diritate prosequi propter hominum facinora, quorum cogitationes et studia inde usque a pueris ad prava quæque proclivia sunt [16]. » Hanc igitur ob causam sacrificium illud obtulit, cujus etiam respectu mandaverat Deus ut ex mundis animalibus in arcam septena, ex immundis bina reciperentur. Nam qui a carnibus vescendi potestatem mortalibus facturus erat, atque etiam litaturos sibi religiosos **127** homines sciebat, idcirco mundorum animalium major numerus servatus est, quorum tria paria generis incremento, reliquum sacrificio destinatum B esset ; id quod a diluvio Noe non neglexit, de omni mundorum pecorum genere Deo victimas offerens. Ex quo perspicue licet intelligere propterea fuisse præceptum, ut septena in arcam animalia sumerentur, ne Noe unum animal ex quovis genere Deo mactans ipsa paria distraheret atque corrumperet. Cæterum usque adeo Deus in oblatione hujus sacrificii Noæ studium ac voluntatem probavit, ut his uti verbis Litteræ sacræ non dubitaverint : « Delectatus est Deus odoris illius suavitate [17]. » Quapropter nos quoque nihil non animo sano et puro faciamus, absque quo fuerit, omnino Deus aversabitur quodcunque tandem a nobis offeratur. Nam vides hic virtutem justi hominis de ipso fumo ac nidore suavissimum odorem effecisse, cum apud Judæos C pravitas offerentium faceret ut suffitus etiam fragrantissimus a Deo piaculi loco duceretur.

Cæterum in narratione de corvo, qui a Noa dimissus fuit ut exploraret an aqua defecisset, Josephus historiæ Mosis aperte refragatur. Commemorat enim corvum illum ad arcam revertisse, quasi aqua per omnem terrarum orbem adhuc restagnaret. At Moses hæc in hunc modum narrat : « Non revertit corvus, donec ab aquis exsiccata terra foret. » Nam illa ipsa de causa columbam deinceps emisit, quod corvus redire noluisset. Idem Josephus probat auctoritate quorumdam historicorum, quos citat, diluvii tempore quosdam homines in altissimum Armeniæ montem confugisse, atque ibi saluti suæ per ipsius montis sublimitatem consuluisse. D Verum hi a scopo, quod dicitur, aberrarunt et a semita recta longe deflexerunt. Nam si aqua id temporis supra montes quosque sublimissimos ad 15 usque cubitos excrevit, quemadmodum Moses memoriæ prodidit, nullus mea quidem sententia mons reliquus esse potuit, qui a periculo servaret immunes quotquot in eum confugissent.

Arcæ ipsius longitudo 300 cubitos habebat, latitudo 50, altitudo 30. Cum autem cubiti vocabulum audis, non talem intelligi putato, qualis apud nos est in usu, sed geometricum. Moses enim, qui apud Ægyptios artem geometriæ didicisset, in hac de

[16] Gen. VIII, 21. [17] Ibid.

arca narratione cubitum ejusmodi intelligit qui maximam ulnam efficeret. Nam Ægyptii primi, referente Cyrillo, geometriam propter amplitudinem terræ suæ ejusque divisionem repererunt, cum motus siderum consideratio sit a Græcis perfecta, quorum observationes **128** primæ apud Babylonios exstiterant. Itidem doctrina numerorum a Phœnicum mercatoribus est profecta. De his hactenus.

Post annos a diluvio 536 turris est ædificata, hominibus in ea perficienda totis 40 annis incassum laborantibus. Cohortabantur enim, ceu Moses narrat [16], invicem ut lateres facerent coquerentque, quibus urbem turrimque sibi exstruerent, quæ fastigio cœlum attingeret. Quamobrem? Ut si alterum diluvium ingrueret, ad ejus se verticem conferrent eoque pacto imminens ab aquis exitium effugerent. Vanum hunc laborem et conatum eorum Deus per confusionem linguarum inhibuit. Verba quidem sacris in Litteris hæc leguntur : « En una est mortalium natio, qui cuncti eodem sermone utuntur. Age descendamus, et ibi eorum sermonem ita confundamus, ut alii aliorum orationem non intelligant. Itaque illinc eos per omnes terras Dominus, qui Deus est, dissipavit [17]. » Et appellari cœperunt homines ab eo tempore Meropes a sermonis linguarum terræque divisione. Furiosus ille Julianus hoc etiam inter alia scripsit, Deum conspicientem homines in altum ope turris sublatos, eaque de causa non mediocriter perturbatum, commoda quadam ratione ac via, linguis inter se confusis ulteriorem ascensum prohibuisse.

A quam descendentes angeli, quemadmodum et magnus ille Cyrillus ait, ministerium divinum significabant. Nam de angelis et Paulus inquit: «Nonne sunt omnes administri spiritus, qui ad ministerium ablegantur propter eos qui salutem adepturi sunt[37]?» Quamobrem Deus per hæc nobis clare ostendit omnia se per potestates angelicas gubernare, nec quidquam in rebus humanis absque providentia fortuito geri. Neque hic objeceris mihi, quamobrem Litteræ sacræ narrent angelos primum ascendisse ac deinceps descendisse. Nam ipsæ tibi hujus rei rationem aperiunt. Quilibet homo vitæ suæ præsidem angelum habet, ut hoc pacto malorum geniorum in nos impetus frangatur: jungit enim, ut ille ait[38], angelus Domini castra castris B in circuitu timentium eum. Nostras etiam preces ipsorum opera perferri ad Deum Dominus ipse nobis persuadeat, qui sacris in Evangeliis inquit: « Cavete ne unum ex hisce pusillis despiciatis: nam angeli eorum perpetuo faciem Patris mei cœlestis intuentur[39],» nihil scilicet aliud agentes, quemadmodum clarissimus ille patriarcha Nicephorus loquitur, quam quod preces nostras ad aures Dei Sabaoth deferunt. Idem angelus ille divinus Raphaelus confirmat, cum hisce verbis Tobæum alloquitur: «Quo tempore tu nurusque tua precabimini, ego precationis tuæ monumentum coram sancto illo Deo subvehebam, **138** qui me nunc misit ad te nurumque tuam Sarram sanandos[40].» C Consimiliter angelus ille divinus, qui ad Cornelium centurionem missus fuit, eum compellat: «Corneli, tuæ preces ac benigna facta ad Deum, ceu tui monumentum quoddam, ascenderunt. Itaque Joppem mittens Petrum arcessito[41].» Quæ cum ita sint, et cum quilibet homo, ceu demonstravimus, angelum habeat preces suas ad aures Dei Sabaoth deferentem, omnino necesse est angelos primum ascendere, atque una cum ipsis preces quoque nostras, deinde vero divina munera cœlitus ad nos pervenire. Nam idcirco beatus ille Jacobus angelos ascendentes et vicissim descendentes vidit, per quos tanquam spiritus administros, ceu diximus, res terrenæ gubernantur. Hoc modo de his responsum esto.

D Cæterum revertentem a Labane Jacobum, qui Esaum fratrem magnopere formidabat, rursum Deus consolatur, lucta cum ipso ad matutinum usque diluculum congressus; quo quidem facto persuadere Jacobo voluit ne quid sibi metueret. Nam si adversus Deum sese robustum præstare poterat, multo magis robur adversus homines habebat. Significare voluit hoc ipse Jacobus, cum ait: «Præsens præsentem Deum conspexi, et incolumitatem anima mea consecuta est[42],» hoc est, quæ tantum non præ formidine mortua erat, fiducia repleta est. Tunc et nomine mutato Israeli appellationem accepit, ut qui Dei quamdam informatio-

[37] Hebr. I, 14. [38] Psal. XXXIII, 8. [39] Matth. XVIII, 10. [40] Tob. XII, 12. [41] Act. X, 4. [42] Gen. XXXII, 30.

nem consecutus esset. Id quidem ex historia constat, Jacobum cum evigilasset, altero crure claudicasse. Ac ne post justi hujus viri mortem memoria curæ providentiæque Dei de ipso exstingueretur idcirco rationem invenit Deus qua factum hoc perpetuaretur. Inquit enim : Nepotes Israelici nervo femoris, qui emarcuit, non vescentur. Atque hinc animadvertere licet hujusmodi priscarum observationum magna ex parte causam illam fuisse, ne tam Dei quam beneficiorum ejus, tanquam ingrati, obliviscerentur. Idem Jacobus a Labane discedens, et jamjam Esau fratri occursurus, angelorum castra conspicit, ut ex hac re fiduciam conciperet nec advenientes cum Esau formidaret.

A νεκῆ ὁ Θεὸς, καί φησιν· « Οὐ μὴ φάγωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ, ὃ ἐνάρκησε. » Καὶ ἔστιν ἐνταῦθα μαθεῖν ὅτι ἡ αἰτία τῶν πλειόνων παρατηρήσεων τοῦτό ἐστι τὸ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, καὶ ἅτε δὴ ὄντας ἀγνώμονας. Ἀλλὰ καὶ χωριζόμενος τοῦ Λάβαν ὁ Ἰακὼβ, καὶ μέλλων συναντᾷν τῷ Ἡσαῦ, παρεμβολὴν ἀγγέλων ὁρᾷ ὡς ἐντεῦθεν θαρρεῖν καὶ μὴ τοὺς συνόντας τῷ Ἡσαῦ δεδιέναι.

De Labane accepimus eum 20 annis exactis Jacobo pollicitum, se hominem data mercede dimissurum ; deinde quorumdam calumniis immutatum in dies rem extraxisse. Quapropter et Liam Rachelemque Jacobus in hunc modum allocutus est : « Video ego non esse eumdem vestri patris in me vultum, qui erat heri ac nudiustertius : at enim hactenus patrium mihi Deum præsentem habui [45].» Quod sane deinceps clarius animadvertere poterant. Nam Labanem Deus Jacobum persequentem noctu per somnium aggressus : « Cave, inquit, cum Jacobo durius agas [46].» Magnum certe **139** quiddam est præsentem alicubi virum justum habere, quemadmodum ex Jacobi ad Labanem verbis hisce perspicue intelligi potest : « Deus te me præsente beavit.» Uxorum nomine ad Labanem hac uti purgatione poterat : non ego, sed insitus nuptis erga maritum amor eis persuasit ut terram patriam relinquerent. Georgius memoriæ prodit Jacobo a Labane redeunti rursum Bethele visum quoldam oblatum fuisse ; cumque decumas omnium bonorum suorum exhiberet Deo, tandem et liberos stitisse. Hos vero numerantem, a Benjamine facto vice versa initio delatumque ad Levium, quod illum invenisset decimum, Deo recta eum obtulisse, persolutis hoc modo decumis omnium quæ antehac consecutus erat. Atque hoc sane Jacobum vult ex voto id temporis concepto fecisse, cum fugam arriperet, ac verbis hisce Deum compellaret : « De cunctis rebus, quas mihi dederis, decumas tibi persolvam [47].» Hoc modo cum Levium sacerdotali veste induisset, ejus opera Bethele Deo rem sacram fecit. Hinc ortum ut sacerdotes illi prisci fœderis Levitæ vocarentur, cum novi clericos appellemus, illo sacrarum Litterarum verbo permoti : « Non habebunt Levitæ clerum, id est sortem, inter Israelicos : nam Dominus pars et sors eorum est [48].»

Ὁ Λάβαν μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν εἴκοσι ἐνιαυτῶν, ὑποσχεθεὶς ἀποστεῖλαι τὸν Ἰακὼβ μετὰ μισθοῦ, ἀνεβάλλετο, ὑπό τινων μεταβληθείς· ἐφ' ᾧ B καὶ πρὸς Λείαν καὶ Ῥαχὴλ ἔφη ὁ Ἰακώβ· « Ὁρῶ ἐγὼ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὑμῶν ὅτι οὐκ ἔστι πρός με ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. Ὁ δὲ Θεὸς τοῦ πατρός μου ἦν μετ' ἐμοῦ. » Καὶ δῆλον ὅτι τῷ Λάβαν καταδιώκοντι τὸν Ἰακὼβ ἐπέστη ὄναρ λέγων· « Φύλαξον σεαυτὸν μήποτε λαλῆσαι μετὰ τοῦ Ἰακὼβ πονηρά. » Μέγα ὄφελος ἡ δικαίου τινὸς παρουσία. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ Ἰακὼβ πρὸς Λάβαν ἔλεγεν· « Εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου. » Ἀλλὰ τῶν γυναικῶν αὐτοῦ ἕνεκα τοιαύτην ἐποίει πρὸς αὐτὸν ἀπολογίαν· Οὐκ ἐγὼ, τὸ δὲ πρωτον φίλτρον ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ παρέπεισεν αὐτὰ; ἐκ τῆς αὐτῶν ἀπᾴραι γῆς. Κατὰ μέντοι τὸν Γεώργιον ὁ Ἰακὼβ ἀνερχόμενος ἀπὸ τοῦ Λάβαν εἶδε πάλιν ὄρασιν ἐν Βεθὴλ, καὶ πάντα ἀποδεκατώσας ἅπερ ἐκέκτητο, τελευταίους ὑποβάλλει τοὺς παῖδας. Καὶ ἀριθμήσας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Βενιαμὶν ἀρξάμενος ἀνάπαλιν, καὶ ἐπὶ τὸν Λευὶ ἐλθὼν, ἐπεὶ δέκατον εὗρεν αὐτὸν, τῷ Θεῷ τοῦτον προσήγαγεν, ἀποδεκατώσας; καὶ πάντα ὅσα φθάσας ἐκτήσατο, καθὰ δὴ καὶ προϋποσχόμενος εἶπε τῷ Θεῷ ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν· « Πάντα ὅσα ἄν μοι δῷς, δεκάτῃ ἀποδεκατώσω αὐτά σοι. » Καὶ εὐθὺς ἐνδύσας τὸν Λευῒ στολὴν ἱερατικὴν, δι' αὐτοῦ θυσίας τῷ Θεῷ προσήνεγκεν ἐν Βεθήλ. Κἀντεῦθεν οἱ μὲν τῆς παλαιᾶς Λευῖται λέγονται, οἱ δὲ τῆς νέας κληρικοὶ διὰ τὸ γεγράφθαι « Οὐκ ἔσται τοῖς Λευίταις κλῆρος ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ γὰρ Κύριος μερὶς αὐτῶν καὶ κλῆρος. »

Ceterum in historia Mosaica reperimus Esaum et Jacobum inter se reconciliatos esse. Josephus autem huic narrationi tale quiddam adjecit. Isaacus, inquit, vivendi finem facturus de reconcilianda gratia inter Esaum et Jacobum egit. Cum autem rebus humanis exemptus esset, Esaus Jacobum nihilo secius persequebatur ; qui urbem prospectans paternas admonitiones homini ad animum revocabat. Iis cum nihil apud ipsum proficeret, contento arcu fratrem Esaum in pectore ad mammillam ferit. Tunc Isaaci

Καὶ κατὰ μὲν τὴν τοῦ Μωσέως ἱστορίαν ὅ τε Ἡσαῦ καὶ Ἰακὼβ πρὸς ἀλλήλους ἐσπείσαντο· ὁ δὲ Ἰώσηπος τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ καὶ τάδε προστίθησιν. Ὁ Ἰσαὰκ τελευτῶν περὶ ὁμονοίας τῷ Ἰακὼβ καὶ τῷ Ἡσαῦ ὡμίλησε. Τούτου δὲ τελευτήσαντος ὁ Ἡσαῦ ἐδίωκε τὸν Ἰακώβ. Εἰσελθὼν δὲ ἔν τινι πόλει οὗτος, καὶ παρακύψας ἄνωθεν, ἀνεμίμνησκεν αὐτὸν τῶν πατρικῶν παραγγελιῶν. Ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Καὶ τείνας τόξον ἔβαλλε τὸν Ἡσαῦ κατὰ τοῦ μαζοῦ. Τότε οὖν ἐπληρώθη ἡ τοῦ Ἰσαὰκ προφητεία· « Ἧνίκα ἂν καθέλῃς τὸν ζυγὸν τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ

[45] Gen. xxxi, 5. [46] ibid. 24. [47] Gen. xxviii, 22. [48] Deut. x, 9.

τοῦ τραχήλου σου, πλημμέλειαν πλημμελήσεις θανάτου. » Καὶ τὰ μὲν τοῦ Ἰωσήπου τοιαῦτα, προσέχειν δὲ τούτοις ὡς ἀληθέσιν οὐκ ἄξιον. Τὸ γάρ· « Πλημμέλειαν πλημμελήσεις θανάτου, » προσθήκη ἐστὶ τοῦ Ἰωσήπου· ἐν γὰρ τῇ προφητείᾳ τοιοῦτον ῥητὸν γεγραμμένον οὐχ εὑρηται. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Κρατεῖ δὲ μετὰ ταῦτα τῶν Ἀσσυρίων καὶ Σαρδανάπαλος, διάγων χαύνως πάντη καὶ τρυφηλῶς, εὐνούχοις ἔσω συγκεκλεισμένος καὶ γυναιξί, μή τινι τῶν ὑπ' αὐτὸν θεωρούμενος, χρώμασί τε καὶ βάμμασι καὶ τῇ τῶν γενείων ἐκκοπῇ θηλυδρίαν ποιῶν ἑαυτόν, ὡς ἐντεῦθεν μισητὸν τοῖς πᾶσι γενέσθαι. Καί τις δὲ τῶν ὑπὸ χεῖρα θέλων ἰδεῖν αὐτὸν οὐκ ἐδύνατο. Ποτὲ οὖν ἐπιτυχὼν τοῦ ποθουμένου ξίφος ὠθεῖ κατ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ζωῆς αὐτὸν ἀθλίως ἀποστερεῖ. Μετὰ δὲ Σαρδανάπαλον κρατεῖ τῶν Ἀσσυρίων ὁ υἱὸς Πίκου τοῦ καὶ Διὸς Περσεὺς (27), ὃς νικήσας τοὺς Λυκάονας καὶ πόλιν κτίσας ἐκεῖ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ στήλην στήσας, Ἰκόνιον αὐτὴν ἐκάλεσεν ἐκ τοῦ ἰδίου ἀπεικονίσματος. Εἶτα πρὸς Ἰσαυρίαν καὶ Κιλικίαν ἐλθών, καὶ ἀπὸ τοῦ ἵππου κατελθὼν καὶ πήξας τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς ἐν τῇ γῇ καὶ πόλιν ἐκεῖ κτίσας, ἐπωνόμασεν αὐτὴν Ταρσόν. Ἐπ' ὀνόματι μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τοὺς Ἀσσυρίους Πέρσας ἐκάλεσεν. Ἐφ' οὗ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ ἔπεσε, καὶ κτίσας ἐπ' αὐτῷ ναὸν πυρσολατρεῖν ἐδίδαξεν. Οὐκοῦν πρώτη μὲν βασιλεία ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἤτοι Βαβυλωνίων, δευτέρα δὲ ἡ τῶν Περσῶν ὁμωνύμως καὶ αὐτῶν Βαβυλωνίων κληθέντων.

Γίνωσκε δὲ ὅτι ἐπὶ τῆς τοῦ Φοίνικος βασιλείας ἤκμαζεν Ἡρακλῆς ὁ Τύριος καὶ φιλόσοφος, ὁ τῆς κογχύλης εὑρετής. Τὸ γὰρ ἔριον τὸ ἀπὸ τοῦ ποιμενικοῦ κυνὸς ἀπομαγθὲν ἰδών, καὶ νοήσας ὡς οὐκ ἔστιν αἷμα, ἀλλὰ βάμματος ὑπόθεσις (ἔτυχε γὰρ ὁ κύων οὗτος παρ' αἰγιαλῷ κογχύλην εὑρὼν καὶ φαγών), προσῆξεν ὡς δῶρον τῷ βασιλεῖ. Πρῶτος οὖν ὁ Φοῖνιξ τὴν ἁλουργίδα ἐφόρεσε, κελεύσας μηδένα ἕτερον τὴν τοιαύτην χροιὰν φορεῖν, καὶ οὕτως ἐκ τῆς ἁλουργίδος τὸν βασιλέα γνωρίζεσθαι· κρὸ δὲ τούτου κοινὸς ὁ βασιλεὺς ἐδόκει. Ἐν δὲ Τύρῳ αὕτη εὑρέθη.

Ὅτε ὁ Κροῖσος χρησμὸν λαβὼν τὸν Ἅλυν διεπέρασεν, εἰς φυγὴν ὁ Κῦρος ὥρμησεν, ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ συνεκράτησεν αὐτὸν λέγουσα τὸν αἰχμάλωτον Δανιὴλ ἀγαγεῖν καὶ δι' αὐτοῦ μαθεῖν τὸ πᾶν. Ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Καὶ οὕτω θάρσος ἐκεῖνος ἔλαβε. Μεταπαλεσάμενος δὲ τὸν Δανιὴλ μετὰ πάσης δορυφορίας, εἶπεν αὐτῷ· « Τάδε λέγει Κύριος περὶ τῷ χρηστῷ Κύρῳ· καὶ τὸν Κροῖσον νικήσεις. » Ὃ καὶ γέγονε·

A vaticinium illud impletum est : « Cum jugum fratris tui de cervice tua exueris, peccatum morte multandum committes. » In hunc modum hæc Josephus commemorat, quæ tamen pro veris recipienda non sunt. Nam istæc verba : « Peccatum morte multandum committes, » ab Josepho auctoritate propria Mosaicis adjecta sunt, cum nullum hujusmodi verbum in ipso vaticinio reperiatur. De his hactenus.

Secundum hæc et Sardanapalus Assyriis imperavit. Molliter is vivebat ac voluptarie, inter eunuchos et feminas occlusus; nec cuiquam subditorum hominis intuendi facultas erat. Præterea coloribus, tincturis, genarum rasura seipsum effeminabat. Quibus rebus factum est ut in se cunctorum odia concitaret. Inter alios imperio subjectos quidam erat qui omnino eum videre **140** cuperet, sed incassum. Tandem vero voti compos aliquando factus gladio tyrannum trucidat et vita spoliat. Post Sardanapalum Perseus Pici, cognomento Jovis filius, regnum apud Assyrios obtinuit. Is cum Lycaonas vicisset ac urbem in iis finibus exstruxisset, columnam erexit et ab simulacro imagineque sua urbi nomen Iconii dedit. Deinde versus Isauriam Ciliciamque profectus et delapsus ab equo, cum terræ calcem pedis allisisset, urbem id loci conditam ab hoc eventu Tarsum appellavit. Idem a nomine suo nuncupavit Assyrios Persas; cumque regnante ipso accideret ut ignis de cœlo laberetur, templo condito auctor fuit ut ignem sui religiose colerent. Primum ergo regnum fuit penes Assyrios sive Babylonios, alterum penes Persas, qui communi appellatione ipsi quoque Babyloniorum nomen habebant.

Scire autem debes regnante Phœnice fuisse quemdam Herculem Tyrium philosophum, qui purpuram invenit. Cum enim canis oviarii pilos hoc colore respersos videret, ac simul animadverteret non hunc sanguinem esse sed coloris ad tingendum apti materiam (nam canis ille forte fortuna purpuræ conchæ repertam in littore devoraverat), muneris cujusdam instar eam regi obtulit, qui sane primus per hanc occasionem purpuram gestavit, publicato edicto ne quis alius hoc colore vestium uteretur; quo de purpura scilicet rex agnosceretur, qui ante id temporis vestitu cum cæteris communi utebatur. Atque hæc Tyri est inventa.

Cæterum post illa tempora cum Crœsus oraculo accepto amnem Halym transjiceret, Cyrus in fugam se proripuisse perhibetur. Verum uxor eum ab hoc instituto retraxit, cum Danielum carceribus mancipatum adduci deque re tota consuli juberet. Id cum factum esset, resumpto Cyrus animo camelos in acie prima collocavit. Hoc modo equis oppositis in fugam versis, Crœsus in hostium potesta-

(27) Quam imperitus fuerit veteris historiæ Glycas, ex Perseo, quem post Sardanapali atque Arbacis tempora Assyriis imperasse somniat, facile quivis intelliget. Cætera non persequor hujus similiumque. Græculorum in chronologicis rebus, peccata dixeris, an portenta.

tem venit, cæsis quadringentis hominum millibus, cum amnem, qui supra modum exundaverat, rursum transjicere non possent.

Cyro Darius filius successit, Dario Artaxerxes; quo regnante quidam in Italia Palas exstitit. Is domum exstructam ab se Palatium nuncupavit: unde mos inolevit ut ædes regiæ palatium dicantur. Hæc est Georgii sententia. Zonaras vero memoriæ prodidit domum imperatoriam palatium vocari propterea quod in monte Palatino, quem olim inhabitavit Faustulus is qui Romulum educavit, Cæsar domum habuerit. Qua de causa factum sit ut tametsi allis etiam in locis imperator **141** divertit, nihilominus hospitium ejus palatium dicatur. Secundum hæc vixere Romus, qui Romam condidit, et frater ejus Remus. Hi cum Jovi templum exstruxissent, ei nomen Capitolii Romæ dederunt, hoc est totius urbis capitis sive verticis. Inde Romus interfecto Remo, cum populum seditionem concitare cerneret, primus ludos equestres in honorem Solis et quatuor elementorum instituit. Cum ne hac quidem ratione motus urbani sedari possent, percunctatus est oraculum quænam horum tumultuum causa foret. Responsum, ni fratrem secum eodem solio locaret, urbem minime conquieturam, Quàpropter aureo fratris simulacro facto, id ipsum solio suo, quoties pro tribunali sederet, recepit.

Quo tempore filius Artaxerxis Ochus Ægyptum occupavit, rex Ægyptius Nectenabo veste commutata, in Macedoniam aufugit, cum antea per vaticinationem, quæ pelvi solet fieri, futurum cognovisset ut Ægyptus in hostium potestatem veniret; cumque per quasdam præstigias Philippo regi et Olympiadi conjugi ejus innotuisset, occultis machinationibus furtivam cum ea consuetudinem habuit et Alexandrum procreavit. Philippus Macedonum regno potitus, Thessalia imperio adjecta, urbem in ea condidit, quam Thessalonicam appellavit. Ei successit Alexander, qui cum adversus Persas atque Medos expeditionem suscepisset, a Judæis petiit ut sibi copias auxiliares mitterent. Re non impetrata, quod illi dicerent se Dario fœdere conjunctos esse, quo contineretur ne bellum adversus ipsum gererent, recta in eos cum exercitu contendit. Tum vero pontifex maximus terroris causa vestem illam admirandam indutus occurrit Alexandro; qui formidine perculsus et ex equo delapsus ad pedes pontificis accidit. Ad hanc rem cum homines extranei magnopere obstupescerent, respondit Alexander non se congenulaudo sacerdotem venerari,

A

B

C

D

καμήλους γὰρ ἔμπροσθεν τῆς παρατάξεως (28) προτείναντος, καὶ τῶν ἀντιθέτων ἵππων εἰς φυγὴν τραπέντων, κρατεῖται μὲν ὁ Κροῖσος, ἀπώλοντο δὲ χιλιάδες υ' · οὐδὲ γὰρ ἴσχυον ἀντιπεραῶσαι τὸν ποταμὸν πλημμυροῦντα.

Μετὰ δὲ Κῦρον Δαρεῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, εἶτα Ἀρταξέρξης, ἐφ' οὗ ἦν τις ἐν Ἰταλίᾳ ὀνόματι Πάλας. Οὗτος κτίσας οἶκον Παλάτιον ὠνόμασεν, ὅθεν τὸ βασιλικὸν κατοικητήριον παλάτιον λέγεται. Καὶ ὁ μὲν Γεώργιος οὕτως, ὁ δὲ Ζωναρᾶς περὶ τούτου καὶ τάδε· « Ἡ δὲ τῶν αὐτοκρατόρων κατοικία παλάτιον ὠνομάσθη, ὅτι ἐν ὄρει τῷ καλουμένῳ Παλατίῳ, ἐν ᾧ Φαυστοῦλος διῆγεν ὁ τὸν Ῥωμύλον θρεψάμενος, ὁ Καῖσαρ ᾤκει, καὶ διὰ τοῦτο, κἂν ἀλλαχοῦ που καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου κλῆσιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἔχει. » Μετὰ δὲ ταῦτα Ῥῶμος ὁ κτίσας τὴν Ῥώμην καὶ Ῥῆμος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Οὗτοι κτίσαντες ναὸν τῷ Διὶ Καπετώλιον Ῥώμης ὠνόμασαν, τουτέστι κεφαλὴν τῆς πόλεως. Ὁ μέντοι Ῥῶμος τὸν Ῥῆμον φονεύσας, καὶ τὸν δῆμον ὁρῶν στασιάζοντα, πρῶτος ἱππικὸν ἀπετέλεσεν εἰς τιμὴν τοῦ ἡλίου καὶ τῶν τεσσάρων στοιχείων. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἡ πόλις ἐταράσσετο. Ἐρωτήσας οὖν εἰς τὸ μαντεῖον διὰ τί ἐς τοσοῦτον ἡ πόλις σείεται, ἤκουσεν· « Εἰ μὴ συγκαθίσει ὁ ἀδελφός σου μετὰ σοῦ, οὐκ ἂν ἡ πόλις ἠρεμήσει. » Ἐντύπωμα ποιήσας τοῦ ἀδελφοῦ χρυσοῦν συνεκάθιζε μετ' αὐτοῦ καὶ συνέκρινεν.

Ὅτε ὁ τοῦ Ἀρταξέρξου υἱὸς Ὦχος τὴν Αἴγυπτον κατέσχεν, ὁ βασιλεὺς αὐτῆς Νεκτεναβὼ ἀλλάξας τὴν ἐσθῆτα ἔφυγεν εἰς Μακεδονίαν, διὰ λεκανομαντείας προγνοὺς τὴν Αἰγύπτου κατάσχεσιν, καὶ διὰ τὰς αὐτοῦ μαγγανείας γνώριμος γίνεται Φιλίππῳ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ὀλυμπιάδι, ᾗ καὶ μεγνύμενος διὰ μηχανῶν ἔτεκε τὸν Ἀλέξανδρον. Ὁ μέντοι Φίλιππος Μακεδονίας βασιλεύσας καὶ Θεσσαλίαν ὑποτάξας πόλιν ἐν αὐτῇ κτίζει καὶ Θεσσαλονίκην καλεῖ. Μετὰ τοῦτον Ἀλέξανδρος. Ὅτε τοίνυν οὗτος κατὰ Περσῶν καὶ Μήδων ὥρμησε, συμμαχίαν τοὺς Ἰουδαίους ἐζήτησε. Καὶ μὴ λαβὼν (συνθήκας γὰρ εἶχον πρὸς Δαρεῖον μὴ πολεμεῖν αὐτὸν) ἐπῆει κατ' αὐτῶν. Ὁ γοῦν ἀρχιερεὺς πρὸς ἔκπληξιν τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην στολὴν ἐνδυσάμενος τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὑπήντησε. Καὶ ὃς ἐκπλαγείς, κἀντεῦθεν τοῦ ἵππου καταβάς, τῷ ἀρχιερεῖ προσέπεσε. Τῶν γοῦν ἀλλοφύλων ἐκπλαγέντων ἔφη· « Οὐ τὸν ἱερέα προσκυνῶ, ἀλλὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ τιμώμενον Θεόν· τοιούτῳ γὰρ σχήματι καὶ τὸν Θεὸν εἶδον κατὰ Περσῶν θαῤῥύνοντά με. » Ἐφ' ᾧ καὶ θυσίαν ἐκεῖσε τῷ Θεῷ προσήνεγκεν.

(28) In F. ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Καὶ οὕτω θάρσος ἐκεῖνος ἔλαβεν. Ὅθεν καὶ καμήλους ἔμπροσθεν τῆς παρατάξεως et quæ sequuntur, omissis iis quæ ex nostro codice a quopiam ex longiori aliqua narratione decerpta cum aliis excudenda curavimus. Verum omnis hæc de Cyro et Daniele narratio fabulam olet, cum Babylone tum apud Darium Me tum in pretio viveret Daniel, cum a Cyro devictus est Crœsus. Quis vero ferat ἀνιστορησίαν Siculi nostri, qui Cyro filium Darium ac successorem, Dario vero Artaxerxem subjiciat: eoque regnante in Italia vixisse Palantem, a quo dictum sit Palatium: cum ducentis ac quinquaginta ante Darium et Artaxerxem annis Romulus vixerit, et Pallas Evandri filius ad Æneæ tempora referendus sit, aliquot ante Romulum sæculis.

sed cultum ab eo Deum, quem ejusmodi habitu conspexerit se contra Persas instigantem et animantem. Hanc ob causam Deo quoque rem sacram Hierosolymis fecit.

Οὗτος μὲν οὖν καὶ πάνυ σοφῶς καὶ εὐμηχάνως A ἐχειροῦτο τὰ πάντα· μετενδυόμενος γὰρ εἰσήρχετο πανταχοῦ, καὶ κατασκοπεύων οὕτως ἐνίκα. Τοῦτο ποιεῖ καὶ ἐπὶ τῇ χήρᾳ Κανδάκῃ. Ἀλλ' ἐάλω· ἐκείνη γὰρ τὰ συστήματα αὐτοῦ μαθοῦσα (ἦν γὰρ τὸν μὲν τῶν ὀφθαλμῶν γλαυκὸς, τὸν δὲ μέλας) ἅμα τῷ ἰδεῖν αὐτὸν εἶπε· « Βασιλεῦ Ἀλέξανδρε, τὸν κόσμον ἔλαβες, καὶ γυνή σε παρέλαβεν. » Ἦν καὶ λαβὼν εἰς γυναῖκα, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπελθὼν, καὶ τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν κτίσας, καὶ ὑποστρέψας εἰς Βαβυλῶνα, τελευτᾷ ἐτῶν λβ', δώδεκα καὶ μόνα κρατήσας ἔτη, φρονιμώτατος πάντων καὶ ἀνδρειότατος. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πτηνὴν αὐτὸν πάρδαλιν ὁ προφήτης προεῖδε, τὸ ῥαγδαῖον αὐτοῦ καὶ ὀξὺ παριστῶσα καὶ τὸ ἄφνω διαπτῆναι μετὰ τροπαίων τὴν οἰκουμένην. Λέγεται δὲ ὅτι καὶ φιλοσόφου τινὸς ἤκουσεν εἰπόντος ἀπείρους εἶναι κόσμους, καὶ μέγα στενάξας ἔφη· « Ἀπείρων ὄντων μηδενὸς ἐγὼ κεκράτηκα. » Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀωφροσύνῃ ἐθαυμάζετο· τὰς γὰρ Δαρείου θυγατέρας αἰχμαλώτους κρατήσας οὐδὲ ἰδεῖν ἠνέσχετο, ἀπρεπὲς εἶναι εἰπὼν τὸν ἄνδρας κρατήσαντα ὑπὸ γυναικῶν κρατηθῆναι. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ· τῷ γὰρ Ἀριστοτέλει παρηκολούθησε. Πολεμικώτατος δὲ καὶ τολμηρότατος ὢν, καὶ ἰδὼν ὁμώνυμον αὐτῷ νεανίσκον τινὰ δειλῶς μαχόμενον, εἶπεν· « Ἢ τὸν τρόπον ἄλλαξον ἢ τὴν κλῆσιν. »

Itaque deinceps prudenter admodum ac solerter occupavit omnia; nam veste mutata se quævis ad loca conferebat, et cunctis exploratis victoria facili potiebatur. Eadem arte Candacen viduam agressurus interceptus est; nam cum ea notas ipsius indiciaque naturalia percepisset, quod alter scilicet oculus ei cæruleus alter niger esset, simul ac eum intuita est, dixit: « Mundum tu quidem, rex Alexander, occupasti, at te mulier cepit. » Igitur hac uxore ducta, in Ægyptum profectus magnam illam Alexandriam condidit. Inde Babylonem reversus, annos jam 32 natus, rebus humanis excedit, cum duodecim tantum **142** annos imperasset, vir haud dubie sapientissimus ac fortissimus omnium. Idcirco vates eum se conspexisse tradit in volucris pardalidis specie, volens hoc pacto impetum et celeritatem ipsius ostendere, quodque subito victoriis suis orbem terrarum pervolaverit. Perhibent aliquando eum inaudivisse de philosopho quodam, qui mundos infinitos esse diceret. Tum vero gemitu ingenti edito: « Itane, ait, infiniti sunt, cum ego ne unum quidem adhuc devicerim? » Etiam pudicitiæ castitatisque nomine magnam laudem meruit. Cum enim captivas Darii filias sua in potestate haberet, ne intueri quidem eas voluit, quod nequaquam decere diceret eum qui viros devicisset, a mulieribus vinci. Non minus ex philosophia et acumine ingenii laudes adeptus est, ut qui Aristotelem audivisset; cumque in præliis concitatissimus et audacissimus esset, forte conspicatus aliquando quemdam adolescentem sibi cognominem, qui trepide pugnaret: « Vel indolem, » inquit, « et animum hunc mutato, vel nomen. »

Οὗτος μὲν οὖν Ἀλέξανδρος καὶ μέχρι τῶν ἐνδοτάτων Ἰνδῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῆς μεγίστης νήσου τῶν Βραχμάνων φθάσας, ὧν καὶ τὸν θαυμάσιον βίον θαυμάσας καὶ τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειάν τε καὶ λατρείαν ἐξεπλάγη, ἐν ᾧ τόπῳ καὶ στήλην στήσας ὑπέγραψεν· « Ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τούτου. » Ἐν ἐκείνῃ τῇ νήσῳ κατοικοῦσιν οἱ λεγόμενοι Μακρόβιοι· ζῶσι γὰρ αὐτῶν οἱ πλείους περὶ τὰ ἑκατὸν πεντήκοντα ἔτη διὰ τὴν τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν καὶ τὰ ἀνεξερεύνητα τοῦ Θεοῦ κρίματα. Ἐκεῖσε ὀπώρα τὸν ἅπαντα χρόνον οὐ λείπει. Ἐκεῖ τὰ μέγιστα κάρυα καὶ τὰ δυσπόριστα ἀρώματα καὶ ἡ Μαγνῆτις λίθος· παρ' οἷς οὐκ ἔστι τετράποδον, οὐκ οἶνος, οὐκ ἄρτος, οὐχ ἱμάτιον. Μικρᾷ δὲ ὀπώρᾳ καὶ ὕδατος ἀπολαύουσι τὸν ποταμὸν παροικοῦντες καὶ τῷ Θεῷ γνησίως λατρεύοντες. Καὶ οἱ μὲν ἄνδρες εἰς ποταμὸν παροικοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν ἐντεῦθέν εἰσι τοῦ ποταμοῦ Γάγγου τοῦ παραῤῥέοντος εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐπὶ τὸ μέρος τῆς Ἰνδίας. Καὶ οἱ μὲν ἄνδρες περῶσι πρὸς τὰς γυναῖκας Ἰούλιον καὶ Αὔγουστον, παρ' οἷς ὑπάρχουσι ψυχρότεροι, τοῦ ἡλίου πρὸς ἡμᾶς ὑψωθέντος. Τηνικαῦτα γὰρ εὔκρατοι γενόμενοι πρὸς οἶστρον κινεῖσθαι λέγονται. Καὶ ποιήσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἡμέρας τεσσαράκοντα πάλιν ἀντιπερῶσι. Μεθ' ὃ δὲ τέκῃ ἡ γυνὴ δύο παῖδας, οὐκέτι μίγνυνται. Ἐὰν δέ τις εὑρεθῇ στείρα μέχρι πεντεκαί-

Cum ad Indos extremos ipsumque Oceanum et maximam Brachmanum insulam pervenisset, eorum erga Deum pietatem cultumque miratus columnam statuit cum inscriptione hujusmodi: « Alexander rex hucusque penetravi. » Fa in insula qui Macrobii vocantur a diuturna vita, degunt. Nam majori ex parte vivunt istic homines ad annos 150 propter aeris idoneum maxime temperamentum et imperscrutabilia Dei judicia. Nullo anni tempore fructus maturi desunt. Abundant et maximis nucibus et aromatis, quæ tanti nos redimimus, et lapide magnete. Quadrupedes bestias nullas habent, nec vinum nec panem nec vestes. Ad flumen habitantes exiguis fructibus et aqua contenti sunt, Deoque pura et integra religione serviunt. Viri ad fluminis ripas accolunt, feminæ ex altera Gangis fluvii parte degunt Indiam versus, qui quidem fluvius in Oceanum semet exonerat. Julio et Augusto mensibus ad uxores viri transjiciunt, quod iis frigidiores sint, sole nostrum ad finitorem sublimius assurgente. Tunc nimirum consecuti temperamentum corporis optimum œstro quodam concitari feruntur. Exactis autem apud uxores 40 diebus amnem vicissim transjiciunt. Feminæ posteaquam liberos duos in lucem edidere, rem cum viris amplius nullam habent. Quodsi qua totos quinque annos sterilis reperiatur, religione quadam a coitu

arcetur. Amnis ipse non citra periculum ac difficultatem Odontotyranni causa transjicitur. Animal hoc quoddam est in terra perinde **143** ac aqua degens, idque maximum, uti quod elephantum quoque deglutiat, quanquam viris hisce trajicientibus haudquaquam noceat. In locis desertioribus sunt dracones 70 cubitos longi, scorpii cubitales, formicæ palmares. Propterea istæc loca nullos incolas habent. Gregatim ibidem elephanti pastum quærunt. In partibus adhuc penitioribus homines reperiuntur qui a carnibus humanis non abstinent. Apud Chaldæos lege concessum est ut matrem quis sibi matrimonio jungat, et tam sorores quam filias ineat. Apud Agilæos feminæ sua viros in potestate habent, proque libitu venerem exercent citra ullam maritorum æmulationem. Eædem agros colunt, æ es exstruunt, omnes operas viriles obeunt. In Britannia viri complures una cum muliere cubant, et contra multæ mulieres cum uno viro. Amazones viros nullos habent, sed brutorum in morem appetente verno tempore cum vicinis rem habent, quasique mercatu magno celebrato tandem domum mares tollunt, femellas educatas servant.

Hæ consuetudines apud varias locisque separatas nationes quasi per manus a majoribus acceptæ paulatim in leges abierunt, quemadmodum magnus ille Cæsarius scripsit. Post obitum Alexandri regnum ejus complures in dominatus et imperia divisum fuit. Principes ipsi non destitere seipsos alter alterum invadere, donec imperium Romanum particulares istos dominatus omnes e medio sustulit. Ac de his quidem hactenus.

Cæterum Jacobus patres illos familiarum principes 12 genuit, Rubenum, Symeonem, Levium, Judam et reliquos ordine subsequentes. Amabat autem plus cæteris Josephum, tum quod esset natu minimus, tum virtutis causa, qua singulari præditus erat. Itaque illi cæteri fratres invidebant, et quidem non has ob causas modo, verum etiam propter insomnia, quæ ei se noctu offerebant. Nam videre videbatur aliquando stellas undecim cum ipso sole ac luna se congenulando venerantes. Ac stellæ quidem ipsæ fratres significabant, sol patrem, luna matrem. Quodsi quis roget quo pacto dicatur mater cum venerata esse, quæ multo ante diem in terris supremum obierat, is quid dicturi simus audiat. Cum Jacobus in Ægyptum profectus Josephum submisse veneratus est, eumdem ei venerationis honorem et uxor exhibuisse dicitur, uti quæ corpus unum cum ipso exsisteret. Atque hanc ob causam fratres eum invidia persequebantur, qua quidem impulsi eo quoque progrediuntur ut insidias ei manifestas struerent; eumque morte multaturi hominem essent, periculosam in voraginem abjiciunt. Sed **144** unius cujusdam e fratribus consilio, qui Rubenus erat, vir propenso ac benevolo in Josephum animo, de voragine rursus eum extrahunt, ac viginti minis (sic enim Josephus in historia sua memoriæ prodidit) quibusdam mercatoribus ven-

τίας, ἔκτοτε ἀμιγής ἐστι δι' εὐλάβειαν. Ὁ μέντοι ποταμὸς ὢν δυσπέρατος διὰ τὸ ὀδοντοτύραννον ζῶον· καὶ γὰρ οὗτος ἀμφίβιον μέγιστον, ὥστε καὶ ἐλέφαντας καταπίνειν, εἰ καὶ τοὺς ἄνδρας τούτους οὐ βλάπτει διαπεραιουμένους. Ἐν δὲ τοῖς ἐρημοτέροις τόποις δράκοντές εἰσιν ὡσεὶ πηχέων ἑβδομήκοντα, σκορπίοι δὲ πηχυαῖοι, μύρμηκες παλαιστιαῖοι· ἐφ' ᾧ καὶ ἀοίκητοι μένουσιν οἱ τόποι ἐκεῖνοι. Ἀλλὰ καὶ ἐλέφαντες ἐκεῖσε ἀγεληδὸν βόσκονται. Ἐνδότερον δέ εἰσιν ἄνθρωποι ἀνθρώπους ἐσθίοντες. Χαλδαίοις νόμος μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφοτεκνοφθορεῖν. Παρ' Ἀγιλαίοις αἱ γυναῖκες αὐθεντοῦσι τῶν ἀνδρῶν καὶ πορνεύουσιν ὡς βούλονται, μὴ ζηλοτυπούμεναι παρὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν, γεωργίαν δὲ καὶ οἰκοδομίαν καὶ πάντα τὰ ἀνδρῶα πράττουσιν. Ἐν δὲ Βρεττανίᾳ πλεῖστοι ἄνδρες μιᾷ συγκαθεύδουσι γυναικί, καὶ πολλαὶ γυναῖκες ἑνὶ ἀνδρί. Ἀμαζόνες δὲ ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα κατὰ τὸ ἔαρ τοῖς γειτνιῶσι μίγνυνται, καὶ μέγα πανηγυρίζουσαι οἴκαδε ἀποστρέφουσι, καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κυήσεως τὸ μὲν ἄῤῥεν ἀναιροῦσι, τὸ δὲ θῆλυ ζωογονοῦσι.

Ταῦτα μὲν οὖν πάντα νόμος τοῖς κατὰ τόπους ἔθνεσιν ἐκ διαδοχῆς κατὰ τὸν μέγαν Καισάριον γέγονε. Μετὰ μέντοι τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν εἰς πολλὰς ἀρχὰς ἡ βασιλεία αὐτοῦ διῃρέθη, καὶ οὐ διέλειπον ἀεὶ κατ' ἀλλήλων ἐπανιστάμενοι, ἕως οὗ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ τὰς τοπαρχίας πάσας κατέλυσε. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ὁ δὲ Ἰακὼβ γεννᾷ τοὺς δώδεκα πατριάρχας, τὸν Ῥουβὶμ, τὸν Συμεών, τὸν Λευΐ, τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς λοιποὺς καθεξῆς. Ἠγάπα δὲ τὸν Ἰωσὴφ πλέον τῶν ἄλλων καὶ διὰ τὸ νεώτατον αὐτὸν εἶναι καὶ διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετήν. Ἐφ' ᾧ καὶ φθονοῦσιν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Οὐ διὰ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ὁράσεις ὧν ἐκεῖνος γέγονε θεωρός. Ἑώρα γὰρ ἀστέρας ἕνδεκα, σὺν αὐτοῖς τε τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, προσκυνουντας αὐτόν. Καὶ οἱ μὲν ἀστέρες ἐδήλουν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ὁ ἥλιος τὸν πατέρα, ἡ δὲ σελήνη τὴν μητέρα. Εἰ δέ τις λέγει, πῶς ἡ μήτηρ λέγεται προσκυνῆσαι, ἐπεὶ προαποθανεῖν ἔφθασεν, ἀκουέτω ὅτι τοῦ Ἰακὼβ κατελθόντος ἐν Αἰγύπτῳ καὶ προσκυνήσαντος συμπροσκυνῆσαι λέγεται καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ὅτι καὶ σῶμα ἓν ἀμφότεροι οὗτοι. Οὐκοῦν ἐφθόνουν αὐτῷ διὰ τοῦτο οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Καὶ φθονοῦντες εἰς ἐπιβουλὴν προδήλως χωροῦσι, καὶ θανατῶσαι θέλοντες αὐτὸν ἐμβάλλουσι λάκκῳ δεινῷ. Ἑνὸς δέ τινος ὑποθήκαις, δηλαδὴ τοῦ Ῥουβὶμ ἅτε πρὸς αὐτὸν φιλίως διακειμένου, τοῦ λάκκου τε αὐτὸν ἐξάγουσι, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἰωσήπου ἱστορίαν εἴκοσι μνῶν τοῖς ἐμπόροις ἀποδιδόασι. Μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸν πατέρα ἐπιστρέψαντες τὸν μὲν Ἰωσὴφ ἔλεγον μὴ ἰδεῖν, χιτῶνα δὲ τούτου εὑρεῖν ἡμαγμένον καὶ λελακισμένον, ὡς ἐντεῦθεν ὑπόνοιαν τάχα διδόναι παρὰ θηρίων αὐτὸν ἀπολέσθαι. Κατάγεται οὖν παρὰ τῶν ἐμπόρων εἰς Αἴγυπτον, καὶ ὡς δοῦλος

ἐκεῖσε πιπράσκεται. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ εἰς ἔρωτας ἀσέμνους παρὰ τῆς κυρίας αὐτοῦ ἐφέλκεται. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο· εἰ γὰρ καὶ τὸ σῶμα δοῦλος, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐλεύθερος. Ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς ὀργὴν αὐτὴν κινεῖ. Μελετᾷ κατ' αὐτοῦ, κατηγορεῖ, πείθει εἰς φυλακὴν αὐτὸν ἐμβαλεῖν. Γίνεται ταῦτα, καὶ τρισκαίδεκα ἔτεσιν κατάκλειστος ἦν· τῇ δὲ τοιαύτῃ φυλακῇ καὶ ἕτεροι δύο συνῆσαν, οἰνοχόος τε καὶ ἀρτοποιός· οἷς δὴ παραδόξως καὶ τὰ ἐσόμενα προηγόρευσε. Καὶ τῷ μὲν οἰνοχόῳ ἐλευθερίαν προέλεγε διὰ τριῶν ἐμμένειν ἡμερῶν· ὥρα γὰρ ἐκ τριῶν κλημάτων ἀποθλιβομένους βότρυας δι' αὐτοῦ εἰς φιάλην, καὶ τὸν βασιλέα χαριέντως ἐξ αὐτοῦ ταύτην λαμβάνοντα. Ὅθεν καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγε· « Μὴ ὑπερίδῃς ἡμᾶς διὰ ταῦτα ἀπερχόμενος· οὐδὲν γὰρ ἁμαρτόντες ἐν δεσμοῖς γεγόναμεν, ἀλλὰ σωφροσύνης ἕνεκα τὸ τῶν κακούργων ὑπομένειν κατεκρίθημεν. » Τῷ δὲ ἀρτοποιῷ λέγοντι τρία κανᾶ φέρειν ὑπὲρ κεφαλῆς ἑαυτοῦ, καὶ δύο μὲν ἄρτων πλέα, τὸ δὲ τρίτον ὄψων τε καὶ ποικίλων βρωμάτων, καταπταμένους δὲ οἰωνοὺς ἅπαντα δαπανᾷν, κάντεῦθεν προσδοκῶντι ὁμοίαν τῷ οἰνοχόῳ τὴν πρόρρησιν ἔσεσθαι, δύο τὰς πάσας ἔτι τοῦ ζῆν ἔλεγεν ἔχειν ἡμέρας· τὰ γὰρ κανᾶ τοῦτο σημαίνειν, τῇ τρίτῃ δὲ αὐτὸν σταυρωθέντα βορὰν ἔσεσθαι πετεινοῖς. Γενέθλιον ἐπιτελεῖ ὁ βασιλεύς, καὶ τηνικαῦτα τὰ τῆς προρρήσεως γίνεται. Ἐπιλανθάνεται τούτου ὁ οἰνοχόος. Ἐνιαυτοὶ δύο παρέρχονται. Ὁρᾷ κατὰ νύκτα ὁράσεις δύο ὁ Φαραώ. Ἀμηχανοῦσιν ἐπὶ τούτοις οἱ τῶν Αἰγυπτίων σοφοί. Καλεῖται ὁ Ἰωσὴφ, τοῦ οἰνοχόου τοῦτο προτρέψαντος. Ἡ δὲ ὅρασις βόες εὐτραφεῖς ἑπτὰ ἀπὸ τοῦ νάματος ἐπὶ τὸ ἕλος ἐρχόμεναι· ἄλλαι ἰσάριθμοι ἐκ τοῦ ἕλους ὑπαντῶσαι, λίαν κατισχνωμέναι, καὶ κατεσθίουσαι τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας, κἂν οὐδὲν ἐκ τοῦ φαγεῖν ὠφελοῦντο. Ἡ δὲ δευτέρα ὅρασις στάχυες εὐτραφεῖς ἑπτὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ὑφ' ἑτέρων ἑπτὰ διεφθαρμένων καὶ ἀσθενῶν δαπανώμενοι. Ἕνος δὲ τριακοστὸν ὁ Ἰωσὴφ τηνικαῦτα ἦνυεν. Ἑρμηνεύει τὰς ὁράσεις, τιμᾶται παρὰ τοῦ Φαραὼ, ἄρχων Αἰγύπτου καθίσταται. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ Ψομθομφάνιχον αὐτὸν ὁ Φαραὼ προσαγορεύει, τουτέστιν ἐφευρετὴν τῶν κρυπτῶν. Τὸν δὲ λιμὸν ἐκεῖνον ἱστορεῖ γενέσθαι διὰ τὸ μήτε τὸν Νεῖλον τότε ἀνελθεῖν μήτε δρόσον ἄνωθεν κατελθεῖν. Γεννᾷ δὲ Ἰωσὴφ καὶ δύο υἱοὺς, Μανασσῆν καὶ Ἐφραΐμ. Καὶ τὸ μὲν Μανασσῆς σημαίνει ἐπίληθον· εὐδαιμονήσας γὰρ λήθην τῶν ἀτυχημάτων ἔλαβε. Τὸ δὲ Ἐφραΐμ αποσιδούς· αὐτὸς γὰρ τοῖς προγόνοις τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδωκε. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

A dunt. Hinc ad parentem reversi Josephum quidem se nusquam vidisse narrant, tunicam vero ipsius reperisse cruentatam ac discerptam, ut hoc modo pater in suspicionem veniret fortasse filium a feris interemptum esse. Interim ipse a mercatoribus in Ægyptum abducitur, atque illic in morem marcipii venditur. Non longo tempore interjecto ab hera sua fœdos et turpes ad amores pellicitur, a qua tamen eo minime perpellitur: quamvis enim corpore servus esset, nihilo tamen minus animo erat ingenuus. Hanc ob causam illa excandescit, aliquid in Josephum mali molitur, accusat, marito persuadet, hominem in vincula conjiciat. Succedit quod instituerat, adeoque totos 13 annos Josephus in vinculis detinetur. Erant in eodem carcere conclusi et B alii duo, quorum unus a poculis regi fuerat, alter pistor. His ille nova et inaudita quadam ratione futura prædixit, atque illi quidem, a poculis qui fuerat, libertatem intra triduum restituendam vaticinatus est. Nam somniaverat se de tribus palmitibus uvas in phialam Pharaonis exprimere, ac deinde regem ex ea non illibenter hausisse. Monuit autem hunc ut carcere liberatus sui per contemptum non oblivisceretur: Nam nullo, inquit[47], facinore designato in hosce carceres compacti sumus, sed propter castitatem ad hæc flagitiosorum hominum supplicia toleranda sumus condemnati. Pistori vero, qui diceret se visum sibi gestare tria canistra in capite, quorum duo panibus essent C plena, tertium obsonio variisque cibis, sed aves advolasse ac omnia surrepta devorasse, quique futurum adeo exspectaret ut ipsi quoque Josephus consimile priori vaticinium promeret, respondit duos in universum vitæ dies ei superesse, qui per bina canistra denotarentur, tertio in crucem actum corpore suo pasturum alites. Secundum hæc Pharao diem suum natalitium celebrat, quo eventus omnia comprobat quæ prædicta fuerant. Josephi tamen obliviscitur is qui regi a cyathis erat. Anni duo prætereunt. Insomnia duo Pharaoni per quietem offeruntur. Ægyptiorum sapientes ea nulla ratione possunt interpretari: hortatu ejus qui regi a poculis erat, Josephus arcessitur. Somnium unum fuerat hujusmodi: rex videre sibi visus erat septem D vaccas corpore **145** pingui ac bene curato, quæ emersæ de flumine in carectum se conferrent; atque his alias numero pares occurrere, macie confectas admodum, quæ tametsi opimas illas atque magnas devorarent, nihilo tamen inde pinguiores fieri viderentur. Alterum erat tale: septem opimæ spicæ, de radice una enatæ, ab aliis septem spicis tenuibus atque corruptis absumebantur. Compleverat id temporis Josephus annum ætatis tricesimum, cum hæc somnia interpretaretur. Quo facto magnis a Pharaone honoribus afficitur et princeps atque præfectus Ægypti constituitur, indente ipsi novam appellationem Pharaone, qua Psomtophanichus deinceps vocaretur, quæ vox *occultorum repertorem* significat. Cæterum charitatem illam annonæ profectam ex ea causa perhibent, quod iis annis neque Nilus extra suas se ripas effuderit neque ros ex aere fuerit delapsus. Duos autem Josephus filios genuit, Manassem et Ephræmum. Manassis appellatio significat priorum oblitum: posi-

[47] Gen. xl, 14.

æquam enim ad eam felicitatem pervenisset, calamitatum pristinarum oblivionem consecutus erat. Ephræmus tantundem sonat ac si dicas, qui restituit eum; nam libertatem majoribus restituit. Et hæc quidem in hunc modum evenere.

Jacobi autem filii cum accepissent quid Sichemus Emoris filius cum sorore sua Dina perpetrasset, puncti sunt, hoc est dolore affecti, ut qui facinus hoc turpissimum ducerent. Itaque cunctos loci ejus incolas ferro trucidarunt. Quamobrem concessit Deus ut satis longo tempore in Ægypto afflictarentur. Nam hæc causa fuit quamobrem diuturnam et primam illam captivitatem experirentur. Cæterum Jacobus, adventum ipsius flagitante Josepho, quo tempore fratres ad ipsum urgente annonæ charitate se contulerant, in Ægyptum 75 cum capitibus est profectus. Atque hunc numerum quoque Litteræ sacræ penitus exprimunt, ut quanta hominum multitudo procreata de tot capitibus fuerit scire-mus. Jacobus ipse, quemadmodum in historia sua Josephus meminit, præ necopinato gaudio parum abfuit quin exspiraret, ni videlicet Josephus eum recreasset, qui tametsi et ipse voluptatis magnitudine superaretur, non tamen eodem modo quo Jacobus afficiebatur. Atque hic cum Pharao Jacobum jam canum intueretur, quot natus esset annos interrogat. Respondet is hanc in sententiam: « Anni vitæ meæ, quos peregrinatus sum, omnino sunt centum et triginta, quos ipsos sane paucos et malos expertus sum [68]. » Quæ quidem verba propter eas afflictiones et ærumnas protulit quas perpessus fuerat. Vixit autem ab hoc tempore quindecim adhuc annos, quibus nonnihil scilicet a calamitatibus, **146** quas antehac pertulerat, recrearetur. Et vivebant sane longam ætatem homines illi prisci, quo genus humanum in majoribus illis vitæ spatiis eo felicius propagaretur et amplificaretur. Eadem causa fuit cur pluribus simul uxoribus juncti essent. Post diluvium quidem certe multos adhuc annos vivendo explebant. At ubi paulatim orbem terrarum complessent, annorum etiam vitæ numerus imminui cœpit. Quodsi credere Cyrillo debemus, viro divinissimo, illa quoque de causa hominum annis aliquid decessit, quod ipsa natura paulatim debilior fiat et ad plures annos se conservare nequeat.

Genuit autem, ceu jam ante monuimus, patriarchas Jacobus duodecim, a quibus duodecim Israelicæ tribus ortæ sunt. Etenim hanc ipsam ob causam in Litteris sacris appellari patriarchæ consueverunt, quasi patrion archontes, id est tribuum sive familiarum principes. Epiphanius scripsit, tribus exstitisse tredecim. Quanquam enim ex Josepho nulla tribus est denominata, duæ tamen illæ tribus, quæ a filiis ejus Manasse ac Ephraimo profectæ sunt, Josepho accensentur et tribuuntur. Sed enim Levia tribu detracta, uti quæ nihil inter reliquas tribus haberet fructus, rursum tribus duodecim efficiuntur. Erat inter cæteros Jacobi filios Levius, qui Caathum procreavit; ex Caatho natus est Amramus; sextus ab Abrahamo fuit Moses.

Ab eodem Abrahamo si Jobi generis seriem repetas, deprehendes eum ab illo fuisse quintum,

[68] Gen. IV, 9.

Οἱ δέ γε τοῦ Ἰακὼβ υἱοὶ ἀκούσαντες τὰ παρὰ Συχὲμ τοῦ υἱοῦ Ἐμὼρ γεγενημένα ἐπὶ ᾗ ἀδελφῇ αὐτῶν Δινᾷ κατενύγησαν, ἤγουν ἐλυπήθησαν, ἀσχημοσύνην τὸ πρᾶγμα ἐλογίσαντο. Ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς ἐκείσε παροικοῦντας ἔργον φόνου πεποιήκασιν. Ὅθεν καὶ συγχωρεῖ αὐτοὺς ὁ Θεὸς καιρὸν ἱκανὸν κακωθῆναι κατ' Αἴγυπτον. Αὕτη οὖν ἡ αἰτία τῆς πολυετοῦς καὶ πρώτης αἰχμαλωσίας αὐτῶν. Ὁ μέντοι Ἰακὼβ ζητηθεὶς παρὰ τοῦ Ἰωσὴφ, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἀπῆλθον οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ λιμοῦ, κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον ἐν ο' καὶ ε' ψυχαῖς. Τίθησι δὲ τὸν ἀριθμὸν ἡ Γραφὴ, ἵνα μάθωμεν ἐκ πόσων πόσοι γεγόνασιν. Ὁ δέ γε Ἰακὼβ μικροῦ δεῖν ἐξέλιπεν ἐκ τῆς ἀπροσδοκήτου χαρᾶς, ὡς φησιν Ἰώσηπος, εἰ μὴ ὁ Ἰωσὴφ αὐτὸν ἀνεζωπύρησεν· εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ὑφ' ἡδονῆς ἥττων τοῦ πάθους γέγονεν, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ Ἰακώβ. Ὁ μέντοι Φαραὼ πολιὸν ἰδὼν τὸν Ἰακὼβ ἐρωτᾷ περὶ τῶν ἐτῶν αὐτοῦ. Καὶ ὃς ἀπεκρίνατο λέγων· « Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου ἃς παροικῶ, ρλ' ἔτη, μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασι. » Ταῦτα δὲ ἔλεγε δι' οὓς ὑπέστη πειρασμούς. Ἐπέζησε δὲ μετὰ ταῦτα ἔτη ιε' εἰς παράκλησιν ὧν ἔπαθε δεινῶν τὰ πρὸ τοῦ. Καὶ οἱ μὲν παλαιοὶ πολὺν χρόνον ἔζων, ὥστε αὐξηθῆναι τὸ γένος ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ. Διὰ τοῦτο καὶ πολλαῖς συνήπτοντο γυναιξίν. Αὐτίκα γοῦν καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν μακρόβιοι ἦσαν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσαν, ἠλαττώθη λοιπὸν ὁ τῶν ἐτῶν ἀριθμός. Κατὰ δὲ τὸν θειότατον Κύριλλον, ἠλαττώθη τὰ ἔτη διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτὴν ἀδρανεστέραν τῷ χρόνῳ γενέσθαι καὶ μὴ ἐπὶ πλείοσιν ἰσχύειν ἔτεσι παρεκτείνεσθαι. Καὶ πολυετεῖς μὲν ἦσαν οἱ παλαιοὶ δι' ἣν αἰτίαν ἔφθασεν ὁ λόγος εἰπεῖν· ὁ δὲ Ἰώσηπος τῇ παρευρισκομένῃ τότε τροφῇ μακροβίους γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἔλεγε.

Καὶ γεννᾷ μὲν, ὡς εἴρηται, τοὺς δώδεκα πατριάρχας ὁ Ἰακὼβ, ἀφ' ὧν αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πατριάρχας ἐκεῖνος ὁ λόγος ἐκάλεσεν ὡς τῶν πατριῶν ἤτοι τῶν φυλῶν ἄρχοντας. Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον δέκα καὶ τρεῖς αἱ φυλαί. Εἰ γὰρ καὶ φυλή τις οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀλλ' αἱ ἀπὸ τῶν παίδων αὐτοῦ, τοῦ τε Μανασσῆ καὶ τοῦ Ἐφραΐμ, δύο φυλαὶ τοῦ Ἰωσὴφ γνωρίζονται. Ὅμως μέντοι τῆς Λευῒ φυλῆς ὑπεξαιρουμένης ὡς μηδὲν ἐργαζομένης, δώδεκα πάλιναι φυλαί. Καὶ Ἰακὼβ μὲν γεννᾷ τὸν Λευῒ, Λευῒ δὲ τὸν Κοὰθ, Καὰθ δὲ τὸν Ἀμρὰμ, Ἀμρὰμ δὲ τὸν Μωσέα καὶ τὸν Ἀαρών. Καὶ Μωσῆς μὲν ἕκτος ἀπὸ Ἀβραάμ. Amramus Mosem et Aaronem progenuit. Hoc modo

Ἐκεῖθεν γενεαλογούμενος ὁ Ἰὼβ πέμπτος εὑρίσκεται. Οὗτος ὁ Ἰὼβ κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Κυρίλλου

ἐξήγησιν ἐτῶν ο' καὶ η' ἦν κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ πει-
ρασμοῦ, ἐν δὲ τῇ πληγῇ διατελέσας ἔτη ἑπτὰ γέγο-
νεν ἐτῶν πε'. Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐκ τῶν μετὰ
τὴν πληγὴν δοθέντων αὐτῷ ρο' ἐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ
εἰς τὸ διπλάσιον δέδωκε πάντα τῷ Ἰὼβ ὕστερον ὁ
Θεὸς, ἐξ ἀνάγκης διπλᾶ καὶ τὰ ἔτη αὐτῷ ἐχαρίσατο.
Οὐκοῦν τῶν ρο' τὰ ἥμίση π' καὶ ε' τυγχάνουσιν. Ἐν-
τεῦθεν οὖν εὑρίσκονται τὰ πάντα ἔτη τοῦ Ἰὼβ σνε'.
Εἰ δέ γε τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ σμη'
ἔτη λέγει ἡ Γραφὴ, μὴ ξενισθῇς· τὰ γὰρ ἑπτὰ ἔτη
τῇ ζωῇ τῆς πληγῆς αὐτοῦ οὐ συνῆψεν ὁ συγγρα-
φεὺς, ἐπεὶ μὴ ζωῆς χρόνον τὸν τῆς πληγῆς καιρὸν
ἐλογίσατο διὰ τὴν ἐκ τοῦ πάθους νέκρωσιν. Οὐκοῦν
ἔοικεν ὁ μακάριος Ἰὼβ εἰς ἔνδειξιν τῶν θεόθεν αὐτῷ
δοθέντων ἀγαθῶν ὕστερον ταῖς θυγατράσι τεθεικέ-
ναι τὰς προσηγορίας· τοῖς πράγμασι γὰρ ἀκολού-
θως ἐπήνεγκεν αὐταῖς καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ τὴν μὲν
πρώτην Ἡμέραν ἐκάλεσεν ὡς ἀπό τινος βαθείας νυ-
κτὸς τῶν περιστοιχισάντων αὐτὸν χαλεπῶν ἡμέρας
αὐτῷ φωτεινῆς ἐπιλαμψάσης, τὴν δὲ δευτέραν Κα-
σίαν ὠνόμασεν ὡς ἤδη λοιπὸν ἐν εὐωδίᾳ τινὶ καὶ ἀ-
πολαύσει τῶν ἀγαθῶν γενόμενος, τὴν δὲ τρίτην
Ἀμαλθείας κέρας προσηγόρευσεν ὡς ἅπασι λοιπὸν
τοῖς ἀγαθοῖς περιῤῥεόμενος. Ἀμαλθείας γὰρ κέρας
οἱ παλαιοὶ τὴν ἀφθονίαν ἐκάλουν· λέγεται γὰρ ὅτι
ἦν αἰπόλῳ τινὶ αἴξ Ἀμάλθεια καλουμένη, ἥτις ὀρύ-
ξασα τῷ κέρατι θησαυρὸν ἀνέδειξε τῷ δεσπότῃ. Καὶ
οὐχ εὑρέθησαν γὰρ, φησὶ, κατὰ τὰς θυγατέρας
Ἰὼβ βελτίους αὐτῶν ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν. Διὰ τί δὲ
τοῦτο; ἵνα τῇ θέᾳ τούτων ἡ τοῦ πάθους ἀπαλειφθῇ
μνήμη παντάπασι. Καὶ δέκα μὲν ἔλαβε παῖδας μετὰ
τὴν πληγὴν ὁ Ἰὼβ, ὅτι καὶ δέκα τούτους ὄντας ἀπώ-
λεσεν. Εἰ δὲ διπλᾶ λέγει τὰ πάντα λαβεῖν τὸν Ἰὼβ
ἡ Γραφὴ, μὴ θαύμαζε. Τὰ γὰρ λοιπὰ πάντα κα-
μήλους, ἡμιόνους, προβάτων ἀγέλας, καὶ ὅσα τοι-
αῦτα, διπλᾶ κατὰ τὴν Γραφὴν ἔλαβε· θνητὰ γὰρ
ταῦτα πάντα, καὶ οὐκ ἀναστήσονται τότε. Οἱ δὲ παῖ-
δες ὁμολογουμένως ἀναστήσονται τότε. Ἐφ' ᾧ δέκα
καὶ μόνους ἐνταῦθα λαμβάνει μετὰ τὴν πληγήν.
Οὗτε δὲ κἀκείνους οὗ; ἀπώλεσε λήψεται, ὡς ἐντεῦ-
θεν δὶς δέκα παῖδας ἔχειν αὐτὸν, τουτέστιν εἴκοσι.
Καλῶς οὖν ἡ Γραφὴ διπλᾶ λαβεῖν ἔλεγε τὰ πάντα
μετὰ τὴν πληγὴν τὸν Ἰώβ.

A hoc est Abrahami adnepotem. Atque hic Jobus, quemadmodum a magno illo Cyrillo perscriptum leginus, initio suæ tentationis annos natus erat 78, cumque totos annos septem in istac ærumna exegisset, pervenit scilicet ad ætatis annum 85. Unde vero potest hoc colligi? De annis illis 170, quorum post plagam in historia fit mentio. Nam quia deinceps duplum omnium Deus Jobo concessit, necessario statuendum est quod ei duplum etiam annorum vitæ largitus fuerit. Jam si de 170 annis dimidium sumas, 85 habebis; atque hinc deprehenditur annos vitæ Jobi fuisse in universum 255. Quod autem Litteræ sacræ tradunt totum vitæ Jobi tempus habuisse 248 annos, id vero tibi novum et insolens haud videatur. Nam septem illos annos B quibus misere divexatus afflictusque fuit, historiæ scriptor ipsius vitæ non adnumeravit, quod tempus illud ærumnosum, quo tantum non præ magnitudine doloris emortuus erat, nequaquam pro vita duceret. Videtur autem beatus ille Jobus ad commonstrandum ea bona, **147** quæ deinceps ei concessa divinitus fuerunt, nomina filiabus suis dedisse. Nam ejusmodi sane appellationes eis indidit, quæ rebus ipsis accurate convenirent. Ac primæ quidem cognomentum diei dedit, quasi jam ex profunda quadam nocte rerum adversarum, quibus undique fuisset circumdatus, dies ipsi clarissima illuxisset. Alteram Cassiam vocavit, quasi jam deinceps in fragrantia quadam et fruitione bonorum degeret. Tertiam appellavit cornu Amal- C theæ, quasi posthac futurum esset ut bonis omnibus afflueret. Nam homines illi prisci cornu Amaltheæ vocabant rerum omnium copiosam abundantiam. Perhibent enim caprarium quemdam pastorem habuisse capram cui Amaltheæ nomen esset. Ea cum terram cornu fodiendo aperuisset, hero suo thesaurum ostendit. Legimus autem hac in historia verba quædam hujusmodi: « Nec Jobi filiabus pulchritudine pares ullæ sub cœlo exstabant [49]. » Quamobrem Deus istud ita voluit? Ut liarum videlicet intuitu paterni doloris memoria prorsus aboleretur. Idem a calamitate liberos decem procreavit tantum, cum antea quoque liberis decem orbatus fuisset. Hic mirari desine quamobrem Litteræ sacræ dicant omnia divinitus Jobo condupli- cata fuisse. Nam cætera quidem omnia, camelos, mulos, ovium greges aliaque talia conduplicata, ceu Litteræ sacræ loquuntur, recepit. Quippe morti cuncta illa sunt obnoxia, nec in extremo die resurgent. At vero de liberis dubitari nullo modo potest quin resurrecturi sint. Propterea decem a calamitate tantum recipit, nimirum et alios illos pridem amissos tandem aliquando recuperaturus. Quo de colligitur eum habuisse bis decem liberos, hoc est viginti. Atque hoc modo patet Litteras sacras recte locutas esse, cum Jobum aiunt a calamitate omnia conduplicata recepisse.

Καὶ γεννᾷ Ἀμρὰμ, ὡς εἴρηται, τὸν Μωσέα, καὶ D πορευθεὶς εἰς ποταμὸν βίπτουσιν αὐτὸν, ἐν θίβῃ τινὶ πρότερον βαλόντες, διά γε τὸν φόβον τοῦ Φαραώ· τὰ γὰρ ἄρρενα τῶν Ἑβραίων παιδία θανατοῦσθαι ἐκέ-
λευσε χάριν τοῦ μὴ καταδυναστεῦσαι διὰ τὸ πλῆθος αὐτούς. Ἡ δὲ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ περιπατοῦσα κατ' αἰγιαλὸν, καὶ ἰδοῦσα τὴν θίβην, ἐκβληθῆναι τοῦ πο-

Cæterum Mosem, ceu diximus, Amramus ex se genitum, mox Pharaonis metu quadam in theca depositum in flumen abjecit. Nam Pharao masculos Hebræorum fetus, ut primum in lucem editi forent, necari jusserat eam ob causam, ne propter multitudinem Ægyptios imperio suo subjicerent. At vero filia Pharaonis in littore deambulans, ubi cistam

[49] Job XLII, 15.

illam junceam conspexisset, ut e flumine ad terram ejiceretur imperat. Deinde cognito unde puer eo pervenisset et quo pacto fuisset in flumen abjectus, ad se illum recipit et alendum tradit. Posteaquam Moses virilem ætatem attigisset, forte quemdam Hebræum ab Ægyptio vexari conspiciens haud tulit injuriam, sed Ægyptium illum interficit, et arena interfectum obruit. **148** Hinc duos Hebræos videt inter se rixando confligentes, quos cum reconciliare conaretur : « Et quis, aiunt illi, te nobis principem constituit? an et nos interficere cogitas, quemadmodum heri necasti Ægyptium [80]? » His auditis Moses terrore perculsus, ne forte res palam fieret, e finibus Ægyptiis excedit et in solitudinem fuga se confert. Secundum id temporis Deum conspicit, et ad Pharaonem educendi ex Ægypto populi causa actam commemorat.

A ταμοῦ κελεύει αὐτήν. Ἔνθεν τοι καὶ μαθοῦσα ὅθεν τὸ παιδίον καὶ ὅπως εἰς τὸν ποταμὸν ἐρρίφη, παρ' αὐτοῦ λαμβάνει αὐτὸ καὶ ἀνατρέφεσθαι δίδωσιν. Εἶθ' οὕτως εἰς ἄνδρας ἔρχεται. Ὁρᾷ Ἰουδαῖον ὑπὸ Αἰγυπτίου θλιβόμενον, οὐκ ἀνέχεται, κτείνει τὸν Αἰγύπτιον, παρὰ τῇ ἄμμῳ κρύπτει αὐτόν. Μετὰ τοῦτο δύο Ἑβραίους ὁρᾷ πρὸς ἀλλήλους διαπληκτιζομένους, καὶ καταλλάσσειν ἐπεχείρει αὐτούς. Οἱ δὲ πρὸς αὐτόν· « Τίς σε κατέστησεν ἐφ' ἡμῖν ἄρχοντα; μὴ βούλει καὶ ἡμᾶς ἀνελεῖν, ὡς χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; » Ταῦτ' οὖν ὁ Μωσῆς ἀκούσας, καὶ πτοηθεὶς μήποτε κατάδηλος γένηται, ἀπαίρει τῶν ὁρίων Αἰγύπτου καὶ δραπετεύει πρὸς ἔρημον. Εἶτα Θεὸν ὁρᾷ, κἀκεῖθεν πρὸς Φαραὼ στέλλεται τοῦ ἐξαγαγεῖν τὸν λαόν. Καὶ ταῦτα μὲν ἡ Μωσαϊκὴ διέξεισιν ἱστορία.

ablegatur. In hunc modum historia Mosaica rem actam commemorat.

Josephus autem hæc quoque refert, quemdam B nimirum ex iis qui Litteras sacras callerent (in primis autem homines illi periti erant in conjectanda rerum futurarum veritate) regi nuntiasse, gignendum id temporis hominem, qui Israelitis educatus omnes virtute superaturus esset et gloriam nulla sæculorum delendam oblivione sibi comparaturus. Hic regem metu correptum, de illius consilio sententiaque mandasse ut omnes Hebræis nati mares in fluvium abjicerentur et necarentur. Simul edixisse ut obstetrices Ægyptiæ mulierum Hebræarum partus observarent; quas quidem solas Hebræis obstetricari vellet. Astutum hoc consilium eo spectasse ut ab eis infantes nati perimerentur. Itaque puerum hunc natum esse, quemadmodum prædictum fuerat, idque clam custoC dibus propter dolorum in partu lenitatem. Eum parentes clanculum apud se aliquantulum educasse. Cumque deinceps Amramus formidaret ne factum palam fieret, fiscellam quamdam papyraceam confecisse, ac in ea bitumine oblita munitaque puerum deposuisse, atque ita in flumen abjecisse. Tum regis filiam Thermutim propter ripam fluminis lusitantem, re conspecta, quosdam urinatores immisisse qui cistellam afferrent. Intuitam vero puerum magnopere gavisam fuisse, tum ob ejus magnitudinem tum elegantiam. Itaque mox secum ipsam fuisse sollicitam quo eum pacto educaret. Infantem ipsum feminam Ægyptiam fuisse aversatum. Ea de causa factum ut Maria præsens diceret puerum lacte cognato ali velle; cumque propterea D reginam moneret de arcessenda quadam Hebræa muliere, commodissime successisse ut ipsa pueri mater advoca eur. Nomen ei fuisse datum ab eo quod acciderat; nam Ægyptios aquam *mo* dicere, *hyses* autem illos qui ex aqua sint extracti liberatique. Puerum ipsum ab Abrahamo fuisse septimum. Ubi tertium attigisset annum, Deum ei concessisse ut supra modum ætatis cæteros antecelleret. Venustate tanta fuisse ut nemo tam illepidus

Tobæus imperante Enemesaro Assyriorum rege in captivitatem abductus est. Is per omnem vitam veritatis et justitiæ studiosissimus fuit, cumque captivus Nineven una cum uxore Sarra et Tobia filio perductus esset, cognatis cæteris pane gentium vescentibus ab eo prorsus abstinuit. Deinde necatos a rege Senacherimo, quo tempore is revertebatur e Judæa profugiens, furtim sepeliebat; qui sane ab irato rege non pauci sunt interfecti. Quin etiam noctu multos ob regis metum terræ mandabat. Quapropter aliquando accidit ut vultu aperto juxta parietem consopitus cubaret, ignorans istic passeres in pariete nidificasse. Illi vero calidum stercus in oculos ejus excernunt, ex quo innata ipsius oculis est albugo. Consimiliter cum uxor die quodam ipsi hœdum afferret datum sibi mercedis nomine, nolebat eo vesci propterea quod furtivum existimaret, eaque de causa probris ab uxore incessebatur ut qui fructum ex virtute nullum caperet. Tum ille plorare, ac Domino dicere satius sibi fore, si moriatur, quando falsis probris afficiatur. Eodem hoc tempore Sarra quoque Ragueli filia verbis contumeliæ plenis est exagitata, quasi viros septem, quibuscum nupta fuerat, suffocasset, quos tamen Asmodæus ille nequam genius interfecerat prius quam cum ea consuescerent; quam illa rem tam ægre tulit animo ut ipsa sibi manus afferre cogitaret. Verum Deus neque Tobæi neque Sarræ probra neglexit. Nam cum Tobæus
171 filium suum Tobiam ablegasset ad repetendum argentum quod alibi deposuerat, angelus Dei Raphaelus eum comitatus est. In eo itinere puer conspecto ad fluminis ripam pisce vehementer est exterritus; quem angelus hortatur ut piscem prehendat, ejusque partes cæteras removeat, solum cor et jecur sibi reservet; quorum alterum, videlicet hepar, serviret ab abigendum suffitu Asmodæum, cor autem ad inungendum paternos oculos. Secundum hæc juvenem Ragueli domum deducit, qui Sarram filiam ejus uxorem accipit et

B Ὁ Τωβὴτ ἠχμαλωτίσθη ἐν ἡμέραις Ἐνεμεσάρου βασιλέως Ἀσσυρίων. « Ἐγὼ Τωβὴτ ὁδοῖς ἀληθείας ἐπορευόμην καὶ δικαιοσύνης πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Καὶ ὅτε μετὰ Σάρρας καὶ Τωβίου ἠχμαλωτίσθην εἰς Νινευΐ, πάντες οἱ ἐκ τοῦ γένους μου ἤσθιον ἄρτους τῶν ἐθνῶν, ἐγὼ δὲ οὔ. Καὶ εἴ τινας ἀπέκτεινε Σεναχηρεὶμ ὁ βασιλεὺς, ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰουδαίας, ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων· πολλοὺς γὰρ ἀπέκτεινεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ. Καὶ νυκτὸς διὰ φόβου πολλοὺς ἔθαπτον. Ὅθεν καὶ ἐκοιμήθην παρὰ τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς ἀκαλύπτῳ προσώπῳ· καὶ οὐκ ᾔδειν ὅτι στρουθία ἐν τῷ τοίχῳ ἐστί. Καὶ ἀφοδεύσαντα θερμὸν εἰς τοὺς ὀφθαλμούς μου, ἐγενήθη λευκώματα ἐν αὐτοῖς. Ἡ δὲ γυνή μου
C προσήγαγέ μοι ἔριφον, ὃν εἰς μισθὸν τοῦ κόπου ἔλαβεν. Ἐγὼ δὲ δοκῶν κλεψίμαιον εἶναι οὐκ ἔφαγον, καὶ ὠνειδίσθην παρ' αὐτῆς ὡς δῆθεν μηδὲν ὠφελούμενος ἐξ ἀρετῆς. Καὶ ἐκλαυσα πρὸς Κύριον, « Λυσιτελεῖ μοι ἀποθανεῖν ἢ ζῆν, ὅτι ὀνειδισμοὺς ψευδεῖς ἤκουσα. » Τότε δὲ καὶ Σάρρα ἡ τοῦ Ῥαγουὴλ ὠνειδίσθη ὡς δῆθεν ἀποπνίξασα οὗ; ἔλαβεν ἄνδρας ἑπτά· τούτους δὲ Ἀσμοδαῖος τὸ πονηρὸν δαιμόνιον ἀπέκτεινε πρὶν ἢ γενέσθαι μετ' αὐτῆς, ὡς καὶ βουληθῆναι αὐτὴν ἐντεῦθεν ἀπάγξασθαι. Ἀλλ' ὁ Θεὸς οὔτε Τωβὴτ οὔτε Σάρρας παρεῖδε τὸν ὀνειδισμόν. Ἀποστελλομένου γὰρ τοῦ Τωβίου ἐπὶ τῷ τὰ εἰς παρακαταθήκην κείμενα πατρῷα ἀργύρια λαβεῖν, ὁ τοῦ Κυρίου ἄγγελος Ῥαφαὴλ συνηκολούθησε. Καὶ καθ' ὁδὸν ἰχθύος φανέντος παρὰ ποταμὸν ἐπτοήθη
B ὁ παῖς. Ὁ δὲ ἄγγελος ἐπέτρεψε λαβεῖν αὐτὸν καὶ φαγεῖν, τὴν δὲ καρδίαν καὶ τὸ ἧπαρ φυλάσσειν, τὸ μὲν ἧπαρ εἰς θυμίασιν τοῦ Ἀσμοδαίου, τὴν δὲ καρδίαν εἰς χρίσιν τῶν πατρικῶν ὀφθαλμῶν. Ἀπήγαγε δὲ αὐτὸν εἰς τὸν Ῥαγουὴλ οἶκον, ὅθεν καὶ λαμβάνει μὲν εἰς γυναῖκα τὴν Σάρραν, τὸν δὲ φιλοῦντα αὐτὴν Ἀσμοδαῖον ἐκεῖθεν διώκει. Ἀναλαβόμενος δὲ τὸ ἀργύριον καὶ τὴν Σάρραν ὑπέστρεψε. Ταύτῃ τοι καὶ τῶν τοῦ Τωβὴτ ὀφθαλμῶν χρισθέντων θαῦμα ἐγένετο. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τάδε πρὸς αὐτοὺς ὁ ἅγιος ἄγγελος ἔλεγεν· « Ἐλεημοσύνη ἐκ

[82] Esther. v, 2.

Θανάτου ῥύεται, καὶ αὐτὴ ἀποκαθαιρεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν. Καὶ νῦν ὅτε προσηύξω σὺ καὶ ἡ νύμφη σου Σάῤῥα, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ ἁγίου Θεοῦ. Καὶ ὅτε ἔθαπτες τοὺς νεκροὺς, συμπαρήμην σοι. Καὶ ὅτε οὐκ ὤκνησας ἀναστῆναι καὶ καταλιπεῖν τὸ ἄριστόν σου, ὅπως ἀπελθὼν περιστείλῃς τὸν νεκρὸν, οὐκ ἔλαθές με ἀγαθοποιῶν, ἀλλὰ σὺν σοὶ ἤμην. Καὶ νῦν ἀπέστειλέ με ὁ Θεὸς ἰάσασθαί σε καὶ τὴν νύμφην σου Σάῤῥαν. Ἐγώ εἰμι Ῥαφαὴλ εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, οἳ προσαναφέρουσι τὰς εὐχὰς τῶν ἁγίων. » Καὶ ταῦτα παραινέσας ἀνέβη πρὸς τὸν ἀποστείλαντα. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ Ῥαφαὴλ ὄνομα ἔμαθες ἤδη ἐκ τοῦ Τωβήτ· τὸ δὲ Οὐριὴλ, καθά φησι ὁ σοφὸς τῷ ὄντι Ψελλὸς, οὔτε τὰ τῆς Παλαιᾶς οὔτε τὰ τῆς Νέας ἡμῖν ἐγνώρισεν. Ἔστι δέ τι βιβλίον Ἑβραϊκὸν ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, προσευχὴ δὲ Ἰωσὴφ ἐπιγεγραμμένον, ἔνθα δὴ ὁ ἐκείνου πατὴρ Ἰακὼβ εἰσῆκται τούτῳ δὴ τῷ ἀγγέλῳ Ῥαφαὴλ διαλεγόμενος, εἰ καὶ ἄρτι τοῖς Ἑβραίοις, ὡς καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀποκρύφων, ἀπῶσταί τε καὶ ἠθέτηται. Ὁ μέντοι Τωβὴτ ρν' ἔτη ἔζησεν, ὁ δὲ Τωβίας ρκζ'. Μετὰ δὲ τὸ θάψαι τοὺς γονεῖς αὐτοῦ ἀπῆλθεν πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πενθερὸν αὐτοῦ, καὶ ἤκουσε πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν τὴν ἀπώλειαν Νινευΐ, ἣν ἠχμαλώτευσε Ναβουχοδονόσορ κατὰ τὴν Τωβὴτ πρόῤῥησιν.

A Sarræ amatorem Asmodæum abigit. Hinc sumpto secum argento et conjuge Sarra domum revertitur. Cumque perunncti forent ab eo Tobæi patris oculi, pro ligium fit ingens visu ei restituto. Quibus in hunc modum gestis angelus ipsos verbis talibus alloquitur : « Beneficentia profecta de commiseratione cordis hominem a morte vindicat et omne peccatum expiat. Quo quidem tempore tu nurusque tua Sarra Deum precal amini, ego precationis vestræ monumentum coram sancto illo Deo subvehebam. Cum tu mortuos sepeliebas, aderam tibi. Cum minime cunctabaris quin surgeres relictoque prandio tuo discederes obvelatum mortui hominis cadaver, hæc tua præclara facta me non latebant semper tibi scilicet præsentem. Meque nunc adeo misit Deus ad te nurumque tuam Sarram sanandos. Sum enim genius ille Raphaelus, unus de septem angelis, qui ad Deum sanctorum preces deferunt[83]. His pronunciatis ad eum ascendit a quo fuerat ablegatus. Hoc ipsum autem Raphaeli nomen ex hac de Tobæo narratione cognitum scilicet habes. Verum appellatio Urieli, quemadmodum vir reapse sapiens Psellus scripsit, nec prisci fœderis libris nec novi continetur, sed exstat in libro quo lam Hebraico, qui vulgo non est notus, habens inscriptionem precationis Josephi; quo in libro Josephi pater Jacobus hoc cum angelo colloquens introducitur. Liber ipse apud Hebræos, ut alii quoque apocryphi, pro rejectitio ducitur et nihil auctoritatis habet. Cæterum Tobæus annos 150 vivendo explevit, Tobias filius 127, cumque parentes suos humo tradidisset, ad Raguelum socerum suum profectus est, et ante mortem suam de Nineves interitu cognovit, quam Nabuchodonosor cepit, uti futurum Tobæus prædixerat.

B

Μετὰ μέντοι τὸν Σαμψὼν ἕως Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως ἀναρχία ἦν παρ' αὐτοῖς ἔτη μ', καὶ ἀλλήλοις ἐπανιστάμενοι συνωλοθρεύοντο. Ὅσον μὲν οὖν κακόν ἐστι τὸ περιορᾶν τοὺς ὑπὸ χεῖρα ἁμαρτάνοντας καὶ μὴ σφοδρῶς ἐπιστύφειν αὐτοὺς, ἔδειξε τὰ κατὰ τὸν Ἠλεὶ, τὴν κιβωτὸν καὶ τὸν λαὸν συμβάντα. Τηνικαῦτα γὰρ ὁ μὲν Ἠλεὶ θανάτῳ οἰκτρῷ περιπίπτει, ἡ κιβωτὸς αἰχμαλωτίζεται, καὶ ὁ λαὸς ἀναιρεῖται μαχαίρᾳ. Παλαιστινοὶ καὶ γὰρ κατὰ Ἰουδαίων ὁρμῶσι, συμπλέκονται ἀλλήλοις, καὶ πίπτουσιν Ἑβραῖοι ὡσεὶ τετρακισχίλιοι. Εἶτα τὴν κιβωτὸν ἀράμενοι σὺν αὐτῇ κατὰ τῶν πολεμίων ὁρμῶσι, νικᾶσαι συνήθως θαῤῥήσαντες. Συμβάλλουσιν ἀλλήλοις, καὶ πίπτουσι μὲν ἐκ τῶν Ἑβραίων οὐκ ὀλίγοι, αἰχμαλωτίζεται δὲ καὶ αὐτὴ ἡ κιβωτός. Οὐκ ἀγαθὴ λοιπὸν ἀγγελία καταλαμβάνει τὸν Ἠλεί· καὶ τὴν μὲν τῶν αὐτοῦ παίδων ἀπώλειαν φέρει γενναίως, καὶ ὅτι καὶ σφάλματα προσῆσαν αὐτοῖς, πορνεία καὶ γαστριμαργία (γάμους γὰρ ἀλλοτρίους ἐξώρυττον, καὶ τὰ κρέα πρὸ τοῦ ἁγιασθῆναι ἤσθιον), τὴν δὲ τῆς κιβωτοῦ αἰχμαλωσίαν οὐκ ἐνεγκὼν καταπίπτει τοῦ θρόνου καὶ τελευτᾷ· ἔτυχε γὰρ τότε κατά γε τὰς πύλας τοῦ ἱεροῦ καθήμενος ἐπὶ δίφρου, ὁκτὼ καὶ ι' βιώσας ἔτη.

C

Ad Samsonem ut redeamus, post obitum ejus ad Elium usque pontificem totis annis 40 Israelici nullius imperio parebant. Quapropter se invicem alii alios adorti, communis interitus et excidii sibimet auctores erant. Quantum quidem in eo mali sit, cum nobis subjecti animadvertente nemine delinquunt, **172** nec acriter coercentur, Elii demonstrat historia cum iis quæ arcæ populoque Israelico acciderunt. Nam et Elius miserabili fine vitam claudit, et hostium in potestatem arca venit, et gladio populus occiditur. Quippe Judæos Palæstini bello invadunt, prælio inter se utrique congrediuntur, Hebræorum ad quatuor millia cadunt. Hinc arca Israelici advecta, cum ea in hostes irruunt, quod omnino futurum confiderent ut ea præsente superiores ipsi pro more discederent. Conseruntur ergo manus, Hebræorum plurimi cadunt, arca ipsa ab hostibus intercipitur. Quamobrem infeliciter gestæ rei tristem nuntium Elius accipit, ac suorum quidem filiorum interitum generoso fert animo, quod li vitiis suis non caruissent, scortationi ac luxuriæ dediti (consueverant enim toros alienos polluere, oblatisque Deo carnibus ante vesci quam consecratæ forent) : verum ob arcæ captivitatem gravissime perculsus solio suo delabitur, moxque vivendi finem facit. Nam forte tum pro templi foribus in sella versatili consederat annos jam nonaginta et octo natus.

D

[83] Tob. xii, 9.

Arcam Palæstini ab se captam in oppidum Azotum avehunt. Neque multo post Dagon loco suo motus est, allisusque terræ venerabundi speciem coram arca prostratus exhibuit. Voluit autem Deus ostendere non ex imbecillitate quadam sua fuisse captam arcam : nam cæteroqui Deus adversariorum Dagon arca præsente non fuisset attritus. De quo colligere licet præsentem in ea quidem fuisse divinam gratiam, sed ob Judæorum sceleratam vitam Deum permisisse ut hostium in potestatem veniret. Eodem tempore morbo intestinorum adfecti moriebantur quotquot arcam ceperant, visceraque corrupta excernebant. Præterea murium ingens enata copia fines eorum infestabat. Quapropter Azotii vix tandem intellecto se malis hujusmodi ob arcam vexari, Ascalonitas orant ut eam ad se reciperent. Hoc illi cum fecissent, consimiles calamitates experiuntur. Ad alios igitur eam Ascalonitæ ablegant, iique vicissim ad alios, omnibus eadem mala perpessis. Hanc ob causam congressi optimates illarum quinque urbium, quæ hisce suppliciis multatæ fuerant, nimirum Accaronis, Gazæ, Azoti et reliquarum, de tota re deliberant, statuuntque duas vaccas fœtas currui alligandas esse, cui arca imponatur. Hoc facto vaccas in trivio relinquunt, eisque potestatem faciunt eundi quo velint. Quodsi pergerent in Hebræorum fines, omnino existimandum aiunt arcam ipsis ejusmodi malorum causam fuisse, sin **173** alio deflecterent, persequendam, uti quæ potestatem ejusmodi nullam haberet. Huic arcæ vim ac potestatem deprehenderunt.

A Τὴν μέντοι κιβωτὸν οἱ Παλαιστινοὶ λαβόντες εἰς πόλιν Ἄζωτον αἰχμάλωτον ἤγαγον. Τότε καὶ Δαγὼν συνετρίβη τῇ οἰκείᾳ ἑκστὰς ἕδρας καὶ ὡς ἐν σχήματι προσκυνοῦντος πεσών. Ἔδειξε γὰρ ὁ Θεὸς ἐνταῦθα ὅτι οὐχ ὡς ἀσθενὴς ᾐχμαλωτίσθη ἡ κιβωτὸς (εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τῇ παρουσίᾳ αὐτῆς ὁ Θεὸς αὐτῶν Δαγὼν συνετρίβη, [ὥστε] εἰ μὴ θεία χάρις προσῆν αὐτῇ), αἰχμαλωτισθῆναι δὲ συνεχωρήθη διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων κακίαν. Τότε δὴ τότε καὶ ὑπὸ δυσεντερίας ἀπέθνησκον οἱ αἰχμαλωτίσαντες αὐτὴν, τὰ ἐντὸς ἐξεμοῦντες διεφθαρμένα. Ἀλλὰ καὶ μυῶν πλῆθος ἀνελθὸν τὰ τῆς χώρας κατέβλαπτε. Μόλις οὖν οἱ Ἀζώτιοι συνῆκαν ὡς ἐκ τῆς κιβωτοῦ τὰ τοιαῦτα προσγίνονται αὐτοῖς· ἀξιοῦσι λοιπὸν τοὺς Ἀσκαλωνίτας. Καὶ ταύτην προσδεξάμενοι ἐν τοῖς ὁμοίοις γίνονται κακοῖς. Οἱ δὲ Ἀσκαλωνῖται πρὸς ἑτέρους πέμπουσι, κἀκεῖνοι πρὸς ἄλλους. Καὶ πάντες τὰ αὐτὰ πάσχουσι. Συνέρχονται οὖν οἱ τῶν παθουσῶν πέντε πόλεων ἄρχοντες, Ἀκκαρὼν, Γάζης, Ἀζώτου καὶ τῶν λοιπῶν, καὶ περὶ τούτου σκοποῦσιν. Ὅθεν καὶ βόας ὑποζεύξαντες ἀρτιτόκους, καὶ τὴν κιβωτὸν αὐτοῖς ἐπιτιθέασι, καὶ ἐπὶ τριόδου καταλιπόντες ἐπιτρέπουσιν αὐτοῖς ἣν βούλονται ὁδὸν ἀπελθεῖν· κἂν μὲν τὴν Ἑβραίων ἀπίωσιν, ὑπολαμβάνειν τὴν κιβωτὸν αἰτίαν εἶναι τῶν τοιούτων κακῶν, ἂν δὲ ἄλλην τράπωνται, Καταδιώξωμεν αὐτὴν, ἔφασαν, ἅτε μὴ τοιαύτην ἔχουσαν δύναμιν. Γίνεται ταῦτα, καὶ θείαν τῇ κιβωτῷ προσεῖναι διέγνωσαν δύναμιν.

B

consilio cum paruissent, adesse divinam quamdam

In hoc statu cum res Hebræorum essent, regem dari sibi postulant et Saulum accipiunt, quanquam Deus hujusmodi petitionem eorum perquam graviter tulit, ac propterea verbis hisce Samuelum allocutus est : « Non te flocciferunt, sed me ipsum, ne regnum scilicet in eos obtineam. » Saulus hic oriundus Benjamitidæ tribu, Cisi filius, forma præditus longe præstantissima corporeque procero et amplo, forte patris asinas amiserat, et earum indagandarum causa vatem Samuelum convenerat. Ibi vates sumptum oleum sacrum in caput juvenis effundit, eumque peramanter complexus, « Esto, inquit, rex gentis nostræ divinitus approbatus. » Simul ei significat omnia quæ ipsi essent in itinere illo eventura, futurum scilicet ut in vates incideret, et divino correptum Spiritu cum eis vaticinaturum. Deinde rursus eum inspectante populo inungit. Atque hoc modo Hebræorum res publica in regni formam est commutata. Samuelus quidem Israelicos aiebat petendo regem gravem in se concitasse indignationem Dei. Licebat ejus rei conjecturam vel ex eo sumere, quod cum nemo æstate media tempestatem ejusmodi vidisset, illa tamen id temporis conspecta sit. Quippe cum vates hanc orationem ad populum habuisset, fulgura cum tonitruis et grandine exstiterunt; quo facto profiteri populus se in Deum deliquisse.

C Οἱ μὲν οὖν Ἑβραῖοι τοιαῦτα πάσχοντες ζητοῦσι βασιλέα, καὶ λαμβάνουσι τὸν Σαοὺλ, εἰ καὶ μὴ πράως ἤνεγκεν ὁ Θεὸς τοῦ τοιούτου χάριν ζητήματος, ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἔλεγεν· « Οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἐμὲ, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐν αὐτοῖς. » Οὗτος μὲν οὖν ὁ Σαοὺλ ἐκ τῆς Βενιαμίτιδος ὑπῆρχε φυλῆς, υἱὸς τοῦ Κὶς, ὁ καὶ τὴν μορφὴν ἄριστος καὶ τὸ σῶμα μέγας. Τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ἀπώλεσε, καὶ πρὸς τὸν προφήτην Σαμουὴλ ἔρχεται περὶ ἐκείνων ἐρωτήσων. Ὁ δὲ προφήτης λαβὼν τὸ ἅγιον ἔλαιον τῆς τοῦ νεανίσκου καταχεῖ κεφαλῆς, καὶ κατασπασάμενος αὐτὸν, « Ἴσθι », φησὶ, « βασιλεύς· ὑπὸ Θεοῦ κεχειροτόνησαι σήμερον. » Ἀλλὰ καὶ τὰ συμβησόμενα καθ' ὁδὸν αὐτῷ ἔλεγεν, ἐντυχεῖν τε προφήταις, καὶ σὺν αὐτοῖς προφητεῦσαι γενόμενον ἔνθεον. Χρίει δὲ αὐτὸν καὶ τοῦ πλήθους ὁρῶντος. Καὶ οὕτως ἡ τῶν Ἑβραίων πολιτεία εἰς βασιλείαν μετέπεσεν. Ἔλεγε δὲ πρὸς αὐτοὺς ὅτι Πολλὰ παρωργίσατε τὸν Θεὸν, βασιλέα αἰτησάμενοι. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν· ὃ γὰρ οὐδέποτέ τις εἶδεν, ἐν θέρους ἀκμῇ χειμῶνα, τοῦτο γεγενημένον θεάσασθε. Καὶ ταῦτα εἰπόντος τοῦ προφήτου ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ χάλαζαι καταφέρονται, ὡς ἐντεῦθεν τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν εἰς Θεὸν ἔλεγεν.

D

Secundum hæc Saulus cum copiis Palæstinos invasurus pontifici mandat ut sumpta pontificia

Ὁ μέντοι Σαοὺλ μέλλων κατὰ Παλαιστινῶν ὁρμῆσαι, κελεύει τὸν ἀρχιερέα λαβόντα τὴν ὀρχιερα-

τιχὴν στολὴν προφητεύειν αὐτῷ περὶ τῶν μελλόν- A
των. Τοῦ δὲ προτρέψαντος ἐξέρχεται κατὰ Παλαι-
στινῶν. Ὁ μέντοι Σαοὺλ τῇ νίκῃ ἐπαρθεὶς ἐπαρᾶται
τοῖς Ἑβραίοις· ἤν τις ἀποσχέμενος τοῦ φονεύειν
τοὺς ἐχθροὺς φάγῃ, καὶ μὴ μέχρις οὗ νὺξ ἐπελ-
θοῦσα τῆς ἀναιρέπεως αὐτοὺς ἀποπαύσῃ τῶν πολε-
μίων, ἐπικατάρατος εἴη. Οὕτω τοίνυν τοῦ Σαοὺλ
φήσαντος, ἐπεὶ κατά τινα δρυμὸν ἐγένοντο μελισσῶν
γέμοντα, ὁ τοῦ Σαοὺλ παῖς οὐκ ἀκηκοὼς τῆς τοῦ
πατρὸς ἀρᾶς ἀποθλίψας τι κηρίον τοῦ μέλιτος
ἥσθιεν. Εἶτα γνοὺς τὸ γεγονὸς οὐκ ὀρθῶς ἔφη τὸν
πατέρα τοιαύτην ἀρὰν θεῖναι· εὐψυχότατα γὰρ κα
τατρέχει τῆς τῶν ἐναντίων, εἴ γε τροφῆς ἐν τῷ
μέσῳ φθάσει μεταλαβεῖν. Ὁ δὲ Σαοὺλ μετὰ τὸ νι-
κῆσαι καὶ θῦσαι τῷ Θεῷ κελεύει τὸν ἀρχιερέα καὶ
αὖθις γνῶναι εἰ δίδωσιν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ στρα- B
τόπεδον τῶν ἐχθρῶν ἐλθεῖν καὶ διαφθεῖραι αὐτούς.
Εἰπόντος δὲ τοῦ ἀρχιερέως μὴ ἀποκρίνεσθαι τὸν
Θεὸν, ὁ Σαοὺλ ἔφη μὴ ἄνευ αἰτίας τοῦτο γίνεσθαι·
ἀλλ' ἔστι τι λανθάνον ἐξ ἡμῶν ἁμάρτημα τῆς τοῦ
Θεοῦ σιωπῆς αἴτιον, καὶ ὄμνυμι, κἂν ὁ παῖς ὁ
ἐμὸς Ἰωνάθαν εἴη ὁ τὸ ἁμάρτημα τοῦτο ποιήσας,
ἀποκτείνειν αὐτὸν καὶ τὸν Θεὸν οὕτως ἱλεώσασθαι.
Πίπτει οὖν ὁ κλῆρος ἐπὶ τὸν Ἰωνάθαν, καὶ τοῦ πα-
τρὸς ἐρωτῶντος αὐτὸν τί τε πεποίηκε καὶ ὅπως εἰς
Θεὸν ἐξήμαρτε, μηδὲν ἕτερον ἔλεγεν συνιδεῖν ἢ μέ-
λιτος χθὲς ἀπογεύσασθαι, τὴν ἀρὰν ἀγνοῶν. Διο-
μνύεται οὖν ὁ Σαοὺλ ἀποκτεῖναι αὐτόν. Οὐκ ἀνθί-
σταται ὁ παῖς, τὰ τοῦ ὅρκου βιάζει προβῆναι.
Ἀλλὰ τὸ πλῆθος ἀλγεῖ, καὶ τὸν Ἰωνάθαν ἐξαι- C
ρεῖ τῆς χειρὸς Σαοὺλ, καὶ ἱκετεύει τὸν Θεὸν,
Θεὸν ἐπὶ τούτῳ ποιεῖ. Καὶ περὶ μὲν τούτων
οὕτως.

veste sibi vaticinaretur, quinam ejus belli futurus
esset exitus. Illo regem ad bellum excitante, copias
Saulus adversum Palæstinos educit; cumque victo-
ria potitus esset, insolentior factus hujusmodi
quadam exsecratione sibi Hebræos devincit[84], si
quis hostibus parcens cibum sumeret, nec in eis
occidendis tandiu perseveraret dum nox superve-
niens cædendi finem faceret, is ut exsecrabilis fo-
ret ac diris devoveretur. Hæc Saulus cum prolo-
cutus fuisset, forte accidit ut militibus silvam
quamdam ingressis, quæ referta esset apibus,
Sauli filius exsecratione paterna non audita favum
mellis avulsum comederet. Cumque deinceps rem
uti gesta fuisset intellexisset, male factum a patre
dicebat, qui hac devotione milites obstrinxisset:
sic enim comparatum esse ut animo quis fortis-
simo invadat adversarium, ubi cibum nactus sen-
set aliquantulum recrearit. Saulus victoria **174**
potitus, cum rem sacram Deo fecisset, iterum pontifici
mandat ut Deum consuleret, num feliciter hostium
castra invasuri essent et cladem eis illaturi. Re-
spondente pontifice divinum oraculum silere, « Non
hoc, ait Saulus, absque certa causa fit, sed necesse
est aliquod occultum esse delictum nostrum,
cujus gratia nobis Deus haud respondeat. Equidem
sacramento confirmo me, si vel Jonathan filius
meus hujus peccati sit auctor, omnino eum inter-
fecturum, atque hac ratione Deum placaturum. »
Hoc modo factum ut sors ducta in Jonathanem
caderet; cumque filium pater interrogaret quid
facinoris designasset quave re in Deum deliquisset,
nullius ille se conscium sibi esse facti respondet
quam quod hesterno die mel degustasset, ignarus
ejus exsecrationis qua populum pater obstrinxisset. Hoc audito Saulus eum se necaturum jurat,
cumque nihil adversante filio prorsus juramento satisfacturus esset, misertus Jonathanis populus
eum de Sauli manu liberat Deumque supplicando placat. Et hæc quidem in hunc modum narrata
sunto.

Εἰπεῖν δὲ τὸν Θεὸν ἔλεγεν ὁ Σαμουὴλ ὡς ἐπεὶ
πολλὰ κακὰ τοὺς Ἑβραίους οἱ Ἀμαληκῖται κατά
γε τὴν ἔρημον διέθηκαν, ἡνίκα τῆς Αἰγύπτου ἐξε-
πορεύοντο, κελεύειν πολέμῳ τιμωρήσασθαι αὐτοὺς
τὸν Σαοὺλ καὶ μηδενὸς αὐτῶν φείσασθαι. Νικᾷ τοί-
νυν αὐτοὺς κατὰ κράτος, λαμβάνει δὲ τὸν αὐτῶν
βασιλέα Ἀγὰγ αἰχμάλωτον, οὗ θαυμάσας τὸ κάλ-
λος καὶ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, ὡς Ἰώσηπός
φησι, σωτηρίας ἄξιον ἔκρινε. Καὶ θυσίας ἀπὸ τῶν
λαφύρων ἐκείνων ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ. Ἐφ' ᾧ καὶ
πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἔφη ὁ Θεός· « Μεταμέλημαι
ὅτι ἔχρισα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα, κἀγὼ ἐξουδένωκα
αὐτὸν τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐν Ἰσραήλ. » Ὅθεν καὶ
πρὸς τὸν Σαοὺλ οὕτως ἔλεγεν ὁ Σαμουὴλ, ἡνίκα τὸν
Ἀγὰγ ἐζωγόνησε τῶν Ἀμαληκιτῶν βασιλέα,
« Μεματαίωσαι σὺ, ὅτι οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολὴν
ἣν ἐνετείλατό σοι ὁ Κύριος. Ὅθεν καὶ οὐ στήσεταί
σοι ἡ βασιλεία, καὶ ζητήσει Κύριος ἄνθρωπον κατὰ
καρδίαν αὐτοῦ εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ. »
Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τάδε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν, ἡνίκα

Cum autem Saulus præcepisse sibi Deum diceret
ut quando Amalecitæ in deserto Israelicos misere
tractassent, ex Ægypto id temporis migrantes,
ipse bello sceleratos homines puniret ac omnino
eorum nemini parceret, obtemperans mandato di-
vino vincit eos acie, regemque Agagum captivum
abducit. Verum pulchritudinem ejus proceritatem-
que corporis admiratus, quemadmodum et Jose-
phus memoriæ prodidit, hominem dignum judicat
cujus saluti vitæque parcatur. Simul de spoliis
Amalecitarum Deo victimas offert. Tum vero Deus
his verbis Samuelum compellare: « Pœnitet me
Sauli regis Israelitarum creati: quapropter homi-
nem indignum esse statui qui cum imperio Israe-
litis præsit[85]. » Ea de causa vicissim Samuelus
ita Saulum alloqui: « Quandoquidem Agagum con
servasti, gessisti te dementer, non præstando edi-
cto quo te Dominus obstrinxit. Idcirco regnum
penes te non manebit, sed hominem deliget Deus
animo suo gratum, qui populo suo cum potestate

[84] I Reg. xiv, 24. [85] I Reg. xv, 11.

præsit. » Addit et alia verba, cum Saulus sacrificium suum offerret : « Deo non tam placent hostiæ ac sacrificia quam si quis ejus mandato sit obtemperans. Certe Dominus abrupit a te hodie regnum Israelitarum, idque alteri te meliori tradet [86]. » Hinc etiam factum ut cum magnopere Sauli causa vates hic sollicitus esset, Dominus diceret : « Desine lugere Saulum, acceptoque oleo sacro Bethlehemam ad Jessæum proficiscere, deque filiis ejus unum **175** in regnum ungito [87]. » Quapropter eo Samuelus se confert ; omnibusque cæteris Jessæi filiis rejectis, ut in quibus oleum sacrum non emanaret, tandem natu minimus omnium Davides ungitur. Ea de causa deinceps ille Spiritum apud se sanctum habebat, cum e diverso malus spiritus Saulum invaderet. Quoties autem ille Saulum corriperet, aiebant medici, quemadmodum Josephus narrat, fieri aliter non posse ut malum istud consopiretur, quam alicujus opera qui fidibus caneret. Itaque facta pervestigatione ecquis alicubi peritus ejus artis esset, Davides adducitur, quem Saulus armigerum suum creat et honorato loco penes se retinet. Sic Josephus rem gestam commemorat. Ac verum quidem est malum istum genium, qui Saulum vexabat, Davidis cithara sedatum fuisse : sed ita factum hoc statuatur, quod ea nimirum a Spiritu sancto pulsata fuerit. Illo namque carmen accinente malus genius vel invite conquiescebat.

Secundum hæc Palæstini expeditionem adversus Judæos suscipiunt, deque castris illorum vir quidam prodit nomine Goliathus, ingentis magnitudinis (erat enim sex cubitorum et unius spithamæ), indutus ærea loricam quinque millia siclorum pendentem, cujus magnitudini et ponderi arma quoque cætera respondebant. Hic ergo vocem immanem tollit, deque castris Israelicorum aliquem ad singulare certamen provocat. Omnibus autem perterritis Davides ad Saulum introducitur, qui regem consolatus, eoque vix persuaso, quod parum in Davide, si respiceretur ipsius ætas, fiduciæ ponendum existimaret, Goliathum aggreditur hominemque fundæ jactu interficit. Cum autem ex eo tempore mulieres in carmine quodam canerent Saulum quidem mille Palæstinos fudisse, Davidem vero decem millia, regno suo metuere Saulus incipit, et ab eo die suspectum Davidem habens non parum invidiæ adversus eum alit. Quapropter ad expeditiones hominem ablegat, ut aliquo pacto in præliis necaretur. Ille vero, qui Deum scilicet præsentem haberet, ubique rem præclare gerit ; quo factum est ut ipsa quoque Sauli filia virgo singulari eum amore complecteretur. Qua re Saulo patefacta oblatam ad struendum insidias occasionem minime negligit, uti Josephus commemorat, significari jubens ipsi se filiam suam ei collocaturum in matrimonium, si mille hostium capita regi referret. Atque hæc ita facta sunt : Micholem uxorem accipit. Verum indigne ferens Saulus quod accidisset, majori æstuat invidia, quasi jam regno suo me-

[86] I Reg. xv, 22. [87] I Reg. xvi, 1.

A τὴν θυσίαν ἔφερεν, « Οὐ θέλει Κύριος ὁλοκαυτώσεις καὶ θυσίας ὡς τὸ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, » καὶ αὖθις · « Διέρρηξε Κύριος τὴν βασιλείαν Ἰσραὴλ ἐκ χειρός σου σήμερον, καὶ δώσει αὐτὴν τῷ πλησίον σου τῷ ἀγαθῷ ὑπὲρ σέ. » Ὅθεν τοῦ προφήτου πολλὰ φροντίζοντος περὶ τοῦ Σαοὺλ, « Παῦσαι, » πρὸς αὐτὸν ἔφη ὁ Θεὸς, « καὶ λαβὼν τὸ ἅγιον ἔλαιον εἰς Βηθλεὲμ ἀπελθε πρὸς Ἰεσσαὶ, καὶ χρίσαι εἰς βασιλέα ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ. » Ἔρχεται οὖν, καὶ πάντων ἄλλων ἀποδοκιμασθέντων τῶν υἱῶν Ἰεσσαὶ (οὐδὲ γὰρ εἰς αὐτοὺς τὸ ἅγιον ἔβλυσεν ἔλαιον) χρίεται ὁ πάντων ὕστατος Δαβίδ. Ἐφ' ᾧ καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἔκτοτε ἦν ἐν αὐτῷ, τὸν δὲ Σαοὺλ πνεῦμα πονηρὸν ἐπέρχεται. Πνιγομένου τοίνυν αὐτοῦ ἔλεγον οἱ ἰατροὶ, καθά φησιν Ἰώσηπος, ὅτι μὴ ἄλλως τὸ τοιοῦτον καταπαύσεται πάθος, εἰ μή τις οἶδε διὰ κιννύρας ᾄδειν. Ὅθεν καὶ ζητηθεὶς εἴ που τοιοῦτός τίς ἐστιν, ἄγεται ὁ Δαβίδ. Ποιεῖ οὖν αὐτὸν ὁπλοφόρον, καὶ διὰ τιμῆς ἄγει. Καὶ ὁ μὲν Ἰώσηπος οὕτως. Τὸ δὲ δαιμόνιον τὸ συμπνίγον τὸν Σαοὺλ ἡ μὲν τοῦ Δαβὶδ κιννύρα κατέπαυε, πλὴν ὡς τῷ παναγίῳ Πνεύματι κινουμένη · τούτου γὰρ ἐπᾴδοντος ἐκεῖνο καὶ ἄκον ἡσύχαζε.

Μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ Ἰουδαίων ἐκστρατεύουσι Παλαιστῖνοι. Ἀφ' ὧν καταβάς ἀνήρ τις Γωλιὰθ τοὔνομα παμμεγέθης (ἦν γὰρ πήχεων τεσσάρων καὶ σπιθαμῆς), ἐνδεδυμένος θώρακα σταθμὸν ἄγοντα πέντε χιλιάδας σίκλων καὶ τὰ λοιπὰ ὅπλα ἀναλόγως, φωνὴν μεγάλην ἀφίησι καὶ μονομαχεῖν ἐζήτει. Καὶ πάντων ἐξαπορουμένων εἰσάγεται ὁ Δαβὶδ, καὶ τὸν Σαοὺλ παραμυθησάμενος, μόλις δὲ καὶ πείσας αὐτὸν (οὐδὲ γὰρ ὁ Σαοὺλ ἐθάρρει, πρὸς τὴν τοῦ Δαβὶδ ἡλικίαν ἀφορῶν) ὁρμᾷ κατὰ Γωλιὰθ καὶ διὰ σφενδόνης αὐτὸν ἀναιρεῖ. Ἔκτοτε οὖν τῶν γυναικῶν λεγουσῶν ὅτι Σαοὺλ μὲν χιλιάδας Παλαιστινῶν κατηκόντισε, Δαβὶδ δὲ μυριάδας, πτοεῖται καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ὁ Σαούλ · ἐφ' ᾧ καὶ ὕποπτον εἶχεν ἔκτοτε τὸν Δαβὶδ, καὶ φθόνον ἔτρεφεν οὐ μικρόν. Ὅθεν καὶ εἰς ἐκστρατείας αὐτὸν ἀπέστελλεν ὡς ἐντεῦθεν τῷ πολέμῳ ἀναιρεθήναι. Ὁ δὲ Δαβὶδ τὸν Θεὸν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ἠρίστευε παντα-χοῦ, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν θυγατέρα Σαοὺλ παρθένον οὖσαν ἔρωτα σχεῖν αὐτοῦ. Δῆλα γίνεται ταῦτα καὶ τῷ Σαούλ. Καὶ ὃς δραξάμενος ἀφορμῆς πρὸς τὴν κατ' ἐκείνου ἐπιβουλὴν, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἀποδοῦναι τὴν θυγατέρα ἔλεγεν, Ἂν χιλίας μοι κεφαλὰς κομίσῃ τῶν πολεμίων. Γίνεται ταῦτα, καὶ εἰς γυναῖκα λαμβάνει τὴν Μελχώ. Οὐ φέρει ταῦτα Σαοὺλ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον φθονεῖ, ἅτε καὶ περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ δεδιώς. Ἀποκτεῖναι λοιπὸν αὐτὸν μελετᾷ. Ἀνατίθησι ταῦτα τῷ υἱῷ τε Ἰωνάθαν καὶ τοῖς πιστοτάτοις τῶν οἰκετῶν. Ὁ δὲ μηνύει τῷ Δαβὶδ τὰ τῆς βουλῆς, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ πατρὶ διαλέγεται. Μετὰ δὲ ταῦτα διώκει τὸν Δαβὶδ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς

B

C

D

καὶ πολλάκις. Τηνικαῦτα τῷ ἀρχιερεῖ Ἀβιάθαρ προσέρχεται· τότε καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν. Ἐκεῖθεν αὖθις φεύγει πρὸς Ἀβιμέλεχ· τότε δὲ καὶ τὰ τῶν ἐπιληπτικῶν ὑποκρίνεται. Ἐκ τούτοις δὲ ὁ Δαβὶδ εὑρὼν τὸν Σαοὺλ καὶ ἅπαξ καὶ δίς, καὶ ἀποκτεῖναι αὐτὸν εὐχερῶς ἔχων, ποιῆσαι τοῦτο οὐκ ἠθέλε, τῷ Θεῷ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἀνατιθείς. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

A tuens. Quamobrem interficiendum deinceps hominem statuit, simul **176** consilium suum Jonathani filio ministrisque fidissimis aperit. At filius ad Davidem paternum consilium enuntiat, ejusque causa patrem alloquitur. Ille semel, bis, multoties Davidem persequitur; qui tali rerum suarum statu Abiatharum pontificem accedit et panibus propositionis vescitur. Hinc ad Abimelechum fuga se confert, ubi morbo teneri epileptico judicabatur. Interim Davides Saulum semel atque iterum repertum necare cum facili momento posset, nequaquam tamen id facere voluit, Deo nimirum permittens quidquid de ipso futurum esset.

Παλαιστινοὶ δ' αὖθις κατὰ Ἰουδαίων στρατεύονται, ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς αὐτοὺς συμμάχους ὁ Ἀγχοὺς καλεῖ. Ὄρει δὲ τῷ Γελβουὲ προσβάλλει καὶ ὁ Σαοὺλ, καὶ πολυπληθῆ τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων ἰδὼν ἐταράχθη, καὶ ἐξέστη ἡ καρδία αὐτοῦ. Καὶ ἐπηρώτησε τὸν Κύριον διὰ τοῦ Ἐφοὺθ, καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ· καὶ γὰρ εἰ μὴ εὐδοκίμουν παρ' αὐτῷ, οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν. Ἐφ' ᾧ καὶ ζητεῖ ἐγγαστρίμυθον, εἰ καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἔφθασεν ἐκ τῆς πόλεως αὐτοῦ ἐκβαλεῖν ἅτε πρὸς Θεὸν πρότερον εὐσεβῶν. Ἐγγαστρίμυθοι δὲ ἐλέγοντο διὰ τὸ δαίμονα ἔχειν ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῶν ἐγκαθήμενον καὶ τὰ μέλλοντα μυθευόμενον εἶτ' οὖν μαντευόμενον. Τὸ μέντοι γύναιον ἐκεῖνο πείθεται μόλις, καὶ τὴν τοῦ Σαμουὴλ ψυχὴν ἐξ ᾅδου ἀνάγει, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. Ὁ γὰρ τὰ θεῖα σοφὸς Θεοδώρητος δυσσεβῆ λέγει τὸν λόγον τουτονὶ καὶ ἀνόσιον· οὐδὲ γὰρ πείθεται νέκυος ψυχὴν ἐξ ᾅδου καὶ τὴν τυχοῦσαν ἀνάγειν, μήτοι γε τοσούτου προφήτου. Ἄλλοι δὲ τὸν λόγον τοῦτον μὴ θέλοντες ἀνόσιον δέξασθαι, λαοπλάνον τινὰ λέγουσι δαίμονα τὰ κατὰ τὸν Σαοὺλ ἀναγγέλλαι τῇ ἐγγαστριμύθῳ. Ὁ μὲν Θεοδώρητος οὔτε τὸ πρῶτον ὡς δυσσεβὲς καταδέχεται οὔτε πάλιν τὸ δεύτερον· εἰ γὰρ δαίμων ἦν ὁ φανείς, οὐκ ἂν ἀληθῆ ἐφθέγγετο ῥήματα. Οὐκοῦν αὐτὸς ὁ Θεὸς τὸ εἶδος, φησὶ, τοῦ Σαμουὴλ σχηματίσας ἠβουλήθη, ἐξενήνοχε τὴν ἀπόφασιν· ἔφη καὶ γὰρ διά του τῶν προφητῶν· « Ἐὰν ἀπέλθητε πρὸς τὸν ψευδοπροφήτην, ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἀποκριθήσομαι δι' αὐτοῦ. » Οὕτω διὰ τοῦ Βαλαὰμ ηὐλόγησε τὸν λαὸν, καὶ διὰ δυσσεβοῦς μάντεως προηγγέλθησαν τὰ ἐσόμενα. Γίνεται ταῦτα, καὶ οἱ Παλαιστινοὶ τοῖς Ἑβραίοις προσβάλλουσι. Πίπτει λοιπὸν ὁ Σαοὺλ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ. Ὁ μέντοι Σαοὺλ πολλὰς δεξάμενος πληγὰς, καὶ μὴ φέρειν δυναμενος, κελεύει τινὶ τῶν αὐτοῦ τὸ ξίφος αὐτοῦ ἐπενεγκεῖν, ἵνα μὴ ταῖς ἐχθρῶν χερσὶ παραδοθῇ. Ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Ἐπιπίπτει λοιπὸν αὐτὸς τῇ μαχαίρᾳ, καὶ μηδὲ οὕτως ἰσχύων ἑαυτῷ τὸ τέλος ἐπενεγκεῖν πείθει τινὰ τῶν Ἀμαληκιτῶν, καὶ τελειοῖ αὐτόν. Οἱ δὲ Παλαιστινοὶ σκυλεύοντες τοὺς πολεμίους ἐντυγχάνουσι τῷ Σαούλ τε καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῦ, καὶ κόψαντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν περιῆγον διὰ πάσης τῆς χώρας, τὰ δὲ σώματα αὐτῶν ἀνασταυροῦσιν ἔξω τοῦ τείχους, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ.

Rursum Palæstini copias suas adversum Judæos educunt, ideoque suos etiam auxiliares Achis rex convocat. Tum Saulus quoque cum suis ad montem Gelboem contendit; cumque maximas in alienigenarum castris esse copias conspexisset, perturbatus est animique gravi terrore correptus. Eam ob rem Dominum per Ephodum consulit, qui nihil ei respondet: quippe ni bona essent apud Deum Israelitæ in gratia, non exaudiret eos. Igitur feminam inquirit quæ oracula per ventrem redderet, quanquam antea, cum adhuc in Deum se religiose gereret, totam hujusmodi mulierum nationem e re publica sua expulerat. Vocantur autem hujusmodi feminæ ventriloquæ propterea quod genium in ventre delitescentem habeant, qui de futuris respondeat et vaticinetur. Vix Saulus, quod poscebat, a muliercula tandem impetrat, quæ animam Samueli ex orco producit, ut Josephus memoriæ prodidit, quanquam peritissimus ille rerum divinarum Theodoretus orationem hujusmodi vocat impiam et irreligiosam. Non enim persuaderi sibi patitur vel vilis alicujus hominis mortui animam ex orco reduci posse, nedum talis ac tanti vatis. Alii negantes hanc orationem impiam esse, velut impostorem vulgi dæmonem quemdam mulierculæ vaticinatrici renuntiasse quid Saulo eventurum esset. At Theodoretus neque primum illud admittit, impium esse pronuntians, neque item alterum; nam si genius malus fuisset qui apparuit, verum sane non protulisset. Quamobrem statuit Deum ipsum repræsentata Samueli specie, pro arbitratu suo, verba istæc effatum esse. Nam alicubi per vatem quemdam dixit: « Quodsi falsum vatem accesseritis, ego Dominus per ipsum respondebo. » Sic opera Balaami populo fausta imprecatus est, perque vatem improbum quæ futura essent indicavit. Respondit hic quoque prædictioni eventus: Palæstini Hebræos invadunt, Saulus cum filiis occumbit; cumque multis vulneribus affectus esset, nec amplius imperare animo suo posset, suorum cuidam mandat ut se stricto **177** gladio transadigat, ne hostium in potestatem veniret. Sed eo recusante gladium cepit, eique incubuit. Cumque ne sic quidem adimere sibi vitam posset, Amalecitarum quemdam exorat, qui finem ei vivendi attulit. Tum Palæstini spoliatis hostibus in Saulum ejusque filios incidunt; cumque capita ipsorum resecuissent, ea per omnem ditionem suam circumferebant. corporibus extra muros suspensis, ut Josephus narrat.

Hoc modo vitam Saulus finiit propterea quod in exscindendis Amalecitis Deo non paruisset et sacerdotum nationem delevisset. Nam Doeci Syri opera sacerdotes ad trecentos quinquaginta, qui ephodum gestarent, interfecerat. Regnum apud Israelicos obtinuit annos 40, humeris Israelitas omnes supereminens. Quippe Deus Hebræis gratificari volens ejusmodi virum elegerat, qui eis cum imperio præesset, quod illi bellicæ fortitudinis adversus hostes causa, non pietatis, regem dari sibi petiissent. Quo factum ut eis maximum omnium præficeret, quando sic a natura comparati sumus ut non virtutem animi, sed proceritatem corporis admiremur.

Οὕτω κατέστρεψε τὸν βίον ὁ Σαοὺλ διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς Ἀμαληκίταις παρακοῦσαι τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὸ τῶν ἱερέων γένος ἀπωλείᾳ παραδοῦναι· διὰ γὰρ τοῦ Σύρου Δωὴκ ὡσεὶ τν' ἱερεῖς ἀπέκτεινεν αἴροντας τὸ ἐφούθ. Ἐκράτησε δὲ τὸν Ἰσραὴλ ὁ Σαοὺλ ἔτη μ', ὑπερωμίας ὢν παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ. Τοῖς Ἑβραίοις ὁ Θεὸς χαριζόμενος τοιοῦτον ἄνδρα βασιλεύειν ἐν αὐτοῖς ἐξελέξατο· ἀνδραγαθίας γὰρ τῆς ἐν πολέμοις ἕνεκεν, οὐ μὴν εὐσεβείας, ᾐτήσαντο βασιλέα. Ταύτῃ τοι καὶ τὸν μέγιστον πάντων ἐκλέγεται, ἐπειδήπερ οὐ ψυχῆς ἀρετὴν ἀλλὰ σώματος θαυμάζομεν μέγεθος.

Post Sauli mortem filius ejus Memphibosetus regnum apud Israelicos occupat, Davide Judæorum nationis imperio contento. Nam a Samuelo prius apud hos regno inunctus fuerat. Deinde Richabus et Baneas Memphiboseto clam interfecto ad Davidem se conferunt, quasi præclaram ejus cædis patratæ causa laudem apud illum inventuri. Davides vero utrumque supplicio mortis afficit, quemadmodum et ante puniverat Amalecitam illum, per quem Saulus occisus fuerat. Post id temporis Davides universæ nationis rex declaratur. Sauli quidem filiam uxorem accepit, aliter tamen quam Josephus exponat, videlicet præmii loco, cum Goliathum fundæ jactu necasset, quemadmodum inter ipsos convenerat. Posteaquam vero Davides rex designatus est, Hierosolyma cum copiis invadit, et ejectis incolis oppidi Jebusæis regiam suam Hierosolymis constituit. Primus quidem certe Jebusæis inde pulsis, ut Josephus narrat, de suo nomine urbem Davidicam appellavit; nam Abrahami ætate Solyma nuncupabatur.

Μετὰ δὲ θάνατον τοῦ Σαοὺλ ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μεμφοστὲ (35), ἐν Ἰούδᾳ δὲ ὁ Δαβίδ· παρὰ Σαμουὴλ καὶ γὰρ χρισθῆναι προέφθασεν. Εἶτα Ῥιχαῦ καὶ Βανέας λάθρα τὸν Μεμφοστὲ ἀνελόντες ἦλθον πρὸς τὸν Δαβὶδ ὡς δῆθεν εὐδοκιμήσαντες διὰ τὸν φόνον. Ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτούς, καθὰ δὴ καὶ τὸν Ἀμαληκίτην ἐκεῖνον, δι' οὗ ὁ Σαοὺλ τὸ τέλος ἐδέξατο. Τηνικαῦτα παντὸς τοῦ λαοῦ καθίσταται βασιλεὺς ὁ Δαβίδ. Τὴν δὲ θυγατέρα τοῦ Σαοὺλ, εἰ μὴ ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἀλλ' οὖν ἔπαθλον ἔλαβεν, ἡνίκα τὸν Γολιὰθ ἐσφενδόνησεν· οὕτω γὰρ ἀναμέσον αὐτῶν συμπεφώνητο. Ὁ γοῦν Δαβὶδ μετὰ τὸ ἀναγορευθῆναι βασιλεὺς ἐφίσταται τῇ Ἱεροσόλυμα, καὶ τοὺς ἐκεῖσε κατοικοῦντας Ἰεβουσαίους τροπωσάμενος βασιλείαν ἑαυτοῦ ποιεῖται τὰ Ἱεροσόλυμα. Πρῶτος μὲν οὖν Δαβὶδ, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, τοὺς Ἰεβουσαίους ἐκεῖθεν ἐκβαλὼν, ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν πόλιν προσαγορεύει· Σόλυμα καὶ γὰρ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἐκαλεῖτο.

Secundum hæc forte conspecta Bersabea, quæ se domi suæ abluebat, ejus amore captus est; cumque in amplexus mulieris venisset, procurat ut maritus ejus Urias in prælio quodam occumberet. Non longo tempore interjecto a Nathane vate facinoris illius arguitur. Secuta est ipsius fuga propter Abesalomi filii rebellionem; qua quidem in fuga concubinas suas 10 relinquit, quæ domum custodirent. Causa vero quamobrem Abesalomus hoc parricidium moliretur, hæc fuit. Habebat filiam Davides elegantissima forma **178** præditam, quæ eadem cum Abesalomo nata matre fuerat. Hanc cum Amnon, regiorum filiorum natu maximus, misere deperiret, nec libidinis explendæ rationem ullam reperiret, totus contabescebat. Tandem morbum simulat, ac patrem orat ut sororem adesse sibi velit in eo morbo ministrandi causa. Impetrat a patre quod volebat. Amorem suum puellæ aperit,

Μετὰ δὲ ταῦτα ὁρᾷ τὴν Βηρσαβεὲ λουομένην ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, ὅθεν καὶ ταύτης ἐρᾷ. Μίγνυται λοιπὸν αὐτῇ, καὶ τὸν Οὐρίαν οἰκονομεῖ θανάτῳ περιπεσεῖν, ὃς ἀνὴρ αὐτῆς ἦν. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ διὰ Νάθαν ἐλέγχεται. Εἶτα φεύγει διὰ τὴν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐπανάστασιν, καταλείψας τὰς αὐτοῦ δέκα παλλακὰς φυλάσσειν τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἡ δὲ αἰτία τοῦ Ἀβεσσαλὼμ πατραλοίαν γενέσθαι αὐτῇ. Τῷ Δαβὶδ θυγάτηρ ἦν σφόδρα περικαλλὴς, τῷ Ἀβεσσαλὼμ ὁμομήτριος. Ταύτης ὁ Ἀμνὼν ἐρᾷ τῶν ἀδελφῶν ὁ πρεσβύτατος. Καὶ μὴ ἔχων τὰ τῆς ἐπιθυμίας πληρῶσαι σφόδρα κατετήκετο. Ἐφ' ᾧ καὶ νοσεῖν ὑποκρίνεται. Ἱκετεύει τὸν πατέρα συμπαραμένειν αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν δουλείας ἕνεκεν. Γίνεται ταῦτα. Ἀποκαλύπτει τὸ πάθος αὐτῇ. ἡ δ' οὐκ ἐπείθετο. Βιάζεται αὐτὴν, ἐφ ᾧ καταπειθὴς ὁρᾶται. Παραχρῆμα μῖσος τίκτεται κατ' αὐτῆς τῷ Ἀμνὼν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐκβάλλει αὐτήν. Θλίβεται οὐ μικρῶς αὐτῇ,

(35) Memphibosetum filium Saulis, ejusque in regni parte successorem gravissimo errore statuunt Glycas, atque ipsius interpres Leunclavius. LXX editio Romana vocat Ἰεβοσθὲ, Isboseth, quem codex noster ex quo Græcum textum edidimus, vocat Μεμφοστὲ, F. Μεμφιβοστὲ, ex quo Memphibosetum suum, qui Jonathanis filius fuit utroque pede claudus, concinnavit Leunclavius. Richabum quoque et Baneam exhibuit, qui in LXX interpretatione dicuntur Ῥηχὰβ καὶ Βαανὰ, in F. Ῥιχὰς, in nostro Ῥιχαῦ καὶ Βανέας.

alienigenam, ut qui Chettæus esset, impune non tulit. Ex adulterio quidem conceptus infans, primus ei natus ex Bersabea, divinitus morbo affectus interiit; quippe si superstes manisset, pio regi fuisset probro et manifestum admissi facinoris indicium atque argumentum. Quamobrem divina de Davide cura providentiaque factum est ut ejusmodi puero vita longior non concederetur.

A ταξεν ὁ Θεός. Ζῶν γὰρ ἔμελλεν εἶναι τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ὄνειδος καὶ τῆς αὐτοῦ παρανομίας ἔλεγχος. Κηδόμενος οὖν αὐτοῦ ζῆν τὸ τοιοῦτον ὁ Δεσπότης οὐκ εἴασεν.

Cæterum in Omissorum primo libro significatur omnes psalmos Davidis esse. Testatur idem Theodoretus quoque, primum Davidem ordinasse dicens, Asaphati et fratrum ejus opera, ut hymnis Deus concelebraretur. Cum autem Davides, eodem Theodoreto auctore, annos triginta regnasset, septuaginta vixisset, fato functus est. Libet hoc loco superioribus hæc quoque de Josephi narrationibus adjicere. Accidit aliquando ut copias Davides adversus Palæstinos educeret, cumque persecutus B eos diu fuisset, longo intervallo a suis omnibus est divulsus. Tum quidam ex hostibus, e gigantum posteritate natus, eum solum desertumque videns ac præ labore viribus destitutum, interficere festinabat; ac factum id sane fuisset, ni Abisæus Joabi frater mox adfuisset hostemque peremisset ac Davidem salvum suis restituisset. Qua de causa populus universus eum jurejurando adstrinxit, quo se deinceps cum cæteris in prælia non profecturum polliceretur. Rursum Palæstini castra castris Hebræorum opposuerant. Habebantque secum hominem proceritate sex cubitorum, cui essent in utraque planta pedis et utraque manu digiti plures quam naturæ conveniret; erat enim et ipse de gigantium posteris oriundus. Hunc, duello congressus, Jonathan Subæus **180** quidam interficit, eoque pacto victoriæ suis auctor exstitit. Ab eo tempore Palæstini bello Hebræos adoriri desierunt, hymnis Deum laudare cœpit odasque sacras contexere.

Ἡ δὲ πρώτη βίβλος τῶν Παραλειπομένων αἰνίττεται ὡς τοῦ Δαβὶδ εἰσιν ἅπαντες οἱ ψαλμοί, καθά φησι Θεοδώρητος. Λέγει γὰρ ὅτι ἔταξε Δαβὶδ ἐν ἀρχῇ τοῦ αἰνεῖν τὸν Κύριον ἐν χειρὶ Ἀσὰφ καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Ὁ μέντοι Δαβὶδ ἐτῶν τριάκοντα βασιλεύσας, ὥς φησι Θεοδώρητος, περὶ τὰ ἑβδομήκοντα τὸ τοῦ βίου τέλος ἐδέξατο. Προστετέον δὲ τοῖς ἄνω καὶ τάδε καθ' Ἱστορίαν ὄντα τοῦ Ἰωσήπου. Κατὰ Παλαιστινῶν ἐκστρατεύει ὁ Δαβίδ, καὶ B διώξας ἐπὶ πολὺ διέστη τῶν αὐτοῦ πάντων. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν μεμονωμένον καὶ ὑπὸ κόπου ἐκλυτόν τις τῶν ἐναντίων, ὃς καὶ ἀπόγονος τῶν Γιγάντων ἦν, ἠπείγετο θανατῶσαι αὐτόν. Καὶ τοῦτο ἂν ἐγεγόνει, εἰ μὴ Ἀβεσαῖος ὁ ἀδελφὸς Ἰωὰβ παρευθὺς εὑρεθεὶς ἐκεῖσε ἀπέκτεινε τὸν πολέμιον, ἐκεῖνον δὲ σῶον ἐπανεσώσατο. Ὅθεν καὶ ὤρκωσεν αὐτὸν ὁ λαὸς ἅπας ὡς μὴ τοῦ λοιποῦ σὺν αὐτοῖς ἁπαντᾷν εἰς πόλεμον. Στρατοπεδεύουσι καὶ αὖθις κατὰ τῶν Ἑβραίων οἱ Παλαιστινοί, ἐν οἷς ἦν ἀνὴρ τὸ μὲν ὕψος ἐξ πήχεων, δακτύλους δὲ ἐν ἑκατέρᾳ τῶν βάσεων καὶ τῶν χειρῶν περισσοτέρους εἶχε τῶν κατὰ φύσιν· ἀπόγονος γὰρ τῶν Γιγάντων ἦν. Τοῦτον ἀποκτείνει μονομαχήσας Ἰωνάθαν τις Σουβαῖος, ὅθεν καὶ νίκης αἴτιος γίνεται. Ἔκτοτε οὖν παύονται C οἱ Παλαιστινοὶ τοῦ πρὸς Ἑβραίους μάχεσθαι. Ἐφ' ᾧ λαβὼν ἄδειαν ὁ Δαβὶδ ὑμνεῖν ἤρξατο τὸν Θεὸν καὶ τὰς ᾠδὰς ἔπλεκεν.

qua occasione Davides otium a negotiis nactus

Sciendum est autem habuisse quidem milites Davidem complures invicti roboris, verum quinque omnino eximios. Horum in numero fuit unus qui sexcentos hostes uno die interemit, item alius qui adversus hostes prosiliens cædendi finem prius non fecit quam nongentos occidisset. Tanta i idem præditi erant audacia, ut tres eorum Bethlehemam pergerent ac Davidi tum Hierosolymis degenti aquam adferrent, profecti eo vicissimque reversi per medios Palæstinos, extra oppidum in castris considentes, nec propter insignem hanc audaciam se ipsis objicere ausos. Atque hanc aquam bibere Davides noluit, sed militum virtutem admiratus eam Deo libavit.

Ἰστέον δὲ ὅτι στρατιώτας ἀμάχους μὲν τὴν ἰσχὺν πολλοὺς ὁ Δαβὶδ ἐκτήσατο, ἐξαιρέτως δὲ πέντε. Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν χ' ἀνεῖλεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ὁ δὲ κατ' ἐχθρῶν ἐκπηδήσας οὐκ ἂν ἐπαύετο εἰ μὴ ἐννακοσίους ἀνεῖλε. Τοσοῦτον γὰρ τολμηροὶ ἦσαν ὡς καὶ τρεῖς ἐξ αὐτῶν πρὸς Βηθλεὲμ ἀπελθεῖν καὶ ἀγαγεῖν ὕδωρ τῷ Δαβὶδ ἐντὸς ὄντι Ἱεροσολύμων, εἰσελθόντας αὐτοὺς καὶ ἐξελθόντας διὰ μέσων τῶν Παλαιστινῶν ἔξω παρακαθημένων καὶ μὴ τολμησάντων D αὐτοῖς ἀντιπεσεῖν διὰ τοσοῦτον θράσος αὐτῶν. Ὁ ὕδωρ οὐκ ἠθέλησε πιεῖν ὁ Δαβὶδ, ἀλλ' ἔσπεισε τῷ Θεῷ, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐθαύμασε.

Sciendum est autem habuisse quidem milites Davidem complures invicti roboris, verum quinque omnino eximios. Horum in numero fuit unus qui sexcentos hostes uno die interemit, item alius qui adversus hostes prosiliens cædendi finem prius non fecit quam nongentos occidisset. Tanta i idem præditi erant audacia, ut tres eorum Bethlehemam pergerent ac Davidi tum Hierosolymis degenti aquam adferrent, profecti eo vicissimque reversi per medios Palæstinos, extra oppidum in castris considentes, nec propter insignem hanc audaciam se ipsis objicere ausos. Atque hanc aquam bibere Davides noluit, sed militum virtutem admiratus eam Deo libavit.

Secundum hæc designatus a Davide Solomo, consedit in throno Domini ad obtinendum regnum, hoc est in solium Davidi a Domino tributum. In Omissorum primo libro perscriptum legimus Samuelum, Nathanem, Gademque vates commentariis res a Davide gestas complexos esse. Sciendum eumdem fuisse Orniam et Adoniam, ut qui duplex nomen habuerit. Hic cum ad convivium invitasset Joabum et Abiatharem, de occupando regno sollicite cogitabat. Tum Nathan vates horum consilia Bersa-

Μετὰ δὲ ταῦτα χειροτονηθεὶς παρὰ τοῦ Δαβὶδ ὁ Σολομῶν ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου Κυρίου εἰς βασιλείαν, τουτέστιν εἰς τὸν δοθέντα θρόνον αὐτῷ παρὰ Κυρίου. Τῆς δὲ πρώτης βίβλου τῶν Παραλειπομένων τὸ τέλος δηλοῖ ὅτι καὶ Σαμουὴλ ὁ ὁρῶν καὶ Νάθαν ὁ προφήτης καὶ Γὰδ ὁ ὁρῶν βίβλους εἶχον συγγεγραμμένας. Ἰστέον ὅτι Ὀρνίας καὶ Ἀδωνίας ὁ αὐτὸς ἦν, υἱὸς δὲ Δαβίδ· διώνυμος γάρ. Οὗτος δειπνοκλήτορας ἔχων τὸν Ἰωὰβ καὶ τὸν Ἀβιάθαρ περὶ τῆς βασιλείας ἐμελέτα. Ὁ δὲ Νάθαν μηνύει τὰ περὶ

In ejusdem circuitu passim ædiculæ quædam ad Levitarum usus adstructæ sunt, et ut vasa sacra in eis reponerentur; nam hoc sacrarium solis a sacerdotibus adiri fas erat. Altitudo fani cubitorum erat centum viginti. Et quidem fanum hoc universum auro integebatur. Omnia vero istæc in templo construenda Spiritus sanctus per gratiam suam Davidi demonstravit, Davides rursum Solomoni filio; qui divinam hanc ædem anno ab Israelicorum ex Ægypto migratione 320 ædificavit. Tot autem intercesserunt anni, ut tandem pertæsi obvagationum illarum quosvis in montes locum unicum, videlicet Hiersolyma, deligerent.

A δὲ τὸν θεῖον οἶκον ἐκεῖνον μετὰ τλ' ἔτη τῆς ἐξόδου (36). Παρῆλθον δὲ τοσαῦτα ἔτη, ὅπως ἀποκαμόντες τῇ εἰς τὰ ὄρη περιπλανήσει τὸν ἕνα τόπον τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀγαπήσωσι.

Cæterum quæ in hoc veteri fano fuerunt, diviso tres in partes, nimirum in locum ubi laici consisterent, et ubi versarentur sacerdotes ac Levitæ, qui locus peculiare sacrarii nomen habebat, in adyta denique sacrarium sanctissimum nuncupata, quæ adire nemini præter summum pontificem fas erat, ac ne **182** illi quidem aliter quam semel in annos singulos, nec sine sanguine: hæc igitur etiam licet in cœlis deprehendere. Nam in cœlo nobis proximo, nimirum in aere, sunt animalia quævis promiscue; in altero, quod intra firmamentum aspectabile continetur, ut Anastasius ille Sinaites ait, cœlestes illæ potestates degunt ac fortassis etiam sanctorum hominum animæ; ultra vero illud alterum et inadspectabile cœlum nemo pervenit unquam præter verum illum Christum. Et quidem fanum illud terrestre conditum fuisse ad imaginem rerum cœlestium, etiam maximus ille Paulus noster hisce verbis significavit: « Non in manufactum sacrarium Christus ingressus est, quod veri sacrarii foret exemplar, sed in ipsum cœlum, ut nunc Deo coram pro nobis appareat [92]. » Atque hic si diligenter animum advertas, videbis ornamenta fani sub oculos cadentia quasi quasdam expressas imagines esse pulchritudinis illius inadspectabilis. Sensiles quidem suffituum fragrantiæ repræsentant nobis halitum et suffitum illum intellectilem. Facta de terrestri materie lumina sunt imagines lucis illius cœlestis et materiei prorsus expertis. Nimirum per hasce res materie constantes ac terrenas ad contemplationem illam ineffabilem, quemadmodum et magno illi Dionysio videtur, quasi manu ducimur.

Ταῦτα δὲ τὰ κατά γε τὸν παλαιὸν ναὸν, ὃς εἰς τρία διῄρηται, εἵς τε τὴν τῶν λαϊκῶν δηλαδὴ στάσιν, τὴν τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευϊτῶν, ὃς δὴ καὶ τόπος ἅγιος ἐλέγετο, καὶ εἰς αὐτὰ τὰ ἄδυτα, ἃ δὴ καὶ Ἅγια τῶν ἁγίων ἐκαλεῖτο, ἐν οἷς οὐδεὶς εἰσήρχετο εἰ μὴ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς, κἀκεῖνος ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ ταῦτα οὐ χωρὶς αἵματος, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς οὐρανοῖς εὑρήσεις. Ἐν γὰρ τῷ πρὸς ἡμᾶς οὐρανῷ, τῷ ἀέρι δηλονότι, πάντα δὴ τὰ ἀγελαῖα ζῶα, ἐσώτερον δὲ τοῦ φαινομένου στερεώματος, ὥς φησιν ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος, τὰς οὐρανίας διαγούσας δυνάμεις, ἴσως δὲ καὶ αὐτὰς τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς. Ἀνώτερον δὲ τοῦ δευτέρου καὶ ἀοράτου οὐρανοῦ οὐδεὶς εἰσελήλυθεν εἰ μὴ μόνος ὁ ἀληθὴς ἀρχιερεὺς Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν. Ὅτι δὲ τὰ τοῦ ἐπιγείου τοῦδε ναοῦ κατ' εἰκόνα τῶν ἐπουρανίων ἔκτισται, καὶ αὐτὸς ὁ πάμμεγας Παῦλος ἐδήλωσεν, οὕτως εἰπών, « Οὐδὲ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. » Ὅρα γὰρ νουνεχῶς ὅτι καὶ τὰ φαινόμενα τοῦ ναοῦ τοῦδε κάλλη τῆς ἀφανοῦς ἐκείνης εὐπρεπείας εἰσὶν ἀπεικονίσματα, αἱ δ' οὖν αἰσθηταὶ εὐωδίαι τῆς νοητῆς διαδόσεως ἐκτυπώματα. Τὰ δὲ ὑλικὰ φῶτα τῆς ἀΰλου φωτοδοσίας εἰκόνες τυγχάνουσι· καὶ γὰρ διὰ τῶνδε τῶν ὑλαίων πρὸς τὴν ἄῤῥητον ἐκείνην θεωρίαν, καθὰ δήπου καὶ τῷ μεγάλῳ δοκεῖ Διονυσίῳ, χειραγωγούμεθα.

Ut autem ad Solomonem revertamur, superasse illum omnes omnibus rebus sacris ex Litteris cognoscas licet. « Tantum, inquiunt [93], divitiis et sapientia cunctos Ægypti reges excelluit Solomo, ut omnes orbis terrarum reges conspectum ejus requirerent audiendæ sapientiæ causa, qua longe amplissima præditus quosvis sapientes Ægyptios post se relinquebat. » Idem Solomo cum divinitus sapientiam tantam nactus fuisset, sententiarum tria millia protulit, et odarum quinque millia de omnibus e terra nascentibus et cunctis animalibus

Ὅτι δὲ πάντας ὑπερβαίνων ἦν ἐπὶ πᾶσιν ὁ Σολομῶν, ἡ Γραφὴ διδασκέτω σε λέγουσα· « Καὶ ἐμεγαλύνθη Σολομῶν ὑπὲρ πάντας τοὺς βασιλεῖς Αἰγύπτου πλούτῳ καὶ φρονήσει, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐζήτουν τὸ πρόσωπον Σολομῶντος τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. Ἐπληθύνθη γὰρ ἡ σοφία αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα φρόνιμον Αἰγύπτου. » Τὰς τοῦ Σολομῶντος βίβλους, ἀφ' ὧν καὶ οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες τὰς ἀφορμὰς ἔλαβον. Μετὰ γὰρ τὸ λαβεῖν ἐκ Θεοῦ τὴν σοφίαν τρισχιλίας μὲν παραβολὰς καὶ πεντακισχιλίας ᾠδὰς ἐλάλησε περὶ πάντων τῶν τε

[92] Hebr. IX, 24. [93] III Reg. IV, 34.

(36) In textum Græcum Latinamque versionem gravis error incubuit, cum ab Israeliticorum ex Ægypto migratione trecenti tantum ac triginta, τλ', numerentur anni usque ad exstructam Deo a Solomone Hierosolymis sacram ædem. Exstat enim luce meridiana clarius testimonium libri III Regum capite sexto: *Factum est ergo quadringentesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israel*, et quæ sequuntur. Imo nec desunt inter chronologos, qui longe etiam plures numerandos esse contendant, et pro 480 velint legendum esse in sacris codicibus 580. Qua de re uberius, qui doctrinam temporum arte ac methodo pertractant.

Cæterum Sabæi natio sunt Æthiopica. Eorum regina fuit admiranda illa Sibylla, quippe quæ cum legem ignoraret nec vates audisset, per Solomonem sapientiæ subministratorem Deum prædicavit. «Celebretur, ait [98], Dominus Deus ille tuus, qui tibi sic faverit ut te Israelitarum solio imponeret.» Hæc inter alia quibus Solomonem tentavit, etiam hujusmodi quiddam excogitavit. Formosos aliquot pueros, tam mares **184** quam femellas, uniusmodi vestitu et eadem tonsura cum exornasset, Solomoni eos exhibuit, utriusque sexus discrimen in his ut indicaret postulans. Tum ille jussis pueris facies suas abluere, naturam in utrisque suam deprehendit, cum mares quidem viriliter vultus suos fricarent, femininæ vero molliter ac delicate. Illa vero obstupescens inquit: «Majora vidi quam auditu acceperim.» Simul ei largita centum viginti auri talenta, cum aromatibus, gemmis et opobalsami radice, unde Palæstina deinceps hoc germen, Josepho teste, habuit, ad suos est reversa. Talentum vero libras 125 continet. De quo colligi potest eum a regina centenarios auri nostros centum accepisse.

Neque vero tantum Solomo præstabat his rebus, verum etiam quandiu religiosus in Deum erat, omnes ab Euphrate ad Nilum usque nationes tributarias habebat. Sed ab eo tempore suis inimicis male vivendo talem se præbuit ut eis resistere non posset. Nimirum ab initio admirationi mortalibus erat, cum Proverbia litteris mandabat et exstruebat fanum, sicut eximius ille Cyrillus ait, eodem scilicet tempore quo Homerus Trojanorum calamitates suis exponebat tragice versibus, annis ab urbe Trojana capta 160. Verum deinceps ita se gessit ut in summam impietatem prolaberetur. Licet id colligas ex hujusmodi verbis, quæ sacris in Litteris exstant: «Deflexa mens Solomonis est per exteras uxores ad alienos deos.» Quin etiam illustrius intelligi potest ex Achiæ vatis ad famulum Solomonis Joroboamum oratione Solomonem deastris religioso cultu honorem exhibuisse. Sunt enim hæc ipsius verba: «Significat hæc tibi Dominus: Ego Solomoni regnum de manu extorquebo, et tibi decem scipiones dabo. Unum illi scipionem relinquam propter Davidem famulum meum et propter Hierosolymam urbem meam, quandoquidem ille relicto me Astarten Sidoniorum piaculum et Chamosum Moabitarum deastrum et Melchomum Ammonitarum offendiculum coluit.» Astarten sunt qui Luciferum esse tradunt, eamdem scilicet deam cum Venere. Piaculum et offendiculum appellant Litteræ sacræ deastros ac simulacra. Quin etiam

Οὐκοῦν ἀποστέλλει πρὸς Ἐζεκίαν Μαροδὰχ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος τῆς νόσου τε ἕνεκα καὶ τοῦ περὶ τὸν ἥλιον θαύματος. Ἀλλ' ἐκεῖνος τἄλλα πάντα παρεὶς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ τοῖς πρέσβεσιν ἔδειξεν. Ἐφ' ᾧ καὶ τάδε παρὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς αὐτὸν ἐλαλήθη, « Ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι, καὶ ληφθήσονται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου καὶ εἰς Βαβυλῶνα ἀπελεύσονται. Καὶ οἱ υἱοί σου, οὓς γεννήσεις, ἔσονται εὐνοῦχοι ἐν τῷ οἴκῳ βασιλέως Βαβυλῶνος. » Υἱοὺς δὲ λέγει τοὺς τρεῖς παῖδας σὺν τῷ προφήτῃ Δανιήλ· ἀπόγονοι γὰρ οὗτοι τοῦ Ἐζεκίου γεγόνασιν. Εἴωθεν οὖν ἡ Γραφὴ τοὺς ἀπογόνους ἐπονομάζειν υἱοὺς, καθὰ δὴ καὶ τὸν Δαβὶδ πατέρα τοῦ Ἐζεκίου καλεῖ· οὐδὲ γὰρ υἱὸς τοῦ Δαβὶδ ὁ Ἐζεκίας, ἀλλ' ἀπόγονος πάντως αὐτοῦ. Ὁ μέντοι Μαροδὰχ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τοῦ περὶ τὸν ἥλιον χάριν θαύματος πρὸς Ἐζεκίαν ἀπέστειλε· τὸν γὰρ ἀναποδισμὸν αὐτοῦ τοσοῦτον εἶναι λέγει παραδοξότατον ὁ Ἀρεσ-

C Secundum hæc Marodachus rex Babyloniorum **195** ad Ezechiam legatos suos mittit, tum ejus morbi causa ex quo convaluerat, tum prodigii quod in sole acciderat. Tum cæteris rebus Ezechias omissis et neglectis opes suas legatis ostentat. Quamobrem Isaias vates eum verbis hujusmodi compellavit : « Scito fore tempus cum omnia quæ domi tuæ sunt, auferentur et Babylonem transferentur. Quin et de filiis tuis a te ortis atque genitis sumentur, qui in regis Babyloniorum domo sint eunuchi [10]. » Quibus in verbis filiorum appellatione veniunt tres illi pueri, quibuscum et Danielus vates fuit : nam illi Ezechiæ nepotes ac posteri exstiterunt ; et frequens est Litteris sacris posteros nepotesque vocare filios, sicut et Davidem Ezechiæ D patrem nuncupent ; atqui non filius Davidis erat Ezechias, sed ejus e posteris ortus. Cæterum Marodachus alia nulla de causa legatos ad Ezechiam

[10] IV Reg. xx, 17.

misrat, ut supra quoque indicatum est, quam quod miraculum illud in sole accidisset. Nam solis illam regressionem tam novam prorsus et inusitatam fuisse tradit Areopagita Dionysius, ut Babyloniis stupori esset, eisque præberet occasionem ultro se submittendi Ezechiæ tanquam homini divino.

A παγίτης Θεῖος Διονύσιος, ὥστε καθ' ὑπερβολὴν ἐκπλῆξαι τοὺς Βαβυλωνίους καὶ ὡς ἰσοθέῳ τινὶ τῷ Ἐζεκίᾳ καθυποτάξαι αὐτούς.

Post Ezechiam Manasses ejus filius imperio potitur. Hic inter alia facinora quæ commisit, etiam copias cœli universas adorabat, hoc est sidera, et ariolationibus utebatur, hoc est omina de futurorum eventu observabat, quod Græci κληδονίζεσθαι dicunt, quanquam alii quidam volunt κληδόνα vocari geniorum per excantationes certas attractionem et e sublimi deductionem; qua de causa tradunt ejus vocis originem esse a verbo κλῶ, quod idem sit cum καλῶ, significationem evocandi habente. Præterea Manasses auguriis utebatur, hoc est avium volatus observabat, deque illis conjecturas rerum futurarum sumebat. Atque hoc illud ipsum est, cujus in hisce versibus mentionem Homerus fecit: « Quin vel sacrificum vel vatem arcessimus ultro, vel conjectorem, faciat qui somnia plana. A Jove namque ipso proficisci somnia scimus. » Nimirum hinc animadvertere potes, existimasse priscos illos homines futurorum cognitionem percipi de tali vel tali avium volatu vel ex pecudum jecinoribus vel ipsis denique somniis.

Μετὰ δὲ Ἐζεκίαν κρατεῖ Μανασσῆς ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Οὗτος σὺν ταῖς λοιπαῖς αὐτοῦ κακίαις προσεκύνησε καὶ πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι τοῖς ἄστρασι, καὶ ἐκληδονίζετο, ἤγουν διὰ λόγων παρετηρεῖτο τὰ ἐκβησόμενα, εἰ καί τινες ἕτεροι κληδόνα λέγουσι τὴν διά τινων ἐπῳδῶν ὁλκὴν τῶν δαιμόνων καὶ καταφοράν· ἐφ' ᾧ καὶ κληδὼν ἐτυμολογεῖται παρ' αὐτοῖς παρὰ τὸ κλῶ τὸ καλῶ. Καὶ οἰωνίζετο δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὁ Μανασσῆς, ἤγουν τὰς τῶν ὀρνέων πτήσεις παρετηρεῖτο, κἀντεῦθεν τοῦ μέλλοντος καταστοχαζόμενος ἦν. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος ἔλεγεν. « Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον· καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. » Πρόσεχε οὖν ὅτι καὶ διὰ τῆς τοιᾶσδε πτήσεως τῶν ὀρνέων καὶ δι' ἤπατος προβάτων καὶ δι' ὀνείρων αὐτῶν ἐδόκουν οἱ παλαιοὶ τὸ μέλλον προορᾶν. Καὶ οἱ μὲν ἀρχαιότεροι ἐκεῖνοι, καθάπερ εἴρηται, καὶ πτήσεσιν ὀρνέων καὶ ἄλλοις τοιούτοις, κατά γε δοκοῦν αὐτοῖς, τοῦ μέλλοντος ἐστοχάζοντο.

B

At vero quod volatus avium, pecudum jecinora somniaque hoc illove modo observari nefas sit ac prohibitum, eum aliis ex argumentis et indiciis est perspicuum, iisque non paucis, tum ex illis quæ magnus noster Basilius est complexus. Declarans enim hoc in secunda visione adversus Judæos Isaiæ vatis dictum, cujus hæc ipsa verba sunt: « Referta est regio ipsorum ariolationibus, sicut **196** olim, cum eam extranei possiderent[21], » hujusmodi quædam subjicit: Vides quantum malum sit ariolatio, quod scilicet faciat ut homo ipsi deditus Dei cura prorsus excidat. At vero multi Christianorum citra ullum discrimen auribus ostenta captant, omina venantur, animum notis et signis advertunt. Sed audi tu, quid hoc loco dicatur, nimirum populum illum rejectum esse qui hæc curiose observaverit. Etenim complures divinationes, ut ariolationes, ominationes, auguria, lege Mosaica tanquam malorum geniorum inventa prohibentur. Nam exstant hæc in ea verba: « Non ulla vel omina vel auguria captabitis. Quippe nationes istæ, quas Dominus vestra causa de medio tollit, ariolationibus et aliis vaticiniis utuntur. Vobis autem Dominus Deus ille vester id nequaquam permittit[22]. » Absurdum enim fuerit, ut qui de præscriptis a Deo consilium habere potest, ad considerationem rerum agendarum animalia bruta pro consiliariis adhibeat, imo eis ne pro consiliariis quidem, sed magistris et legum quasi latoribus utatur. Itidem propositum sibi periculum et ante oculos imminens ignorat

C

Ὅτι δὲ τὸ παρατηρεῖσθαι τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε κεκώλυται, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐξ ὧν ὁ μέγας διείληφε Βασίλειος. Ἐπεξηγούμενος γὰρ τὸ ἐν τῇ κατὰ τῆς Ἰουδαίας δευτέρᾳ ὁράσει τοῦ προφήτου Ἡσαΐου ῥητὸν τὸ κατὰ λέξιν οὑτωσὶ διαλαμβάνον, ὅτι « Ἐνεπλήσθη ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν, ὡς ἡ τῶν ἀλλοφύλων, » καὶ τάδε διέξεισιν· Ὁρᾷς ἡλίκον κακὸν τὸ κληδονίζεσθαι. Ἔξω τῆς παρὰ Θεοῦ ἐπιμελείας ποιεῖ τὸν προσέχοντα αὐτῷ. Πολλοὶ τῶν Χριστιανῶν ἀδιαφόρως ὠτακουστοῦσι καὶ φήμας θηρῶνται καὶ συμβόλοις προσέχουσιν. Ἀλλ' ἄκουε ὅτι ἀπερρίφη ὁ λαὸς ὁ ταῦτα περιεργαζόμενος. Πολλαὶ γὰρ ἐκ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου μαντεῖαι καὶ κληδόνες καὶ οἰωνισμοὶ καὶ ὀρνιθοσκοπίαι διαβέβληνται ὡς δαιμόνων εὑρέματα. « Οὐκ οἰωνιεῖσθε, » γάρ φησιν, « οὐδὲ ὀρνιθοσκοπεῖσθε. Τὰ γὰρ ἔθνη, οὓς Κύριος ὁ Θεὸς ἐξολοθρεύει ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, οὗτοι κληδόνων καὶ μαντειῶν ἀκούσονται. Σοὶ δὲ οὐχ οὕτως δέδωκε Κύριος ὁ Θεός σου. » Ἄτοπον γὰρ τὸν ἔχοντα τὴν ἐκ τῶν δικαιωμάτων τοῦ Θεοῦ συμβουλὴν πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν πρακτέων σκέψιν συμβούλους ἑαυτοῦ παραλαμβάνειν τὰ ἄλογα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ συμβούλους, ἀλλὰ διδασκάλοις χρῆσθαι καὶ νομοθέταις. Καὶ τὸν μὲν ἑαυτοῦ κίνδυνον παρακείμενον καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ὄντα οὐκ οἶδεν ἡ ὄρνις, σοὶ δὲ τὸ μέλλον προαγορεύσει; Εἰ δὲ ἀπὸ δαιμόνων ἐνεργείας ἀπατηλῶς περιπέτονται, μή μοι καθέζου δεσποτῶν ὀπάταις προσκεχηνώς, μηδὲ γίνου διαβολικαῖς ἔκδοτος ἐνεργείαις, ὃς ἐπειδὰν ἅπαξ λάβῃ

D

[21] Isa. II, 6. [22] Deut. XVIII, 10.

ψυχὴν εὐάγωγον εἰς ἀπώλειαν, πάντα τρόπον αὐτῇ καταχρώμενος οὐκ ἀνίησιν. Ἀλλὰ καὶ κράζοντες κόρακες καὶ ἀετοὶ ἁλύοντες δι' ἀπορίαν θήρας τὴν δεισιδαίμονα καρδίαν πτήσσουσι. Καὶ τοσαύτη τοῦ ἐχθροῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον ὕβρις, ὥστε καὶ γαλῆ παραφανεῖσα καὶ κύων διακόψας καὶ ἄνθρωπος ἐπιφανὴς ἔωθεν τοὺς ἐντυγχάνοντας πάντη ποιοῦσιν ἐκπλήττεσθαι. Τί ἐλεεινότερον τοῦ τοιούτου βίου, πάντα ὑποπτεύειν, ὑπὸ πάντων ἐμποδίζεσθαι, δέον πανταχόθεν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπανάγειν; Ὅταν ἴδῃς ὄρνιθας διαπετομένους τὸν ἀέρα, μὴ τὰ σχήματα τῶν πτήσεων περιεργάζου, ἀλλὰ ταῦτα καταλιπὼν τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ἐπ' αὐτοῖς σοφίαν καὶ διακόσμησιν θαύμαζε, πῶς βάρος τοσοῦτον δι' ἀέρος φέρεται, πῶς ἡ ἀπαλὴ τοῦ ἀέρος φύσις ὄχημα γίνεται τῷ πτερῷ, πῶς τῇ μὲν ἐκτάσει τῶν πτερῶν ἐπινήχονται τῷ ἀέρι, τῇ δὲ οὐρᾷ οἷον πηδαλίῳ τὴν πτῆσιν ἑαυτῶν ἀπευθύνουσι. Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ μικρόψυχος καὶ ταπεινὰ φρονῶν τὰς τῶν ἀλόγων κινήσεις τῷ ἰδίῳ σκοπῷ συναρμόζειν ἐπιχειρεῖ, καὶ καταλιπὼν τὸν Θεὸν δαίμοσιν ἐπιβούλοις ἐκδέδωκεν ἑαυτόν. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

A avis: tibi vero quod futurum sit indicabit? Quoties aves malorum efficacitate fraudulenta geniorum hinc inde volant, noli horum dominorum, a quibus agitantur, fraudibus inhiando desidere, nec te diabolicis imposturis capi patitor. Quippe diabolus ubi semel nactus est, animum proclivem ad proprium interitum, omnibus eo modis abuti non desinit. Videmus autem crocitantes corvos et aquilas propter inopiam cibi oberrantes cordi superstitioso pavorem incutere. Tantaque adeo nostri hostis illius est in hominem petulantia, ut alicunde se offerens mustela, vel prospectans canis, vel ab ortu adventans homo magnam in eis formidinem excitent in quos forte inciderunt. Quid ejusmodi vita miserabilius esse possit, in qua omnia suspecta sint et negotia quævis ab omnibus impediantur? Potius undiquaque noster animus ad Deum revocandus est. Cum aves aera pervolantes intueris, noli figuram volatus curiose perscrutari, sed illis rebus omissis declaratam in eis sapientiam Creatoris et ordinationem admirare, qui scilicet fiat ut tantum pondus aerem permeet, quo pacto tenera istæc aeris natura volucrum alis pro vehiculo sit, qui per alarum extensionem in aere natent ac motu caudæ ceu clavi cujusdam volatum suum dirigant. In his enim Dei sapientia conspicitur. At homo quispiam pusilli animi et humilia tantum respiciens animalium rationis expertium motus instituto suo accommodare nititur, Deoque relicto malis se geniis dedit, qui reapse nihil aliud sunt quam insidiatores. Ac de his quidem rebus in hunc modum dictum esto.

B

Ὁ δέ γε διαληφθεὶς βασιλεὺς καὶ ἐγγαστριμύθους ἐποίησε, καὶ γνώστας ἤτοι μάντεις ἐπλήθυνε, καὶ τὸ πάντων ἀνοσιώτερον, ἐν τῷ Θείῳ νεῷ τὸ τῆς ἀκολάστου δαίμονος ἔστησεν ἄγαλμα. Οὐ μόνον δὲ εἰδώλοις ἐλάτρευεν ἐν ἔτεσι πεντήκοντα καὶ δύο, ἀλλὰ καὶ αἷμα ἀθῶον ἐξέχεεν, εἴτε προφητῶν εἴτε καὶ ἄλλων τινῶν εὐσεβῶν. Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἡσαΐαν ξυλίνῳ λέγουσι πρίσαι πρίονι. Πλὴν ὥς φησι Γεώργιος, Μαροδὰχ βασιλεὺς Ἀσσυρίων δεσμώτην ἤγαγε τὸν Μανασσῆν, καὶ βαλὼν ἐν φυλακῇ ἄρτῳ πιτυρίνῳ καὶ ὕδατι σὺν ὄξει ἔτρεφεν. Ὡς δὲ καὶ ὁ θειότατός φησιν Ἀναστάσιος, ἐξ ἱστορικῶν τινων τοῦτο μαθὼν, καὶ ζωδίῳ χαλκῷ παρὰ τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος ἐμβάλλεται· ἀλλ' ἔνδον τοῦ ζωδίου ὢν ἐπέγνω τε τὸν Θεὸν καὶ τὴν ὠδὴν ἔψαλλεν. Ἐφ' ᾧ καὶ δυνάμει Θείᾳ διερράγη τὸ εἴδωλον, καὶ ἄγγελος Κυρίου κατήγαγεν αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ ἔζησε τὸ λοιπὸν ἐν μετανοίᾳ, καὶ τὰ προλαβόντα διωρθώσατο. Τοσαῦτα δὲ εἰς Θεὸν ἐπλημμέλησεν ὡς καὶ τὸν Θειότατον Ἀναστάσιον οὕτως εἰπεῖν· « Εἰ Μανασσῆν ἔσωσεν ὁ Θεὸς, τολμῶ εἰπεῖν ὡς καὶ τὸν διάβολον ἔσωσεν ἄν, εἴπερ ἐπιστρέψαι ἠθέλησεν. »

C

197 Cæterum hic ipse rex, quo de agimus, etiam ventriloquos instituit et gnostarum sive divinatorum numerum auxit; quodque omnium maxime impium erat, impudicæ deæ simulacrum divino in templo statuit. Neque tantum deastros religiose coluit totos quinquaginta duos annos, verum etiam sanguinem innoxium tam virum quam aliorum quorumdam piorum hominum fudit. Quin et ipsum Isaiam perhibent ab eo serra lignea dissectum esse. Sed tandem, ut Georgius auctor est, Marodachus rex Assyriorum Manassem ab se captum et in vincula conjectum abduxit, ac pane de furfure confecto et aqua aceto permista aluit. Præterea divinus ille Anastasius commemorat, accepta haud dubie hujusmodi narratione quibusdam ex

D

historicis, Manassem in animal quoddam aheneum a rege Babylonio conclusum fuisse; in quo deinceps Deum agnovit et carmen illud suum cecinit. Quapropter divina vi simulacro rupto angelus eum Hierosolyma reduxit, ubi deinceps in anteactorum pœnitentia vixit et priora delicta emendavit. Tot autem tantaque facinora Manasses patravit, ut divinus ille Anastasius dicere non dubitaverit: «Si Manassem Deus servavit, equidem ausim dicere quod etiam diabolum ipsum servaturus fuerit, si reverti ad Deum voluisset.»

Μετὰ δὲ Μανασσῆν ἐβασίλευσεν Ἀμμὼς ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Οὗτος τὴν μὲν πατρικὴν ἀσέβειαν ἐμιμήσατο, οὐ μὴν δὲ τὴν μετάνοιαν. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι διὰ τί τοῦ μὲν Μανασσῆ τὴν ἐπιστροφὴν ἀνέμεινεν ὁ Θεὸς, τοῦ δὲ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀμμὼς οὐχί, ἀλλ' ἐθέρισεν αὐτὸν ἔτη δύο βασιλεύσαντα. Φησὶ γὰρ ἡ Γραφὴ, « Καὶ παρελογίσατο Ἀμμὼς λογισμὸν πο-

Post Manassem Amosus filius ejus imperium obtinuit. Is paternam quidem impietatem est æmulatus, at non pœnitentiam. Fuerit autem pretium operæ inquirere quamobrem Deus Manassis quidem pœnitentiam exspectaverit, sed non itidem filii quoque ipsius Amosi, quem annis duobus regno potitum, ut sacræ Litteræ loquuntur, instar maturæ

segetis demessuit. Nimirum cogitationem quamdam pravam apud animum instituit Amosus, cum secum ita loqueretur: «Pater meus a puero multa scelerate fecit, ac in senecta pœnitentiam egit. Quamobrem et ipse hac in ætate pro animi mei libidine me geram, et deinceps ad Dominum me convertam.» Hac igitur de causa Deus pœnitentiam ipsius nullo modo factus erat melior.

A νηρὸν, καὶ εἶπεν· Ὁ πατήρ μου πολλὰ ἐκ νεότητος παρηνόμησε, καὶ ἐν γήρει μετενόησε. Καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὼς ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς Κύριον. » Διὰ τοῦτο οὐκ ἀνέμεινεν ὁ Θεὸς, διότι οὐκ ἐσωφρονίσθη ἀφ' ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ πέπονθεν.

non exspectavit, quando paternis calamitatibus

Eum Josias filius in regno secutus est. Is Davidis, sui generis auctoris, pietate præditus fuit. Ac primum quidem templi curam habuit, everso inter alia etiam illo fano quod Solomo Sidoniorum piaculo Astartæ condiderat. Deinde cum perscripta in Deuteronomio divina oracula ipsi recitata fuissent, non solum vestem suam dilaceravit, sed etiam maximopere lacrymis suam miseriam deploravit. B Quamobrem Deus adversus ipsum quidem fanum atque populum sententiam suam pronuntiavit, verum regi prospera quæque prædixit. «Quoniam, inquit, **198** præceptis meis auditis cor tuum se demisit, tuque vestimenta tua dilacerasti et coram me lamentatus es, oculi tui cuncta illa mala non aspicient, quibus ego familiam hanc affecturus sum.» Idem rex simulacrorum vasa in torrentem Cedronem confracta dejecit, et Bethele deastrorum sacrificos concremavit, quemadmodum Joelus homo divinus futurum vaticinatus fuerat. Ejusdem Josiæ regis imperio, quemadmodum Georgius memoriæ prodidit, urbs Byzantium a Byzo Thracum rege condita est.

Μετὰ τοῦτον Ἰωσίας ὁ ἔγγονος αὐτοῦ. Οὗτος τοῦ προγόνου Δαβὶδ ἐκτήσατο τὴν εὐσέβειαν. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπεμελήθη τοῦ ναοῦ, κατασκάψας πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν οἶκον ὃν ᾠκοδόμησε Σολομὼν τῇ Ἀστάρτῃ προσοχθίσματι Σιδονίων· ἔπειτα δὲ τῶν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ θείων λόγων ἀκούσας καὶ τὴν ἐσθῆτα διέῤῥηξε καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐθρήνησε. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς κατὰ μὲν τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ ναοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε, τῷ δὲ βασιλεῖ χρηστὰ προηγόρευσεν· « Ἀνθ' ὧν, » γάρ φησιν, « ἤκουσας τῶν λόγων μου καὶ ἠπαλύνθη ἡ καρδία σου, καὶ διέῤῥηξας τὰ ἱμάτιά σου καὶ ἔκλαυσας ἐνώπιόν μου, οὐκ ὄψονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακὰ ἃ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦτον. » Καὶ τὰ μὲν σκεύη τῶν εἰδώλων ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῶν Κέδρων συνέτριψεν, ἐν δὲ τῇ Βαιθὴλ τοὺς τῶν εἰδώλων ἱερέας κατέκαυσε, κατὰ τὴν προφητείαν Ἰωὴλ ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. Ἐπὶ μέντοι τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἰωσίου, ὥς φησι Γεώργιος, ἐκτίσθη τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Βύζου βασιλέως Θρᾳκῆς (40).

Secundum hæc sciendum Hierosolymam a Nabuchodonosore ter spoliatam esse, videlicet regnantibus Joacimo, Jechonia et Sedecia, quemadmodum Georgius scripsit. Theodoretus autem, divinissimum vatem Jeremiam secutus, ex Joacimo et Jechonia facit unum eumdemque regem. Sedecias vero, sicut magnus Epiphanius meminit, effossis oculis Babylonem abductus et in pistrinum conjectus ibidem annos viginti sex contrivit, ac tandem honorifice vicissim est habitus. Sunt igitur anni regum, quotquot a Davide ad Sedeciam usque Hierosolymis imperarunt, in unum collecti 498, et reges ipsi viginti duo, Davidici generis omnes. Samariæ vero regnarunt 18, ab Hieroboamo usque ad Oseam, sub quo Salmanasar Samariam delevit ac regnum ejus evertit, Samaritanorum loco deductis eo coloniis Assyriorum, a quibus ortæ sunt Samaritanorum et Sadducæorum hæreses. Cum autem a leonibus hi devorarentur subito in ipsos irruentibus, deque

C

Ἰστέον ὅτι τρίτον ἐπόρθησε τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐπὶ Ἰωαχεὶμ Ἰεχονίου, καὶ ὕστερον ἐπὶ Σεδεκίου, ὥς φησι Γεώργιος. Ὁ δὲ Θεοδώρητος Ἰωακεὶμ καὶ Ἰεχονίαν τὸν αὐτὸν εἶναι λέγει, τῷ θειοτάτῳ Ἱερεμίᾳ ἑπόμενος. Ὁ δὲ Σεδεκίας κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον τυφλωθεὶς καὶ εἰς Βαβυλῶνα ἀπαχθεὶς ἐνεβλήθη μύλωνι ἐπὶ ἔτεσιν εἴκοσι καὶ ἕξ, εἰ καὶ ὕστερον ἐτιμήθη. Γίνονται οὖν ὁμοῦ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλευσάντων ἀπὸ Δαβὶδ ἄχρι Σεδεκίου τὰ ἔτη υϟ' καὶ η', οἱ δὲ βασιλεῖς εἴκοσι καὶ δύο πάντες ἐξ ἑνὸς γένους τοῦ Δαβίδ. Οἱ δὲ ἐν Σαμαρείᾳ βασιλεύσαντες ιη', ἀπὸ Ἱεροβοὰμ ἕως Ὡσηὲ, ἐφ' οὗ πέπαυται καὶ ἀπώλετο Σαμάρεια ὑπὸ Σαλμανασάρ. Ἀντὶ δὲ τῶν Σαμαρειτῶν Ἀσσύριοι ἐκεῖσε κατῴκησαν, ἐξ ὧν οἱ αἱρετικοὶ Σαμαρεῖται καὶ Σαδδουκαῖοι. Οὗτοι μὲν οὖν ὑπὸ λεόντων βιβρωσκόμενοι ἐξαπίνης αὐτοῖς ἐμπιπτόντων, καὶ μαθόντες; ἀπὸ γερόντων ἀρχαίων τὸν τιμώμενον ἐκεῖσε Θεὸν, καὶ ὅτι παρ' ἐκείνου τὰ τοιαῦτα πά-

D

(40) Byzus hic Thraciæ rex, Byzantii conditor, dicitur aliis Byzas. Ex ista vero pericope, aliisque quibusdam, lector discet, non esse integrum Georgii Syncelli chronicon, suisque omnibus partibus absolutum, quod e codice ms. Bibliothecæ Regiæ a R. P. Jacobo Goaro ord. Præd. typis Regiis excusum prodiit, sed quædam adhuc in eo desiderari, ex aliis, si quæ forte occurrant, uberioribus membranis supplenda. Advertat autem lector fœde allucinatum nostrum Glycam fuisse, dum Jechoniam rezem cum ejus successore Sedecia reclamantibus

sacris paginis confudit. Neque enim Sedecias in Babylonem deductus, ullo postea in honore consenuit, sed Joachim, Joakimi filius, qui etiam dictus est Jechonias, de quo hæc sacer scriptor cap. ultimo libri quarti Regum : Καὶ ἐγενήθη ἐνιαυτῷ τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς ἀποικίας τοῦ Ἰωαχὶμ βασιλέως Ἰούδα . . . . . *Factum est vero in anno* 37 *transmigrationis Joachim regis Juda mense* 12, *die* 27 *mensis, sublevavit Evilmerodach rex Babylonis caput Joachim regis Juda de carcere · et locutus est*, etc.

σχουσι, τὴν τοῦ Μωσέως ἐπικτῶνται πεντάτευχον· καὶ οὕτω τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐπιγνόντες ἀβλαβεῖς τοῦ λοιποῦ διετηρήθησαν, εἰ καὶ εἰς αἱρέσεις ἐντεῦθεν ἐξώκειλαν, ἅτε μὴ κατ' ὀρθὸν λόγον ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐγκύπτοντες. Τὰ δὲ ἔτη τῶν βασιλευσάντων ἐν Σαμαρείᾳ σν' καὶ γ', ἐκ διαφόρων μὲν γεγονότων, πάντων δὲ πεποιηκότων τὸ πονηρὸν κατὰ τὴν ἁμαρτίαν Ἱεροβοάμ.

Τὴν μὲν οὖν ἀπὸ Περσίδος τῶν Ἰουδαίων ἐπάνοδον ἐξηγήσατό τε ὁ Ἔσδρας καὶ συνεγράψατο. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπανόδου κατὰ τὸν Ἰώσηπον αὕτη. Τρεῖς στρατιῶται φυλάσσοντες τὸν βασιλέα, ἐν οἷς ἦν καὶ Ζοροβάβελ, ἤρισαν ἐν προβλήματι τεθείσης συμφωνίας αἰτῆσαι τὸν νικῶντα ἅπερ ἂν ἐθελήσῃ παρὰ τοῦ βασιλέως. Τοῦ τοίνυν ἑνὸς εἰπόντος νικᾷν τὸν οἶνον, καὶ τοῦ ἑτέρου τὸν βασιλέα, ὁ Ζοροβάβελ εἶπε νικᾷν τὰς γυναῖκας, καὶ ὑπὲρ πάντα τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα εἰρηκὼς νενίκηκε, καὶ ἤκουσεν αἰτήσασθαι ἃ βούλεται, ἠξίωσεν αὐτὸν ἀφεθῆναι τὴν αἰχμαλωσίαν. Ὃ δὴ καὶ γέγονε· τηνικαῦτα καὶ γὰρ ἐπληροῦντο τὰ ο' ἔτη τῆς θείας ὀργῆς. Καὶ οἱ μὲν οἰκοδομοῦντες τὸν ναὸν ἦσαν Ζοροβάβελ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, οἰκοδομηθῆναι δὲ ὁ τοιοῦτος ἔφθασε ναὸς τὴν δευτέραν ταύτην οἰκοδομὴν ἐν χρόνοις μς' διὰ τὸ παρὰ τῶν γειτονούντων ταύτην κωλύεσθαι· ἡ γὰρ πρώτη ἐν χρόνοις εἴκοσι ἐγένετο παρὰ Σολομῶντος, ὡς Ἔσδρας ἱστορεῖ. Καὶ τὴν μέντοι ἀπὸ Βαβυλῶνος τῶν Ἰουδαίων ἐπάνοδον, ναὶ μὴν καὶ τὴν τῶν νεκρῶν παγκόσμιον ἀνάστασιν αἰνιττόμενος ὁ Θεὸς ὑπέδειξε τῷ Ἰεζεκιὴλ πεδίον πλῆρες ὀστῶν νεκρῶν, ἃ παραδόξως ἐζωογονήθησαν. Ὁ μὲν οὖν Ἔσδρας εὐφυὴς ὢν προεκόμισε τότε τὸν νόμον, καὶ ἀνέγνω, καὶ ὑπετύπωσε πάντα τὰ κατὰ τὸ ἱερὸν, καὶ τοὺς λαβόντας ἀλλογενεῖς γυναῖκας ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας ἐκβαλεῖν πεποίηκε. Καὶ οὕτω πάντες καθαρισθέντες ἐποίησαν τὸ Πάσχα. Ἀλλὰ καὶ αὖθις γυναῖκα; ἑωρακὼς Ἀζωτίους Ἑβραίοις ἐπιμιγείσας, καὶ ὀρηνήσας, ἔπεισε τὸν λαὸν ταύτας ἐκβαλεῖν ὡς γάμον παράνομον. Λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὡς εἰ μὴ ἦν ὁ Ἔσδρας, οὐκ ἂν οὐδὲ ἓν βιβλίον διά γε τὴν τῶν Ἰουδαίων ῥᾳθυμίαν καὶ τὴν πολυχρόνιον αἰχμαλωσίαν μέχρι τοῦ νῦν διεσώζετο. Προσσχεῖν δὲ ἄξιον καὶ τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ ἐν τοῖς κατὰ Ἰουλιανοῦ καὶ τάδε περὶ τούτου διειληφότι· Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀπεκομίζοντο οἱ Ἰουδαῖοι καὶ νόμῳ τῷ διὰ Μωσέως παιδαγωγεῖσθαι πάλιν ἐσπούδαζον, τότε δὴ τότε παρ' αὐτοῖς ἐδέχετο σκῆπτρον Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ὥστε εἰ καὶ καταλῆξαί φησιν ὁ παράφρων εἰς Σεδεκίαν τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν, ματαιάζειν ἔοικε προφανῶς, εἴ γε μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν τίς τῆς βασιλείας; θώκοις ὁ Ζοροβάβελ ἐνιδρυμένος; ἐφαίνετο. Οὗτος μὲν οὖν παρέπεμψε τὸ σκῆπτρον διὰ τῶν ἐφεξῆς μέχρι τῆς Ἡρῴδου βασιλείας, ὃς μητρὸς μὲν γέγονεν Ἰουδαίας, ἀλλογενοῦς δὲ πατρός. Ἐκλελοιπότων γὰρ οὕτω τῶν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς τὸ

senioribus educti fuissent quinam iis in locis Deus antiquitus coli consuevisset, a quo malis ejusmodi afficerentur, quinque Mosis volumina receperunt, eoque modo agnito vero Numine nihil ab eo tempore mali perpessi sunt, quanquam in sectas quasdam deinceps etiam exorbitarunt, ut qui recta ratione libros sacros non inspicerent ac pervolverent. Anni autem illorum qui Samariæ regnarunt sunt 253, ac fuerunt hi diversis orti familiis, et omnes ad exemplum Jeroboami se impie gesserunt.

Judæorum autem e Perside reditum scriptis libris Esdras est complexus. Ejus autem reversionis hæc fuit occasio, sicuti Josephus quidem memoriæ prodidit. Tres milites, satellites regii, quorum erat in numero Zorobabelus, contendebant inter sese per occasionem pacti conventi, ut qui vicisset, potestatem haberet a rege petendi quidquid vellet. Cum igitur unus dixisset vincere vinum, alter regem, Zorobabelus feminas vincere statuit, ante omnia vero veritatem. Quod verbum ubi protulisset, victoriam cæteris eripuit petereque jussus est quod libuisset. **199** Tum ille nationem suam captivam in libertatem restitui postulavit, idque continuo factum est : quippe tum etiam 70 illi anni divinæ iræ completi erant. Exstruebant autem deinceps Hierosolymitanum templum Zorobabelus et Jesus Josedeci filius, neque perfici secunda istæc structura potuit ante annum quadragesimum sextum, quod a finitimis nationibus impediretur. Prior vero intra vicesimum annum a Solomone absoluta fuerat, ut Esdras commemorat. Cæterum exemplo quodam declarare volens Deus non modo Judæorum e Babylone reditum, sed etiam universalem ex mortuis resurrectionem, Jezechielo campum ossibus cadaverum plenum ostendit, quæ novo et inusitato modo vitam recuperabant. Esdras autem, vir præstantis ingenii, legem id temporis protulit, eaque recitata templi structuram universam lineis deformavit. Effecit etiam ut quicunque peregrinas uxores durante captivitate duxissent, excluderentur; quo pacto lustratis omnibus Pascha celebratum est. Cumque rursum vidisset Hebræos quosdam cum Azotiis mulieribus consuescentes, deplorato malo auctor populo fuit ut earum conjugio tanquam illegitimo valedicerent ipsasque feminas repudiarent. Hoc quoque memoriæ proditum est, quod absque hoc viro fuisset, ne unum quidem librum sacrum habituri essemus, ob Judæorum negligentiam diuturnamque captivitatem. Animadvertendum hoc etiam, quod eximius ille Cyrillus in libris adversus Julianum scriptis exposuit. Posteaquam, ait, in patriam suam Judæi reversi fuissent, seque rursus ad præscriptum legis a Mose traditæ magno studio conformare cœpissent, Zorobabelus Salathieli filius ex Judaica tribu regnum apud eos occepit. Quapropter cum vesanus ille Julianus regnum Davidis in Sedecia finem habuisse dicit, palam delirat, quando post captivitatis tempus in regio solio Zorobabelus consedit. Idem ad posteros sceptrum trans-

misit usque ad Herodis imperium, qui matre quidem Judæa prognatus fuit, patre vero extraneo. Quippe cum defecissent ex tribu Judaide principes, Christus exspectatio gentium natus est. Herodes autem, cujus mentionem modo faciebamus, cum opem Augusto Cæsari suis impensis atque sumptibus id temporis tulisset, quo contra Cleopatram copias ducebat, regnum Judaicum tanquam literale navatæ operæ præmium ab eo consecutus est. Ac de his quidem hactenus.

A ἄρχειν λαχόντων ἐγεννήθη ὁ Χριστός· ὃς καὶ γέγονεν ἐθνῶν προσδοκία. Οὗτος μὲν οὖν, ὁ διαληφθεὶς δηλονότι Ἡρώδης, τῷ Αὐγούστῳ συμμαχήσας Καίσαρι μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλωμάτων, ἡνίκα κατὰ Κλεοπάτρας ὥρμησε, τὸ βασιλεύειν ἐν Ἰουδαίᾳ ὥσπερ τι παρ' ἐκείνου φιλοτίμημα ἔλαβε. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

200 Cæterum cum Nabuchodonosor magnifice semet jactaret ejus urbis nomine quam condendo ad elegantiam insignem perduxisset, vox quædam de cœlo est audita, quæ hujusmodi verba pronuntiaret : « Regnum tuum, Nabuchodonosor, jam tibi periit, adeoque abigeris a mortalium cœtibus, inter feras belluas deges, agri gramine vesceris, anni denique septem hoc modo tibi peragentur, donec agnoveris esse quemdam excelsissimum, cujus dominatu ac potestate regna mortalium continentur[23]. » Quæ ubi dicta fuissent, eadem hora respondit eventus. Nam inter alia crimes ejus excreverunt ad leoninorum crinium magnitudinem, itidemque consecutus est ungues qui volucrum ungues æquarent. Hæc autem propterea perpessus est, quod inter alia nimis magnos sumpsisset animos ob conspectam in somno imaginem. Nam deum se putabat esse. Qua ductus opinione simulacrum suum erexit, ut adoraretur, incensa etiam fornace, in quam præcipitarentur, si qui facere imperata renuissent. Secundum hæc alterum illud somnium habuit, in quo videbat arborem ad cœlum usque pertingentem, in qua omnis generis volucres cantillarent. Secuta est vox cœlitus edita, quæ resectionem arboris, radice tamen excepta, minitabatur. Illud etiam somnium Danielus interpretatur, simulque futurum prædicit ut annos septem inter belluas montanas vagaretur ; quo tempore exacto regnum, sicut etiam accidit, recuperaret.

B Τοῦ Ναβουχοδονόσορ δὲ μεγαλαυχοῦντος καὶ μεγαλορρημονοῦντος ἐφ' ᾗ πόλει παγκάλῳ ἔκτισε, φωνὴ γέγονεν ἐξ οὐρανοῦ λέγουσα· « Ναβουχοδονόσορ, ἡ βασιλεία σου παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκδιώξουσί σε, καὶ μετὰ θηρίων ἡ κατοίκησίς σου, καὶ χόρτον ἀγροῦ ψωμιοῦσί σε. Καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σὲ, ἕως οὗ γνῷς ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων. Καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ταῦτα συνετελέσθησαν, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις ἐμεγαλύνθησαν αἱ τρίχες αὐτοῦ ὡς λέοντος καὶ οἱ ὄνυχες ὡς ὀρνέου. » Ταῦτα δὲ πέπονθεν ἅτε μεγαλαυχήσας ἐπὶ τῷ τῆς εἰκόνος ὁράματι· θεὸν γὰρ ἐντεῦθεν ἑαυτὸν ὑπέλαβεν. Ὅθεν καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ἵστησι τοῦ προσκυνεῖσθαι ἕνεκεν, καὶ τὴν κάμινον ἐκείνην ἀνῆψεν. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁρᾷ δεύτερον ὄνειρον, δένδρον εἰς οὐρανὸν φθάνον, παντοίως πετεινοῖς περιπομένον. Φωνὴ ἄνωθεν τομὴν ἀπειλοῦσα τοῦ δὲ ὄρου, ἄνευ μέντοι τῆς ῥίζης. Σαφηνίζει καὶ τοῦτο τὸ ὅραμα ὁ Δανιὴλ, C καὶ ἐπταετίαν λέγει αὐτὸν συναγελάζεσθαι τοῖς ἐν ὄρεσι θηρίοις, εἶτα πρὸς τὴν βασιλείαν ἐπανελθεῖν. Ὅ τι δὴ καὶ γέγονε.

Nabuchodonosoris in imperio successor fuit filius ipsius, ac post eum filius alter Balthasarus. Hic instituto convivio, cum magnates suos invitasset, forte sedebat temulentiæ gulæque deditus, adhibitis illud ad convivium sacris etiam vasis quæ Nabuchodonosor e divina Hierosolymorum æde secum abstulerat. Hanc ob causam iratus Deus adversarios invidentes sibi perdere in universum statuit. Quapropter accidit ut rex Balthasarus in albario parietis opere domus illius, qua in domo sessitabat convivium celebrans, manus articulos cerneret atque litteras, quæ hujusmodi quiddam indicarent : « Mane thecel phares. » Quibus verbis rex non mediocriter perturbatus suos de iis sapientes consulit. Qui cum nihil eorum se intelligere sacramento confirmassent, Danielus vates arcessitur. Nam vaticinandi vis in eo palam facta jam ante fuerat, cum visum illud nocturnum Nabuchodonosoris sane admirandum et indicaret et declararet. Quippe visus ille sibi fuerat videre per quietem statuam quamdam ingentis magnitudinis, quam lapis absque manu revulsus a monte contriverit. Verum ipsius somnii fuerat obli-

Μετὰ τοῦτον κρατεῖ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, εἶτα ὁ ἕτερος υἱὸς αὐτοῦ Βαλθάσαρ. Οὗτος συμπόσιον ποιήσας καὶ τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ συγκαλεσάμενος ἐκάθητο μεθύων καὶ γαστριζόμενος, ὑπηρετούμενα ἔχων τῷ τοιούτῳ συμποσίῳ τὰ ἱερὰ σκεύη ἐκεῖνα ἅπερ ὁ Ναβουχοδονόσορ ἀφείλετο τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις θείου ναοῦ. Ἐπὶ τούτοις ὀργίζεται ὁ Θεός. Ἐφ' ᾧ καὶ παντελῆ καταψηφίζεται τῶν αὐτοῦ καταφρονούντων ἀπώλειαν. Ὁρᾷ λοιπὸν ὁ Βαλθάσαρ ἐπὶ τῷ κονιάματι τοῦ οἴκου, ἐν ᾧ ἐκάθητο, ἀστράγαλον χειρὸς D καὶ γράμματα οὕτω διαγορεύοντα· « Μανὴ Θεκὲλ φαρές. » Ὅθεν καὶ οὐ μικρῶς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τούτοις ἀπορεῖ. Ἐρωτᾷ περὶ τούτων τοὺς ἑαυτοῦ σοφούς· οἱ δὲ μηδὲν εἰδέναι ὁμνύουσι. Μεταπέμπεται καὶ ὁ προφήτης Δανιήλ· ἔφθασε γὰρ ἡ ἐν αὐτῷ προφητικὴ δύναμις γενέσθαι κατάδηλος, ἡνίκα τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην τοῦ Ναβουχοδονόσορ ὄρασιν καὶ εἶπεν καὶ διεσάφησεν. Εἰκόνα γὰρ εἶδε κατ' ὄναρ πολύχρουν καὶ λίθον ἄνευ χειρὸς ἐξ ὄρους τμηθέντα καὶ τὴν εἰκόνα συντρίψαντα. Ἀλλ' ἐπελάθετο τοῦ ὁράματος. Ἔξυπνος γεγονὼς μαθεῖν ἐζήτει τὴν ὄρασιν. Καὶ πάντων ἀπορούντων τῶν αὐτοῦ σοφῶν τε καὶ

[23] Dan. IV, 22.

ἐπαοιδῶν (Θεοῦ γὰρ ἔλεγον τὰ τοιαῦτα πράγματα), ὁ προφήτης μετεκλήθη Δανιὴλ, καὶ ὡς εἶχε τὰ τῆς ὁράσεως τῷ βασιλεῖ διεσάφησε. Μανθάνει ταῦτα καὶ Βαλθάσαρ, καὶ τὸν προφήτην οὐ μικρῶς αἰτεῖ περὶ τῆς ἐπιλύσεως τῶν ὁραθέντων ἐκείνῳ γραμμάτων. Πείθεται οὖν καί φησι πρὸς αὐτόν· « Μανῆ, ἠρίθμησεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου καὶ ἐπλήρωσε· τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύει ἡ Σύρα γλῶττα καὶ Ἑβραΐς. Θεκὲλ, ἐστάθμησεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου, καὶ εὑρέθη ὑστεροῦσα. Φαρὲς, διῄρηται καὶ ἡ βασιλεία σου καὶ ἐδόθη Πέρσαις καὶ Μήδοις. » Τότε καὶ γὰρ μόνων ἦν ἡ βασιλεία τῶν Βαβυλωνίων. Ὁ τοίνυν Βαλθάσαρ τὰ συμβησόμενα αὐτῷ δεινὰ μεμαθηκὼς οὐ μόνον οὐκ ἐδυσχέρανε κατὰ τοῦ Δανιὴλ, ἀλλὰ καὶ ὡς ὑπέσχετο, δωρεαῖς αὐτὸν μεγίσταις ἠμείψατο, πορφύραν ἐνδύσας καὶ χρυσοῦν μανιάκιον. Ἀλλὰ καὶ ἐρωτήσας αὐτὸν ὅπως ἐξευμενίσαι δυνηθείη τὸ Θεῖον, ἤκουσεν· « Ἐν ἐλεημοσύναις τὰς ἁμαρτίας σου λύτρωσαι, καὶ ἀσέβειάν σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. »

tus. Quapropter experrectus quodnam fuisset nocturnum illud visum, cognoscere **201** gestiebat. Hic cum omnes ipsius sapientes ac magi de re desperassent, quod effari talia solius esse Dei dicerent, tandem vates Danielus arcessitus regi somnium suum exposuit. Hæc ita tum fuisse gesta Balthasar cognoscit. Quapropter vatem sollicite rogat ut quid ea sibi litteræ vellent, quas conspexisset, declararet. Cui Danielus acquiescens, « Verbum, inquit, Mane denotat Deum annos regni tui numerasse ac complevisse; nam significationem numerandi tam Syra quam Hebræa in lingua habet. Thecel appendit ad stateram Deus regnum tuum, idque justo pondere deficere deprehendit. Phares divisum est regnum tuum ac Persis Medisque concessum[24]. » Etenim id temporis soli Babylonii per orbem regnabant. Has calamitates cum imminere sibi Balthasar de vatis indicatione cognovisset, non modo non succensuit Danielo, verum etiam, uti pollicitus fuerat, amplissimis eum muneribus ornavit, purpura videlicet aureoque torque donatum. Cumque vatem interrogasset quo pacto numen divinum placare posset, responsum hujusmodi tulit : « Beneficentia redime delicta tua, et impietatem tuam commiseratione erga pauperes. »

Μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύει κατὰ Βαβυλωνίων ὁ Δαρεῖος (41), κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ πρόρρησιν, καὶ ἄγει σὺν τοῖς λοιποῖς αἰχμαλώτοις καὶ αὐτὸν τὸν Δανιὴλ, ὃν καὶ διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς. Φθονοῦσιν αὐτῷ οἱ σατράπαι. Πείθουσι τὸν βασιλέα τοιάνδε θέσθαι κέλευσιν, ὃς ἂν εὑρεθείη εὐξάμενος εἰς Θεὸν, τῷ τῶν λεόντων ἐμβληθῆναι λάκκῳ. Ὁ γοῦν Δανιὴλ μηδὲν τούτων φροντίσας; ἤυχετο εἰς Θεόν. Ἐφ᾽ ᾧ καὶ τοῖς λέουσι παραδίδοται. Ἀλλὰ σῶος τῇ ἐπαύριον τοῦ λάκκου ἐξέρχεται. Τῶν δὲ εἰπόντων μὴ ἄλλως τὸν Δανιὴλ σωθῆναι, εἰ μὴ κατακορεῖς ἦσαν οἱ λέοντες, τί γίνεται; Τοῖς λέουσι καὶ αὐτοὶ παρατίθενται, καὶ εὐθέως βορὰ τούτοις γίνονται. Μετὰ ταῦτα, ἤγουν μετὰ τοὺς λέοντας, τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀνερχόμενα τέσσαρα θηρία ὁρᾷ· καὶ ὁ Γαβριὴλ δὲ ἐν πεδίῳ τινὶ διαλέγεται αὐτῷ καὶ τὰ μέλλοντα διδάσκει.

Secundum hæc Darius exercitum in Babylonios ducit, quemadmodum Danielus futurum prædixerat. Is inter captivos cæteros ipsum quoque Danielum abduxit, et magno deinceps in pretio habuit. Hinc orta satraparum invidia : persuadent regi mandatum ut publicaret, quo significaretur leonum in foveam abjiciendum esse, qui a Deo quidquam petere deprehenderetur. Hoc edictum Danielus minime reveritus, Deum precibus implorabat. Quamobrem leonibus objicitur, sed altero mox die salvus e fovea progreditur. Hic illi dicere Danielum alia nulla de causa incolumem evasisse quam quod leones saturi fuissent. Quid inde factum? Ipsi quoque leonibus objiciuntur, et ab eis continuo devorantur. Post id temporis Danielo visum effertur, quo e mari animalia quatuor egredi cernit; angelusque Gabrielus quodam in prato cum ipso colloquens futura declarat.

Μετὰ ταῦτα κρατε. Κῦρος ὁ Πέρσης, τὸν τοῦ Ἀστυάγου Δαρεῖον ἀνελὼν καὶ τὸν Κροῖσον ἀφαλίσας. Τότε δὴ, τότε ὁ Δανιὴλ καὶ τὸ τῶν Βαβυλωνίων εἴδωλον, αὐτὸν δηλαδὴ τὸν Βήλ, ἐκ μέσου πεποίηκε, καὶ τὴν τῶν ἱερέων κακουργίαν διὰ τῆς αἰθάλης ἀπήλεγξεν. Ἀναιρεῖ δὲ καὶ τὸν παρ᾽ ἐκείνοις τιμώμενον δράκοντα. Εἶτα τί; Ἐπανίστανται κατὰ τοῦ Κύρου ὡς, ὅθεν ἰουδαΐζοντος οἱ ἱερεῖς, ἔκδοτον λαμβάνουσι τὸν Δανιὴλ, καὶ ἐν ἓξ ἡμέραις λάκκῳ κατακλείουσιν, ἐπτὰ λέουσι παραδόντες αὐτόν. Ἀλλὰ βλητὸς καὶ τότε ἀβλαβὴς διαμένει. Τηνικαῦτα καὶ ὁ Ἀβακοὺμ ἐν ἀκαρεῖ τῷ Δανιὴλ ἐφίσταται, καὶ ταῦτα τοῦ λάκκου ἐσφραγισμένου ὄντος, τὸ τῶν

Deinceps imperio Cyrus Persa potitur, Dario Astyagis filio exstincto sublatoque de medio rege Cræso. Id temporis Danielus Belum simulacrum Babyloniorum abolevit, et improbitatem sacrificorum per cinerem coarguit. Sustulit item draconem illum quem religiose venerabantur. Hinc factum ut orta sacrificorum seditione adversus Cyrum, quasi jam aperte judaizantem, Danielus eis dederetur et totos sex dies in eadem cum septem leonibus fovea concluderetur. Verum ne tum quidem **202** aliquid detrimenti accepit. Quin etiam vates Abbacumus in oculi momento ad Danielum pervenit, quanquam fovea ipsa obsignata foret, eique coctum messori-

[24] Dan. v, 26.

(41) Quæ hic narrantur de expeditione Darii Medi in Babylonios, et, de captivitate Danielis non consonant sacris paginis, nec quæ subjiciuntur de Cyro eumdem Danielem permittente concludi in eadem cum septem leonibus fovea. Tanti est ipsos adire fontes, nec in hauriendis lacunis hærere.

bus in Judæa cibum defuit. Ejusmodi sunt divina prodigia. Vates idem et Daniele adest, et a messoribus non desideratur.

Cyrum in regno Cambyses filius, qui et Nabuchodonosoris cognomentum habuit, secutus est. Ejus copiarum imperator fuit Holophernes ille, quem cum Juditha prudenter necasset ac rebus ipsius omnibus potita fuisset, non tamen insolenter animos sumpsit, sed omnibus Deo consecratis in viduitate solitaque continentia vixit ad annum usque 105. Post Cambysem magnus quidam Smerdis regnum occupavit. Eum Darius Hystaspis filius est consecutus, sub quo Zorobabel et Jesus fanum, quod annos totos 40 neglectum jacuerat, rursum ædificando perfecerunt. Post Darium regnavit Artabanes, quem Artaxerxes Longimanus excepit. Ejus ætate Sophocles, Heraclitus, Anaxagoras, Pythagoras, Thucydides, Euripides, Herodotus, Empedocles, Diogenes, Hippocrates, Plato, Aristoteles clari fuerunt. Post Artaxerxem hunc et alius Artaxerxes exstitit, succedentibus ordine sibi Persarum regibus usque ad Darium Arsamis filium, quo dejecto sublatoque regnum Persicum Alexander evertit et orbis imperio potitus est.

A υεριστων ἐξ Ἰουδαίας βρῶμα κομίζων αὐτῷ· ταῦτα καὶ γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια. Καὶ τῷ Δανιὴλ ἐπέστη, καὶ τῶν θεριστῶν οὐκ ἀπελιμπάνετο.

Μετὰ δὲ Κῦρον Καμβύσης ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Ναβουχοδονόσορ ἐπικληθείς, οὗ στρατηγὸς Ὀλοφέρνης, ὃν ἡ Ἰουδὴθ πανσόφως ἀποκτείνασα καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ λαβοῦσα οὐχ ὑψώθη τὴν καρδίαν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τῷ Κυρίῳ ἀναθεμένη τῇ χηρείᾳ ἐδούλευσε, μετὰ τῆς συνήθους ἐγκρατείας ζήσασα ἔτη ρε'. Μετὰ τοῦτον Σμέρδις ὁ Μάγος, εἶτα Δαρεῖος ὁ τοῦ Ὑστάσπου, ἐφ' οὗ ὁ Ζοροβάβελ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐτελείωσαν τὸν ναὸν ἀμελητθέντα ἔτη μ'. Μετὰ Δαρεῖον Ἀρταβάνης, μετὰ τοῦτον Ἀρταξέρξης ὁ Μακρόχειρ, ἐφ' οὗ Σοφοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος, Ἀναξαγόρας καὶ Πυθαγόρας καὶ Θουκυδίδης καὶ Εὐριπίδης καὶ Ἡρόδοτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Διογένης καὶ Ἱπποκράτης, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐγνωρίζοντο. Μετὰ δὲ Ἀρταξέρξην ἕτερος Ἀρταξέρξης, καὶ ἕως Δαρείου τοῦ Ἀρσάμου, ὃν καθελὼν Ἀλέξανδρος τὴν βασιλείαν τῶν Περσῶν κατέλυσε καὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐκράτησε.

Hinc ergo discito primum omnium regnum fuisse Assyriorum sive Babyloniorum, alterum Medorum, a quibus illud primum sublatum fuit; tertium Persarum, quod Medorum imperio successit; quartum Macedonum, a quibus debellati sunt Persæ; postremum Romanorum.

Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν ὅτι πρώτη βασιλεία ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἤτοι Βαβυλωνίων, δευτέρα ἡ τῶν Μήδων ὡς ἐκείνην καθελοῦσα, μετὰ ταῦτα ἡ τῶν Περσῶν ὡς ἐκείνην διαδεξαμένη, ἔπειτα ἡ τῶν Μακεδόνων ὡς καταγωνισαμένη τοὺς Πέρσας, καὶ τέλος ἡ τῶν Ῥωμαίων.

Post Alexandrum ejus famuli atque proceres regnum diviserunt. Ægypto præfuit Ptolemæus Lagi filius, quem ordine Ptolemæi 13 subsecuti sunt usque ad Cleopatram. Asiam occupavit Antigonus, Syriam et Palæstinam Seleucus Nicaner, qui urbes duas in Cilicia condidit et unam in Syria. Harum primam Seleuciam appellavit, alteram Antiochiam, tertiam Laodiceam, iuditis nimirum hujusmodi nominibus a suo et filii filiæque nomine. Sub hoc Rhodii maris imperio potiti statuam solis ex ære sua in insula excitarunt, quam propter magnitudinem Colossum dixere, ac vocati sunt ipsi deinceps Colossenses. Post Seleucum Antiochus filius regnavit, ejusdemque nominis alii quinque. Deinde regnum obtinuit Antiochus illustris, Seleuci Philopatoris filius sub quo Hierosolyma secunda vice capta est: cum enim Ægyptum universam prædonis et injusti hominis in morem cepisset, Hierosolymam iracundus se convertit, ibique 180 hominum **203** millia necavit. Elapso biennio rursus copiarum imperatorem misit, qui multa mala urbi sacræ intulit, populumque coegit ut Græcam religionem ac mores amplecteretur. Exstitit tum Matthias quidam, cui quinque filii erant, et inter alios Judas ille

Μετὰ μέντοι τὸν Ἀλέξανδρον οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ μεγιστᾶνες τὴν βασιλείαν διεῖλον, καὶ τῆς μὲν Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ὁ Λαγὼς καὶ οἱ καθεξῆς Πτολεμαῖοι δέκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες καὶ τρεῖς ἕως Κλεοπάτρας, τῆς δὲ Ἀσίας Ἀντίγονος, τῆς δὲ Συρίας καὶ Παλαιστίνης Σέλευκος ὁ Νικάνωρ, ὃς καὶ πόλεις δύο κτίσας εἰς τὰ μέρη Κιλικίας καὶ ἑτέραν ἐν Συρίᾳ τὴν μὲν Σελεύκειαν ἐκάλεσε, τὴν δὲ Ἀντιόχειαν, τὴν δὲ Λαοδίκειαν, εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ. Ἐφ' οὗ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες ἀνέστησαν ἐν τῇ νήσῳ χαλκοῦν ἀνδριάντα εἰς τιμὴν τοῦ ἡλίου, ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσόν, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ Κολοσσεῖς ὠνομάσθησαν (42). Μετὰ δὲ Σέλευκον Ἀντίοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἕτεροι πέντε. Εἶτα Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανὴς υἱὸς Σελεύκου τοῦ φιλοπάτορος· ἐφ' οὗ ἡ δευτέρα ἅλωσις τῆς Ἱερουσαλήμ. Οὗτος γὰρ τὴν Αἴγυπτον πᾶσαν χειρωσάμενος ὡς ἅρπαξ καὶ ἄδικος ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ θυμοῦ ὑπέστρεψεν, ἔνθεν τοι καὶ ἀνῃρέθησαν μυριάδες ιη'. Μετὰ δὲ δύο ἔτη ἀπέστειλε στρατηγὸν, ὃς πολλὰ κακὰ τῇ πόλει τῇ ἁγίᾳ ἐνεδείξατο καὶ τὸν λαὸν ἑλληνίζειν ἠνάγκαζε. Ματθαῖος δέ τις ἔχων υἱοὺς πέντε, ἀφ' ὧν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος, ὃς ζήλῳ θείῳ κινηθεὶς τὸν στρατη-

(42) Colossenses a colosso soli erecto dictos fuisse Rhodios quidam suspicati sunt, quibus noster hic suscribit Glycas. Quis sit Artabanes, quem inter Darium τὸν Ὑστάσπου et Artaxerxem τὸν Μακρόχειρα collocat, ignoro, nisi forte διώνυμος fuerit Xerxes Darii filius, et Artaxerxis pater. Quod autem addit sub hoc Artaxerxe claros fuisse Sophoclem, Heraclitum, Anaxagoram, Pythagoram, Thucydidem, Euripidem, Herodotum, Empedoclem, Diogenem, Hippocratem, Platonem, Aristotelem, in plerisque saltem aberrat, ut fusius demonstrabit Bibliotheca nostra universalis, ex qua nuper excerpsimus Bibliothecam chronologicam scriptorum ecclesiasticorum simul ac profanorum.

guans fuerat, e vivis excessisset, utero secto vivus et incolumis inde sumptus esse perhibetur. Atque hinc Cæsaris ei nomen datum aiunt, quod deinceps omnes Romanorum imperatores usurparunt : nimirum lingua Romana factum est id vocabulum a cædendo, quod fuisset excisus ex alvo materna. Julius autem Cæsar dictatoris appellationem consecutus est, qua significatur is qui solus imperium obtinet. Quippe primus omnium solus rem publicam Romanam administravit annis 12, leges tulit, indictiones ac bissextos ordinavit. Ab eodem mensis Julius dictus, qui antea Quinctilis vocabatur.

Post Julium imperio potitus est Octavius : hoc enim a puero nomen habuit, deinceps ob rerum gestarum splendorem atque gloriam nuncupatus Augustus, cum esset, ut plerique tradunt, Octavii filius. Regnavit annos 56. Ab eo Romanorum imperatores Augusti sunt appellati, et mensis Augustus, qui antea Sextilis dicebatur. Nimirum Cæsar Romanorum Augusti nomen habet, ut qui supra sortem humanam positus sit : nam quæ maxime sacra sunt et religiosa, uncuntur augusta. Quo factum ut Græci Sebastum vocent, a veneratione, quasi religiose colendum. Cæterum Cæsar hic posteaquam suos adversarios vicisset ac inter eos navali pugna ipsum etiam Antonium superasset, potestatem omnem in se transtulit, ac solus dominari cœpit. Cumque illo ipso in loco, ubi castrametatus fuerat, oppidum exstruxisset, a victoria Nicopolis ei nomen dedit. Eodem in loco hominis et asini statuas aheneas columnis imposuit. Nam perhibetur ea nocte quæ prælii navalis diem antecessit, in hominem quemdam incidisse, qui asinum ageret. Cumque illius de nomine scisciatus fuisset, Mihi quidem, respondit ille, nomen est Eutyches, hoc est felix, asino vero Nicon, hoc est victor. Atque hæ columnæ deinceps Byzantium deportatæ sunt et in Circo equestri collocatæ. Quin etiam victa Cleopatra et omni Ægypto in potestatem redacta Ptolemæorum regnum sustulit, quod annis 290 duraverat. Deinde terrarum orbem universum sibi subjiciens, et abrogato certorum quorumdam locorum regulis imperio, interfectores Julii, qui avunculus ei fuerat, necavit. Id temporis oraculum Isaiæ comprobavit eventus : « Gens una contra gentem aliam gladios non su-

τὴν κοιλίαν αὐτῆς ἀνατέμνουσι καὶ σῶον αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐκβάλλουσιν, ὅθεν Καῖσαρ ἐλέγετο, ἀφ' οὗ καὶ πάντες οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς Καίσαρες προσηγορεύθησαν· κατὰ γὰρ τὴν Ῥωμαίων γλῶτταν ἀνατομὴ τὸ Καῖσαρ λέγεται. Οὗτος ὁ Ἰούλιος Καῖσαρ δικτάτωρ ἐκαλεῖτο, τουτέστι μονάρχης· αὐτὸς γὰρ μόνος καὶ πρῶτος τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐκράτησε σκῆπτρον ἔτη ιη'. Ὃς καὶ νόμους Ῥωμαίοις ἔδωκε, καὶ τὰς ἰνδίκτους καὶ τὸν βίσεκτον ἔφερε (44), καὶ τὸν μῆνα Ἰούλιον ὠνόμασε πρότερον Κιντίλιον λεγόμενον.

Μετὰ δὲ Ἰούλιον ἐβασίλευσεν ὁ ἐκ βρέφους μὲν Ὀκτάβιος, Αὔγουστος δὲ διὰ τὴν λαμπρότητα ὕστερον, εἰ καί τινες αὐτὸν ἕτεροι λέγουσιν Ὀκταβίου υἱὸν, ἔτη ν' καὶ ς'. Ἀφ' οὗ καὶ σεβαστοὶ καὶ Αὔγουστοι οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς, καὶ ὁ μὲν Αὔγουστος ἐκλήθη ὁ καὶ πρότερον Σεκστίλιος. Αὔγουστος δὲ ὁ Καῖσαρ καλεῖται παρὰ Ῥωμαίοις ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὑπάρχων· πάντα γὰρ τὰ ἱερώτατα καὶ σεβάσμια Αὔγουστα προσαγορεύονται. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σεβαστὸν εἶπον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, ὥσπερ τινὰ σεπτόν. Ὁ Καῖσαρ μετὰ τὸ τοὺς ἀντικειμένους αὐτῷ νικῆσαι, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἀντώνιον ναυμαχοῦντα, τὸ κράτος ἅπαν ἔσχε καὶ μονάρχης γέγονεν. Ἐν δὲ τῷ τοῦ στρατοπεδίου τόπῳ κτίσας πόλιν Νικόπολιν ταύτην ὠνόμασεν. Ἔστησε δὲ καὶ στήλας χαλκᾶς ἀνθρώπου καὶ ὄνου (45). Λέγεται γὰρ νυκτὸς ἔτι οὔσης, καθ' ἣν ἡμέραν ἡ ναυμαχία συνέστη, ἀνθρώπῳ συναντῆσαι ὄνον ἐλαύνοντι· καὶ ὃς ἐρωτηθείς, « Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, Εὐτυχὴς ὄνομα, τῷ δὲ ὄνῳ Νίκων. » Αἱ δὲ στῆλαι αὗται ὕστερον ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ ἕστησαν ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ. Ἀλλὰ καὶ Κλεοπάτραν χειρωσάμενος καὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον ὑποτάξας, καθεῖλε τὴν βασιλείαν Πτολεμαίων διαρκέσασαν ἔτεσι διακοσίοις καὶ ἐννενήκοντα. Καὶ πάσης δὲ τῆς γῆς κυριεύσας καὶ τοὺς τοπάρχας καταλύσας, ἀνεῖλε τοὺς φονεύσαντας τὸν θεῖον αὐτοῦ Ἰούλιον. Τότε δὴ, τότε καὶ τὰ τοῦ Ἡσαΐου πέρας εἴληφεν· « Μὴ λήψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν. » Κατελύθησαν γὰρ αἱ κατὰ τόπους τοπαρχίαι καὶ βασιλεῖαι καὶ οἱ ἀνὰ μέσον αὐτῶν πόλεμοι. Ἢ οὐκ οἶδας; Ὀπηνίκα ταῦτα ἐπροφητεύετο, ἄλλος μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκράτει, ἄλλος δὲ τῆς Σαμαρείας, καὶ ἕτερος Μωαβιτῶν. Τοῦ δὲ Χριστοῦ κατὰ σάρκα γεννηθέντος ὑπὸ τὴν Ῥωμαΐ-

(44) JM. Hæc in secundum Augusti annum refert Cedrenus. Τούτου (Αὐγούστου) τῷ δευτέρῳ ἔτει αἱ ἴνδικτοι ἐπενοήθησαν καὶ τὸ βίσεκτον. Καὶ νόμους ἐξέθετο πολιτικούς. Rursum minime sibi constans, in Theodosio Magno imputat anno Augusti 15, et originem nominis ascribit a victoria apud Actium. Καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἴνδικτοι ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιε' τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. Καλεῖται δὲ ἰνδικτιῶν, τουτέστιν ἰναχτιῶν, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. Idipsum firmat Constantinus Porphyrogenneta Themate Occidentali VIII, ubi Hesychium auctorem laudat. Sed est ineptissimus error. Nam anni ordinationem a Julio institutam scimus ex Dione lib. XLIII; Suetonio in eo cap. 40; Censorino, *De die natali* cap. 20, aliisque. Huic vero, similibusque Meursianis Observationibus ac Notis, si pares adtexere, et adversaria omnia mea Historica, plenasque arculas, in chartam effundere voluissem, ingentia volumina conflci ac coacervari oportuerat. Sed de his jam satis, quas omittere volui, licet ab instituto meo longius abeuntes; ne quis earum forte desiderio Metochitianæ Historiæ librum, alioquin imposterum prorsus inutilem futurum, comparare aut requirere laboret.

(45) Suetonius in *Octavio*, cap. 96.

Ibidem ἔτεσι διακοσίοις ἐνενήκοντα. Ita Glycas quoque, inquit JM, et Eusebius *Chron.* lib. I, numerat 295. | Pro ἀρχιερέως et συμπληροῦται JM. ἀρχιερέως et ἐκπληροῦται, et pro χρισθῆναι, χρῖσαι.

κὴν ἀρχὴν αἱ ἐθναρχίαι πᾶσαι γεγόνασιν. Οὐκοῦν ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐγένετο ἐπὶ Νεεμίου καὶ Ἔσδρα, μέχρις Ὑρκανοῦ τελευταίου ἀρχιερέως, ὃν Ἡρώδης ἀνεῖλεν, ὁ τῶν ξβ' ἐτῶν ἀριθμὸς συμπληροῦται. Ἔκτοτε δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου αἱ λοιπαὶ ἑπτὰ ἑβδομάδες, κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ πρόῤῥησιν τὴν οὕτω λέγουσαν· « ο' ἑβδομάδες συνετμήθησαν τοῦ καταλῦσαι ὅρασιν καὶ προφήτην καὶ τοῦ χρισθῆναι ἅγιον ἁγίων, » τουτέστιν αὐτὸν τὸν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεόν. Μετὰ μέντοι τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Ὑρκανοῦ παρανόμως οἱ ἀρχιερεῖς ἐγίνοντο· οὐδὲ γὰρ ἐξ ἐκείνου κατήγοντο.

met [45]. » Nam sublatis singularum regionum principibus atque regibus etiam bella, quæ inter se gerebant, exstincta sunt. Quis enim ignorat illo sæculo, quo vates oraculum hoc edebat, alium Hierosolymis regnasse, alium Samariæ, alium apud Moabitas? At vero cum Christus, quod carnem attinet, natus est, omnes omnium nationum dominatus imperio Romano parebant. Hic illud etiam animadvertendum, ab ædificatione Hierosolymæ, quam Nehemias et Esdras instituerunt, usque ad Hyrcanum ultimum pontificem, quem Herodes interemit, numerum 62 annorum compleri. Deinceps vero septem reliquæ usque ad Domini baptismum in Jordane recensentur, juxta Danieli vaticinium, cujus hæc verba sunt: « Septuaginta septimanæ abbreviatæ sunt ad tollendam visionem ac vaticinationem et ad ungendum sanctorum sanctissimum [46], » hoc est ipsum Christum Dei Filium et Deum. Post **206** interfectum autem Hyrcanum pontifices contra legis præscriptum designabantur: non enim illi præficiebantur qui ab ipso generis originem ducerent.

Λέγεται δὲ καὶ τοῦτο περὶ τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος, ὅτι ὀξύχολος μὲν ἦν, μετεβάλλετο δὲ τάχιστα. Οὗτος κατὰ πολλῶν τε ἀνθρώπων ἀπεφήνατο θάνατον· σοφὸς δέ τις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ (46) χάρτῃ γράψας ἐνώπιον ἀκοντίζει τοῦ Καίσαρος. Τὰ δὲ γράμματα ἔλεγε· « Δήμιε, παῦσαι κρίνων. » Ταῦτα οὖν ὁ Καῖσαρ ἀναγνοὺς ἐξίσταται τοῦ θρόνου, καὶ ἀκύρωτα πάντα τὰ ψηφισθέντα τίθησιν. Οὗτος πολὺς ἦν εἰς γυναῖκας, καὶ μάλιστα τὰς ὑπάνδρους· καὶ δὴ τὸ χεῖρον, προστάττε τοῖς ἀνδράσι καὶ μὴ βουλομένοις τοιούτου μύσους ὑπηρέτας γίνεσθαι. Σοφὸς δέ τις Ἀλεξανδρεὺς (47) Ἀθηνόδωρος τοὔνομα πολλὰ μὲν παρῄνει τῷ Καίσαρι τῶν τοιούτων ἕνεκα, πεῖθειν δὲ ὅλως μὴ ἔχων ἄλλην ὁδὸν μετέρχεται. Ἄνθρωπον γάρ τινα τὰ πρῶτα ἐν τῇ συγκλήτῳ φέροντα ὀλοφυρόμενον ἰδὼν (ἠναγκάζετο γὰρ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ἐγκλεῖσαι φορείῳ καταστέγῳ καὶ πρὸς τὸν Καίσαρα πέμψαι) παρεγγυᾶται αὐτῷ μηκέτι πενθεῖν, αὐτὸν δὲ τῷ φορείῳ ἐγκλεῖσαι ἀντὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ στεῖλαι πρὸς τὸν Καίσαρα. Πείθεται οὖν, εἰ καὶ μόλις, ὁ ἀνήρ. Καὶ τίνα τὰ μετὰ ταῦτα; Εἴσεισιν ὁ Ἀθηνόδωρος ξίφος ἐπιφερόμενος, καὶ οὕτω διὰ τοῦ φορείου πρὸς τὸν Καίσαρα πέμπεται. Δέχεται ὁ Καῖσαρ, ῥήγνυσι τὰς σφραγῖδας. Ἐξεισιν ὁ Ἀθηνόδωρος, ἐπισείει τὸ ξίφος. Ἥκει ὁ Καῖσαρ, ὑπισχνεῖται δι' ὅρκων μηκέτι κοίταις ἀλλοτρίαις χρανθῆναι. Μετὰ ταῦτα ὁ Ἀθηνόδωρος πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην ἀπαίρων, καὶ εἰδὼς τὸν Καίσαρα ὀξὺ μὲν θυμούμενον, ταχὺ δὲ μεταβαλλόμενον, κύπτει πρὸς οὓς ὡς ὄπισθεν κατα-

Cæterum de Augusto etiam hoc memoriæ proditum accepimus, fuisse videlicet hominem pronum ad iram, sed qui facillime rursum placaretur. Hinc factum ut cum aliquando multos mortales capitis damnasset, vir quidam sapiens eo tempore chartam litteris notatam versus Cæsarem ejacularetur. Ea in charta perscriptum erat: « Desine pro tribunali sedere, carnifex. » Quibus verbis lectis Cæsar e tribunali se proripit, et quæ prius statuerat, irrita esse jubet. Idem mulierum cupidissimus erat, et præsertim earum quæ maritis nupsissent; quodque pejus erat, maritis imperabat vel invitissimis ut in ejusmodi jaculo sibi obsecundarent. Forte quidam vir sapiens erat, Alexandrinus patria, nomine Athenodorus; qui cum horum facinorum causa sæpenumero Cæsarem summoneret neque tamen aliquid apud ipsum efficere persuadendo posset, alia via rem aggreditur. Nam cum virum quemdam, principem in senatu, plorantem conspexisset quod uxorem suam opertæ lecticæ includere ac Cæsari mittere cogeretur, hortatur Athenodorus hominem, eo nomine amplius ne se afflictet, sed uxoris loco ipsum in lecticam includat ac Cæsari mittat. Vix ei, rem ut faceret, persuadet, sed persuadet tamen. Quid inde factum? Athenodorus sumpto secum gladio lecticam intrat, et ad Cæsarem in ea deportatur. Cæsar lecticam excipere, signa reserare; Athenodorus exire, gladium vibrare; formidine Cæsar corripi, tandem sacramento præstito polliceri nunquam se

[45] Isa. II, 4. [46] Dan. IX, 24.

(46) JM. Hunc Mæcenatem fuisse narrant Cedrenus, Manasses, Zonaras.

A tantum linguis peregrinis loquebantur, sed etiam cæteri omnes, quotquot baptizabantur ab ipsis, donum ejusmodi consequebantur. Atque hoc illud est quod Dominus dixit : « Signa credentes hæc comitabuntur : in nomine meo genios expellent, et linguis novis inusitatisque loquentur[71]. » Vide quid viris illis duodecim acciderit, qui Ephesi degentes, ut Lucas commemorat, baptizati quidem erant in baptismum Joannis, nondum tamen scire se profitebantur quid esset Spiritus. Verum posteaquam Paulus eis manus imposuisset, linguarum donum illud accipiebant. Nam quia Spiritus sanctus erat inaspectabilis, **227** oportebat omnino sensile quoddam argumentum præsentiæ ipsius edi, ut citra ullam hæsitationem omnes divinum B illud ad lavacrum accederent. Hoc autem donum Simonem etiam incitavit, ut ad apostolos accederet ac baptismum postularet : quippe nisi vim potestatemque Spiritus aspectabilem vidisset, ad Christi discipulos non accessisset, nec se ipsorum indigere opera putasset. Ac tunc sane qui baptizabantur, donum linguarum accipiebant una cum Spiritus sancti immissione. At in eos qui cum Cornelio erant, idem Spiritus sanctus etiam decidit antequam baptizarentur, itidemque linguis ante baptismum diversis loquebantur. Cur hi, quæso, prius etiam sancti Spiritus efficacitatem experiebantur quam baptizarentur? Propter nimium superba scilicet eorum præjudicia, qui antea circumcisi crediderant. Etenim illi se ab aliis segregabant, et ne cum baptizatis quidem ethnicis quidquam habere commercii volebant.

Οἶδα δέ, ἀγαπητέ, ὅτι καὶ τὸν καιρὸν ἐκβιάζῃ μαθεῖν καθ' ὃν ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου γέγονε κλῆσις. Καὶ κατά τινας μὲν ἱστορικοὺς, καὶ μᾶλλον Ἱππόλυτον τὸν Θηβαῖον, ἐνιαυτοὶ διῆλθον ζ' μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ ὁ πρωτομάρτυς Στέφανος τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο· μετὰ δὲ ταῦτα ὡσεὶ μῆνες διῆλθον ἕξ, καὶ ἡ τοῦ Παύλου γέγονε κλῆσις. Ἀλλ' ἡ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἱστορία διέξεισιν ὡς οὔπω εἷς ἐνιαυτὸς ἐπεπλήρωτο μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, καὶ ταῦτα πάντα ἐγένετο, οἱ ἄθλοί τε τοῦ πρωτομάρτυρος καὶ ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου προσέλευσις. Ἀλλ' ἦν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῷ τηνικαῦτα πληρούμενον τὸ λόγιον τὸ λέγον· « Ποῦ ὑπάγεις, οἶδας· τί δὲ μέλλεις παθεῖν, οὐκ οἶδας. » Ἐπιστολὰς γὰρ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων λαβὼν ὥστε ἀπελθεῖν καὶ τοὺς ὁπουδήποτε παρευρισκομένους Χριστιανοὺς ἀναιρεῖν, πηροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καθ' ὁδόν· περιήστραψε γὰρ ἄνωθεν αὐτὸν ἄῤῥητον φῶς, καὶ οὕτως οἱ τοῦ σώματος αὐτοῦ λύχνοι παραχρῆμα ἐσβέσθησαν. Ἀλλὰ καὶ φωνῆς ἄνωθεν ἤκουσε πρὸς αὐτὸν οὕτω λεγούσης· « Σαοὺλ, Σαοὺλ » (τουτέστιν ἀδελφὲ, ἀδελφὲ), «τί με διώκεις; » Στέλλεται λοιπὸν πρὸς Ἀνανίαν, καὶ βάπτισμα δέχεται, κἀντεῦθεν φωτίζεται τούς τε ψυχικοὺς καὶ σωματικοὺς ὀφθαλμούς. Κηρύσσει λοιπὸν ὁ πάμμεγας Παῦλος ἔτη λϛ'. Ἐν γὰρ τῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος τὸ σωτήριον πάθος γέγονε τοῦ Χρι-

C Præterea non ignoro, dilecte fili, cupere te illud etiam tempus nosse quo beatus ille Paulus vocatus fuerit. De nonnullorum quidem historicorum sententia, præsertim Hippolyti Thebani, post Domini ex mortuis resurrectionem anni septem præterierant, cum testium veritatis princeps ille Stephanus beatum vitæ finem est consecutus; ab ejus autem morte mensibus prope sex elapsis Pauli vocatio facta est. Verum Eusebii Pamphili filii narrat historia nondum a Domini resurrectione annum unum exactum fuisse, cum hæc omnia fierent, nimirum principis illius testis certamina beatique Pauli ad fidem accessio. Erat autem in eo videre perfici tum temporis oraculum hoc, quo dicitur : D «Nosti quo pergas, ad quid eventurum tibi sit, ignoras.» Etenim cum litteras a pontificibus accepisset, ut profectus in alia loca ubivis gentium deprehensos Christianos e medio tolleret, ipso in itinere suos oculos amittit. Nam lux quædam inexplicabilis eum cœlitus circumfulsit, quo factum ut corporis ipsius faces continuo exstinguerentur. Præterea vocem e sublimi se compellantem his verbis audivit : «Saule, Saule, quid me persequeris[71*]?» Hinc ad Ananiam remittitur, baptismum recepit; oculi ejus tam animales quam corporales collustrantur; denique vir eximius ab eo tempore totis 35 annis prædicationis munere fungitur. Nam

[71] Marc. xvi. 1. [71*] Act. ix. 4.

decimo et octavo Tiberii Cæsaris anno salutifera Christi passio contigit. Is vero 18 annus nondum exactus erat, cum commemorata hactenus acciderunt. Ubi 19 annus Tiberii Cæsaris currere cœpisset, Paulus initium prædicandi facit, quemadmodum ipsa historia demonstrat. Prætereunt hinc imperii Tiberii **228** Cæsaris quatuor anni reliqui; nam 22 annos in universum Tiberius rerum potitus esse reperitur. Consimiliter imperii Caii Cæsaris quatuor anni elabuntur, itemque Claudii propemodum 14 anni. Huic in imperio successit Nero, qui anno regni sui 13 Paulum interfecit. Quapropter anni esse triginta quinque deprehenduntur, quos in prædicatione Paulus exegerit. Tam diligenter autem ministerium suum obibat, ut Jacobum quoque Domini fratrem conveniret, ejusque consilium exploraret num se tondere ac lustrare Judæorum causa deberet.

A στοῦ. Οὕπω τὸ τοιοῦτον ιη' ἔτος πεπλήρωται, καὶ τὰ διαληφθέντα τηνικαῦτα γεγόνασι. Τρέχειν ἤρξατο τὸ ιθ' ἔτος τῆς βασιλείας Τιβερίου Καίσαρος, καὶ κηρύσσειν ὁ Παῦλος ἄρχεται, ὡς ἱστορία φησί. Διέρχονται τοίνυν ἔτη δ' τὰ ἐπίλοιπα τῆς βασιλείας Τιβερίου· καὶ γὰρ εἴκοσι καὶ δύο ἔτη τὰ πάντα κρατήσας εὑρίσκεται. Διέρχονται δὲ ὁμοίως καὶ τὰ τῆς βασιλείας Γαΐου ἔτη δ', καὶ Κλαυδίου δὲ ὁμοίως διέρχονται ἔτη ὡσεὶ ιδ'. Τοῦτον ὁ Νέρων διαδέχεται, καὶ τῷ ιγ' ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀναιρεῖ τὸν Ἀπόστολον. Τριάκοντα λοιπὸν καὶ πέντε εὑρίσκονται τὰ ἔτη ἐν οἷς ὁ Παῦλος ἐκήρυξε. Τοσοῦτον δὲ τὰ τῆς αὐτοῦ μετεχειρίζετο διακονίας, ὡς καὶ πρὸς Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον εἰσελθεῖν καὶ συμβουλὴν ἐξ ἐκείνου δέξασθαι ξυρηθῆναι καὶ ἁγνισθῆναι τῶν Ἰουδαίων ἕνεκεν. B

Hic Jacobus primus Hierosolymorum pontifex fuit, delectus ad hoc muneris, ne Petrus et Joannes et Jacobus gloriæ causa contenderent, quemadmodum Clemens ille Stromateus memoriæ prodidit. Eumdem Jacobum et justum virtutis causa nuncupabant. Estque ille ipse qui de templi pinnis præcipitatus est, et a fullone ligno quodam ita percussus in caput ut moreretur. Etenim Judæi, cum ad Cæsarem Paulus provocasset et ad Cæsarem a Festo prætore missus esset, spe sua frustrati propter quam insidias ei struxerant, ad hunc se Jacobum conferunt, eumque sic compellant: «Inhibeto populum hunc, quandoquidem errore quodam in Jesum propendet. Nam tibi nos testimonio sumus, ac populus adeo universus, quod sis vir justus.» Erat, cum hæc agerentur, Paschæ festum Quare cum in pinnas eum templi statuissent, aiebant: «Tibi, o juste, cuncti fidem adhibemus. Quia vero populus errore impulsus Jesum illum crucifixum sectatur, indicato nobis quodnam Dei sit ostium.» Ibi cum ipse respondisset Jesum in cœlo ad dexteram magnæ illius potestatis considere ac in aeris nubibus aliquando reversurum, exclamarunt omnes: «Heu! Heu! justus etiam in errorem perductus est.» Itaque ad templi pinnas ascendentes eum dejecerunt et lapidibus obruerunt. Neque multo post Vespasianus eos obsedit. Jacobus ipse tam justus erat, ut homines apud Judæos mente prædiți existimarent obsideri urbem ipsius cædis causa. Josephus quidem certe in hæc verba scribit: «Evenerunt hæc Judæis, ut justi illius Jacobi cædes vindicaretur, qui frater erat ejus Jesu quem Christum nuncupant.» Quo pacto exstinctus sit, nimirum quod præcipitatus, quod lapidibus obrutus, quod positis genibus pro adversariis Deum precatus, quod ligno percussus tandem mortuus fuerit, Alexandrinus ille Clemens litteris consignavit. Addit autem Josephus hujusmodi: «Vinum et siceram non bibebat; animatum nihil comedebat; novaculam in caput nullam admiserat; olco se non perungebat; balneo nullo utebatur. Et quidem ei soli fas erat in adyta templi et penetralia ingredi, ut preces pro populo

Οὗτος ὁ Ἰάκωβος ἀρχιερεὺς Ἱεροσολύμων πρῶτος ἐχρημάτισε· προεῖλοντο γὰρ αὐτὸν ὥστε μὴ Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον δόξης ἕνεκεν ἐπιδικάζεσθαι, καθὰ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἱστορεῖ. Τοῦτον μέντοι τὸν Ἰάκωβον καὶ δίκαιον ἐκάλουν διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετήν. Οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς καὶ παρὰ τοῦ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς κατὰ κεφαλῆς εἰς θάνατον. Ἰουδαῖοι γὰρ τοῦ Παύλου Καίσαρα ἐπικαλουμένου καὶ ὑπὸ Φήστου πεμφθέντος, τῆς ἐλπίδος καθ' ἣν ἐξήρτυον αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν ἐκπεσόντες, ἐπ' αὐτὸν τρέπονται, καὶ λέγουσιν· «Ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν· ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ.» Ἦν δὲ Πάσχα. Καὶ στήσαντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον εἶπον· «Δίκαιε, σοὶ πάντες πειθόμεθα· Ἐπεὶ δὲ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Θεοῦ.» Ἐκείνου δὲ ἀποκριθέντος ὅτι Ἰησοῦς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ἐκραξαν· «Ὦ ὦ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη.» Κατέβαλλον οὖν αὐτὸν ἀναβάντες, καὶ ἔβαλλον λίθοις. Καὶ εὐθὺς· Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ αὐτούς. Τοσοῦτον δὲ ἦν δίκαιος ὡς τοὺς ἐμφρονας τῶν Ἰουδαίων νομίζειν δι' αὐτὸν ταῦτα γενέσθαι. Γράφει δὲ καὶ Ἰώσηπος· «Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ». Τὸν μὲν οὖν τρόπον τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, ἤγουν τὸ χρημνισθῆναι καὶ λιθασθῆναι καὶ γονυπετῆσαι καὶ εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ξύλῳ πληγέντα τελειωθῆναι, ὁ Κλήμης ἱστόρησεν, ὁ δὲ Ἰώσηπος ταῦτα· Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, ἔμψυχον οὐκ ἔφαγεν, ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι καὶ δέεσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ὡς ἐντεῦθεν ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, γονυπετοῦντος καὶ δεομένου ἄφεσιν τῷ λαῷ. Ἀπέκτειναν δὲ αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι μετὰ τὴν τελευτὴν Φήστου ἀναρχίαν εὑρόντες.

conciperet; qua sane de causa occalluerant instar cameli **229** ejus genua, cum perpetuo in iis procumberet ac Deum exoraret ut Judaico populo venia data ignosceret. Interfectus a Judæis est post Festi prætoris mortem, quo tempore necdum alio prætore surrogato neminis imperio parebant.

Καὶ ὁ μὲν Ἰάκωβος οὗτος, ὁ ἀδελφόθεος δηλαδὴ, τῇ δωδεκάδι τῶν μαθητῶν οὐκ ἦν ἐναρίθμιος, τὰ πρῶτα δὲ ὅμως παρ' αὐτοῖς ἔφερε. Καὶ γὰρ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ὁ Κύριος, ὡς ὁ Κλήμης φησὶ, Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ τὴν γνῶσιν ἔδωκεν, οὗτοι δὲ τοῖς λοιποῖς. Πρὸ γὰρ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἐνεκότουν τῷ Κυρίῳ καὶ ἠπίστουν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὡς ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης φησί. Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητέ. Εἰ γὰρ καὶ πρώτους ἐκείνους ὁ Κύριος τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο, εἰ καὶ τιμῆς ἠξίωσε πλείονος, εἰ καὶ ἐπὶ ιβ' θρόνων ὑπέσχετο καθίσαι αὐτοὺς τὰς ιβ' φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ κρίνοντας, εἰ καὶ σύνδειπνοι αὐτῷ ἔσονται κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐπειδὴ μεμενήκασι μετ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἔχομεν ἀλλαχοῦ τὸν Κύριον αὐτὸν πρὸς τοὺς ἐκ Ζεβεδαίου, ἡνίκα δεξιὰν ἠτήσαντο καὶ ἀριστερὰν καθέδραν, οὕτω λέγοντα· « Οὐκ ἐμόν ἐστι τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ Πατρός μου. » Οὐκοῦν εἰ τὰ τῆς τιμῆς ἐκείνης οὐ δίδοται κατὰ χάριν ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἀγῶνας οὓς ὁ καθ' ἕνα ἐνδείξεται, μὴ θαύμαζε εἶγε καὶ οἱ κατὰ τὸν Παῦλον, ναὶ μὴν καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον ἀγωνισάμενοι κοινωνοὶ καὶ συμμέτοχοι τῆς τῶν δώδεκα τιμῆς εὑρεθήσονται. Καὶ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ τὴν γλῶτταν Χρυσοῦς ἔλεγε, Παύλου μεῖζονα στῆναι τότε μηδέτερον.

Cæterum Jacobus hic, Domini frater, non erat ille quidem unus ex duodecim illis discipulis, sed principe tamen apud eos loco habebatur. Quippe cum primum ex mortuis Dominus resurrexisset, uti Clemens narrat, Petro et Joanni et Jacobo huic, Domini fratri, primis id patefecit; qui deinde rem ad discipulos reliquos retulerunt. Etenim ante resurrectionem fratres Domini etiam indignabantur ei, nec fidem habebant, quemadmodum evangelicæ scriptor historiæ Joannes meminit. Hoc autem loco est, dilecte fili, quo l animadvertas. Quanquam enim discipulos illos duodecim Dominus primos elegit, quanquam honore majori dignatus est, quanquam se illos promiserit supra duodecim solia collocaturum, ut duodecim tribus Israelicas judicent, quanquam illo die convivæ ipsius erunt propterea quod apud ipsum manendo perseveraverint, nihilo tamen minus alibi Dominum ad Zebedæi filios, cum illi dexterum lævumque solium penes ipsum petiissent, his verbis uti videmus: «Ejus rei concedendæ facultas non me penes est, sed illis hoc obtinget quibus a Patre paratum erit[73]. » Quapropter si honos ille non tribuetur ex gratia, sed pro ratione certaminum quæ quilibet exantlabit, desine mirari futurum ut quidam exemplo Pauli et Jacobi hujus, Domini fratris, certaminibus suis peractis ejus participes honoris fiant, qui discipulis illis duodecim est promissus. Hoc enim et Chrysostomus pronuntiavit, Paulo dicens illo tempore neminem appariturum majorem.

Ὅτι δὲ οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ δώδεκα τὸν ἀριθμὸν καὶ οὐ πλείους ἢ ἐλάσσους εἶναι ἔμελλον, ἀρχῆθεν τοῦτο δεδήλωται. Καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. Ὃν γὰρ τρόπον ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος ἀπὸ τοῦ πρώτου σημείου ἀρξάμενος, καὶ διὰ τῶν ιβ' ζωδίων τὴν αὐτοῦ ποιήσας περίοδον, κἂν τούτοις τὰ αὐτοῦ πάντα πληρώσας, ἐκεῖσε πάλιν ὑποστρέφει ὅθεν τοῦ δρόμου κατήρξατο, οὕτω καὶ ὁ νοητὸς ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ἐξανατείλας τῷ κόσμῳ καθὼς αὐτὸς ηὐδόκησε, καὶ διὰ τῶν ιβ' μαθητῶν τὴν ὑπ' οὐρανὸν διαδραμὼν, πᾶσαν τὴν αὐτοῦ βούλησιν δι' αὐτῶν ἐκτελέσας ἐκεῖσε πάλιν ὅθεν ἦλθεν ὑπέστρεψεν. Ὅτι δὲ οἱ παρὰ Κυρίου ἐκλεγέντες ιβ' μαθηταὶ, ναὶ μὴν καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς ἀγωνισάμενοι κρείττονα τόπον ἐσχήκασι τῶν προπατόρων ἐκείνων, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἀριδηλότερον ἔδειξεν. Ἐπὶ ιβ' γὰρ ἔφη θρόνων καθίσαι αὐτοὺς, καὶ κρῖναι τὰς ιβ' φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, ἣν δὴ τιμὴν οὐκ ἔδωκε τοῖς προπάτορσι. Καὶ ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἐλεύσονται, καὶ μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ ἀνακλιθήσονται· τοῖς δέ γε ἀποστόλοις οὐδεὶς ἕτερος ἐσεῖται συγκάθεδρος. Καὶ ὅτι ὑπὸ σκιὰν ἐκεῖνοι τότε φανέντες ἐλάττονές εἰσι τῶν ἐναχμασάντων τῇ ἀληθείᾳ. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ τὴν γλῶτταν Χρυσοῦς, ὁ δὲ Θεοδώ-

Cæteroqui tantum duodecim Christi discipulos, non plures nec pauciores fuisse, jam ante demonstravimus. Attende, obsecro, quæ dicemus. Quemadmodum sol hic sensilis a primo signo exorsus per signa duodecim cursu suo circulari absoluto, postquam in iis ipsis effectiones suas complevit, eo revertit, unde cursus initium fecerat, sic etiam intellectilis ille sol justitiæ Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius et Deus, mundo pro benignitate sua exortus, posteaquam orbem terrarum, quacunque cœlo ille subjectus est, per duodecim discipulos suos percurrit, omneque institutum animi sui eorum opera perfecit, rursus eodem reversus est unde profectus fuerat. Et vero duodecim illos discipulos a Domino selectos, itemque alios, quicunque præclara ipsorum exemplo certamina obierunt, potiori loco futuros esse quam priscos illos patres, multo clarius orator ille noster aurens ostendit. Promisit enim Dominus illos se supra duodecim solia **230** collocaturum, ut duodecim tribus Israelicas judicent; quem sane honorem priscis illis patribus non concesserit. Præterea multi ab ortu et occasu venient et cum Abrahamo ac Isaaco recumbent: at soliorum apostolicorum alius nemo particeps erit. Itidem illi cum

[73] Matth. xx, 23.

in umbra vixerint, omnino sunt iis inferiores qui in ipso vigore veritatis exstiterunt. Hæc Chrysostomus. Theodoretus autem errare dicit eos qui hoc modo de priscis illis patribus et sentiant et loquantur. Quanquam enim illi Dominum sensiliter non viderint, mentis tamen intelligentia conspectum ab iis esse. Et qui aliis inferior atque minor sit is qui sinu suo sanctos excipit? Qui Moses, qui transformato Domino et ipse transformatus est, Elia quoque præsente, tanta cum majestate ac gloria, ut etiam cum ipso tam de cruce quam morte secutura colloquerentur? Hæc Theodoreti est sententia. Tu vero, dilecte fili, potius oratoris illius aurei verbis accedito. Et quanam de causa? Quoniam ea cum Domini verbis consentiunt, qui etiam in Evangelio per Lucam litteris consignato sic apostolos alloquitur: « Felices oculi, quibus ea datum est intueri quæ vos cernitis. Hoc enim vobis confirmo, complures vates atque reges videre cupivisse quæ vos videtis, nec tamen vidisse; ac audire cupivisse quæ vos auditis, nec tamen audivisse [73]. » Quænam vero illa sunt? Omnino scilicet ea quæ a Christo administratione ipsius in carne durante gesta sunt, quorum spectandorum potestas solis apostolis contigit. Quapropter apostoli duabus rebus vates superant, tum quod corporaliter Christum viderint, tum quod spiritualiter ab eodem rebus divinis fuerint initiati.

A ρητος σφάλλεσθαι λέγει τοὺς οὕτω περὶ τῶν προπατόρων καὶ φρονοῦντας καὶ λέγοντας. Εἰ γὰρ καὶ μὴ αἰσθητῶς ἐκεῖνοι τὸν Κύριον εἶδον, ἀλλὰ νοητῶς εἶδον αὐτόν. Πῶς δὲ καὶ ἐλάσσων ὁ τοὺς ἁγίους εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ δεχόμενος, καὶ ὁ τῇ τοῦ Κυρίου μεταμορφώσει συμμεταμορφωθεὶς Μωϋσῆς ἅμα τῷ Ἠλίᾳ μετὰ τοσαύτης δόξης ὥστε συλλαβεῖν αὐτῷ περί τε σταυροῦ καὶ θανάτου; Καὶ ὁ μὲν Θεοδώρητος οὕτω· σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, τοῖς τοῦ Χρυσορρήμονος ἐπὶ πλέον πρόσκεισο. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι τοῖς τοῦ Κυρίου λόγοις τὰ τοιαῦτα συνάδουσιν. Ἐπὶ γὰρ τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ καὶ τάδε τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγε· «Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε. Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.» Τίνα δὲ ταῦτα; τὰ κατὰ τὴν ἔνσαρκον πάντως οἰκονομίαν, ὧν οἱ ἀπόστολοι μόνοι κατηξιώθησαν. Κατὰ δύο λοιπὸν ὑπερέχουσι τῶν προφητῶν οἱ ἀπόστολοι, καὶ κατὰ τὸ σωματικῶς ἰδεῖν καὶ κατὰ τὸ πνευματικῶς μυηθῆναι τὰ θεῖα.

Quodsi etiam cognoscere tibi libet quam multi ex mortuis sint resuscitati, et quinam illi fuerint, has ipsas excitationes recensendo commemorabimus. Acciderunt igitur in universum octo numero mortuorum resuscitationes. Prima, revixit Saraphthanæ mulieris filius, quem Elias vates vitæ restituit. Altera, Somanitidis filius, quem Elisæus excitavit. Tertia, miles ille, qui cum reliquias Elisæi contigisset, tanquam ex igne prosiliit. Quarta, collegii principis filia. Quinta, viduæ mulieris filius. Sexta, Lazarus. Septima, multa sanctorum corpora. Octava denique resuscitatum est sanctissimum illud corpus dominicum; quanquam hæretici quidam Apelliani fuere, qui furiose aiebant Domini corpus in sepulcro resolutum in elementa quatuor esse, de quibus et constitisset. Cæterum multa illa sanctorum, qui obdormiverant, corpora potissimum idcirco ressurrexerunt, ut per hoc ipsum prodigium publice declararetur Deum illum esse qui tum patiebatur; ac eadem opera mysterio de postrema et communi **231** resurrectione mortalium fides conciliaretur, ut manifesta denique fieret earum animarum liberatio simul et reditus, in orco detentæ quæ fuerant. Etenim animæ quæ ad Christum ad orcum descendentem crediderunt, mox dimissæ liberatæque sunt. Et quoniam fieri non poterat ut animæ nudæ sensilibus oculis conspicerentur, divino quodam consilio sanctorum illorum hominum, qui obdormierant, animæ cum ipsis corporibus apparuerunt, ut fides amplior esset; deindeque rursus ad loca sibi destinata convolarunt.

Ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεις εἴγε μαθεῖν ἐπιζητεῖς, πόσαι εἰσὶν αὗται καὶ τίνων εἰσὶν, ἰδού σοι ταύτας ἀπαριθμήσασθαι οὐκ ὀκνήσομεν Ὀκτὼ μὲν οὖν εἰσι τὸν ἀριθμὸν, τοῦ τῆς Σαραφθίας υἱοῦ ὃν ὁ Ἠλίας ἤγειρε, τοῦ τῆς Σωμανίτιδος υἱοῦ ὃν ὁ Ἐλισσαῖος ἤγειρε, καὶ τοῦ στρατιώτου ἐκείνου ὃς ἐγγίσας τοῖς τοῦ Ἐλισσαίου λειψάνοις ὡς ἀπὸ πυρὸς ἐξεπήδησε, τῆς τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατρὸς, τοῦ τῆς χήρας υἱοῦ, τοῦ Λαζάρου, τῶν πολλῶν σωμάτων, καὶ αὐτοῦ τοῦ παναγίου καὶ Κυριακοῦ σώματος, εἰ καὶ μανέντες οἱ Ἀπελλιανοὶ ἔλεγον ἐν τῷ τάφῳ διαλυθῆναι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου εἰς τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ ὧν καὶ συνέστηκε. Τὰ μέντοι πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστησαν ὡς ἐντεῦθεν Θεὸν ἀνακηρυχθῆναι τὸν πάσχοντα, πιστωθῆναί τε τῆς τελευταίας καὶ κοινῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον καὶ τῶν κατεχομένων ἐν ᾅδου ψυχῶν τὴν ἐλευθερίαν ὁμοῦ καὶ ἐπάνοδον. Καὶ γὰρ αἱ πιστεύσασαι ψυχαὶ τῷ Χριστῷ καταβάντι πρὸς ᾅδην εὐθὺς ἀπελύθησαν. Καὶ ἐπεὶ ἀδύνατον ἦν ψυχὰς οὕτω γυμνὰς αἰσθητοῖς ὁραθῆναι ὀφθαλμοῖς, οἰκονομίᾳ θείᾳ πρὸς πίστιν μετὰ σωμάτων ἐφάνησαν αἱ τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ψυχαὶ, εἶθ' οὕτως εἰς τοὺς ἀνῆκοντας αὐταῖς τόπους ἀπέπτησαν.

Cave autem, dilecte fili, ne forte per ea quæ hinc inde fabulosa sparguntur, tua quoque mens pervertatur. Famam enim apud multos obtinuisse,

Ὅρα δὲ, ἀγαπητὲ, μήτε τοῖς ὧδε κἀκεῖσε μυθολογουμένοις καὶ ἡ σὴ διάνοια περιτραπήσεται. Ὅτι μὲν γὰρ φημίζεται παρὰ τοῖς πολλοῖς τῇ Μαγδα-

[73] Luc. x, 23.

λῃ ἐκείνῃ ἐντυχεῖν τὸν Γαληνὸν ἰατρὸν (58), καὶ ἀκοῦσαι παρ' αὐτῆς ὅτι τυφλὸν ἐκ γενετῆς ὁ Χριστὸς ἴάσατο, κἀντεῦθεν εἰπεῖν πρὸς αὐτὴν καλῶς ἐκεῖνον εἰδέναι τὰ τῆς γῆς μέταλλα (εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τὸν τυφλὸν ἐκεῖνον ὠμμάτωσε), οἶδαμεν τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀλλὰ τὴν τοιαύτην φήμην μετὰ τῶν μύθων ἐτάξαμεν. Ἀδύνατον γὰρ τῇ Μαγδαληνῇ ἐντυχόντα Γαληνὸν, ὡς ἐκεῖνοί φασι, Μάρκου μὲν βασιλέως ἐν τοῖς πρὸς Πίσωνα μεμνῆσθαι, Κομμόδου δὲ πάλιν ἐν τῷ περὶ ἠθῶν πρώτῳ βιβλίῳ αὐτοῦ· ἀπὸ γὰρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἕως αὐτῆς τῆς βασιλείας Κομμόδου ὡσεὶ ἑκατὸν πεντήκοντα ἔτη (59) εὑρίσκονται. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

A quod medicus ille Galenus in Magdalenam incide-rit, et audiverit ex ea Christum quemdam a nativitate cæcum sanasse; cui Galenus responderit necesse fuisse ut Christus terræ metalla bene cognita habuerit, alioqui visum cæco restituere non potuisse. Hoc igitur nos quoque novimus: verum ejusmodi rumorem fabularum in ordinem atque numerum referimus. Nam fieri prorsus nequit ut ipsorum de sententia Galenus cum Magdalena sit collocutus, qui Marci imperatoris in iis meminerit quæ ad Pisonem perscripsit, itemque Commodi mentionem imperatoris in primo De moribus libro fecerit. Nam inter ætatem Domini nostri Jesu Christi et imperium Commodi propemodum anni 150 intercedunt. Ac de his quidem hactenus.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἠπόρηκας· « Ἵνα τί, » λέγων, « οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀπόστολοι τὰ λοιπὰ συγγραψάμενοι, τὰ κατὰ τὴν κοίμησιν τῆς Ἀειπαρθένου παντάπασι σεσιγήκασι; » Καὶ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι τὰ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας οἱ εὐαγγελισταὶ διηγούμενοι μέχρι καὶ αὐτῆς κατηντήκασι τῆς ἀπὸ γῆς αὐτοῦ ἀναλήψεως. Ἡ δὲ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πανάμωμος Μήτηρ' εἰς γῆρας λέγεται ἐφθακέναι βαθὺ, καθά φησιν ὁ θειότατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης. Οὐκοῦν ἀδύνατον ἦν τῇ εὐαγγελικῇ παραμεμίχθαι ἱστορίᾳ καὶ τῆς Ἀειπαρθένου τὴν κοίμησιν, ἅτε πολλῷ τῷ χρόνῳ γεγονυῖαν, ὡς ἔφημεν, ὕστερον. Ἰδίᾳ δὲ πάλιν οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ διαλαβέσθαι περὶ ταύτης οὐκ ἔφθασαν, ὅτι περὶ τὸν τῆς οἰκονομίας ἀσχολούμενοι λόγον, καὶ διὰ φροντίδος ἔχοντες ὅτι πολλῆς πῶς τε πιστοὺς τοὺς ἀπίστους ποιήσαιεν καὶ ὅπως τῇ κατὰ Χριστὸν ἀμωμήτῳ πίστει πάντες προσέλθοιεν, τὰ λοιπὰ παρεβλέποντο, καὶ μάλιστα ταῦτα τῷ θείῳ κηρύγματι μὴ συντείνοντα. Πλὴν οὐ πάντη σεσίγηται τὰ τῆς θείας ἐκείνης κοιμήσεως· ὁ γὰρ θεοφάντωρ καὶ μέγας Διονύσιος θαυμαστά τινα περὶ ταύτης ἐν τοῖς πρὸς Τιμόθεον γράφων εὑρίσκεται. Καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. Ὁ γὰρ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα περὶ τούτου διέξεισι· « Καὶ ἡμεῖς μὲν οὖν, ὡς οἶσθα, καὶ αὐτὸς καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνελήλυθαμεν, παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία τῶν ἀποστόλων ἀκρότης. » Πρὸς τούτους δὲ καὶ τὸν τοῦ θείου ἐκείνου ὕμνου παράγει προεξάρχοντα, θεόληπτον γεγονότα ἐξιστάμενον καὶ οἷον ἐκδημοῦντα πρὸς τὴν ὑμνῳδίαν μεταποιούμενον. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Δείκνυσι διὰ τῶν αὐτοῦ λόγων ὁ θεσπέσιος Διονύσιος

B Memini quoque, dilecte fili, te inter cætera hujusmodi dubitationem aliquando mihi proposuisse. Quamobrem, aiebas, discipuli Christi et apostoli rebus aliis in commentarios et historias relatis, prorsus de obdormitione perpetuæ Virginis illius obticuerunt? Hac de re satis est respondere, auctores Evangeliorum Christi administrationem in carne commemorantes ad ejus a terris in cœlum assumptionem pervenisse. At expers illa maculæ Domini nostri Jesu Christi Mater provectam ætatem attigisse perhibetur, ut divinus ille vir, Andreas Cretensis antistes, auctor est. Quapropter fieri non potuit ut Virginis illius perpetuæ obdormitio evangelicæ historiæ insereretur, uti quæ C longo deinceps tempore, ceu diximus, acciderit. Præterea seorsum peculiari quodam libro de ipsa nihil Christi discipuli memoriæ prodiderunt, propterea quod in explicanda ipsius administratione occupati, magnopereque de una illa re solliciti, quo nimirum pacto incredulos fideles efficerent ac omnes ad puram sinceramque in Christum fidem perducerent, cætera negligebant, præsertim ea quæ ad divinam illam prædicationem nihil facerent. **232** Non tamen omnino divina istæc obdormitio silentio est præterita. Nam rerum ille divinarum interpres magnus Dionysius de hac admiranda quædam in perscriptis ad Timotheum epistolis tradere deprehenditur. Ac vide mihi, obsecro, quæ dicturi simus ex illius narrationibus decerpta. « Nos quidem, ait, una tecum multisque sacris fratribus, D ceu meministi, ad spectandum corpus illud, quod vitæ principium et ipsum Deum aliquando continuerat, convenimus. Simul aderant frater Domini Jacobus et Petrus, vertex apostolorum ille supremus. » Præter hæc et præcentorem divini illius

(58) Quæ sequuntur de Magdalenæ cum Galeno Pergameno, medicorum principe, colloquio, prorsus fabulosa sunt, licet aliunde id probari potuerit debueritque, quam ex libro ad Pisonem, πρὸς Πίσωνα, qui apud aliquos controvertitur an inter genuinos Galeni libros accenseri debeat.

(59) Ὡσεὶ ρν' ἔτη. Scribe, inquit Joannes Meursius in notis, ὡσεὶ ρπ', nam a Christi nativitate ad imperium Commodi usque anni putantur præterpropter 180. Verum observatione illa carere potuimus: cum enim dicat Glycas, Ἀπὸ γὰρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἕως αὐτῆς τῆς βασιλείας Κομόδου, et ipse vertat: *Nam a Domino Jesu Christo usque ad Commodum imperatorem anni fere centum quinquaginta habentur*, nihil omnino mutandum in textu videbatur, cum a baptizato vel passo Domino Jesu Christo ad Commodi primordia reperiatur assignatus a Glyca nostro annorum interlapsorum numerus.

hymni commemorat, qui divino quodam motu extra seipsum raptus et quasi traductus alio sacrum illum cantum occeperit. Quid multa proferri necesse est? Ostendit in hac narratione sacer ille Dionysius universum prope cœtum apostolorum et ipsorum septuaginta discipulorum ad venerandum hoc spectaculum congregatum fuisse; tum quod eodem tempore discipuli omnes per universum terrarum orbem dispersi convenerint, quorum in numero et ipse fuerit una cum Timotheo et Hierotheo. Audivisti enim hæc ipsius ad Timotheum verba: « Nos quidem una tecum multisque sacris fratribus, ceu meministi, ad spectandum corpus illud, quod vitæ principium aliquando continuerat, conveneramus. » Hæc a prædicto Dionysio sunt tradita.

A ὡς ἅπας σχεδὸν τῶν ἀποστόλων ὁ θίασος καὶ αὐτῶν δὴ τῶν ἑβδομήκοντα περὶ τὸ σεπτὸν ἐκεῖνο τῆς Θεομήτορος συνήθροιστο θέατρον, καὶ ὅτι κατ' αὐτὸν πάντες συνήλθοσαν οἱ ἀνὰ πᾶσαν ἐσκορπισμένοι τὴν γῆν μαθηταὶ, ὧν εἷς ἐτύγχανε καὶ αὐτὸς σύναμα Τιμοθέῳ καὶ Ἱεροθέῳ. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν αὐτὸς ἔγραφε πρὸς Τιμόθεον· « Ἴνίκα γὰρ, φησὶ καὶ ἡμεῖς, ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ σώματος συνελήλύθαμεν. » Καὶ οὕτω μὲν ὁ διαληφθεὶς θεῖος Διονύσιος (60).

Cæterum tametsi Virgo-mater naturæ legibus fuit obnoxia, tametsi mortem degustavit, tametsi ut homo in sepulcrum est deposita, naturæ tamen fines atque terminos superavit et excessit, neque sepulcrum et mortalitas eam in potestate sua retinere potuit. Nam et ipsa de sepulcro resurrexit, prorsus uti filius ejus idemque Deus fecerat, solis sepulcralibus exuviis in monumento relictis. Huic narrationi fidem facit divinus ille Juvenalis, qui Hierosolymorum antistes fuit. Exponit ille quo pacto id temporis Thomas abfuerit, quo pacto deinceps ad sepulcrum accesserit, quo pacto illud ipsum perquisiverit. Etenim apostoli Thomæ gratia sepulcrum aperiri jusserunt, quod illum cernerent absentiam in morte Virginis suam molestissimo ferre animo. Itaque sepulcrum quidem aperitur, at ipse thesaurus in eo reconditus nusquam apparebat: solæ, quod dictum est, sepulcrales exuviæ reperiebantur. Consimili nimirum modo et ipsam Dei Matrem ex mortuis resurrecturam fuisse, quo filius resurrexerat, multo ante beatus ille Davides hujusmodi verbis significaverat: « Surge, Domine, in requietem tuam, tu, inquam, ipse, et arca sanctitatis tuæ [74]. » Nam quia norat Davides eam quæ Christum utero **233** suo gestasset ac illam ipsam ob causam arca sanctitatis esset atque nuncuparetur, eodem pacto resurrecturam e sepulcro quo et natus ex ipsa Christus Dei Filius et Deus resurrexit, idcirco non absre consimilem utriusque resuscitationem ex mortuis multo ante quasi pictura quadam expressit. Etenim ni res ita se haberet, non sane posteaquam dixerat: « Surge, Domine, » subjecisset: « Et arca sanctitatis tuæ. » Quapropter hac quidem in parte amplius hæsitare noli. Nam quia duo illa primum omnium creatorum hominum corpora interitui facta sunt obnoxia propter inobedientiam, indeque porro subsecutum aliud, nimirum ut malum ejusmodi latius serpens in universam naturam humanam sese dideret, idcirco nunc quoque primum omnium duo corpora excusso depositoque interitu facta sunt primitiæ quasi quædam ejus immortalitatis, quam spe certa nobis pollicemur. Atque

Πλὴν εἰ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ὑπέπεσεν, εἰ καὶ θάνατον ἐγεύσατο, εἰ καὶ μνήματι κατετέθη ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ τοὺς ὅρους νενίκηκε τῆς φύσεως, ἀλλὰ τάφος καὶ νέκρωσις αὐτὴν οὐ κεκράτηκε· τοῦ γὰρ μνήματος ἐξανέστη καὶ αὕτη παραπλησίως τῷ υἱῷ αὐτῆς καὶ Θεῷ, μόνα παρὰ τῷ τάφῳ καταλείψασα τὰ ἐντάφια. Καὶ πιστοῦται τὸν λόγον Ἰουβενάλιος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων χρηματίσας θεῖος ἐπίσκοπος, τήν τε τοῦ Θωμᾶ διηγησάμενος ἀπόλειψιν, τὴν ἐσύστερον αὐτοῦ παρὰ τῷ τάφῳ προσέλευσιν καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῷ τάφῳ γεγονυῖαν παρ' αὐτοῦ κατεξέτασιν. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι τηνικαῦτα διανοιγῆναι τὸν τάφον κελεύουσιν ἅτε τὸν Θωμᾶν ὁρῶντες ἐπὶ τῇ ἀπολείψει πολλὰ δυσχεραίνοντα. Καὶ ὁ μὲν τάφος ἠνοίγετο, ὁ δὲ θησαυρὸς ἐντὸς ἦν οὐδαμῶς, μόνα δὲ κείμενα, καθάπερ εἴρηται, τὰ ἐντάφια. Ὅτι δὲ ἡ αὐτὴ καὶ ἡ ἐπὶ τῆς Θεομήτορος ἔμελλε γενέσθαι ἀνάστασις, καὶ ταύτην ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι καθὰ δὴ καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, ὁ μακάριος Δαβὶδ προφθάσας ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου. » Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἐν γαστρὶ βαστάσασαν αὐτὸν κάντεῦθεν κιβωτὸν ἁγιάσματος χρηματίσασαν, οὕτως ἐγηγερμένην ἐκ τάφου προέγνωκεν ὁ Δαβὶδ καθὰ δὴ καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν, εἰκότως ἄρα καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὴν ὁμοίαν προέγραψεν ἔγερσιν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκεῖνος εἰπών· « Ἀνάστηθι, Κύριε, σὺ, » τηνικαῦτα ἐπήγαγε· « Καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου. » Μὴ οὖν ἀμφίβαλλε. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ δύο τῶν πρωτοπλάστων σώματα τῇ λύμῃ τῆς φθορᾶς ὑπέπεσε διὰ τὴν παράβασιν, κἀντεῦθεν τὸ τοιοῦτον ὑφέρπον κακὸν διαδόσιμον ἐφ' ἅπαν γέγονε τὸ ἀνθρώπινον, διὰ τοῦτο καὶ νῦν πρώτως δύο σώματα ἀποτιναξάμενα ἀπαρχὴ τοῖς ἐλπιζομένοις ἀφθαρσίας γεγόνασι. Καὶ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα. Ὅρα γὰρ νουνεχῶς ὅτι καὶ ὁ ἐν πατριάρχαις ἁγιώτατος Γερμανὸς τὰς ἀφορμὰς ἐκεῖθεν λαβὼν ἐν τῷ εἰς τὴν κοίμησιν λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισιν, ὅτι « Ζῇ σου τὸ πνεῦμα διὰ παντὸς, καὶ ἡ σάρξ σου διαφθορὰν οὐχ ὑπέμεινε τάφου. Πάντα ἐπισκέπτῃ, καὶ ἡ ἐπισκοπή σου πρὸς πάντα, ὥστε κἂν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν κεκράτηνται μὴ βλέπειν σε, ἀλλὰ σὺ παναγία τεῖς

[74] Psal. CXXXI, 8.

(60) *Πρὸς τούτους δὲ. . . . . Διονύσιος.* Ex V.

ἀξίοις ἑαυτὴν ἐμφανίζεις· ἡ γὰρ σὰρξ οὐκ ἐμποδίζει τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ πνεύματός σου. » Καὶ αὖθις· « Τὸ μὲν σῶμά σου τὸ καρθενικὸν ὅλον ἁγιόν ἐστιν, ἀλλαγὲν μὲν ὡς ἀνθρώπινον πρὸς ἄκραν ἀφθαρσίαν ζωῆς, σῶον δὲ ὁ τοῦτο ζωοτελὲς καὶ ἀκοίμητον ὡς σκεῦος ὑπάρχον θεοδόχον. Ἐρρέτω τάφος, ἐρρέτω χοῦς ἐπὶ σοί, Θεοτόκε. » Πρὸς τούτοις δὲ ὁ ἀγιώτατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης αὐτὴν ταύτην εἰσάγει λέγουσαν ὅτι Τῇ μὲν ψυχῇ μεγαλύνω τὸν Κύριον καὶ ἀγαλλιῶμαι τῷ πνεύματι, τῷ σώματι δὲ μεταλλάττομαι καὶ μορφοῦμαι τὴν ἐν χάριτι θέωσιν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

A hæc quæ dicimus cave pro fabula duxeris. Nam ecce sanctissimus ille patriarcha Germanus hinc occasione sumpta, sic ad verbum in oratione sua de obdormitione Virginis loquitur: « Semper vivit spiritus tuus, et caro tua sepulcralem corruptionem non est experta. Omnia intueris, et inspectio tua versus cuncta dirigitur. Quo fit ut quamvis oculi nostri præpediantur quominus te cernant, tu tamen, Virgo sanctissima, dignis temet conspiciendam præbeas. Nam caro vi et efficacitati spiritus tui nequit officere vel impedimento esse. » Ac rursum: « Corpus tuum virgineum omnino sanctum est, et humanum quidem, sed quod ad summam immortalitatis vitam pervenerit adeoque integrum sit et absolute vivum et obdormitioni non obnoxium, quippe quod vas Dei capax fuerit. Valeat, te quod attinet, sepulcrum; valeat pulvis, o Deipara. » Quin etiam sanctissimus ille Cretensis præsul Andreas in hunc modum ipsam loquentem introducit: « Animo quidem magnifice Dominum celebro et spiritu exsulto, corpore vero immutor et ad divinitatem ex gratia profectam transformor. » Ac de his quidem hactenus.

Μετὰ δὲ Αὔγουστον (61) Καῖσαρα κρατεῖ Τιβέριος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κγ'. Οὗτος κτίσας πόλιν παρὰ τῇ λίμνῃ Τιβεριάδα ταύτην ὠνόμασεν. Ἐφ' οὗ σεισμὸς γεγονὼς ι' καὶ γ' πόλεις κατέχωσεν. Ὁ Τιβέριος οὗτος τοὺς βαρεῖς καὶ δεινοὺς φορολόγους αἰκιζων δεινῶς ἔλεγε· « Κειρέσθωσαν μὲν τὰ πρόβατα, πλὴν οὐ μέχρις αὐτῆς ἐπιδερμίδος. » Ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς εἰς ἀξίαν παρ' αὐτοῦ προαγομένους θᾶττον οὐκ ἤμειβεν. Ἐρωτηθεὶς πῶς τοῦτο ποιεῖ, ἔφη, Διὰ τὴν τῶν ἀγομένων ἀνάπαυσιν. Ἐπὶ τούτοις δ' ἔφερε καὶ παράδειγμα. Τραυματίας τις ἔκειτο, καὶ τὰ ἕλκη αὐτοῦ πλῆθος μυιῶν ἀνιμώμενον ἦν. Παριὼν δέ τις ἐπεχείρει ταύτας ἀποσοβεῖν. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἄφες αὐτάς. Κορεσθεῖσαι γὰρ οὐ τοσοῦτον ὀδύνας μοι παρέχουσιν. Ἐὰν ἔλθωσιν ἄλλαι λιμώττουσαι, σφόδρα με ἐπιπλήξουσι. » Λέγεσθαι δὲ ὅτι μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία μέχρι καὶ Ῥώμης τρέχει, πολλὰ κατεβοῶσα τῶν παρηνομηκότων εἰς αὐτὸν τὸν Χριστόν. Τοσοῦτον δὲ Τιβέριος τὸν θυμὸν ἀνῆψεν ὥστε θανάτῳ κατεδικάσαι τοὺς ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς σὺν αὐτῷ τῷ Πιλάτῳ, εἰ καί τινες ἕτεροι αὐτόχειρα λέγουσι τὸν Πιλᾶτον ἑαυτοῦ γενέσθαι.

B Post Augustum vero Cæsarem Tiberius ipsius filius annis 23 imperio præfuit. Hic ad lacum urbe condita Tiberiadem appellavit. Eodem regnante terræ motus exstitit, qui urbes tredecim subvertit. Solebat Tiberius graves subditis et atroces publicorum vectigalium exactores acute verbis hujusmodi pungere, tondendas quidem esse pecudes, at non deglubendas. Eadem de causa si quos ad magistratuum dignitates provexerat, non cito submotos cum aliis commutabat. Cumque interrogatus esset quamobrem istuc faceret, propter subditorum, inquit, commodum et recreationem. **234** Simul rem exemplo declarabat. Quidam, inquit, confectus vulneribus, humi jacebat, ejusque ulcera ingens muscarum multitudo sugebat. Præteriens vero alius eas abigere nitebatur. Tum ille: « Missas, ait, has facito. Nam satiatæ cum sint, magno me dolore non afficiunt. At si aliæ advolent esurientes, me diriter pungendo excruciabunt. » Cæterum nonnulli perhibent post assumptionem Christi Mariam illam Magdalenam Romam pervenisse, graviterque accusasse omnes, quotquot in Christum deliquerant. Usque adeo illam denique Tiberii animum accendisse, ut et sacerdotes et scribas et ipsum quoque Pilatum capitis damnaret. Sunt tamen alii qui Pilatum sibimet ipsi manus attulisse commemorant.

C

Μετὰ τοῦτον κρατεῖ Γάϊος ἔτη δ'. Οὗτος πάμπολλα δεινὰ ποιήσας ἀναιρεῖται ὑπὸ στρατιωτῶν ἐν τῷ λουτρῷ· οὐ γὰρ ἔφερον αὐτὸν ὁρᾷν τὴν ἰδίαν θυγατέρα προσάγοντα τῷ εἰδώλῳ αὐτοῦ, καὶ λέγοντα· « Σὺ ταύτης πατὴρ, καὶ σὺ ταύτην γεγέννηκας. » Οὗτος ὁ Γάϊος ὁλονύκτως κυβεύειν ἤθελεν. Ὅθεν ἐπὶ τούτῳ δυσθυμήσας ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐξεκεκένωτο τὸ χρυσίον ἅπαν, ὥστε καὶ τὸν θησαυροφύλακα δυσθυμοῦντα ὁρῶν τοὺς ὁπουδήποτε πλου-

D Post Tiberium Caius imperio 4 annos potitus est. Is cum multa crudeliter admodum designasset, a militibus in balneo necatus est. Nam moleste ferebant, quod eum vidissent propriam filiam ad simulacrum quoddam cum hujusmodi verbis adducere: « Tu pater hujus es, tu hanc procreasti. » Solebat Caius totas noctes aleæ lusu transigere. Qua prodigalitate factum est ut tandem egens magnum in mœrorem incideret. Nam prorsus exhaustum

(61) Antequam ad sequentia progrediar, monendos esse lectores existimo, in pluribus aberrare Glycam nostrum, quæ ad Romanos imperatores ac Constantinopolitanos pertinent: quæ si ad amussim atque examen chronologicum revocare voluissem, plures implere paginas et ingens notarum volumen consarcinare mihi opus fuisset. Cum aliquid dubii occurrerit, ad scriptores συγχρόνους satius erit recurrere, quam turbidos recentiorum arentesque rivulos consectari. Iis præmissis reliqua pertexam, memor propositi, ac brevitati, quantum licebit, studebo: ne similis nonnullis efficiar, qui adnotandi nullum finem faciunt, ac trivialia quæque in cumulum congerendi.

erat ærarium. Quapropter cum ejus rei causa præfectum ærario tristem imperator aliquando cerneret, jussit ut omnes locupletes e medio tollerentur eorumque facultates diriperentur. Idem cum Romæ quodam in angiportu lutum videret, mandavit ut in sinum Vespasiani, viri bellicosissimi, conjiceretur.

σίους ἀναιρεθῆναι κελεύει καὶ τὰς αὐτῶν περιουσίας λαβεῖν. Οὗτος ἐν στενωπῷ τῆς Ῥώμης πηλὸν θεασάμενος κόλποις Οὐεσπασιανοῦ τοῦ στρατηγικωτάτου βληθῆναι προσέταξε.

Hoc tempore sapiens ille Philo et Josephus claruerunt. Josephus veritatis amans exstitit. Nam et Baptistam Domini laudat, et Christum consimiliter virum sapientem magnorumque prodigiorum effectorem appellat, ac posteaquam crucifixus fuisset, die tertio vivum conspectum esse tradit. Cæterum, dilecte fili, mirari desine fuisse Barbaros quosdam qui virtutis jet honesti amore ducerentur. Nam cum hominem fingeret Deus, eidem honesti et pravi discrimen indidit. Quo factum est ut non Platonis modo sectatores vitam injustam et sceleratam odio prosecuti sint, verum etiam homines barbari non pauci. Accepimus enim Hyperboreos quosdam ultra Riphæos montes habitare, qui justitiam studiose colant, arborumque fructibus et aqua victitent. Itidem Brachmanas in virtute colenda supra modum humanum exercere se tradunt, cum foliis tantum corpora tegant et vitam in silvis agant. Anacharsis natione Scytha tanto castitatis et exercitiorum virtutis amore tenebatur, ut etiam cubans labra verendaque suis ipse manibus comprimeret. Nimirum non vigilans modo, verumetiam dormiens **235** ostendebat quam arcurata custodia duo istæc corporis membra indigeant.

Τότε δὴ τότε Φίλων ὁ σοφὸς καὶ Ἰώσηπος ἠκμαζον. Οὗτος δὴ φιλαλήθης ἐλέγετο διά γε τὸ τὸν Βαπτιστὴν τοῦ Κυρίου ἐπαινεῖν, καὶ διὰ τὸ τὸν Χριστὸν ὁμοίως ἄνδρα σοφὸν μαρτυρεῖν καὶ μεγάλων σημείων ἐργάτην, σταυρωθέντα δὲ ζῶντα φανῆναι μετὰ τρίτην ἡμέραν. Σὺ δέ, ἀγαπητὲ, μὴ θαύμαζε εἴγε καὶ βάρβαροί τινες προείλοντο τὰ καλά· τὸν γὰρ ἄνθρωπον πλάττων ὁ Θεὸς ἐντέθεικεν αὐτῷ τὴν τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διάγνωσιν. Διόπερ οὐ μόνον οἱ περὶ τὸν Πλάτωνα τὸν ἄδικον βίον ἐμίσησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν βαρβάρων οὐκ ὀλίγοι. Καὶ γὰρ τοὺς ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια ὄρη φασὶν, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην, ἀκροδρύοις καὶ ὕδασι ζῶντας. Ἀλλὰ καὶ τοὺς Βραχμᾶνας ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀσκεῖν, φύλλοις τὸ σῶμα σκεπομένους καὶ ἐν ὕλαις διάγοντας. Καὶ Ἀνάχαρσιν δὲ τὸν Σκύθην τοσοῦτον ὁ τῆς σωφροσύνης καὶ τῆς ἀσκήσεως ἔρως κατέσχεν ὡς καὶ κοιμώμενον τὰ χείλη αὐτοῦ καὶ τὰ αἰδοῖα κρατεῖν δι' οἰκείων χειρῶν· οὐ μόνον γὰρ γρηγορῶν ἀλλὰ καὶ ὑπνώττων ἐδείκνυε πόσης ἀσφαλείας τὰ τοιαῦτα δέονται μόρια.

Post Cajum Claudius imperium 13 annis obtinuit. Perhibetur autem Claudius usque adeo formidolosus fuisse, ut astantes sibi perquireret ac scrutaretur anne gladium in sinu gestarent. Successorem habuit Neronem, qui annis 14 rebus præfuit. Impurissimus hic princeps cum annos plus minus 17 natus esset, primus persequi Christianos cœpit, et duos summos viros interfecit, ut nonnulli quidem historici volunt, uno ac eodem die, verum diversis annis, ut Eusebius autem Pamphili memoriæ prodidit, et anno eodem et eadem die. Quin etiam Tertullianus, vir apud Romanos illustris, et Cajus scriptor ecclesiasticus, et Dionysius Corinthi episcopus simul et eodem tempore Petrum atque Paulum testimonio suo doctrinam Christianam obsignasse scribunt, anno videlicet imperii Neronis decimo tertio. Petrum quidem Nero hujusmodi quamdam ob causam interfecit. Imperante Nerone vixit Simo Magus, ad quem ubi summus ille vir accessisset, canem alligatum catenæ in ejus limine reperit, devorantem eos quotquot injussu ad Simonem ingredi conarentur. Is vero Petrum intrare jussit, et humana voce Petrum adesse nuntiavit. Quo facto cuncti qui erant in ædibus obstupuerunt. Simo idem facere quod canis antea factitarat, et ad se Petrum arcessere. Deinceps eum summo viro colloquens inter alia quiddam hujusmodi objecit : Si futuri notitiam Adamus habuit, quamobrem serpentis fraudem non præcognovit? Tum Petrus : « Si futuri,

Μετὰ δὲ Γάϊον κρατεῖ ὁ Κλαύδιος ἔτη ιγ'. Οὗτος ὁ Κλαύδιος τοσοῦτον λέγεται εἶναι δειλὸς ὥστε τοὺς παρισταμένους ἐρευνᾶν, μή ποτε ξίφος ἐν κόλποις φέροιεν. Μετὰ δὲ τοῦτον Νέρων ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιδ'. Οὗτος ὁ παμμίαρος ἐτῶν ὡσεὶ ι' καὶ ζ' ὢν πρῶτος τοῦ διωγμοῦ ἦρξατο, καὶ τοὺς κορυφαίους ἀναιρεῖ, ὡς μὲν ἱστορικοί τινες ἕτεροι λέγουσιν, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ, ἐν ἄλλῳ δὲ καὶ ἄλλῳ ἔτει, ὡς δὲ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου, καὶ ἔτει τῷ αὐτῷ καὶ ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ. Ἀλλὰ Τερτουλλιανός τις ἀνὴρ τῶν ἐπὶ Ῥώμῃ λαμπρῶν καὶ Γάϊος ἀνὴρ ἐκκλησιαστικὸς καὶ Διονύσιος ἐπίσκοπος Κορίνθου γράφουσι καθ' ἕνα καιρὸν καὶ ὁμοῦ μαρτυρῆσαι Πέτρον καὶ Παῦλον, τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Νέρωνος. Καὶ Πέτρον μὲν ἀναιρεῖ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ὁ Σίμων ὁ Μάγος ἦν, πρὸς ὃν ὁ κορυφαῖος ἐλθὼν εὗρε κύνα δεδεμένον ἀλύσει ἐν τῷ πυλῶνι αὐτοῦ, κατεσθίοντα τοὺς ἄνευ προκοπῆς ἐπιχειροῦντας εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν Σίμωνα. Ὃ δὴ καὶ ἐκέλευσεν εἰσελθεῖν, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ περὶ Πέτρου ἀναγγεῖλαι. Καὶ τηνικαῦτα τοῦτο ἐποίησε, καὶ πάντες οἱ ὄντες ἐντὸς ἐξεπλάγησαν. Αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Σίμων ἐποίησε, καὶ τὸν Πέτρον ἐκάλεσεν. Ὁ μέντοι Σίμων καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις τῷ κορυφαίῳ διαλεγόμενος ἔλεγεν. » Εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἀδάμ, διὰ τί οὐ προέγνω τὴν τοῦ ὄφεως ἀπάτην; » Καὶ ὁ Πέτρος· » Εἰ πρόγνωσιν οὐκ εἶχε, πῶς τοῖς υἱοῖ; αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐσομένας πράξεις ἅμα τῷ γεννηθῆναι ἐπέθηκεν ὀνόματα; τὸν μὲν γὰρ Καῒν ὠνόμασεν, ὅ ἐστι ζῆλος· ζηλώσας γὰρ ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν

αὐτοῦ. Τὸν δὲ Ἄβελ ἐκάλεσεν, ὅ ἐστι πένθος· ἐπ' αὐτῷ γὰρ φονευθέντι ἐπένθησαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ. » Εἰ δὲ τὸ πλάσμα προεγίνωσκε, πολλῷ μᾶλλον ὁ πλάστης αὐτὸς, εἰ καὶ ὁ παράφρων ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τὴν Γραφὴν ὅτι ἐπείραζεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ καὶ ὅτι, « Καταβὰς ἐπὶ Σόδομα ὄψομαι, » ἔλεγεν ἄγνοιαν ἔχειν τὸν Θεόν. Πρὸς μέντοι ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ φαντασίαις καὶ εἰς ἀέρα ἐπήρθη ὁ Σίμων, ἐπαγγειλάμενος ἐκεῖθεν ἀγαθὰ καταβιβάσαι τῷ λαῷ. Ἐγὼ δὲ ὁ Πέτρος ηὐχόμην καθ' ἑαυτὸν, καὶ εἶπον ἐνατενίσας αὐτῷ· « Εἰ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰμὶ ἐγὼ καὶ οὐ πλάνος, ὡς φησι Σίμων, προστάσσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσιν ἀφεῖναι τῆς κρατήσεως αὐτόν. » Καὶ παραχρῆμα εἰς γῆν κατηνέχθη καὶ συνετρίβη. Διὸ δὴ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπίσημον ἄγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι· Σάββατον γὰρ ἦν, ἐν ᾧ καὶ προσεύχῃ καὶ νηστεία τοῖς πιστοῖς, καὶ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου. Τοῦτο δὲ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐκεῖσε κρατεῖ. Ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ Νέρων τὸν Πέτρον ἐσταύρωσε. Τὸν δὲ Παῦλον, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν Χρυσοῦς ἐν τῷ πρὸς τοὺς κωλύοντας μονάζειν λόγῳ αὐτοῦ, διὰ ξίφους ἐτελείωσεν ἅτε κατηχήσαντα Ἐπέραστον αὐτοῦ παλλακήν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν δωγμὸν ἤγειρε· λάγνος γὰρ ὢν οὐκ ἠνέσχετο τὰς αὐτοῦ παλλακὰς ἐπιστρέφειν πρὸς Κύριον. Ὁ μέντοι θεῖος Ἰωάννης καὶ τάδε πρὸς Παῦλον εὑρηται λέγων· « Ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο αἷμα, τὸ γαλακτοειδὲς ὁραθὲν ἐν τῷ χιτῶνι τοῦ σε ἀνασκολοπίσαντος; Ὁ δὴ καὶ τὴν βάρβαρον αὐτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ μέλι γλυκᾶναν πιστὸν ἐποίησε τηνικαῦτα τὸν ἄπιστον. » Κεκοίμηνται δὲ, ὡς ἐκεῖνοί φασι, καὶ ἀμφότεροι ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ, μηνὶ Ἰουνίῳ κθ', ἐπὶ Νέρωνος βασιλέως.

ait, nullam notitiam habuit, quo tandem modo filiis suis ipso nativitatis tempore nomina indidit, quæ ipsorum factis essent accommodata? Nam unum appellavit Cainum, quæ vox æmulationem denotat; etenim impulsus æmulatione quadam fratrem suum occidit. Alterum vocavit Abelum, quod nomen luctum significat: nam ejus interfecti causa parentes in luctu fuerunt. Quodsi Adamus, qui Dei figmentum erat, futurorum habebat notitiam, multo magis ea debet opifici tribui.» At insanus ille colligebat in Deum quamdam ignorationem propterea cadere, quod Litteræ sacræ dicant Deum tentasse Abrahamum; item quod memînerint Deum ita secum locutum esse: «Descendam et Sodoma inspiciam.» Deinde post alias præstigias in aera Simo sublatus est, pollicitus inde se bona quædam populo demissurum. Ibi Petrus secum precari, et defixis in eum oculis dicere: «Si apostolus ego sum Jesu Christi, non hominum impostor, ut Simo prædicat, malis potestatibus impero ut eum dimittant nec amplius teneant.» **236** Mox in terram ille delapsus minutas in partes atteritur. Atque illum sane diem solemniter Romani celebrant. Nam Sabbato hæc gerebantur, quo fideles magistri causa cibis abstinebant et precibus opem divinam implorabant; id quod etiam usu confirmatum, adhuc in hodiernum ibi diem servatur. Nero autem his cognitis Petrum in crucem egit; Paulum vero, quemadmodum aurea lingua præditus orator meminit in oratione sua, quam ad vetantes solitariam vitam habuit, gladio propterea feriri jussit quod Eperastum, amores deliciasque suas, ad religionem Christianam instituisset. Qua ipsa de causa persecutionem quoque concitavit; nam quia lascivus erat, concubinos suos ad Dominum se convertere graviter omnino ferebat. Idem Joannes Chrysostomus, vir plane divinus, etiam hujusmodi verbis alicubi Paulum compellat: «Quinam, quæso, locus lacteum illum sanguinem tuum excepit, conspectum in ejus veste qui te in palum suffixit? Quod ipsum sane barbarum ejus animum majore vi dulcem efficiens quam mel ipsum, infidelem antea fidelem effecit.» Uterque, ceu Chrysostomus idem testatur, obdormivit in urbe Roma, a. d. III. Kal. Quinctiles, imperatore Nerone.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τὴν τοῦ θεηγόρου Λουκᾶ περὶ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων ἐπελθὼν ἱστορίαν εὐλόγως ὑπόρηκας, εἴγε τὰ λοιπὰ Παύλου διηγησάμενος ὁ Λουκᾶς τὸ μακάριον αὐτοῦ τέλος σεσίγηκε. Καὶ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι μέχρι τῆς εἰς Ῥώμην πρώτης ἀφίξεως τοῦ μεγάλου Παύλου καταλύει τὴν ἱστορίαν ὁ Λουκᾶς. Καὶ ἐκ τούτου φαίνεται ὅτι διασχισθεὶς ὁ Λουκᾶς Παύλου τὸ τῶν Πράξεων τηνικαῦτα συνεγράψατο βιβλίον, ὅθεν τὰ λοιπὰ μὲν Παύλου διηγήσατο, τὸ δὲ μαρτύριον ὡς μήπω γεγονὸς εἰκότως παρέδραμεν. Ὁ γὰρ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν Ῥώμῃ ἄνετος ὢν ἐκήρυσσε· μέχρι γὰρ τοῦδε καὶ ὁ Λουκᾶς αὐτῷ συνῆν. Εἶθ' οὕτως ἀπολογησάμενος εἰς τὸ κήρυγμα πάλιν ἐστέλλετο καὶ τοῖς ἐκεῖσε κηρύσσων ἦν. Ἐκ δευτέρου δὲ τῇ Ῥώμῃ ἐπιδημήσας, καὶ κατηχήσας τὸν οἰνοχόον Νέρωνος καὶ παλλακὴν αὐτοῦ Ἐπέραστον, τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο. Ὅτι δὲ οὐκ ἦν ὁ Λουκᾶς μετὰ Παύλου τὸ πρότερον, αὐτός φησι πρὸς Τιμόθεον ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, ἣν ἔγραψε δέσμιος· ὧν ὑπὸ

Cæterum memini, dilecte fili, te divini Lucæ historiam de Actis apostolorum perlegentem, non abs re dubitasse, num vero sit consentaneum, Lucam cæteris a Paulo gestis rebus omnibus expositis beatam ejus ex hac vita migrationem præterire silentio voluisse. Licet ad eam quæstionem hoc modo respondere, Lucam librum Actorum id temporis exarasse, cum Paulus prima vice Romam appulisset; ea de causa factum esse ut cætera quidem acta Pauli recenseret, perhibitum vero fidei testimonium, uti quod necdum accidisset, omitteret. Paulus enim, cum biennium totum Romæ liber ageret, prædicationis munere fungebatur; ad quod usque tempus ei Lucas aderat. Deinde Romam altera vice-reversus, cum religionis Christianæ rudimenta Eperasto, Neroni a poculis atque etiam concubino, tradidisset, beato ille exitu vitam clausit. Lucam ipsum prius cum Paulo non fuisse, fatetur in secunda ad Timotheum Epistola Paulus, quam a Nerone conjectus in vincula scripsit. « In prima, inquit, defensione mea

cuncti me deseruerunt. Nolim hoc eis culpæ detur. Dominus autem astitit mihi meque confirmavit.» Ad finem vero solus Lucas aderat.

Cæterum post defensionem hanc primam Paulus in Hispaniam pervenit, ubi muliercula quædam illustri orta loco, quæ multo ante Paulum videre cuperet deque veritate ab ipso viva voce erudiri, prospectasse in forum perhibetur, ibique conspecto Paulo, **237** qui forum transiret, maritum suum Probum persuadendo impulisse ut hominem domo sua exciperet. Ingresso in ædes Paulo prodigium quoddam novum et inusitatum accidisse: mulierem enim oculis suis adapertis in Apostoli fronte litteras aureas vidisse, quarum hujusmodi sententia foret: « Paulus Christi præco.» Quapropter ad pedes ipsius provoluta doctrinam Christianam accepit, ipsaque cum Probo marito familiaque universa baptizata est.

Cæterum Nero cum Anicetum quemdam ablegasset, qui matrem suam Agrippinam occideret, illa ventre suo denudato: «Hunc, Anicete, ferito, ait, qui Neronem ediderit.» Inter alia vitia Neronis hoc etiam erat, quod citharœdis et mimis delectaretur, ac semper temulentus esset; quo fiebat ut innocentes vita spoliaret. Hinc tantopere hominem aversati sunt Romani, ut motu concitato eum ad necem poscerent. Qua re cognita Nero sibimet ipsi manus attulit, hujusmodi quædam fatus: «Qualem, o Jupiter, hominum vita citharœdum amittit!» Cæterum hoc quoque memoriæ proditum est, Lucam auctorem evangelicæ historiæ in olea frugifera suffixum fuisse; cumque pretiosæ ipsius reliquiæ nusquam reperirentur, quod essent inter multa tuguria rejectæ, precibus impetratum est a Deo ut collyria quædam medica demitteret, artis sancti viri symbola; quibus conspectis reliquiæ ibidem repertæ servatæque sunt.

Heraclii nepos, annis 27 imperavit. Tunc et falsus ille vates Moamethus exstitit. Nam Ismaelitæ ad Heraclium usque simulacra colebant, Astarten (quæ luna est) adorantes; quam et Chaberam nuncupabant, hoc est magnam. Hoc vero tempore Maomethus apud ipsos exortus est, qui cum apud divitem quamdam mulierem serviret, tandem eam uxorem accepit. Laborabat is forte comitiali morbo, quem uti tegeret, angelum se Gabrielum conspicere dictitabat; cujus aspectum quia tolerare nequiret, fieri ut animo dejecto collaberetur. Ea res fidem mereri visa fuit propter monachum quemdam Arianum, qui lucri sui causa falsum ei testimonium perhibebat. Idem Moamethus in Palæstinam profectus cum in Judæos, Arianos et Nestorianos incidisset, quasi collectam quamdam ab omnibus congessit, peculiaremque religionem suis tradidit. Lege per omnia non utitur. Circumcisionem retinendam tradit, Sabbati observatione sublata. Paradisi se clavigerum esse jactitat, in quo tres sint amnes, melle, vino, lacte, fluentes. Asserit umbram Christi tantum a Judæis per invidiam crucifixam esse, cum Christum ipsum Deus ad se receperit, uti quem diligeret. Rogatum id temporis Jesum a Deo ipsene Deum sese nuncupasset, respondisse nequaquam id se nominis usurpasse, verum homines illud sibi tribuisse. Docet etiam sic evenire cuncta mortalibus ut definita sint divinitus. Mosem et Aaronem astituros quidem illos in Christi judicio, verum deinde futurum ut tanquam præstigiatores ad pœnas allegentur. Ait in secuturo quoque sæculo nos vitam potu ciboque corruptibili sustentaturos. Venerem sectatores ejus occulte colunt. Licet hoc ex ipsorum precatione deprehendere, cujus hæc verba sunt: « Alla alla ua, cubar alla, » hoc est, Deus, Deus major, et magna, nimirum luna, quæ et Venus dea.

Μετὰ μέντοι τοῦ θεηλάτου Μωάμεθ θάνατον ἐφάνη ἀστὴρ ἐπὶ μεσημβρίαν δοκίτης, ἐπὶ ἡμέρας λ', σημαίνων τὴν τῶν Ἀράβων ἔφοδον· τότε γὰρ κατέσχον τὴν Δαμασκὸν καὶ ἄλλα πολλά. Ἐπαινεῖται δὲ ἡ γῆ αὐτῶν· σφόδρα γὰρ πολύκαρπός ἐστι δι' εὔκρατον ἀέρα. Ἀλλὰ καὶ τὸ πήγανον οὐδὲν διαφέρει τῆς συκῆς κατὰ τὸ μῆκος. Καὶ ἐν Παλαιστίνῃ δὲ πηγὴ ἴασεις παρέχουσα, ἐν ᾗ τὸν Κύριον ὁδοιποροῦντα λέγουσι νίψασθαι. Καὶ δένδρον ἵσταται πάσης ἀῤῥωστίας ἀλεξίκακον, ὃ δένδρον εἰς γῆν ἐκλίθη καὶ προσεκύνησε δῆθεν τὸν Κύριον εἰς Αἴγυπτον φεύγοντα, σώζει δὲ καὶ εἰσέτι τὸ σχῆμα τῆς προσκυνήσεως. Ἐκεῖ ἐστι καὶ ἡ βαταρῖτις ῥίζα ἡ φλογοειδής, ᾗ προσεγγίσαι τις οὐ τολμᾷ, ἀνασπᾶται δὲ κυνὸς τῆς τοιαύτης ῥίζης πλησίον δεθέντος· ἡ μέντοι ῥίζα περιαπτομένη δαιμονιζομένῳ φυγαδεύει τὸν δαίμονα. Γεωργεῖται δὲ καὶ ὀποβάλσαμον ἐκεῖσε πολύ. Ταύτῃ τοι καὶ τὴν γῆν ταύτην ὡς ἐξαίρετον τῷ ἠγαπημένῳ δέδωκεν ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Ἐν αὐτῇ καὶ ὁ Κύριος τὰ πάντα εἰργάσατο. Ταύτην οὖν καὶ οἱ ἐξηγηταὶ τῆς γῆς ὀφθαλμὸν προσηγόρευσαν.

Post hujus rejecti punitique a Deo Maomethi mortem sidus quoddam versus meridiem conspectum est, trabis figuram referens, ad triceſimum usque diem; quo Arabum in Romanum imperium invasio denuntiata fuit. Nam et Damascum id temporis suam in potestatem redegerunt et alias multas urbes. Atque horum sane Arabum regio magnopere prædicatur, uti quæ copia fructuum abundet propter aeris temperationem valde commodam. Ruta istic a ficu proceritate non superatur. Itidem in Palæstina **278** fons est, qui morbos sanat: in eo Dominum iter aliquando facientem abluisse se perhibent. Etiam arbor ibi quædam est, quæ quasvis infirmitates pellit. Ea se ad terram usque inflexit Dominumque submisse venerata est, cum in Ægyptum fugeret. Ejus inflexionis adorabundæ formam hodieque retinet. Istic et bataritis est, radix quædam flammea, ad quam propius accedere nemo audet; sed per canem evellitur prope radicem alligatum. Hæc radix homini a malo genio vexato admota genium ipsum fugat et abigit. Iisdem in locis et opobalsamum copiose admodum agricultione adhibita provenit. Propterea Deus

hanc terram velut eximiam Israelo sibi charissimo donavit. In eadem et Dominus omnia perfecit. Ideoque doctores illam oculum orbis terrarum nuncuparunt.

Cæterum Constans imperator, cum navali prælio decernere vellet adversus Arabes, Thessalonicæ sibi per quietem esse visus est. Id somnium ubi cuidam interpreti rerum hujusmodi exposuisset, infelix esse didicit; nam eo significari «Thessallenicen,» hoc est, Alteri cede victoriam. Altero die prælio cum hoste congressus et superatus cuidam suorum purpuram induit, sibique clanculum fuga consulit. Is autem in pugna casus reapse promeruit ut hoc de ipso verbum prædicetur: « Major esse nequit amor in hominum ullo quam si animam suam quis amici causa ponat [1]. » Secundum hæc Constans in Siciliam sese contulit, imperii sedem Romam transferre cogitans. Vehementer enim Byzantiis invisus erat, quod Martinum Romæ papam contumeliose Cpolim perductum Chersonem in exsilium egisset, ac eximio viro Maximo manum cum lingua præcidisset, unam ob causam, quod Monotheletarum sectam non probaret. Cum autem sex annos in Sicilia vixisset, ibique liberos suos Cpoli venturos exspectasset, tandem in balneo necatus est. Exstitit iis annis Constantinus, qui et Sylvani nomen habuit, Pauli Samosateni successor. Docuit ille solis evangelicæ historiæ scriptoribus et uni Apostolo fidem habendam, idque ratione prorsus perversa.

Ὁ μέντοι Κώνστας θέλων συνάψαι ναυμαχικὸν πόλεμον μετὰ τῶν Ἀράβων ἔδοξε κατ' ὄναρ διάγειν ἐν Θεσσαλονίκῃ. Ὅπερ ἀποκαλύψας τινὶ γνωστικῷ ἤκουσεν ὅτι κακὸν ἐνύπνιον· καὶ γάρ· « Θὲς ἄλλῳ τὴν νίκην » σημαίνει. Τῇ γοῦν ἐπαύριον συγκροτήσας πόλεμον καὶ ἡττηθεὶς ἐνέδυσε μὲν τὴν ἁλουργίδα τινὰ τῶν οἰκείων αὐτοῦ, αὐτὸς δὲ λάθρα ἔφυγεν. Ἐπ' ἐκείνῳ λοιπὸν σφαγέντι κατὰ τὸν πόλεμον πεπλήρωται· «Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τοῦ φίλου αὐτοῦ. » Ὁ δὲ Κώνστας κατῆλθεν εἰς Σικελίαν, βουλόμενος ἐν Ῥώμῃ καταστῆσαι τὸ βασίλειον· σφόδρα γὰρ ὑπὸ τῶν Βυζαντίων ἐμισεῖτο, ὅτι τε Μαρτῖνον τὸν πάπαν Ῥώμης ἀγαγὼν ἀτίμως ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐξώρισεν εἰς Χερσῶνα, χεῖράς τε καὶ γλῶτταν τοῦ μεγάλου Μαξίμου ἀπέτεμε μὴ συντιθεμένου τοῖς Μονοθελήταις. Ἐξ οὗν ποιήσας ἔτη ἐν Σικελίᾳ (ἀνέμενε γὰρ τοὺς αὐτοῦ παῖδας ἐλθεῖν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως) ἀνῃρέθη ἐν βαλανείῳ. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἐφάνη Κωνσταντῖνος ὁ καὶ Σιλουανὸς λεγόμενος, ὁ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως διάδοχος, ὃς ἐδίδασκε μόνοις τοῖς εὐαγγελισταῖς καὶ τῷ Ἀποστόλῳ προσέχειν, καὶ τούτοις διεστραμμένως.

Post Constantem imperio potitus est Constantinus ipsius filius, cognomento Pogonatus sive Barbatus, annos 17. Is Barbati appellationem ex causa quadam hujusmodi accepit. Cum in Sicilia Constantem patrem mortuum accepisset, eo profectus est: inde reversus Barbatus propterea dici cœpit, quod expers barbæ prius in reditu barbam integram justæque magnitudinis haberet. Ex intestinorum dolore vitam cum morte commutavit.

Μετὰ δὲ Κώνσταντα Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Πωγωνᾶτος ἔτη ιζ'. Πωγωνᾶτος δὲ ἐλέγετο δι' αἰτίαν τοιαύτην. Τὸν ἐν Σικελίᾳ μαθὼν θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κώνσταντος ἐκεῖσε κατάγει. Πάλιν οὖν ἀνέρχεται. Ἐφ' ᾧ καὶ Πωγωνᾶτος λέγεται· ἀγένειος γὰρ ἐκεῖσε κατελθὼν τελειοπώγων ὑπέστρεψε. Τελευτᾷ δὲ τὸν βίον δυσεντερικός.

Constantino mortuo Justinianus annis 16 rerum potitus est, a naribus resectis **279** deinceps Rhinotmeti nomen consecutus. Hic imperator universo populo supra modum invisus erat, homo durus ac ferox, aliorum contemptor, omniaque se habere cognita putans. Qua de causa factum ut Leontius patricius, seditione concitata noctu a Venetorum factione, imperator renuntiaretur. Is ubi dies illuxisset Justinianum cepit eumque præciso naso Chersonem exsulare jussit. Hoc modo Leontius triennium regnavit, quo exacto idem ipsi quod Justiniano accidit. Nam missus ab ipso adversus Arabas exercitus sane maximus, cum semel atque iterum sinistram fortunam iniquo ferret animo, Apsimaro quodam sibi præfecto Byzantium recta contendit. Quapropter Apsimarus, quem alio nomine Tiberium dixerunt, Leontio suam in potestatem redacto nares præcidit, hominemque carceribus inclusit. Ipse regno ad se translato septem annis præfuit. Leontium mirifice perturbabant illorum prædictiones qui ex astris futura se habere

Καὶ κρατεῖ μετὰ τοῦτον Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινότμητος ἔτη ις'. Οὗτος ὁ βασιλεὺς καθ' ὑπερβολὴν ἐμισεῖτο παρὰ παντὸς λαοῦ, σκληρὸς ὢν καὶ ὑπερόπτης καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν ἔχειν δοκῶν. Ὅθεν Λεόντιος πατρίκιος στασιάσας ἀναγορεύεται νυκτὸς ὑπὸ δήμου τῶν Βενέτων βασιλεύς, ἡμέρας δὲ γενομένης κρατεῖ τὸν Ἰουστινιανόν, καὶ ῥινοτομήσας αὐτὸν εἰς Χερσῶνα ἐξώρισε. Κρατεῖ λοιπὸν ὁ Λεόντιος ἔτη τρία, καὶ πάσχει τὴν αὐτὰ τὰ ἴσα τῷ Ἰουστινιανῷ· ὁ γὰρ παρ' αὐτοῦ κατὰ Ἀράβων σταλεὶς μυρίανδρος στόλος καὶ ἅπαξ καὶ δὶς μὴ φέροντες τὴν ἐντεῦθεν κακοπάθειαν, Ἀψίμαρόν τινα προϊστῶσιν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τῆς Βυζαντίδος χωροῦσιν. Ἀψίμαρος οὖν ὁ καὶ Τιβέριος μετονομασθεὶς κρατεῖ Λεόντιον καὶ ῥινοτομεῖ αὐτὸν καὶ φρουρᾷ καθείργνυσι. Κρατεῖ οὖν Ἀψίμαχος μετ' αὐτὸν ἔτη ζ'. Τὸν μέντοι Λεόντιον αἱ τῶν ἀστρολεσχούντων προῤῥήσεις ἐτάραττον. Ὅθεν καὶ πᾶσαν ἐκίνει κατὰ Ἰουστινιανοῦ μηχανήν. Γράφει γὰρ Χαγάνῳ τῷ τῶν Χαζάρων ἄρχοντι, χρήματα ὑπισχνεῖται εἰ τὸν Ἰουστινιανὸν κρατήσας ἢ ὡς τρίδουλον ἀπεμπολήσει ἢ τὴν κεφαλὴν ἐκκόψει αὐτοῦ. Μανθάνει ταῦτα Ἰου-

[1] Joan. xv, 13.

στινιανὸς, δραπετεύει ἐκεῖθεν, τοῖς Βουλγάροις προσέρχεται, ἀδραῖς αὐτοὺς ὑποσχέσεσι καταδεσμεῖ. Ὅθεν καὶ μετὰ πλήθους ἀπείρου πρὸς τὴν Βυζαντίδα ἔρχεται, καὶ διὰ σωλῆνος ὑδροφόρου κλέπτει τὴν εἴσοδον, καὶ οὕτω τῆς βασιλείας αὖ ἐπιδράσσεται, τοῦ Ἀψιμάρου εἰς Ἀπολλωνίδα φυγόντος. Ἔτη οὖν ἑπτὰ κρατήσας τὸν μὲν Ἀψίμαρον μέσῃ τῇ πόλει θριαμβεύσας ἀνεῖλεν, ὡσαύτως καὶ Λεόντιον· τὸν δὲ πατριάρχην Καλλίνικον, ἐπειδήπερ ἀντέστη προλαβὼν αὐτῷ πειρωμένῳ Ἐκκλησίαν χαλάσαι, τυφλώσας ἐξώριζεν ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προβάλλεται Κυριακὸν τὸν ἐν τῇ νήσῳ Ἀμάστριδι ἔγκλειστον ὄντα· προηγόρευσε γὰρ αὐτῷ τὴν τῆς βασιλείας ἀποκατάστασιν. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, δίκην βοσκημάτων πάντας ἀπέκτεινε· μαινόμενος γὰρ ἦν. Ὅθεν καὶ διὰ μικροῦ σκάφους ἀπὸ Χερσῶνος ἐπανερχόμενος καὶ κλύδωνι περιπεσὼν τὴν ἐνδομυχοῦσαν αὐτῷ κακίαν δήλην καθίστησιν. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν οἰκείων τις αὐτῷ ἔλεγεν· « Ἰδοὺ ἀποθνήσκεις, δέσποτα, καὶ ὑπόσχου τῷ Θεῷ, ἐάν σοι δώσῃ τὴν βασιλείαν, μηδένα τῶν ἐχθρῶν σου λυπῆσαι· » ἔφη· « Ἐνταῦθά με καταποντισάτω Κύριος, εἰ φείσομαί τινος ἐξ αὐτῶν. » Πρὸς τούτοις δὲ καὶ βαλὼν ὁ τύραννος οὗτος κατὰ νοῦν ὅσα οἱ Χερσωνῖται κατ' αὐτοῦ ἐμελέτων τῷ Ἀψιμάρῳ χαριζόμενοι, πέμπει στρατὸν κατ' αὐτῶν. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινόν. Πᾶσαν ἡλικίαν ἐκέλευσεν ἀνηλεῶς ἀποσφάττεσθαι. Καὶ δὴ καὶ ἀποσφάττονται γέροντες, νέοι, γυναῖκες, παῖδες καὶ πάντες ἁπλῶς. Εἶτά τι μαθὼν Ἰουστινιανὸς ὅτι τῶν νεογνῶν πάντη βρεφῶν οἱ σταλέντες ἐκεῖνοι ἐφείδοντο, καχλάζει ἐπὶ πλέον τῷ θυμῷ καὶ στόλον ἕτερον ἐκπέμπει, ὡς κολασθῆναι μὲν καὶ τοὺς προαποσταλέντας, ἀναιρεθῆναι δὲ καὶ πᾶσαν βρεφικὴν ἡλικίαν. Καθίστησι δὲ τοῦ στόλου ἡγεμόνα Φιλιππικὸν τὸν καὶ Βαρδάνην λεγόμενον. Ἀπῆλθον ἐκεῖσε λοιπόν, καὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος μυσαχθέντες ἀπανθρωπίαν, καὶ μὴ φέροντες αἵμασιν ἀδίκοις καταχρανθῆναι, εἰς στάσιν χωροῦσιν, ἄνακτα δὲ καὶ κράτορα Φιλιππικὸν ποιοῦσι. Καιρὸς διῆλθεν ἐπὶ τούτοις ἱκανός. Θροεῖται ὁ βασιλεὺς, μανθάνει ἐκεῖθεν οὐδέν, ἐξέρχεται στρατὸν οὐκ ὀλίγον ἐπισυρόμενος. Φθάνει ἕως Σινώπης αὐτῆς, ὁρᾷ διὰ θαλάττης ἐρχόμενα πλοῖα. Εὐθὺς ἀνθυποστρέφει καὶ αὐτός. Ἀλλὰ πρῶτος ὁ Φιλιππικὸς τὰ βασίλεια καταλαμβάνει. Ὅθεν καὶ ὑστερήσας ὁ Ἰουστινιανὸς ἐν τοῖς τοῦ Δαμάτρυος ὄρεσι σὺν αὐτῷ συνάγεται τῷ στρατῷ. Ἀποστέλλει πρὸς αὐτὸν ὁ Φιλιππικὸς ἀντιπαράταξιν. Πλανῶσιν αὐτὸν, κρατοῦσι, καὶ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτέμνουσι. Κρατεῖ λοιπὸν ὁ Φιλιππικὸς ἔτη δύο. Ἀλλὰ καὶ τοῦτον πάλιν εἰσελθόντες τινὲς ἀπὸ Θράκης ἐκτυφλοῦσι.

Καὶ βασιλεύει Ἀρτέμιος ὁ καὶ Ἀναστάσιος ἔτη δύο, καὶ μετὰ τοῦτον Θεοδόσιος τῶν κάτω ἔτη δύο. Οὗτος καὶ ἄκων ἐξέστη τῆς βασιλείας καὶ ἀντὶ πορ-

cognita garrire consueverant. Itaque nihil non adversus Justinianum moliebatur : litteras ad Chaganum, Chazarorum principem, dabat ; eidem magnas pecunias pollicebatur, si captum Justinianum vel instar mancipii vilissimi venderet vel capite plecteret. Iis cognitis Justinianus in fugam se conjicit, ad Bulgaros proficiscitur, ingentibus eos promissis sibi devincit. Quo facto tantum non infinitis cum copiis Byzantium contendit, per aquæductum in urbem ingreditur, imperiumque recuperat. Hinc Apsimarum per mediam urbem velut in triumpho et pompa circumductum una cum Leontio interficit ; patriarcham Callinicum, quod olim ipsi contra Ecclesiam aliquid molienti adversatus fuisset, oculis spoliatum Romam in exsilium mittit ; ejus loco Cyriacum patriarcham facit, qui in Amastride insula solitariam vitam inclusus agebat : nam is Justiniano recuperationem imperii prædixerat. Ut brevibus omnia denique complectar, quosvis pecudum instar jugulabat homo plane furens. Atque hanc in imis animi latitantem angulis improbitatem jam antea quoque patefecerat, cum exigua navicula Chersone reverteretur et tempestate quadam exciperetur. Nam cum ei familiarium aliquis diceret : « En moreris, domine, quamobrem Deo promitte, si restituerit imperium tibi, neminem te hostium tuorum læsurum : » « Imo vero, ait, hoc ipso in loco fluctibus me Dominus obruat, si eorum ulli pepercero. » Præterea cum ad animum revocasset hic tyrannus quæ moliti fuissent adversus ipsum in Apsimari gratiam Chersonitæ, copias in eos militum ablegavit. Erat hic videre spectaculum perquam miserabile. Jusserat ætatem quamvis absque ulla **280** commiseratione trucidari ; quo factum ut jugularentur senes, juvenes, feminæ, pueri, adeoque omnes promiscue. Quin etiam cum accepisset Justinianus quod ablegati milites mandato suo pepercissent omnino infantibus, vehementer excanduit, aliamque classem instruxit, per quam et prius missos eo nomine puniret et omnes Chersonitarum infantes necaret. Ei classi ducem præfecit Philippicum cognomento Bardanem. Qui cum iter Chersonem instituisset, milites inhumanitatem ac diritatem imperatoris exsecrati, cum se innoxio sanguine pollui nollent, seditionem excitant, et Philippicum regem principemque suum designant. Interea non parum temporis intercedit ; rebus suis imperator metuit ; nihil inde locorum rei novæ percipit ; non exiguis contractis copiis egreditur ; Sinopem usque pervenit ; classem adventare mari cernit ; eo mox animadverso Cpolim revertitur. Verum Philippicus princeps regiam occupat, ideoque tardius adveniens Justinianus in Damatryos montes suo se cum exercitu recipit. Eo Philippicus adversas copias ablegat, quæ Justiniano fraude circumvento victoria potiuntur eique caput præcidunt. Hoc facto biennium Philippicus imperat ; ac vicissim a quibusdam, e Thracia qui venerant, oculis spoliatur.

Successit Artemius, cognomento Anastasius, et duobus annis imperavit. Eum subsecutus est Theodosius, homo plebeius, qui et ipse biennium cum

regnasset, invitus alteri cessit proque purpura pullam vestem induit. Nam oriundus Isauria Leo, qui tum patricius erat et Orientis dux, defectionem moliebatur; quam ad rem virum illustrem habebat opitulatorem, cui nomen erat Artabasdo. Illique deinceps cum adeptus esset imperium, remunerationis causa [illegible] suam matrimonio copulavit. Ante occupatum imperium sordido quodam opificio se quondam aluerat; quo tempore quosdam in Judæos ad fontem sedentes incidit, asellum onustum agens. Verum ubi deinde provinciarum principibus innotuisset ad singularem animi declarasset audaciam, paulatim patricius factus, imperatoriaque renuntiatur. Igitur hic Leo, qui et Co[illegible] nomen habuit, annos 23 imperavit. Ex Isa[illegible]eu diximus, ortum habebat et artem oli[illegible]ndam tractabat. Cononis appellationem ei [illegible]r indiderat, quam semper a puero retinuit. I'n[illegible]etum ut cum sanctus ille Germanus, Leone pulverem oppugnationis imaginum in altum concitante, moneret imperatorem his verbis: « Cave tu faxis hæc, imperator, quando futurum perhibetur ut oppugnationem imaginum Cono quidam auspicetur, » Leo vicissim se Cononem illum esse responderet.

A φύρας τὸ μέλαν ἠμφιάσατο. Ὁ γὰρ ἐξ Ἰσαυρίας Λέων, πατρίκιος τηνικαῦτα ὢν καὶ στρατάρχης τῆς ἑῴας, μελετᾷ κατὰ Θεοδοσίου ἀποστασίαν, ἔχων εἰς τοῦτο συμπράκτορα καὶ ἄνδρα τινὰ τῶν περιδόξων, ᾧ ἦν ὄνομα Ἀρτάβασδος. Ὃ δὴ καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα χάριν ἀνταμοιβῆς μετὰ τὸ κρατῆσαι δίδωσιν, εἰ καὶ βάναυσος πρότερον ἦν. Ἡνίκα γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκεῖνος ἐνέτυχε παρὰ πηγῇ, κατάφορτον ἐλαύνων ὀνάριον ἦν. Ἀλλὰ τοῖς χωράρχαις γνωρισθεὶς, κἀντεῦθεν τὸ τολμηροκάρδιον ἐκφήνας, κατὰ μικρὸν πατρίκιος καθίσταται κἀντεῦθεν βασιλεὺς ἀναγορεύεται. Κρατεῖ τοίνυν ὁ Λέων οὗτος ὁ καὶ Κάνων ἔτη κγ'. Οὗτος ἐξ Ἰσαυρίας μὲν ὥρμητο, τὸ ἐπιτήδευμα δὲ βάναυσος ἦν, Κόνων δὲ παρὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ παιδόθεν ἐλέγετο. Ὅθεν καὶ τοῦ ἁγίου τηνικαῦτα Γερμανοῦ πρὸς αὐτὸν, ἡνίκα τὴν τῆς εἰκονομαχίας κόνιν εἰς ὕψος πάντων κατέχεεν, εἰπόντος· « Μὴ ταῦτα, ὦ βασιλεῦ· τὴν γὰρ εἰκονομαχίαν Κόνων ἐγεῖραι λέγεται, » ἔφη· « Ἐγώ εἰμι ὁ Κόνων. »

281 Cum adhuc pauper esset, accidit ut Judæi quidam, vaticinandi periti, futurum prædicerent ut ipse imperio potiretur. Nam in eos forte quemdam ad fontem inciderat, ubi se illi ex itinere recreabant. Cumque sacramento adhibito pollicitus fuisset se prædictionis hujus nomine vicissim eis benefacturum, illi exspectato tempore, dum imperio potiretur, tandem eum convenerunt, ac si quidem tum Dei tum aliorum sanctorum imagines e medio tolleret, posteritatem ipsius totos 100 annos imperio potituram monuerunt. Itaque tanto studio quidvis adversus imagines molitus est, ut etiam magnum illum patriarcham Germanum, qui multis cum eo disceptaverat, solio dejectum expelleret. Inter cætera Germanus in medium proferebat effigiem Domini per Thaddæum Augaro missam et Edessæ conservatam, præterea memoriæ proditam ab apostolo Luca imaginem, quæ Romam ad Theophilum missa fuit, item aheneas duas effigies, quas mulier illa sanguinis fluxum perpessa quodam ex singulari desiderio fieri curavit et erexit. Earum altera, qua ipsa repræsentatur, ad terram se flectit et ab effigie Christi benedictionem accipit. Eo tempore Gregorius quoque papa Romanus ad imperatorem Leonem de imaginibus scripsit. Sed cum Æthiopem eluere non posset, Italiæ Romæque vectigalia imperatori amplius pendi vetuit, adeoque totam illam regionem ab hoc imperio prorsus avulsit.

Ταύτῳ τῷ βασιλεῖ πενιχρῷ ὄντι περὶ βασιλείας προεῖπον Ἰουδαῖοι μάντεις τινὲς ἐνωθέντες αὐτῷ κατὰ τύχην ἔν τινι πηγῇ ἀναψύξεως χάριν· ἐφ' ᾧ καὶ ὑπέσχετο μεθ' ὅρκου ἀμείψασθαι αὐτούς. Ὅθεν καὶ βασιλεύοντι αὐτῷ ἐπέστησαν οὗτοι, λέγοντες ὅτι ἐὰν τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων τῶν ἁγίων ἐκ μέσου ποιήσῃ, ἔσται τὸ σκῆπτρον αὐτοῦ διαρκοῦν κατὰ γενεὰν εἰς ἐνιαυτοὺς ρ'. Οὗτος τοσοῦτον ἐμηχανήσατο κατὰ τῶν εἰκόνων, ὡς καὶ τὸν μέγαν Γερμανὸν πολλὰ διαλεξάμενον ἐκδιῶξαι τοῦ θρόνου. Προὐβάλλετο δὲ ὁ πατριάρχης τὴν διὰ Θαδδαίου κυριακὴν ἐκτύπωσιν πρὸς Αὔγαρον σταλεῖσαν καὶ τῇ Ἐδέσσῃ ἐναποκειμένην. Εἰς μέσον δὲ ἔφερε καὶ τὴν παρὰ Λουκᾶ μὲν τοῦ ἀποστόλου ἱστορηθεῖσαν εἰκόνα, ἐν Ῥώμῃ δὲ πρὸς Θεόφιλον σταλεῖσαν, ὡσαύτως καὶ τὰ δύο χαλκᾶ ἐκτυπώματα, ἅπερ ἡ αἱμορροοῦσα ἐκ πόθου ἀνεστηλώσατο, ὧν τὸ ἓν ἐπικλινὲς πρὸς γῆν εἰς τύπον αὐτῆς καὶ τὴν εὐλογίαν παρὰ θατέρου δεχόμενον· τοῦ Χριστοῦ γὰρ ἦν. Τότε καὶ Γρηγόριος ὁ πάπας Ῥώμης γράφει πρὸς τὸν βασιλέα Λέοντα περὶ τῶν εἰκόνων. Ἀλλὰ τὸν Αἰθίοπα σμῆξαι μὴ δυνηθεὶς τοὺς φόρους τῆς Ἰταλίας καὶ Ῥώμης ἐκώλυσε τελεῖσθαι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τὴν ὅλην δὲ χώραν αὐτῶν τῆς ἐξουσίας ταύτης ἀπέστησε.

Quam nequiter se Leo gesserit, inter alia vel unicum hoc exemplum demonstrare poterit. Haud procul a fano sanctæ Dei sapientiæ splendida domus erat exstructa, qua librorum thesaurus continebatur, numero triginta sex milium et quingentorum. Hæc domus custodem et præfectum quemdam habebat, virum omnino venerabilem ac doctum; sub quo alii duodecim erant, admirabili virtute ac rerum cognitione præstantes, qui quosvis

Δεῖγμα δὲ τῆς τοῦ Λέοντος κακοπραγίας πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο. Ἐγγὺς τοῦ τεμένους τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Σοφίας οἶκος δεδόμητο λαμπρὸς, ἐν ᾧ βίβλοι τεθησαυρισμέναι ἦσαν, τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ τρισμύριαι ἑξακισχίλιαι πρὸς ἕπταις πεντακοσίαις, ἔχουσαι φύλακά τε καὶ προϊστάμενον ἄνδρα τίμιον καὶ σοφὸν. Ἦσαν δὲ καὶ ὑπ' αὐτὸν ἕτεροι ἄνδρες θαυμαστοὶ, ὡσεὶ ιβ', ἀμισθὶ τοὺς θέλοντας ἐκπαιδεύοντες· τοσοῦτον δὲ τὴν ἀρετὴν ἦσαν περιώνυμοι ὡς

καὶ τοὺς βασιλεῖς μηδέν τι πράττειν ἄνευ αὐτῶν. Ὁ γοῦν κάκιστος κοινοῦται καὶ τούτοις τὰ τῆς ἀθέου γνώμης αὐτοῦ, καὶ μὴ ἔχων καταπειθεῖς εὑρεῖν αὐτοὺς ὕλην περισωρεύει εὐέξαπτον κύκλῳ τοῦ θείου νεοῦ, καὶ πῦρ ὑφάπτει λιπαρὸν, καὶ πάντα ὁμοῦ καταφλέγει, τούς τε θείους ἐκείνους ἄνδρας καὶ σὺν αὐτοῖς τὰς βίβλους.

A absque mercede ac præmio disciplinis optimis erudiebant. Atque horum ob virtutem tanta celebritas erat, ut ne ipsi quidem imperatores aliquid iis non consultis agerent. Cum his ergo vir improbissimus sententiam suam impiam communicat, cumque parum eos suis rationibus tribuere deprehenderet, undique divinam hanc ædem materie

coacervata cingit, quæ ignem facile conciperet, exurit, tam divinos istos homines quam libros.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ πλούσιός τις ἦν ἐλεημοσύναις ὁμοῦ καὶ πορνείαις συζῶν, καὶ οὕτω καταγηράσας ἀπέθανε. Γίνεται οὖν στάσις περὶ τοῦ ποῦ ὁ τοιοῦτος τέτακται· οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον ἄμωμον εἶναι δεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, οἱ δὲ ταύτῃ καθαίρεσθαι τὰ ἁμαρτήματα διισχυρίζοντο. Δεηθέντων οὖν τοῦ B πατριάρχου τε Ῥωμανοῦ καὶ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων τοῦ Θεοῦ περὶ τούτου, ἀπεκαλύφθη τινὶ ἐγκλείστῳ. Ἑώρα γὰρ ἐντεῦθεν μὲν παράδεισον, ἐκεῖθεν δὲ φλόγα πυρὸς μεγίστην, μέσον δὲ τὸν τελευτήσαντα ἑστῶτα καὶ μέγα στενάζοντα· πρὸς ὃν ἄγγελος ἐλθὼν εἶπε· « Τί μέγα στενάζεις; ἡ ἐλεημοσύνη σου ἐῤῥύσατό σε τῆς φλογός. » Μανθάνομεν οὖν ἐντεῦθεν ὅτι οὐ τοσοῦτον ὠφελήσει τὸ ἀργύριον ἐκ ῥυπαρᾶς χειρὸς διδόμενον. Ἀλλὰ καὶ Ζήνων ὁ βασιλεὺς, ὡς πού φησιν, ἐμίγη γυναικὶ παρθένῳ ἧς ἡ μήτηρ μὴ φέρουσα τὸ συμβὰν τὴν ἀειπάρθενον ἱκέτευε Θεοτόκον ἐκτενῶς ὥστε λαβεῖν ἐκδίκησιν. Καὶ ἤκουσε θείας ἐκεῖθεν φωνῆς οὕτω λεγούσης πρὸς αὐτήν· « Θέλομεν ἐκδικῆσαί σε, ὦ γύναι· ἀλλ' ἡ δεξιὰ ἐκείνου ποιῆσαί με οὕτως οὐκ ἀφίησι. » Ὁ C δὲ Θεολόγος Γρηγόριος πρὸς ἀκρίβειαν νομοθετῶν οὕτως εὕρηται λέγων· « Μίσθωμα πόρνης ἁγνὸς οὐ μερίζεται. »

Exstitit iisdem temporibus vir quidam opulentus, qui et beneficentiam in pauperes largiter exercebat et plus æquo deditus erat scortationibus. Ubi consenuisset, tandem naturæ debitum persolvit. Ibi de hoc oriri dissensiones cœperunt, quonam referendus esset. Quippe nonnulli aiebant beneficentiam **282** in pauperes expertem labis et a vitiis immunem esse debere. Alii contra purgari et expiari delicta per hanc beneficentiam asserebant. Quare cum hanc ob causam Romanus patriarcha et religiosi antistites Deum rogarent, tandem patefactio quædam viro in solitudinem abdito contigit. Etenim videbat ab una parte paradisum, ab altera flammam ignis maximam, in medio stantem ac valde ingemiscentem eum qui vitam reliquerat. Hinc angelum accedentem, qui talibus ipsum verbis alloqueretur : « Cur tantopere ingemiscis? beneficentia in pauperes tua te flammis hisce liberavit. » De quo exemplo discimus pecuniam manu inquinata sordenteque donatam non usque adeo largientibus profuturam, ut nonnulli existimant. Itidem accepimus Zenonem imperatorem virgini cuidam vitium obtulisse; cujus mater iniquo casum hunc animo ferens, continentibus perpetuæ illi Deiparæque Virgini precibus supplicaverit, ut facinus istuc impunitum non relinqueret. Tandem ab ea divinam quamdam vocem, hujusmodi verba proferentem, auditam esse : « Cupimus nos quidem injuriam tibi factam ulcisci, mulier, verum Zenonis dextra nos id facere nequaquam sinit. » Gregorius autem, cognomento Theologus, accuratas pietatis leges ferens, alicubi locutus in hæc verba reperitur : « Deus, qui purus est, non vult scorti mercedis particeps esse. »

Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ τοιοῦτόν τι. Μονάχός τις ἀφορισθεὶς ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ πάπα ὡς παρὰ γνώμην τοῦ ἡγουμένου αὐτοῦ καὶ παρὰ τὸν θεσμὸν τοῦ μοναστηρίου τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου ποιήσας τι, μετ' ὀλίγας ἐτελεύτησεν ἡμέρας. Ὅπερ ἀκούσας ὁ πάπας μεγάλως ἐλυπήθη, διότι ἀπῆλθεν ὁ D ἀδελφὸς ἐξαίφνης δεδεμένος ὤν. Καὶ γράψας ἐν χάρτῃ εὐχὴν λύουσαν τῶν δεσμῶν τὸν τεθνεῶτα ἔδωκέ τινι διακόνῳ εἰπών· « Ἄπελθε ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ ἀδελφοῦ, Καὶ ἀνάγνωθι αὐτήν. » Καὶ τούτου γενομένου θεωρεῖ ὁ ἡγούμενος κατ' ὄναρ τὸν ἀδελφὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· « Λύπην ἔχομεν, ἀδελφὲ, περὶ σοῦ, ὅτι δεδεμένος ἐτελεύτησας· εἰπὲ οὖν ἡμῖν πῶς ἔχει τὰ κατά σε; καὶ ὃς ἀποκριθεὶς εἶπεν· Οὕτως, πάτερ, εἰς φυλακὴν ἦμην ἕως χθές· σήμερον δὲ ἀπολέλυμαι. » Καὶ ἐγνώσθη πᾶσιν ὅτι καθ' ἣν ὥραν ἀνέγνω ὁ διάκονος τὴν εὐχὴν ἐπὶ τοῦ τάφου, τοῦ δεσμοῦ παραδόξως ὁ ἀδελφὸς ἠλευθέρωτο. Ὅσα δὲ δύναται ὁ παρὰ τῶν ἱερέων ἐπαγόμενος δεσμὸς, δῆλον ἐντεῦθεν. Ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ Φίλω-

Perhibent etiam Romæ quiddam hujusmodi accidisse. Quidam solitariæ vitæ sectator a Gregorio papa excommunicatus, ut qui contra voluntatem præsidis et præscriptas monasterio leges a Gregorio nonnihil deliquisset, paucis diebus interjectis vitam cum morte commutavit. Ea re nuntiata magnopere Gregorius indoluit, fratrem illum e vita subito migrasse sacris adhuc vinculis constrictum. Itaque scriptam in charta precationem, qua mortuum vinculis istis eximeret, ministro cuidam cum hisce verbis tradidit: « Abi ad sepulcrum fratris illius, et precationem hanc pellege. » Quod ubi factum fuisset, monasterii præses per quietem fratrem hunc conspicit. Mox eum compellans, « Tua causa mœsti sumus, o frater, ait, quod vinculis sacris ligatus obieris. Quamobrem dic, obsecro, nobis quonam in statu et conditione sis. » Tum ille respondens, « Revera, inquit, o pater, ad hesternum usque diem carcere quodam clausus fui : verum hodie solutus ac liber factus sum. »

Hoc modo cunctis innotuit, eadem hora qua diaconus precationem illam supra sepulcrum legerat, nova et admirabili ratione fratrem istum a sacro vinculo fuisse liberatum. De hoc quoque satis existimari potest quanta vis sit ejus vinculi quo mortales a sacerdotibus ligantur. In Historia ecclesiastica Philonis philosophi reperitur, **283** quodam persecutionum priscarum tempore seniori ecclesiastico ab antistite sacris interdictum fuisse. Cum autem senior ille quamdam ob causam necessariam aliquo profectus esset, accidit ut ab ethnicis comprehensus testimonio suo veritatem obsignaret. Hinc templum eo loco conditur et renovalia peraguntur; cumque antistes hæc verba pronuntiaret « Pax universis, » sandapila templo excessit, idque non semel sed bis terve factum. Hinc per quietem antistiti senior oblatus: « Abito, inquit, et episcopo meo sis auctor ut huc veniat neque vinculis exsolvat. Nam officio me sacro exclusit, ideoque sacris interesse vobiscum nequeo. Testimonii quidem coronam consecutus sum, sed Dei faciem necdum conspexi. Quodsi me ipse profectus huc non exsolverit, alius exsolvere nemo poterit. » Cum igitur his obtemperatum esset, sandapila templo excedere desiit. Atque hanc ob causam Deo cuncti gloriam tribuebant, qui servis suis ejusmodi potestatem concessisset. Joannes quidem orator ille aureus hac de re verbis hujusmodi disserit: « Nos secundum legem atque præscriptum ecclesiasticum vincula quibusdam injicimus. Ea si quis floccipendit, is sciat mortis atque judicii tempus appetiturum, quod ipsum doceat Dei sermonem et ejus Ecclesiæ leges minime falsas ac mendaciter excogitatas esse. »

Post Leonem filius ejus Constantinus, cognomento Copronymus, 34 annos imperium tenuit, ex sævissimo leone versuta pardalis. Nihil non scelerum in eo fuit. Sanctos hoc nomine appellari lege lata vetuit; reliquias eorum conspui jussit; ne quis eorum intercessionem imploret, edixit; nihil eos videlicet præstare posse; quod omni denique blasphemia majus est, eadem de Matre Dei sentiebat. Nam de hac aiebat, quandiu Christum intra se gestaverit, honorandam ac venerabilem fuisse: verum ex quo illum peperit (proh quanta tua patientia est, Christe!) nihil eam cæteris a mulieribus differre. Cujus rei simulacrum et imago peti de marsupio potest; cum aureis oppletum est, in pretio solet haberi, cum evacuatum, nihili penditur. Præterea sacras ædes magno studio profanare conabatur. Nam religiosas effigies inductas delebat, earumque loco ludorum circensium venationumque picturas substituebat. Neque tantum hujusmodi facinora designabat, verum etiam solitariæ vitæ sectatores persequebatur et tanquam agnos jugulabat.

Quæ cum Artabasdus is cujus mentionem supra fecimus cerneret, bellum Constantino intulit, eoque dejecto ipse renuntiatus est imperator. Tum vero pietas reflorescere, pristinamque status ecclesiarum pulchritudinem recuperare. Verum hæc Beliar **284** ille pati non poterat. Nam Constantinus exercitibus semet insinuat, adulationibus eos inflammat, copias militares cogit. Prælium cum Arta-

A νος τοῦ φιλοσόφου εὕρηται (83) ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν ἐπίσκοπός τις ἀφώρισε πρεσβύτερον, ὃς ἀπελθών που διά τινα χρείαν κρατεῖται ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ μαρτυρεῖ. Ναὸς ἐκεῖσε αὐτῷ ἐγείρεται, τελεῖται τὰ ἐγκαίνια. Καὶ ἅμα τῷ τὸν ἐπίσκοπον εἰπεῖν· « Εἰρήνη πᾶσι, » τηνικαῦτα ἡ λάρναξ τοῦ ναοῦ ἐξεπορεύετο. Γίνεται τοῦτο δὶς καὶ πολλάκις. Ὀπτάνεται ὁ μάρτυρ τῷ ἐπισκόπῳ, λέγων· « Ἄπελθε, καὶ πεῖσον τὸν ἐπίσκοπόν μου ἐλθεῖν καὶ λῦσαί με. Ἀφώρισέ με γὰρ τῆς λειτουργίας, καὶ συλλειτουργῆσαι ὑμῖν οὐ δύναμαι. Καὶ τὸν μὲν στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἔλαβον, τὸ δὲ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐθεασάμην. Καὶ εἰ μὴ ὁ δήσας λύσει με, λῦσαι ἄλλος οὐ δύναται. » Γίνεται ταῦτα, καὶ ἡ λάρναξ οὐκέτι τοῦ ναοῦ ἐξέρχεται. Ὅθεν καὶ πάντες τῷ Θεῷ

B δόξαν δεδώκασι τῷ διδόντι τοιαύτην ἐξουσίαν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ Χρυσορρήμων οὕτω φησίν· « Ἡμεῖς μὲν οὖν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν τὰ δεσμὰ περιβάλλομεν. Εἰ δέ τις τούτων καταφρονεῖ, ἐπιστήσεται ὁ τοῦ θανάτου καὶ τῆς κρίσεως καιρὸς, διδάσκων αὐτὸν ὡς ἀψευδὴς ὁ λόγος τοῦ Κυρίου καὶ ὁ νόμος τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. »

C Μετὰ δὲ Λέοντα ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος ἔτη λδ', ἐκ δεινοτάτου λέοντος ποικιλότροπος πάρδαλις. Οὗτος πᾶσαν κακίαν μετήρχετο, τοὺς ἁγίους τε μὴ λέγειν ἁγίους ἐθέσπιζε, τὰ λείψανα διαπτύειν αὐτῶν, καὶ πρεσβείαν ἐκεῖθεν μὴ ἐκκαλεῖσθαι· οὐ δύνανται γάρ. Καὶ τὸ πάσης βλασφημίας μεῖζον, ὅτι τοιαῦτα καὶ περὶ τῆς Θεομήτορος ἐφρόνει· ἔλεγε γὰρ ὅτι ἕως οὗ εἶχεν ἐν ἑαυτῇ τὸν Χριστὸν, τετιμημένη ἐτύγχανε, ἀφ' οὗ δὲ τοῦτον ἀπέτεκεν, ὦ τῆς ἀνοχῆς σου, Χριστέ! οὐδὲν τῶν λοιπῶν γυναικῶν διενήνοχε, κατὰ τὴν εἰκόνα δῆθεν ταῦ βαλαντίου· πλῆρες μὲν νομισμάτων ὂν διὰ τιμῆς ἐστι, κενωθὲν δὲ οὐδενὸς λογίζεται ἄξιον. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱεροὺς ναοὺς ἀνιέρους ἔσπευδε ποιεῖν· τὰς γὰρ ἱερὰς μορφώσεις

D ἀπέληφεν, ἱπποδασίας δὲ ἀντ' αὐτῶν ὑπεζωγράφει καὶ κυνηγέσια. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐδίωκε καὶ ὡς ὄρνας κατέσφαττε.

Ταῦτα δὲ βλέπων ὁ προρρηθεὶς Ἀρτάβασδος συνάπτει πόλεμον αὐτῷ, καὶ τῆς βασιλείας ἐξώσας κράτωρ αὐτὸς ἀναγορεύεται. Ἐντεῦθεν ἀνθεῖται τὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν τὸ πρώην κάλλος ἐλάμβανον. Ἀλλ' ὁ Βελίαρ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἔφερεν. Ὑπέρχεται τὸ στρατιωτικὸν, κολακείαις θερμαίνει. Ἀθροίζει δύναμιν, τῷ Ἀρταβάσδῳ συνάπτει πόλεμον, νικᾷ κατὰ κράτος. Χειροῦται αὐτὸν

(83) Quæro ubi sit Philonis illius philosophi, quem Glycas citat, Historiæ ecclesiasticæ: de auctore nonnihil diximus pag. 49 Delineationis Apparatus Historiæ Byzantinæ

ζῶντα καὶ ὀφθαλμοὺς ἐξορύττει, καὶ κράτωρ αὖθις ἀποκαθίσταται ὁ δεύτερος ὄντως Ἰουλιανός· ἀνθρώπους καὶ γὰρ ἔθυε τῇ Ἀφροδίτῃ. Ὅθεν καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ νοσήματα χαλεπὰ κατὰ θεομηνίαν συνέβαινον, κἀντεῦθεν θανατικὸν γέγονεν ἄῤῥητον. Φθορὰ γὰρ ἀνθρώπων τηνικαῦτα ἐπέπεσεν ὁποία δὴ καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουστινιανοῦ· ὁλόκληροι γὰρ ἐκλείσθησαν οἶκοι. Ἀλλὰ καὶ δείματα φοβερὰ ἐώρων οἱ ἄνθρωποι· ὡς ἐν ἐκστάσει καὶ γὰρ γινόμενοι ἐδόκουν ἐντυγχάνειν ἀνδράσι τισὶ βριαροῖς. Τότε καὶ ψῦχος γίνεται μέγα καὶ πικρὸν, ὥστε καὶ τὴν ἀρκτῴαν τοῦ Πόντου παράλιον ἐπὶ μίλια ρ' ἀπολιθωθῆναι τὸ πέλαγος ἐκ τοῦ κρύους, εἰς δὲ βάθος ἐπὶ πήχεσι λ', ὃ καὶ ἐπιχιονισθὲν ηὐξήθη πήχεις ἑτέρους κ'. Κατὰ δὲ μῆνα Φεβρουάριον εἰς διάφορα τμήματα διαιρεθὲν ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτὴν καὶ μέχρι τῆς Ἀβύδου κατῆλθεν, ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ ζῶα πάμπολλα πεπηγμένα. Τότε ὁ θέλων πεζοπορῆσαι ἀπὸ ἀκροπόλεως εἰς Χρυσούπολιν οὐκ ἐκωλύετο. Τότε ὑπ' αὐτῶν συντριβόμενα τὰ τείχη μεγάλως ἐδονήθησαν. Τότε ιβ' νομίσματα ἐπράθη ὁ μόδιος ἡ κριθή. Τότε τῆς κατὰ Μεσοποταμίαν γῆς σχισθείσης ἡμίονος ἀνεδόθη πολεμίων ἔφοδον ἀνθρωπίνῃ φωνῇ προσημαίνουσα. Καὶ τότε Νικήτας τις εὐνοῦχος, τὰ πρῶτα φέρων παρὰ τῷ Κοπρωνύμῳ, μηδὲν ἄλλο εἰδὼς ἢ ἐσθίειν καὶ πίνειν, χειροτονεῖται πατριάρχης. Οὗτός ποτε τὸ Εὐαγγέλιον ἀναγινώσκων ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, « Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, » ἐξεφώνησεν. Ἐφ' ᾧ καί τις τῶν παριστα-
μένων εἶπε· « Μὴ διαίρει τὴν αι δίφθογγον. » Πρὸς ὃν ἐκεῖνος ἔφη μετὰ θυμοῦ· « Φλυαρεῖς· τὰ γὰρ δίφθογγα καὶ τρίφθογγα πολλὰ μισεῖ ἡ ψυχή μου. » Ὁ δὲ τύραννος ἀπὸ ἐκστρατείας ὑποστρέφων ἀνθρακοῦται τὰ σκέλη, καὶ περὶ τὸ στρογγύλον θνήσκει λάβρῳ πυρετῷ συσχεθείς, τοῦτο καὶ μόνον ἐπὶ τούτοις εἰπών, ὅτι Ζῶν ἀσβέστῳ πυρὶ παραδίδομαι διὰ τὴν Μαρίαν· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νῦν τιμάσθω. Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι πολλὰ καὶ πολλάκις ζητήσαντες ὅθεν ἐκεῖνος ἐκλήθη Κοπρώνυμος, οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο μόνον εὕρομεν. Χώρα τίς ἐστι Κάβαλα οὕτω λεγομένη. Οἱ οὖν ἐκεῖθεν ὁρμώμενοι Καβαλῖνοι πάντως ἐλέγοντο. Ἐκεῖθεν οὖν καὶ αὐτὸς τὴν γέννησιν ἔσχηκε, καὶ ἐπειδὴ κατά τινα συνήθειαν Καβαλίνα ἡ κοπρία λέγεται, δικαίως ὁ κάκιστος ἐκεῖνος ἐπεκλήθη Κοπρώνυμος, ὡς ὄνομα κοπρίας ἐν ἑαυτῷ δῆθεν ἐπιφερόμενος.

Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας υἱὸς αὐτοῦ Λέων ἔτη ε', εὐσεβὴς μὲν ὢν κατ' ἀρχάς· ἐπειτα δὲ τὸ τῆς Ἐκκλησίας στέμμα φορεῖ, ὅθεν ἀπανθρακωθεὶς ὥσπερ ὑπὸ λαβροῦ πυρετοῦ τελευτᾷ. Τότε καὶ ὁ κύων ἐκεῖνος ἦν ὁ τὸν φονέα τοῦ κυρίου αὐτοῦ γνωρίσας ἐν καπηλείῳ εἰσελθόντα

A basilo conserit, victoria vi potitur, Artabasdum vivum capit, oculos eidem eruit, eoque pacto reapse Julianus alter imperium recuperat. Solebat enim et ipse Veneri victimis humanis litare. Quapropter eo regnante diri quidam morbi ex ira divina passim grassati sunt, adeoque pestis ineffabiles hominum copias sustulit, nequaquam illa minor quæ Justiniani temporibus exstitit: nam domus integræ prorsus occludebantur. Præterea se terriculamenta quædam horrenda mortalibus offerebant, cum de potestate scilicet egressi et extra se rapti putarent in homines se terribili vultu præditos incidere. Tunc et ingens acerbumque adeo frigus exstitit, ut a ponti parte septentrionali præ frigore glacieque pelagus ad centum a littore
B milliaria lapidesceret, cujus glaciei crassities triginta cubitos æquabat. Cumque larga deinceps nix supra glaciem hanc delapsa fuisset, ad alios viginti cubitos ea crassities excrevit. Tandem Februario mense glacies diversa in fragmina divulsa usque ab urbem ipsam et Abydum delata est. In iis fragminibus erat videre complures gelu astrictas bestias. Quodsi quis ab arce Chrysopolim usque proficisci pedes volebat, omnino id facere nulla impeditus re poterat. Atque hæc fragmina in urbis muros impacta vehementer eos succusserunt. Eodem Copronymo imperante modius hordei 12 aureis veniit. Cumque terra dehisceret in Mesopotamia, mulus exiit, humanaque voce secuturos hos-
C stium incursus denuntiavit. Tunc et Nicetas quidam eunuchus, principe apud Copronymum loco, qui nihil aliud sciret quam edere et bibere, patriarcha creatus est. Cum aliquando Evangelium in cellula sua recitaret, pro eo quod dicendum erat: « Ex Evangelio secundum Matthæum, » pronuntiavit: « Ex Evangelio secundum Matthaeum. » Ibi quodam ex astantibus subjiciente: « Noli Æ diphthongum (gemini soni vocem) dividere, » « Nugaris, » ait, quadam cum iracundia: « nam quæ geminos et trinos sonos habent, anima mea vehementer odit. » Tandem hic tyrannus ab expeditione quadam revertens carbunculi morbum in pedibus sensit, et vehementi febre circa strongylum correptus vitam fluit, cum solum hoc verbum pronuntiasset,
D « Propter insaniam furoremque meum vivus inextincto igni trador. Deinceps vero quin ea quæ prohibui cum honoris delatione fiant, minime veto. » Velim autem animadvertere te hoc loco, dilecte fili, nos multum et sæpius inquisitos cur hic imperator Copronymus vocaretur, hoc tantum reperisse, regionem quamdam esse quæ Caballa dicatur; ex ea quotquot oriundi sint, Caballinos fuisse vocatos. **285** Quamobrem cum Constantinus hic inde originem traxerit, ac more inoleverit ut stercus caballinum dicamus, non abs re vir sceleratissimus a stercoreo nomine Copronymus est nuncupatus, ut qui stercoreum nomen in se circumferret.

Post Copronymum ejus ex conjuge Chazara filius Leo annis quinque imperavit, religiosus ac pius quidem ille ab initio, verum ubi coronam Ecclesiæ donatam gestasset, carbunculi morbo vexatur, ardenti febre tandem exstinguitur. Exstitit hisce temporibus canis ille qui heri sui interfectorem

indicio suo prodidit, cum vini bibendi causa cauponam ingressus esset. Nam domino suo necato, qui cum homine malefico iter fecerat, quoddam in diversorium sese contulit; quo cum forte fortuna venisset homicida ille, mox a cane agnitus fuit. Neque canis insigniter ipsius causa latrare desinebat, ita ut tandem infausta quædam conjectura de latrone conciperetur. Itaque carceri homicida mancipatur, ad prætorem deducitur, accurate quæstionibus subjicitur, vel invitus facinus suum fatetur, ac tandem malefici more necatur.

A τοῦ πιεῖν οἶνον. Ὁ γὰρ κύων μετὰ τὸ φονευθῆναι τὸν κύριον συνοδεύοντά τινι κακούργῳ καθ' ὁδὸν προσήλυτος ἐν πανδοχείῳ γέγονεν. Ἐκεῖσε γοῦν τυχαίως εἰσελθὼν ὁ φονεὺς ἐγνωρίσθη παρὰ του κυνὸς, καὶ τοσοῦτον ἦν ἐκεῖνος ὑπ' αὐτῷ ὑλακτῶν ὥστε ὑποψίαν οὐκ ἀγαθὴν δοῦναι περὶ αὐτοῦ. Κρατεῖται λοιπὸν ὁ φονεὺς, προσάγεται τῷ ἄρχοντι, ἐτάζεται ἀκριβῶς, ὁμολογεῖ καὶ ἄκων, καὶ τελευταῖον ὡς κακοῦργος ἀναιρεῖται.

Leone mortuo filius ejus Constantinus 17 annis rerum potitur, sub cujus imperio et dominatu religio radices agebat et monasteriorum multitudo adaugebatur. Eodem imperante quidam in Thracia terram fodiens cistam invenit, in qua hujusmodi verba scripta reperiebantur: Christus e virgine Maria nascetur, in quem ego credo. Constantino et Irena religiose imperantibus rursum me, sol, videbis. » Cæterum hæc Irena particeps erat imperii Constantini filii, nec quæ ab ipso designabantur æquo pati animo poterat. Nam et matrem aliquando submovit ab imperii gubernaculis, quanquam deinceps eam pœnitudine ductus in aulam reduxit; et conjuge sua, femina valde casta, repudiata, quamdam aliam ejus loco uxorem accepit. Itaque filium mater consopitum oculis spoliat, quo factum est ut sol complures dies radios suos pure non emitteret. Sed enim Irena imperatrix facti sui pœnitens, ut odium inde conceptum elueret, omnes opum thesauros exhauriebat et urbi largiebatur, persolutis obæratorum debitis. Verum oculus ille, qui cunctas res mortalium inspicit, nequaquam sopitus obdormiit. Nam hac imperii voluptate perexiguum ad tempus degustata tandem Irena craterem absinthio dilutum bibit. Etenim quidam ex ordine senatorio, cui nomen Nicephorus, dignitate patricius et unus ex generalibus, motu adversus eam concitato non sine dedecore regnum ipsi eripuit. Quapropter imperio Nicephorus hic novem annis præfuit, homo cædium cupidissimus, auri mancipium, prorsus alter Midas. **286** Magistratus et præfecturas venales habebat, et tristior quidem vulgo videbatur: verum si qui aurum afferrent, valde se gratiosum atque comem præbebat. Grave Byzantiis onus imposuit, sub prætextu instaurandorum veterum murorum exigi præcipiens id quod diceratum (a duobus ceratiis) nuncupatur. Præterea quæ militibus debebantur, ipse sibi retinuit.

Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος σὺν τῇ αὐτοῦ μητρὶ Εἰρήνῃ ἔτη ιζ', ὑφ' οὗ ἡ εὐσέβεια κρατύνεται καὶ τὰ μοναστήρια πλατύνονται. Τότε καὶ ἐν τῇ Θράκῃ ὀρύσσων τις εὗρε λάρναξ B ἐν ᾗ γεγραμμένον ἦν· « Χριστὸς γεννᾶσθαι μέλλει ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ πιστεύω εἰς αὐτόν. Ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῶν εὐσεβῶν βασιλέων ὄψει με πάλιν, ὦ ἥλιε. » Ἡ Εἰρήνη αὐτὴ τῷ υἱῷ αὐτῆς Κωνσταντίνῳ συμβασιλεύουσα, καὶ μὴ ἀνεχομένη τῶν παρὰ αὐτοῦ γινομένων (αὐτήν τε γὰρ τῆς βασιλείας ἐποίησεν ἔκπτωτον, εἶ καὶ μεταμεληθεὶς πάλιν ἐπὶ τὰ βασίλεια ταύτην ἀνήγαγε, καὶ τὴν ὁμόζυγον αὐτοῦ σώφρονα καὶ λίαν εὖσαν ἐξάγει, μίξιν δὲ γυναικὸς ἄλλης ἀντεισάγει), τούτου χάριν ἐκτυφλοῖ αὐτὸν ὑπνώττοντα, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὸν ἥλιον ἐπὶ πλείστας ἡμέρας μὴ δοῦναι καθαρὰς τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ. Ἀλλ' ἡ βασιλὶς Εἰρήνη μετάμελον ἐφ' οἷς δέδρακε σχοῦσα, καὶ θέλουσα τοῦ μίσους ἑαυτὴν ἀποπλῦναι, χρημάτων θησαυροὺς C τῇ πόλει ἐκκενοῖ καὶ λύει τὰ χρέα. Πλὴν οὐκ ἐπενύσταξεν ὁ παντεπόπτης ὀφθαλμός· πρὸς βραχὺ καὶ γὰρ τῆς ἡδονῆς τοῦ κράτους αὕτη γευσαμένη ἀψινθιάζοντα πίνει κρατῆρα. Ἐπανέστη καὶ γάρ τις τῶν συγκλήτου, τοὔνομα Νικηφόρος, τὴν ἀξίαν πατρίκιος ἀπὸ γενικῶν, καὶ τῆς βασιλείας αὐτὴν ἀτίμως ἐξίστησι. Κρατεῖ τοίνυν ὁ Νικηφόρος οὗτος ἔτη θ', ἄνθρωπος φονικώτατος, δοῦλος χρυσοῦ, Μίδας ἄλλος ἀντικρυς, ὠνίους τὰς ἀρχὰς ποιούμενος. Οὗτος πᾶσι μὲν ἐψκει κατηφὴς εἶναι, τὸν δὲ χρυσὸν αὐτῷ προσάγουσι καὶ πάνυ χαρίεις ἐφαίνετο. Ἀλλὰ καὶ βαρὺ τοῖς Βυζαντίοις ἄχθος ἐπέθηκε, χάριν τῶν γηρασάντων τειχῶν ἀπαιτεῖσθαι τὸ λεγόμενον δικέρατον ἐκέλευσε. Πρὸς τούτοις δὲ ἐπεκράτει D καὶ τὰ τῷ στρατῷ ἐποφειλόμενα.

His annis etiam reliquiæ sanctæ Euphemiæ, quas Copronymus in mare projecerat, ad Lesbum insulam receptæ servatæque sunt. Sic enim nos factum accepimus. Zonaras in *Annalium* libris hujusmodi quædam commemorat. Duplex, inquit, hac de re rumor est. Nam alii tradunt sanctam Euphemiam a Copronymo igni fuisse traditam, quanquam spe sua tyrannus excidit: quippe illius loco cadaver aliud crematum fuit. Alii perhibent eam in mare projectam divino beneficio circa Lesbum recuperatam fuisse.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ τὸ τῆς ἁγίας Εὐφημίας λείψανον κατὰ θαλάττης ῥιφὲν παρὰ τοῦ Κοπρωνύμου ἐν Λέσβῳ τῇ νήσῳ ἐπανεσώθη. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. Ὁ δὲ Ζωναρᾶς ἐν τῷ χρονικῷ αὐτοῦ συντάγματι καὶ τάδε περὶ τούτου φησί. Δύο λόγοι φέρονται· ὁ μὲν γὰρ λέγει πυρὶ παραδοθῆναι παρὰ τοῦ Κοπρωνύμου τὴν ἁγίαν Εὐφημίαν, εἰ καὶ τῆς ἐλπίδος ἐκεῖνος διήμαρτεν (ἀντ' αὐτῆς γὰρ ἕτερον ἐκαύθη σῶμα), ὁ δὲ λέγει κατὰ βυθοῦ ῥιφῆναι αὐτὴν, θείᾳ χάριτι περὶ τὴν Λέσβον νῆσον ἐπανασωθῆναι.

Τότε δή, τότε κακῶς οὕτω τοῦ Νικηφόρου τὰ τῆς A βασιλείας διέποντος θρόος ἄτακτος παρὰ τῷ λαῷ καὶ στάσις ὅτι πολλή. Τότε καὶ Βαρδάνην τὸν στρατάρχην τὸ τῆς βασιλείας κράτος ἐκβιάζουσιν ἀναδήσασθαι. Ὅθεν καὶ τὸ τῆς τύχης οὗτος ἄδηλον δεδιὼς διορατικῷ τινι προσέρχεται ἀνδρὶ τὰ μέλλοντα μαθησόμενος, καὶ δὴ καὶ μεμάθηκεν ἁπλανῶς πάντα τὰ συμβησόμενα. Τὸν μέντοι Νικηφόρον, διά γε τὸ τὸν μέγαν Θεόδωρον τὸν Στουδίτην ὑπερόριον ποιῆσαι τοῦ δικαίου καὶ τῶν κανόνων ὑπερλαλοῦντα, ἡ θεία δίκη μετέρχεται· κατὰ Βουλγάρων γὰρ ἐκστρατεύσας ἐν τῷ πολέμῳ πίπτει καὶ τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται. Τῷ παιδὶ Σταυρακίῳ τὰ σκῆπτρα καταλιμπάνει, Ἀλλὰ καὶ Σταυράκιος ἐκ μέσου τάχιον γίνεται κατὰ ταύτην τὴν μάχην δορατότρωτος γεγονώς, κρατήσας μῆνας δύο. B

Cum autem Nicephorus male imperium administraret, rumor in populo turbarum plenus est dititus excitataque seditio gravissima; cujus occasione quidam Bardanem copiarum ducem imperium sibi vindicare cogunt. Ille vero fortunæ reveritus inconstantiam, virum quemdam adit futura prospiciendi vi præditum, ut quid eventurum esset cognosceret; id quod citra omnem errorem consecutus fuit. Deinceps Nicephorum imperatorem propterea quod eximium Studiano e collegio virum Theodorum in exsilium egisset, justitiæ sacrisque canonibus patrocinantem, vindicta divina persequi cœpit. Nam contra Bulgaros expeditione suscepta quodam in prælio cecidit, hostibus ei caput amputantibus. Imperii gubernacula Stauracio filio reliquit. Verum is quoque celeriter admodum e medio sublatus est, h c ipsa in pugna ictu hastæ vulneratus.

Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ ὁ ἐπὶ θυγατρὶ Προκοπίᾳ τοῦ Νικηφόρου γαμβρὸς ἔτη δ', μῆνας θ', ὁ καὶ βασιλείας ἄξιος· πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ ὄντας ἁγίους ἐπανεσώσατο Τοῦτον μέντοι τὸν Μιχαὴλ ἀρχὴν ὁ Σκυλίτζης τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ ποιεῖται συντάγματος. Ὁ διαληφθεὶς Βαρδάνης, ἡνίκα προσῆλθε τῷ κατά γε τὸ Φιλομήλιον διορατικῷ μοναχῷ, συνεφεπομένους εἶχε Λέοντα τὸν Ἀρμένιον, Μιχαὴλ τὸν Τραυλὸν καὶ Θωμᾶν τινα. Καὶ ὁ μὲν Βαρδάνης κατὰ τὴν τοῦ μοναχοῦ πρόρρησιν ἐκτυφλοῦται τυραννίδος ἐφιέμενος, ὁ δὲ Λέων ὕστερον καὶ ὁ Μιχαὴλ ἐγκρατεῖς C τῆς βασιλείας γίνονται. Τῷ μέντοι Μιχαὴλ τῷ Ῥαγγαβὲ ἡ τῆς βασιλείας ἀποβολὴ καὶ οὕτω δεδήλωται. Παιδίσκη τις οἰκογενὴς ἦν τῷ Μιχαὴλ· αὕτη κατά γε τὰς σεληνιακὰς συνόδους πάθει μανίας ἠλίσκετο. Ἡνίκα γοῦν τῷ πάθει συνείχετο, κατά γε τὸν Βουκολέοντα ἤρχετο, καὶ γεγωνότερον ἐβόα πρὸς τὸν βασιλέα « Κάτελθε, κάτελθε· ὑποχώρει τῶν ἀλλοτρίων· » Γίνεται τοῦτο πολλάκις. Ἐκπλήττεται ὁ βασιλεύς. Κοινολογεῖται τὰ περὶ τούτου οἰκείῳ τινὶ Θεοδότῳ τοὔνομα. Καὶ ὃς ἅμα τῷ γενέσθαι τὸ κοράσιον τῷ δαίμονι κάτοχον διερωτᾷ τε αὐτὸ καὶ μανθάνει τίνι προσήκει τὸ παλάτιον καὶ ὁποῖα τὰ τούτου γνωρίσματα. Ὁ δὲ ἦν Λέων ὁ Ἀρμένιος. Πολὺ τὸ ἐν μέσῳ καὶ παρὰ Μιχαὴλ πέμπεται πρὸς τῆς ἕω στρατηγὸς ὁ Ἀρ- D μένιος. Εἶτα μετέρχεται τὸ στρατιωτικὸν, ἀναίρει κατὰ Μιχαήλ. Τρίχινον λοιπὸν οὗτος ἐνδύεται, καὶ τῆς βασιλείας ἐκὼν ὑπεξίσταται.

Successit in imperio Michaelus Rangabes, Nicephori gener, ut cui nuptum ille filiam Procopiam dederat. Rebus omnino per annos quatuor menses novem præfuit, vir plane dignus imperio. Nam præter alia quæ præclara fecit, etiam viros sanctos ab exsilio revocatos in integrum restituit. Ab hoc Michaelo suorum Annalium volumen Scylitzes orsus est. Diximus antea de Bardane. Quo tempore is monachum illum futura prospiciendi facultate præditum, qui degebat in Philomilio, conveniebat, comites habebat secum Leonem Armenium, Michaelum Balbum et alium quemdam cognomento Thomam. Ex his quatuor primus Bardanes affectato imperio secundum monachi prædictionem oculos amisit, alter Leo idemque Michaelus imperio deinceps potiti sunt. Etiam huic Michaelo Rangabi hoc quodam modo imperii denuntiata fuit amissio. Vernam quamdam ancillam habebat, quæ sub lunæ cum sole **287** coitu furore corripiebatur. Quoties igitur hoc malo vexabatur, ad Bucoleontem (loci hoc nomen est, a collocatis ibi bovis leonisque statuis) se conferebat, et ad imperatorem contentiori voce clamabat: « Descende, descende, atque alienis cede. » Cum id sæpius accideret, imperator metu perculsus rem totam cum familiari quodam suo, cui nomen esset Theodoti, communicat. Is cum primum puella malo a genio corriperetur, quibus ex indiciis agnosci posset imperatoris successor, interrogat. Animadvertit illis expositis Leonem Armenium significari; qui ex eo tempore sibi conciliatis exercitibus contra Michaelum arma sumit. Eo Rangabes cognito asperam vestem induit, et imperio sponte sua cedit.

Κρατεῖ οὖν μετὰ τὸν Ῥαγγαβὲ ὁ Ἀρμένιος ἔτη ζ', μῆνας ε'. Καὶ τηνικαῦτα τὸ γένος φιλονεικῶν ἐπιτρίψαι τοῦ Μιχαὴλ, τὰ παιδογόνα τοῦ παιδὸς αὐτοῦ μόρια, ᾧ ὄνομα Νικήτας, ἐκτέμνει, μή ποτε τεκνώσας ἀμύνηται αὐτόν. Εἰς ἄνδρας οὖν ὁ παῖς οὗτος ἔρχεται, καὶ τῆς νέας ταυτησὶ Ῥώμης ἀρχιερεὺς χρηματίζει, μετακληθεὶς Ἰγνάτιος ἐν μεταθέσει βίου. Ὁ δὲ Λέων κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ὁπλίζεται. Ἡ δὲ αἰτία τοιαύτη. Ὁ προορα-

Hoc modo post Rangabem Armenius hic septem annos quinque menses rerum potitus est. Ante omnia studiose dedit operam ut Michaeli genus exscinderet. Quapropter genitalia filii ejus, qui Nicetæ nomen habebat, resecuit, ne forte procreatis aliquando liberis vindictam de Leone sumeret. Is puer ubi virilem ad ætatem pervenisset, urbis hujus Novæ Romæ pontifex creatus est, cum ipsa vitæ mutatione diverso etiam a priori nomine

ascito : nam pro Niceta Ignatius appellatus est. Secundum hæc Leo se contra sacras imagines armat hujusmodi causa impulsus. Mortuo monacho qui futura prospiciebat, in ejus cella quidam alius monachus successit, qui Sabbatius dicebatur. Is Leoni persuasit ut sacras imagines e medio tolleret. Quippe Leo consecutus imperium, ubi prædictionem illius monachi ad animum revocasset, quædam ad illum munera misit declarandi animi grati causa. Cum autem ipsius loco Sabbatius inventus esset, perscriptis ille litteris imperatori terrorem injicit et amissionem imperii minatur, ni sacras imagines everteret. Hinc illa simulacrorum excidii flamma in Leone accensa est. Eodem tempore clarissimus ille patriarcha Nicephorus, cum adduci non posset ut imaginum oppugnationem probaret, solum vertere jussus est ac in Proconesum deportatus, cum quidem id eventurum sibi multo ante cognovisset, ac Leonem Ecclesiam perturbaturum. Nam cum beatus antistes diadema capiti Leonis imponeret, visus sibi fuerat spinis ac tribulis manum compungi. Cum autem navigio in exsilium avheretur, forte rectus aliquando stabat et quemdam salutabat. Interrogatus quidnam hoc sibi vellet quemve salutaret : « Theophanem, inquit, confessorem et Agri præfectum, qui cereis et suffitu nos excipit. » Hinc Leo secum expensa monachi prædictione, Michaelum (Balbum) in vinculis detinebat. Vel potius ipse Michaelus, qui homo esset audax et impudens, hoc sibi **288** malo arcessiverat ; tandemque decretum senatus publicatum fuit, quo Michaelus igni concremari jubebatur. Id omnino ei usuvenisset, si non imperatrix ipsa facinus impedivisset. Nam illa pro Michaelo deprecans inter alia proferebat in medium instantem sacrosanctæ Christi Nativitatis diem. Nihilominus Leo per insomnia, per oracula, per alia quædam ejusmodi territus eadem ejus maturabat. Ad suam quoque conjugem dixisse perhibetur : « Tua quidem opera Michaelus jam dimittitur : verum quid secuturum sit, tu tuique liberi paulo post cognoscetis. » Non magno temporis interjecto spatio Michaelus oraculo fretus monachi, cujus mentionem aliquoties fecimus, eas ipsas insidias, de quibus locuti sumus, Leoni struxit ; totamque rem illi patefecit qui eum vinculis constrictum custodiebat. Hoc modo factum ut Michaelus imperatorium in solium collocaretur, cum quidem adhuc compedes gestaret, Leo sine ulla commiseratione gladiis configeretur, in ipsa divina æde quo se receperat.

Igitur post Leonem Michaelus cognomento Balbus, oriundus Amorio, rebus annos octo cum imperio præfuit. Erat ille quidem minime religiosus, non tamen homines pios ad impietatem cogebat. Quapropter id temporis viri sancti carceribus liberati sunt, et magnus ille Theodorus ab exsilio revocatus, quem sacras imagines propugnantem multaque perpessum Leo Armenius solum vertere coegerat. Hoc Michaelo imperante Thomas quidam maximis ex Oriente collectis copiis, nec paucis triremibus instructis, adversus reginam urbium

A τικὸς ἐκεῖνος τελευτᾷ μοναχός. Διαδέχεται τὸ κελλίον αὐτοῦ μοναχὸς ἄλλος, Σαββάτιος τοὔνομα, ὃς καὶ πείθει τὸν Λέοντα ἐκ μέσου ποιῆσαι τὰς ἁγίας εἰκόνας. Ὁ γὰρ Λέων τῆς βασιλείας ἐπιβὰς καὶ τῆς τοῦ μοναχοῦ προῤῥήσεως ἐπιμνησθεὶς στέλλει τάχα πρὸς ἐκεῖνόν τινας ἀμοιβάς· εὑρεθεὶς δὲ ὁ Σαββάτιος οὗτος καταπλήττει τε διὰ γραφῆς, καὶ ἔκπτωσιν τῆς βασιλείας ἀπειλεῖ εἰ μὴ τὰς εἰκόνας αὐτὰς καταστρέψειεν. Ἐντεῦθεν ἡ τῆς εἰκονομαχίας πυρκαϊὰ τῷ βασιλεῖ Λέοντι ὑπανάπτεται. Τηνικαῦτα καὶ ὁ ἐν πατριάρχαις ἀοίδιμος Νικηφόρος μὴ πεισθεὶς τῇ εἰκονομαχίᾳ συνθέσθαι ἐξόριστος εἰς Προικόνησον γίνεται, καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦτο εἰδὼς, καὶ ὅτι ταράξει τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Λέων· ἔδοξε γὰρ τῷ μακαρίτῃ, ὀπηνίκα τὸ διάδημα τῇ τοῦ Λέοντος B ἐπέθη κεφαλῇ, ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις τὴν χεῖρα περιπαρῆναι. Οὗτος οὖν ὁ μακάριος διὰ νηὸς εἰς τὴν ὑπερορίαν στελλόμενος ὀρθιος ἵστατο καὶ Πρός τινα τὸν ἀσπασμὸν ἐποιεῖτο. Καὶ τί τοῦτο ἐρωτηθεὶς, καὶ πρὸς τίνα ποιεῖται τὸν ἀσπασμὸν, πρὸς Θεοφάνην τὸν ὁμολογητὴν, ἔλεγε, τὸν τοῦ Ἀγροῦ καθηγητὴν, ἅτε κηροῖς καὶ θυμιάμασιν ἡμᾶς δεξιούμενον. Ἐπὶ τούτοις ὁ Λέων τὴν τοῦ μοναχοῦ καθ' ἑαυτὸν στρέφων πρόῤῥησιν δέσμιον εἶχε τὸν Μιχαὴλ, εἴγε καὶ μᾶλλον ὁ τοιοῦτος θρασὺς καὶ ἀναίσχυντος ἦν. Ἐφ' ᾧ καὶ παρὰ τῇ συγκλήτῳ ψῆφος γίνεται πυρὸς γενέσθαι τὸν Μιχαὴλ παρανάλωμα. Ὅ καὶ γενέσθαι ἔφθασεν ἄν, εἰ μή πως ἡ δέσποινα τὸ τοιοῦτον ἐκώλυσεν, εἰς μεσιτείαν τάχα προβαλλομένη τὴν ἐνεστῶσαν ἁγίαν τηνικαῦτα Χριστοῦ C γέννησιν. Ὁ μέντοι Λέων ἀπό τε ὀνειράτων καὶ χρησμῳδημάτων καὶ ἑτέρων τοιούτων τινῶν ἔντρομος ὢν τὴν ἀναίρεσιν ἐκείνου κατέσπευδεν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ὁμόζυγον αὐτοῦ ἔλεγεν· « Ὁ μὲν Μιχαὴλ ἤδη ἀνύεται διὰ σὲ, σὺ δὲ καὶ οἱ ἐκ σοῦ μετ' ὀλίγον μαθήσεσθε. » Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ Μιχαὴλ τῇ τοῦ προῤῥηθέντος μοναχοῦ προῤῥήσει θαῤῥῶν κατὰ Λέοντος μελετᾷ τὴν ἐπιβουλὴν ταύτην, καὶ τῷ κατέχοντι αὐτὸν ἀποκαλύψας παππίᾳ. Ταύτῃ τοι καὶ νυκτὸς εἰσάγεται συν τοῖς ψαλμῳδοῦσι στρατώτας ἐνόπλους. Καὶ ὁ μὲν Μιχαὴλ εἰς τὸν βασιλικὸν ἀνάγεται θρόνον, δεσμῷ τοὺς πόδας κατεχόμενος σιδηρῷ· τὸν δὲ Λέοντα καὶ προσπεφυγότα τῷ θείῳ ναῷ ἀνηλεῶς ἐκτέμνει τοῖς ξίφεσι.

Κρατεῖ τοίνυν μετὰ τὸν Λέοντα ὁ Τραυλὸς Μιχαὴλ ἔτη η', ὁ καὶ ἐξ Ἀμορίου ὁρμώμενος, δυσσεβὴς μὲν ὤν, οὐ μὴν δὲ καὶ ἀσεβεῖν ἀναγκάζων τοὺς εὐσεβεῖς. Ἐφ' ᾧ καὶ ἀνίενται τηνικαῦτα οἱ ἅγιοι, ὁ μέγας τε Θεόδωρος ἀπὸ τῆς ὑπερορίας ἀνάγεται· προέφθασε γὰρ αὐτὸν ἐξορίσας ὁ Ἀρμένιος καὶ πολλὰ κακὰ ποιήσας ἅτε τῶν ἁγίων εἰκόνων ὑπερμαχόμενον. Τούτου μέντοι τοῦ Μιχαὴλ βασιλεύοντος Θωμᾶς τις χεῖρα βαρεῖαν συλλέξας ἐξ ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, τριήρεις τε οὐκ ὀλίγας D ποιήσας, κατὰ τῆς βασιλίδος ἐκστρατεύει τῶν πό-

λεων Τοσαύτη δὲ δύναμις, ἣν ὥστε καὶ τὴν ἁπαιωρηθεῖσαν ἐν ἀκροπόλει ἅλυσιν διακλάσαι καὶ πρὸς Βλαχέρνας ἀπελθεῖν. Ἐν ὅλοις λοιπὸν τρισὶν ἔτεσι τὰ τοῦ πολέμου κεκράτηται. Εἶτα ὁ Θωμᾶς ἡττᾶται, φεύγει, εἰς Ἀδριανούπολιν ἔρχεται. Καιρὸν ἱκανὸν ἐκεῖσε παρὰ τοῦ Μιχαὴλ κύκλῳ τετήρηται. Προδίδωσι καὶ ἄκων, κρατεῖται, χεῖρας καὶ πόδας τέμνεται, ἐπ' ὄνου κάθηται, τοῦτο καὶ μόνον λέγων « Ἐλέησόν με, ἀληθῶς βασιλεῦ. »

A expeditionem suscepit. Tantas autem vires habebat, ut suspensam ex arce catenam perfringeret ac Blachernas usque contenderet. Itaque deinceps totis tribus annis bellum geritur, quo exacto Thomas vincitur, in fugam se conjicit, Adrianopolim pervenit, non exiguo tempore istic obsidione a Michaelo cingitur, ab incolis oppidi deditur, invitus in hostis potestatem venit, manibus atque pedibus truncatur, asino contumeliæ causa imponitur, hæc tantum verba proferens : « Miserere mei, qui reapse imperator es. »

Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ Θεόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη ιβ' μῆνας γ'. Καὶ τηνικαῦτα ἐκλογὴν ποιεῖται κορασίων, ὧν μία καὶ ἡ Κασία, ἣν δὴ καὶ ἀποπέμπεται διὰ τὴν πλήρη συνέσεως ἀπόκρισιν αὐτῆς· μᾶλλον γὰρ ἐπιδεδωκὼς αὐτῇ ὡς ἐρασθεὶς δῆθεν ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτῆς, καὶ εἰπὼν « Ἐκ γυναικὸς ἐρρύη τὰ φαῦλα, » ἤκουσεν ἐξ αὐτῆς ὅτι καὶ ἀπὸ γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττονα. Ἐφ' ᾧ καὶ τὴν Παφλαγόνα Θεοδώραν ἠγάγετο. Οὗτος καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα διὰ τῆς ἀγορᾶς ἔφιππος εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν ἀπήρχετο· εἰ γὰρ καὶ τιμὴν ταῖς ἁγίαις εἰκόσιν οὐκ ἔνεμεν, ἀλλὰ τῷ Σωτῆρι καὶ αὐτῇ τῇ Θεομήτορι πίστιν ἐτήρει, ὡς ἔλεγεν. Οὗτος καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ προκειμένων ὠνίων ἠρώτα, καὶ εἰ πολλοῦ ἐπιπράσκοντο, κατὰ τοῦ ἐπάρχου ὠργίζετο. Τούτῳ προσῆλθέ τις γυνὴ παρὰ τοῦ τῆς Αὐγούστης συγγόνου Πετρωνᾶ ἀδικουμένη· οἴκημα καὶ γάρ τι ὑψώσας ἔβλαπτε γειτονοῦσαν αὐτήν. Ὁ γοῦν Πετρωνᾶς ἐπεφωνήθη μέν, οὐ διωρθώσατο δέ. Ἐφ' ᾧ αἰκίζεται δεινῶς, καὶ τοῦ οἰκήματος ἀνατραπέντος ἡ ὕλη πᾶσα τῇ γυναικὶ δίδοται. Ἠνίκα δὲ καὶ προκύψας τὸ τῆς δεσποίνης οἶδεν ἔγγομον πλοῖον, πυρίκαυστον κελεύει γενέσθαι, λέγων « Βασιλέα με τοῦ Θεοῦ ἀναδείξαντος, σὺ βιάζεις ποιῆσαί με ναύκληρον. Ἄλλως τε εἰ μετὰ τῆς βασιλικῆς εὐετηρίας καὶ τὰ ἐξ ἐμπορίας ἑαυτοῖς περιποιεῖσθαι σπεύδομεν, πόθεν ἂν τὰ πρὸς ζωὴν οἱ ἰδιῶται πορίζοιντο; » Τοσοῦτον δὲ μεγαλοπρεπὴς βασιλεὺς ὁ Θεόφιλος ἦν ὥστε καὶ θαυμαστά τινα φιλοτεχνήσασθαι ὄργανα. Πνεῦμα καὶ γὰρ ἐκεῖθεν ἐν μηχανῇ τινι ἀναπεμπόμενον μελῳδίαν ἀπήχει τερπνὴν καὶ εὐκέλαδον. Ἀλλὰ καὶ χρυσᾶ κατεσκεύασε δένδρα, ἐν οἷς παντοδαποὶ στρουθοὶ καθήμενοι μελῴδημα μελιτόεν ἐξέχεον.

B Post Michaelum Theophilus filius ejus annos duodecim menses tres imperavit. Mox ab inito imperio delectum puellarum haberi jussit, inter quas etiam Cassia comparuit. Eam propter responsum prudentiæ plenum missam fecit ac repudiavit. Nam cum ei malum tradidisset, uti qui propter insignem ipsius pulchritudinem amore correptus esset, simulque dixisset : « A muliere mala promanarunt, » vicissim illa respondit : « A muliere bona quoque proveniunt. » Itaque mutata sententia Theodoram Paphlagoniam matrimonio sibi junxit. Habebat in more **289** Theophilus, ut singulis septimanæ diebus per forum eques in Blachernium templum iret. Quanquam enim sacris imaginibus honorem nullum deferebat, Salvatori tamen ac Deiparæ fidem servabat, ut ipsemet profitebatur. Præterea de rerum in foro venum expositarum pretiis inquirere solebat, et si magno eas vendi deprehenderet, præfecto succensebat. Accidit aliquando ut femina quædam ipsum conveniret, ab Augustæ fratre Petrona per injuriam læsa. Nam cum is ædificium in altum eduxisset, domus vicinæ, quæ mulieris erat, luminibus obstruxerat. Hanc ob causam Petronas objurgatus nihilo magis id corrigebat in quo deliquerat. Itaque gravi cum contumelia imperator affecit, ædibusque dejectis omnem materiem mulieri attribuit. Itidem cum e palatio prospectans dominæ navim portum ingressam vidisset, ut igni ea concremaretur mandavit, hujusmodi verba subjiciens : « Tu cum imperatorem me Deus designavit, nauclerum esse coges? Quod si nos præter uberes imperii fructus etiam mercaturæ emolumenta conabimur intercipere, undenam privatæ fortunæ homines ad vitam sustinendam sibi necessaria comparabunt? » Præter hæc tam magnificus erat imperator hic Theophilus, ut etiam admirabilia quædam instrumenta studiose excogitaret, de quibus machina quadam emissus spiritus jucundam suaviterque resonantem melodiam efficit. Itidem arbores aureas parabat, in quibus omnis generis aviculæ considentes melleum quemdam cantum effundebant.

C

D

Ἀνθρώπιόν τι ἐν ἀνακτόροις περιεστρέφετο, παρακοπὴν φρενῶν ἔχον, Δένδρις καλούμενον. Ποτὲ γοῦν ὁ βασιλεὺς ἐρωτήσας αὐτὸ πόθεν ἥκει, παρὰ τῆς Μάννας πορευθῆναι ἔλεγεν· οὕτω γὰρ ἐκάλει τὴν δέσποιναν. Ἀλλὰ καὶ νηΐα καλὰ διεβεβαιοῦτο ἔχειν αὐτήν. Εἰκόνας οὖν ὁ βασιλεὺς ὑποτοπάσας εἶναι τὰ νηΐα κατὰ τῆς βασιλίδος ἐξώργιστο. Ἡ δὲ σοφῶς τὸν ἄνδρα κατεσοφίσατο· « Οὐδὲ γὰρ εἰκόνας εἶδεν ὁ Δένδρις, » ἔλεγεν,

Cæterum in aula quidam versabatur homuncio parum mentis compos. Eum cum aliquando interrogasset imperator unde veniret, a Manna se digressum respondit : hoc enim nomine dominam appellabat. Deinde affirmavit illam perbellas pupas habere. Qua voce imperator audita, suspicatus pupas esse imagines, contra imperatricem exarduit. Illa vero maritum solerter decepit. « Non enim, ait, imagines Denderis vidit (hoc nti

deliro nomen erat), sed cum speculum intuerer, formas in eo per reflexionem repræsentatas conspexit, easque pupas nuncupavit. » Usque adeo certe Theophilus imagines aversabatur, ut etiam religiosum illum virum Methodium, qui earum patronus erat, in spelunca quadam perinde concluderet uti cadavera sepulcris abduntur. Neque tantum hoc modo eum vexavit, sed etiam ipsi latrones duos adjunxit, quorum unus ibidem exstinctus est. Ejus cadaver quantum obsecro molestiæ fœtore suo putas viro beato attulisse? Id temporis etiam ii quorum facies notis erant compunctæ, in exsilium acti, piscatoris cujusdam opera Methodio scripserunt in hæc verba, iambicis versibus inclusa :

A « ἀλλ' ἐνατενιζούσης μου τῷ κατόπτρῳ τὰς ἐκεῖθεν ἀντανακλωμένας ἑώρα μορφὰς, ἃς δὴ καὶ νυία ὠνόμασεν. » Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἀπεστρέφετο τὰς εἰκόνας ὁ Θεόφιλος, ὥστε καὶ τὸν ἱερὸν Μεθόδιον, ἅτε τῶν εἰκόνων ὑπερμαχόμενον, ἐν σπηλαίῳ τινὶ κατέκλεισεν ὥσπερ νεκρὸν ἐν μνημείῳ. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο λῃστὰς σὺν αὐτῷ. Τότε δὴ, τότε καὶ τελευτήσας ὁ εἷς πόσης δυσοσμίας αἴτιον τῷ μακαρίῳ γέγονε; Τηνικαῦτα καὶ οἱ κεντηθέντες τὰ μέτωπα πρὸς τὴν ὑπερορίαν στελλόμενοι γραφὴν ἐγχαράττουσι τῷ Μεθοδίῳ διά τινος ἰχθυοθήρα ἐν μέτρῳ ἰαμβείῳ κατὰ λέξιν ἔχουσαν οὕτωσί ·

290 *Vivo perempto vivificoque mortuo,*
Terram incolenti ac pariter calcanti polum,
Scripsere vincto vincti et inscripti notis.

B *Τῷ ζῶντι νεκρῷ καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,*
Ναίοντι τὴν γῆν καὶ πολοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.

Iis Methodius in hanc sententiam rescripsit :

Libris vicissim descriptos cœlestibus,
Faciesque non sine laude compunctos notis,
Secum salutat vinctos vivus obrutus.

Ἀντιγράφει δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτούς ·

Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν κλησιγράφους
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους
Προσεῖπεν ὁ ζώθαπτος ὡς συνδεσμίους.

Hunc autem Methodium novo et admirabili quodam modo Deus ex eo specu eduxit. Nam cum Theophilus doctrinæ litterarum studiosus in scripta quædam intellectu difficilia incidisset, nec qui se de illis explicaret invenire posset, intellecto de quodam neminem mortalium esse qui felicius ea declarare posset quam inclusus ille sepulcro Methodius, hominem inde statim revocavit, magnoque in pretio deinceps habuit. Et quia Methodii malæ propter sacrarum imaginum propugnationem contundendo lesæ solutæque fuerant a Theophilo post 7 synodum simulacrorum eversionem renovante, necesse habebat ut eas tenui quadam fascia linea obligaret. Unde mea quidem sententia mos inolevit, hodieque durans, ut pontifices ab anteriori parte lineas fascias alligatas habeant.

Τὸν μέντοι Μεθόδιον παραδόξως ὁ Θεὸς ἐκεῖθεν ἐξήγαγεν. Ὁ γὰρ Θεόφιλος φιλολόγος ὢν γραφαῖς τισι δυσνοήτοις ἐνέτυχεν, ὧν τὴν λέξιν οὐχ εὗρισκεν. Ἀκούσας οὖν παρά τινος ὡς οὐδεὶς ἕτερος τὰς τοιαύτας σαφηνίσει γραφὰς εἰ μὴ ὁ ἐν μνήματι Μεθόδιος, ἐκεῖθεν αὐτὸν αὐτίκα μετεκαλέσατο καὶ διὰ τιμῆς εἶχεν ὅτι πυλλῆς. Αἱ μέντοι σιαγόνες αὐτοῦ παραλυθεῖσαι ὑπὸ Θεοφίλου διὰ τὸ τῶν ἁγίων εἰκόνων ὑπερλαλεῖν (μετὰ γὰρ τὴν ζ' σύνοδον ὁ βασιλεὺς οὗτος τὴν εἰκονομαχίαν ἀνενέωσεν) ὀθόνῃ λεπτῇ ἐδέδεντο. Ταύτῃ τοι καὶ συνήθεια μέχρι τοῦ νῦν, ὡς οἶμαι, κεκράτηκεν ἐν ἀρχιερεῦσι τὸ καὶ τοῖς ἐμπροσθίοις μέρεσι δεδεμένας ἔχειν ὀθόνας.

C

Denique Theophilus moriturus petebat ut imagines sacræ rursum non erigerentur, neque Joannes patriarcha, præstigiator ignis, loco moveretur. Verum ipso vita functo, Theodora Joanne dejecto et abdicato sanctum virum Methodium pro eo substituit. Tum vero meretricula quadam subornata Methodium adversarii criminati sunt; quæ res in judicium cum deducta foret, Methodius fimbria vestis sublata genitalia denudavit. Ea prorsus frigebant et emarcuerant. Rogatus autem quanam de causa tantopere virilia ipsius emarcuissent, respondit se aliquando quadam de causa Romam missum, et carnalis libidinis inflammatione correptum, Christi discipulorum opem implorasse; ideoque per quietem vidisse summum illum Petrum apostolum, qui verendis suis attactis effecerit ut ignis ea depascere videretur. Ex eo tempore membra istæc sua mortua sibi fuisse, neque libidinis inflammationem quidquam attulisse molestiæ. Cæterum ut omnium prima mulier Adamum paradiso eduxit, ita domina Theodora con-

Ἀλλὰ καὶ τελευτῶν ὁ Θεόφιλος ἐξίου μήτε τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀναστηλωθῆναι μήτε τὸν πατριάρχην Ἰωάννην τὸν καὶ γόητα καθελεῖν. Ἀλλὰ μετὰ θάνατον ἐκείνου καθελοῦσα τοῦτον ἡ Θεοδώρα τὸν ἱερὸν ἀντεισῆξε Μεθόδιον, εἰ καὶ γύναιόν τι πορνίδιον οἱ ἐξ ἐναντίας ὑπελθόντες διαβάλλουσι τὸν Μεθόδιον. Κρίσις οὖν ἐπὶ τούτοις προβαίνει, καὶ τὸ κράσπεδον ἄρα; ἀπεγυμνοῖ τὴν αἰδώ. Ἡ δὲ ἦν κατεψυγμένη πάντη καὶ μεμαρασμένη. Καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθεὶς δι' ἣν ὁ τοσοῦτος γέγονε μαρασμὸς, ἔλεγεν ὅτι Ποτὲ κατὰ χρείαν εἰς Ῥώμην σταλεὶς, κἀκεῖσε πύρωσιν παθὼν σαρκικὴν, δέομαι τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ. Ἐφ' ᾧ καὶ δοκῶ κατ' ὄναρ ἰδεῖν τὸν κορυφαῖον Πέτρον, καὶ οὐ τῆς αἰδοῦς ἁψαμένου μου πῦρ ἐδόκουν αὐτὴν περιδόσκεσθαι. Ἔκτοτε οὖν τὰ μόρια τοῦτα νενέκρωται, καὶ πύρωσις οὐκέτι μοι παρεγένετο. Καὶ ἡ μὲν πρώτη γυνὴ τὸν Ἀδὰμ ἐξάγει τοῦ παραδείσου, ἡ δὲ κυρὰ Θεοδώρα εἰσάγει τὸν ὁμόζυγον αὐτῆς εἰς τὸν παράδεισον. Ὡς οὖν ἔλαβε πληροφορίαν τοῦ πράγματος, φιλοφρονεῖται τοὺς ἁγίους τούτους Πατέρας, δι' ὧν

D

ἄρα καὶ ἡ πρὸς Θεὸν γέγονε δέησις. Ἡνίκα γοῦν ἐφιλοφρόνει αὐτοὺς, συμπαρῆν καὶ ὁ γραπτὸς Θεοφάνης Νικαίας. Ταύτης οὖν ἐνατενιζούσης αὐτῷ καὶ τὰ στίγματα θαυμαζούσης ἔλεγε· « Τί με συχνῶς ὁρᾷς; Τότε διαδικάσομαι περὶ τούτου τῷ ἀνδρί σου. » Ἦν δὴ καὶ πολλὰ δυσχεράνασαν τούτου ἕνεκεν ὁ πατριάρχης παρεμυθεῖτο Μεθόδιος.

A jugem suum in paradisum introduxit. Ea de re cum certior facta fuisset, benigne sanctos hosce Patres excepit, qui etiam pro Theophilo Deum precati sunt. Cum autem illos exciperet, aderat inter alios Theophanes Nicænus pontifex, cujus faciei notæ impressæ erant. Is imperatrice defixis oculis se intuente, ac notas impressas admirante : « Cur, inquit, tam crebro me aspicis? in altera vita cum marito tuo disceptaturus sum. » Hoc verbum imperatricem graviter admodum pupugit, quam tamen deinde Methodius patriarcha consolatus est.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοφίλου βασιλείας Λέων ὁ φιλόσοφος ἦν, κεκρυμμένος μὲν τοῦ πρώτου καὶ πάντη ἄγνωστος ὤν, τούτῳ δὲ γεγονὼς τῷ τρόπῳ κατάδηλος. Νεανίας τις γεωμετρικῆς ἐπιστήμης ἔμπειρος ὢν αἰχμάλωτος ἄγεται. Εἶτα παρὰ τοῦ κατέχοντος αὐτὸν Ἀρμεμούμνη ζήτησις γίνεται γεωμετρικῶν θεωρημάτων. Παρίσταται καὶ ὁ νεανίας, τὴν αὐτοῦ σοφίαν δείκνυσι, θαυμάζεται. Ἐρωτᾶται εἰ καί τινες ἕτεροι τοιοῦτοι παρὰ τῇ βασιλευούσῃ εὑρίσκονται. Καὶ ὁ Ἀρμεμούμνης μαθὼν περὶ τοῦ σοφοῦ Λέοντος, τίς τε ἦν καὶ ὅπως εἰς ἄκρον ἐληλάκει πάσης σοφίας καὶ ἐπιστήμης, γράφει πρὸς τὸν βασιλέα Θεόφιλον ὡς ἂν ἀποστελοῖ τὸν φιλόσοφον πρὸς αὐτόν· ἀντὶ δὲ τούτου δοθήσεται χάρις χρυσίου κεντηνάρια ρ' καὶ φιλία αἰώνιος. Καὶ ὁ Θεόφιλος ἄτοπον κρίνας εἰ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν, δι' ἣν τὸ τῶν Ῥωμαίων γένος θαυμάζεται, ἔκδοτον ποήσει τοῖς ἔθνεσι, πρὸς τὰ αἰτηθέντα οὐκ ἐπένευσε. Γνωρίζεται οὖν ἐντεῦθεν ὁ τὰ πάντα σοφώτατος Λέων, διδάσκαλος προχειρίζεται, τελευταῖον εἰς τὸν τῆς Θεσσαλονίκης θρόνον ἀνάγεται παρὰ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ μεγάλου. Τῶν Εἰκονομάχων τηνικαῦτα καθαιρεθέντων συγκαθηρέθη καὶ αὐτός. Μεγίστην δὲ τιμὴν παρά γε τοῖς Θεσσαλονικεῦσιν ἤνεγκε καὶ δι' ἄλλα μὲν πολλὰ, μάλιστα δὲ δι' ἣν ἐπήνεγκε τοῦ λιμοῦ λύσιν, τὴν τῶν ἀστέρων ἐπιτολὴν διασκεψάμενος κἀκείνους ἀναπείσας τὰ σπέρματα τηνικαῦτα καταβαλεῖν.

291 Scito autem, dilecte fili, Theophilo imperante Leonem philosophum exstitisse, qui prorsus antea latitabat et ignotus erat : sed hoc modo nomen aliquod est consecutus. Quidam adolescens geometricæ scientiæ peritus in hostium potestatem venerat. Accidit autem ut Armemumnes, qui eum captivum habebat, aliquando de geometricis theorematis disputaret. Ibi juvenis ille præsens dotrinæ suæ specimen edit, et apud homines admirationem sui concitat. Quamobrem interrogatur an alii quoque Cpoli reperiantur qui artem hanc teneant. Cum respondente juvene cognovisset Armemumnes de Leone viro sapienti ac docto, quisnam foret, et quod summam omnis doctrinæ scientiæquæ peritiam consecutus esset, litteris ad imperatorem Theophilum datis petit ut ad se Leonem mittat, pro quo declarandi animi grati causa vicissim ei daturus sit centum auri centenarios æternamque pacem concessurus. Theophilus autem, qui absurdum quiddam se facturum duceret, si rerum cognitionem, propter quam natio Romanorum in admiratione sit, populis exteris proderet, postulatis Armemumnæ assentiri noluit. Ex eo tempore Leo doctissimus in universis disciplinis clarescere cœpit. Cumque doctoris munus aliquandiu ei mandatum fuisset, tandem opera magni patriarchæ Joannis ad Thessalonicense solium evectus est. Inde cum oppugnatores imaginum loco moverentur, etiam ipse solio suo dejectus est. Apud Thessalonicenses in honore maximo fuit cum alias plures ob causas, tum maxime propterea quod eos annonæ penuria sublevasset, siderum quorumdam ortu considerato : persuaserat enim ipsis ut indicato ab se tempore semina terræ crederent.

Ὁ μέντοι Θεόφιλος γαμβρὸν εἶχεν Ἀλέξιον, οὗ Μωσηλὲ τὸ ἐπώνυμον· καὶ Μανουὴλ τις ἐν αὐτῷ παραδυναστεύων ἦν. Ὁμοίως καὶ Θεόφοβός τις, ὃν δὴ καὶ θανάτῳ καθυποβληθῆναι κελεύει, μή ποτε νεώτερόν τι εἰργάσηται. Ἀφαιρεῖται οὖν ἡ ἐκείνου κεφαλὴ καὶ τῷ Θεοφίλῳ προσάγεται. Τῶν οὖν τριχῶν αὐτῆς ἁψάμενος ἔφη· « Οὔτ' ἐγὼ Θεόφιλος, οὔτε σὺ Θεόφοβος. » Ἐπὶ τούτοις οὖν ἐξηρεύξατο τὴν ψυχὴν δυσεντερίᾳ πρότερον συσχεθείς· τὸ δὲ ταύτης αἴτιον ψυχροποσία.

Ad Theophilum ut redeamus, habebat is generum Alexium, cognomento Moseleum. Præterea Manuelus quidam apud ipsum potestatis imperatoriæ particeps erat, itemque Theophobus, quem morte affici jussit, ne quando res novas moliretur ; estque caput ei præcisum et ad Theophilum allatum. Cujus ille crinibus attrectatis : « Nec ego sum Theophilus, inquit, nec tu Theophobus. » Haud multo post animam exhalavit, cum prius intestinorum morbo laborasset, quem ex haustu frigidæ aquæ sibi arcessiverat.

Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ Μιχαὴλ ὁ μεθυστὴς σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ Θεοδώρᾳ ἔτη ιδ', καὶ μόνος ἔτη ια'. Κατάγει δὲ αὐτὴν καὶ ἀποκείρει· μόνος γὰρ ἤθελε σκῆπτρα τὰ Ῥωμαίων ἰθύνειν, εἰ καὶ μὴ πρὸς καλὸν ἀπέβλεπε τὰ ἐκείνου. Τί γὰρ οὐκ ἔλεγε ; Τί δὲ οὐκ ἔπραττε ; Πολλάκις καὶ μηδέ τινος χρείας

Theophilo exstincto, Michaelus cum Theodora matre 14 annis imperavit, eamque tandem ab imperii gubernaculis removit et rasit, quod solus Romanam rem publicam administrare vellet. Non tamen ad utilitatem publicam ea quæ gerebat spectabant. Quid enim non ille dicere, quid non au-

sus est facere? Sæpenumero nulla urgente necessitate absque custodibus, præsidio, satellitum comitatu, in **292** ipsa se trivia conferebat. Quid multa proferri opus est? Cum quotidie deteriorem ad vitam prolaberetur, tandem vir sceleratissimus adversus ipsa quoque mysteria furiose debacchari cœpit. Nam in craterem indito sinapi acerbissimo mysticum inde sacrum peragebat, ludens miser in iis quæ ludos nullos admittunt, et ridens infelix in minime ridiculis. Tradiderat ei Theodora mater auri mxc centenarios, argenti ad tria millia. Ex iis Michaelus moriens tria tantum reliquit, imperio post discessionem ex aula Theodoræ annis undecim potitus. Solis compotationibus et circensibus ludis operam dabat, quibus sane spectaculis tam impense delectabatur ut ipsemet extrinsecus amictum Venetum gestans equos agitaret, logotheta Prasino habitu induto. Accidit aliquando ut equestri certamine jam imminente protonotarius dromi accedens diceret in Melangeis, quæ Melagina vulgo nuncupantur, Saracenos adesse. Tum imperator: « Tene vero, inquit, hominem stolidissimum audere mihi tali occupato certamine, ac in hoc unum incumbenti ut in lævam partem medium avertam, de Saracenorum incursu nuntium afferre? » Rebus igitur hujusmodi Michaelus occupatus imperatorios, ceu diximus, thesauros exhauriebat. Nam quot es ipsorum etiam aurigarum filios ex sacro fonte suscipiebat, singulis auri libras centum donabat.

A κατεπειγούσης, χωρὶς φυλάκων καὶ φρουρᾶς, ἅτε δορυφορούντων, ἐπὶ μέσων ἐκεῖνος τριόδων παρώδευε. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; ἐπὶ χείρονα καθ' ἑκάστην προκόπτων ζωὴν, καὶ κατ' αὐτῶν ἐλύττησε τῶν μυστηρίων ὁ κάκιστος. Βαλὼν γὰρ εἰς κρατῆρα δριμύτατον σίνηπι τὴν ἁγιστείαν ἐκεῖθεν ἐτέλει τὴν μυστικὴν, παίζων ὁ τάλας ἐν οὐ παικτοῖς καὶ γελῶν ἐν ἀγελάστοις ὁ δείλαιος. Ἡ μέντοι Θεοδώρα παραδίδωσι πρὸς αὐτὸν χρυσοῦ κεντηνάρια ς' καὶ ἀργυρίου ὡσεὶ γ'. Ἀλλ' ὁ Μιχαὴλ τρία καὶ μόνα τελευτῶν ἀφῆκε, κρατήσας ἔτη ια' μετὰ τὴν Θεοδώρας διάζευξιν· περὶ γὰρ μέθας καὶ ἱπποδρομίας κατήγετο. Τοσοῦτον δὲ τῶν τοιούτων ἐξείχετο θεάτρων ὡς αὐτὸς μὲν φορεῖν τὸ Βένετον καὶ ἱππηλατεῖν, ὁ δὲ λογοθέτης τὸ Πράσινον. Καί

B ποτε γοῦν τοῦ ἱππικοῦ ἐνστάντος ἀγῶνος ὁ τοῦ δρόμου πρωτονοτάριος ἐφίσταται λέγων ὅτι ἐν τοῖς Μελαγγείοις, ἅτινα Μελάγυνα ἰδιωτικῶς λέγονται, Σαρακηνοὶ προσέβαλον· καὶ ὁ βασιλεὺς, « Ἐν τοιούτῳ μοι, » ἔφη, « ἀγῶνι, καὶ τὸν μέσον εὐώνυμον καταστῆσαι σπεύδοντι, αὐτὸς, μάταιε, περὶ Σαρακηνῶν ἐπιδρομῆς ἀγγελίαν ἐπάγεις μοι; » Τοιούτοις οὖν ὁ Μιχαὴλ ἐνασχολούμενος τοὺς βασιλικοὺς ἐκένωσεν, ὡς εἴρηται, θησαυρούς· καὶ αὐτοὺς γὰρ τοὺς ἡνιόχων παῖδας ἐκ τῆς ἱερᾶς κολυμβήθρας ἀναλαμβανόμενος ἐδίδου ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνὰ χρυσίου λίτρας ρ'.

Licet hinc etiam, ut omittamus alia, Michaeli vecordiam agnoscere. A Tarso ad palatium usque certis in locis ignes succendi consueverant, quibus aliis alios excipientibus Saracenorum incursus denuntiabantur. Cum igitur aliquando currus agerentur ad eximii martyris Mamantis ædem, quæ in Steno est, habituque Veneto imperator ipse ornatus esset, signum adventus hostilis editum est per ignem de Pharo. Quæ res permolesta cum imperatori accideret, ignes illos admirabili consilio excogitatos sustulit, ne deinceps unquam per ejusmodi nuntios animis terrore perculsis theatrum spectatores desererent.

C Πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο τὴν τοῦ Μιχαὴλ ἀβελτηρίαν παρίστησιν. Ἀπὸ Ταρσοῦ μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ παλατίου φρυκτοὶ κατά τινας τόπους ἀνεφλέγοντο κατὰ διάδοσιν τὰς τῶν Σαρακηνῶν ἐπιδρομὰς προμηνύοντες. Ἠνιοχείας οὖν τελουμένης κατά γε τὸν ἐν τῷ στενῷ τοῦ μεγαλομάρτυρος ναὸν Μάμαντος, καὶ τὸ Βένετον ἐνδεδυμένου τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, ἀγγελία γέγονεν ἀπό γε τοῦ κατὰ τὸν Φάρον φρυκτοῦ. Ἀνίᾳ γοῦν ἐπὶ τούτῳ συσχεθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐκ μέσου ποιεῖ τοὺς θαυμαστοὺς ἐκείνους φρυκτοὺς, ὡς μηκέτι τοιαύτας ἀγγελίας οἱ θεαταὶ δειλαινόμενοι τὸ θέατρον καταλύωσιν.

Idem Michaelus cum forte pecuniis indigeret, etiam platanos illas aureas, factas a Leone philosopho, de quo supra locuti sumus, in quibus aviculæ sedentes per machinam quamdam cantillabant, itemque leones aureos, qui et ipsi cum hominum admiratione maxima nonnunquam rugitum edebant, opera certe præclara et unam ob causam facta, ut exteræ nationes ad eorum conspectum obstupescerent, minutas in partes concidit et aurum expendit.

D Οὗτος ὁ Μιχαὴλ χρημάτων ἀπορήσας καὶ τὰς χρυσᾶς ἐκείνας πλατάνους, ἃς ὁ φιλόσοφος κατεσκεύασε Λέων, ὡς ἄνωθεν ἔφημεν, ἐν αἷς στρουθοὶ καθήμενοι διὰ μηχανῆς ἐκελάδουν, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς λέοντας, ἃ πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἐθνῶν μεριμνᾶται (καὶ οὗτοι γὰρ ἔστιν ὅτε βρυχώμενοι ἐθαυμάζοντο), κατακόψας ἀνάλωσεν.

Quas ob res Theodora Michaelum crebris admonitionibus castigans et crudiens e regia tandem expellitur. Etenim Michaeli avunculus, cui Bardæ nomen erat, nulla non machinatione usus et omnibus hominem modis aggressus, ut imperatrix quidem longe a regia submoveretur effecit, ipse vero Cæsar ab imperatore designaretur. Itaque ab illo tempore cuncta sic agere, quasi **293** si im-

Ἐπὶ τούτοις οὖν ἡ Θεοδώρα πολλὰ παραινοῦσα τὸν Μιχαὴλ τῶν βασιλείων ἔκπτωτος γίνεται· ὁ γὰρ ἐκ μητρὸς αὐτῷ θεῖος, ᾧ Βάρδας ὄνομα, πάντα καλῶν κινήσας καὶ παντοίως ὑπελθὼν αὐτὸν, τὴν μὲν βασίλισσαν πόρρω γενέσθαι τῶν βασιλείων οἰκονομεῖ, ἑαυτὸν δὲ προχειρισθῆναι Καίσαρα. Ἔκτοτε οὖν πάντα ποιῶν ὡς ἀντάναξ οὐ διέλιπε. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ παρανομίαν ἐτέκνωσε, υἱοῦ γνησίου γα-

μετῇ συνεφθείρετο. Μανθάνει ταῦτα καὶ ὁ τότε πατριάρχης Ἰγνάτιος· ἐφ' ᾧ νουθετεῖ, παραινεῖ, καὶ τελευταῖον ἐκδιώκει τῶν ἁγιασμάτων αὐτόν. Μαίνεται ὁ Βάρδας, καὶ τὸν μὲν Ἰγνάτιον τῆς ποίμνης ἐξίστησιν, ἀντ' αὐτοῦ δὲ προχειρίζεται Φώτιον. Ἀλλ' ἐντεῦθεν οἵοις καὶ ὅσοις ἐβλήθη δεινοῖς παρὰ Φωτίου ὁ Ἰγνάτιος, ἵν' ἐκὼν φανείη παραιτούμενος, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀποῤῥιζοῦσι γὰρ αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας, προσεφαπλοῦσι γυμνὸν κοπροφέρτῳ τινὶ λάρναξι τὸν τοῦ καταπτύστου Κοπρωνύμου φερούσῃ νεκρόν. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πλέον ἀνέχεται ὁ Θεός· ὁ μὲν γὰρ Φώτιος αὐτίκα τοῦ θρόνου ἐκβάλλεται, ὁ δὲ Βάρδας κακῶς τῶν ὧδε μεθίσταται. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ σημεῖά τινα τὸν ὄλεθρον αὐτοῦ κατεμήνυον, ἐπιτολαὶ κομητῶν, ὄψεις ὀνειράτων ἀλλόκοτοι. Ἐδόκει γὰρ ὁ Βάρδας πρὸς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν ἀπελθεῖν, καὶ τῷ τοῦ πατριάρχου θρόνῳ τὸν κορυφαῖον Πέτρον ἰδεῖν ἐγκαθήμενον, καὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ τὸν ἁγιώτατον Ἰγνάτιον ἐγκυλινδούμενον, κἀκεῖθεν ὧν ἔπαθε παρὰ τοῦ Καίσαρος αἰτοῦντα ἐκδίκησιν. Καὶ ὁ Βάρδας εὐθέως ἑώρα ῥομφαίαν διδομένην ὡς ὑπ' αὐτῆς αὐτὸν μεληδὸν διατμηθῆναι. Οὐ πολὺς διῆλθε καιρός, καὶ κατὰ τοῦ Βάρδα θάνατος μελετᾶται παρὰ Μιχαὴλ τὴν ἐκείνου δυναστείαν δεδοικότος. Ξιφήρεις οὖν τοὺς κατ' αὐτοῦ ἐπιόντας ὁ Βάρδας ἰδὼν τοῖς τοῦ βασιλέως ἑαυτὸν ἐπιῤῥίπτει ποσίν. Ἀλλ' ἀποπῶσι τοῦτον ἐκεῖθεν καὶ μεληδὸν κατατέμνουσι. Τὰ δὲ παιδογόνα αὐτοῦ μόρια κονιᾷ ἀπαιωροῦσι καὶ τῷ λαῷ παραδειγματίζουσι.

Μετὰ δὲ ταῦτα φυσικῆς γονῆς ὁ Μιχαὴλ ἄπορῶν, ὡς φησιν ὁ Σκυλίτζης, καὶ τὰ κοινὰ διεξάγειν οὐχ οἷός τε ὢν ἅτε τοῦ Βάρδα ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, εἰσποιεῖται τὸν Βασίλειον εἰς υἱόν, καὶ τῇ τῶν μαγίστρων ἀξίᾳ τιμήσας διάδημα μετὰ μικρὸν αὐτῷ παρατίθησιν. Εἶθ' οὗτος ὁ Μιχαὴλ παρὰ Βασιλείου ἐλεγχόμενος ἐφ' οἷς ἔπραττε, ποιῆσαι τοῦτον ἐκ μέσου ἐφρόντιζε. Τί γοῦν ποιεῖ; Βασιλίσκον τινὰ (φιλοτιμήσασθαι γὰρ ἤθελεν αὐτὸν, ὅτι προφθάσας ὕμνησε τὸ κράτος αὐτοῦ διὰ τὸ καλῶς δῆθεν ἡνιοστροφῆσαι) εἰς μέσον ἀγαγὼν τὴν πορφύραν αὐτὸν ἐνδύει καὶ τὸ διάδημα, πρὸς τὴν γερουσίαν εἰπών· « Πάλαι μὲν οὖν ἔδει τουτονὶ τὸν ἄνδρα, ὦ φίλοι, εἰς τὸν περίβλεπτον κόσμον τῆς βασιλείας ἀναγαγεῖν, ἢ τὸν Βασίλειον ἐφ' ᾧ καὶ μεταμέλημαι. » Ἀλλ' ἐντεῦθεν ἡ τοῦ Μιχαὴλ κατάλυσις λαμβάνει ἀρχήν, εἰ καὶ μᾶλλον ἀκρατοποτῶν οὐ διέλιπε τοῖς ὑπ' αὐτὸν πολλὰ κακὰ προξενῶν, ἄλλου μὲν ὦτα κελεύων ἀφαιρεῖσθαι, ἑτέρου δὲ ῥῖνα καὶ κεφαλὴν ἄλλου. Ἀλλ' ἐν τούτοις ἐμποδίζοντα τὸν Βασίλειον εἶχεν. Ἐφ' ᾧ δόλον μελετᾷ κατ' αὐτοῦ. Ἐνέσκηψε γάρ τινι βέλος ἀφιέναι τῷ δοκεῖν μὲν κατὰ θηρίου, τῇ δὲ ἀληθείᾳ κατὰ Βασιλείου. Καὶ ὃς πάντα ἐννοήσας ἔδρασε μᾶλλον ἐπὶ Μιχαὴλ ὅπερ αὐτὸς ἔμελλε ἀπ' αὐτοῦ παθεῖν· ἐφ' ᾧ καὶ φονεύει αὐτὸν κατὰ τὸν ἅγιον Μάμαντα.

perator ipse foret non destitit. Præterea facinus improbissimum committere ausus est, genuini filii conjuge vitiata. Quod ubi rescivisset Ignatius patriarcha, hominem semel atque iterum frustra monitum tandem adhibita commonefactione postrema sacris excludit. Tum vero Bardas furere, Ignatium gregi adimere, Photium ejus loco substituere. Qualibus autem quantisque calamitatibus Ignatius opera Photii fuerit exagitatus, ut tandem sponte sua solium detrectare ac resignare videretur, verbis explicari omnino non potest. Quippe radicitus ei dentes effracti sunt, ipse nudus in longum exporrectus et sandapilæ cuidam luto commaculatæ inclusus, quæ abominabilis istius Copronymi cadaver continebat. Verum Deus hæc non admodum diu toleravit. Quippe Photius ille mox solio dejectus est, Bardas misere vitam in terris suam clausit. Etenim cum moriturus esset, prodigia quædam et ostenta perniciem hominis portenderunt, nimirum ortus cometarum et inusitata somniorum visa. Nam per quietem Bardas ire sibi Magnam ad ecclesiam videbatur, ubi principem apostolorum Petrum in solio patriarchæ sedentem cerneret, ad cujus pedes sanctissimus ille patriarcha Ignatius provolutus jaceret, ac vindictam eorum postularet facinorum quæ a Cæsare designata in se fuissent; mox alicui gladium porrigi, quo Bardas membratim dissecaretur. Neque multum temporis intercessit, cum Michaelus Bardæ potentiam reveritus hominem morte multatum e medio tollere cogitat. Itaque Bardas homines gladiis instructos contra se pergentes intuitus ad imperatoris se pedes abjicit. Verum per eosdem inde abreptus membratim in frusta conciditur, genitalibus hastæ suffixis et publice populo spectaculi causa exhibitis.

Secundum hæc Michaelus, quod sobolem ex se naturaliter procreatam nullam haberet, uti Scylitzes memoriæ prodidit, nec publicam rem administrare per se satis idonee posset, Barda jam rebus humanis exempto, Basilium filii loco adoptat, et magistrorum dignitate ornatum paulo post etiam diademate cingit. Cum autem a Basilio quoque Michaelus ob ea reprehenderetur quæ nefarie patrabat, quo pacto et illum e medio tolleret, sollicite cogitabat. Quid ergo rei molitur? hominem quemdam nomine Basiliscum, quem afficere honore propterea cuperet quod aliquando majestatem ipsius insigniter prædicasset ob quadrigarum solertem inflexionem, in medium productum purpura induit ac diademate ornat, hujusmodi ad senatum verbis usus: « Jampridem, amici, oportebat hunc virum a nobis ad honorem imperii splendidissimum 294 potius evehi quam Basilium. Idcirco mei me consilii factique pœnitet. » Quod quidem ubi fecisset, mox initium interitus Michaeli appetit, præsertim cum intemperanter admodum potare non desineret, ac subditis crebra mala moliri. Nam præcipiebat his aures, illis nares, nonnullis capita præcidi. Cum autem Basilius impediret quominus ea perficerentur, fraude circumvenire Michaelus ipsum instituit. Nam cuidam

mandabat ut in speciem quidem adversus feram telum emitteret, reapse vero Basilium peteret. Qua re Basilius animadversa in ipsum Michaelum id patrandum esse statuit quod imminere sibi ab eo videbat. Itaque hominem ad D. Mamantis interficit.

Hoc modo post Michaelum cognomine Temulentum Basilius Macedo 20 annis imperium obtinuit. Is cum adhuc infans admodum esset, uti Zonaras commemorat, forte soli expositus in æstu jacebat, messe occupatis parentibus, qui valde pauperes erant. Tum vero aquila de sublimi advolans expansis alis umbram ei præbebat. Cum autem mater aliquoties aquilam abigere conata nihil efficere se videret, tandem hanc rem boni augurii loco duxit. Præterea Basilius hic e pago quodam originem habuit, qui magnæ urbi Adrianopoli vicinus erat. Etiam aliquando ceu mancipium a Bulgaris avectus fuit. Unde cum evasisset, Byzantium sese contulit, ac propius ad sancti Diomedis ædem accedens ibidem in latericio pavimento fessus obdormivit. Ea nocte templi ejus ædituus ab angelo ter excitatus est ac imperatorem introducere jussus. Paret ædituus angelo, ac Basilium velut imperatorem humanissime tractat atque recreat. Quid ex eo tempore de ipso factum? propter insignem animi fortitudinem in Michaeli notitiam pervenit: primum equorum ei cura committitur, deinde fit cubicularius, tandem imperator renuntiatur, cum quidem hujusmodi eventa Deus multo ante significasset. Nam vide, obsecro, quid aliquando ipsi acciderit. Forte cum hero id temporis suo Theophilitze quemdam ad locum profectus fuerat. Et in loco solitariæ vitæ sectator degebat, homo futura prospiciendi facultate præditus. Negligebat ille Theophilitzem, cum magnum honorem Basilio deferret. Quæsitus ab aliquo cur id fecisset, imperatorem in eo se palam conspexisse respondit. Hac igitur ratione Basilius imperio, ceu diximus, post Michaelum potitus est; moxque Photium ex Ecclesia pepulit ac solium Ignatio restituit. Præterea sub initium imperii patribus conscriptis ad se venire jussis thesauros imperatorios aperuit, ut Scylitzes commemorat, deque pecuniis ærarii maximis, præter auri tres centenarios, nihil omnino reperit. Quo autem illæ modis ac rationibus novis insuetisque prius devenissent, **295** ubi certior factus fuit, apud senatum obtinuit ut publicum in ærarium referrentur. Ipse tamen mitius agens, et cuilibet illorum qui aliquid a Michaelo acceperant, partem dimidiam auferens, auri 300 omnino centenarios confecit.

Tam præclare vero Basilius imperium administrabat, tamque observans erat justitiæ, ut ipsemet judices ordinaret, eosque causas cognoscere juberet attente, tam in Magnaura pro tribunali sedentes quam in Circo. Edictis quoque propositis instituit ut hi judices acciperent e publico salaria, ne agitatas pro tribunali causas parvi facerent obiterque tractarent. Itidem pauperioribus jure adversus alios experiuntibus alimenta decrevit, ne fame contabescentes litibus renuntiarent. Præterea proditum memoriæ scimus, imperatorem ad hæc loca quodam tempore de regia progressum, cum neminem reperisset de alio conquerentem, ideoque suspicatus esset forte homines injuriis

A Κρατεῖ οὖν μετὰ Μιχαὴλ τὸν Μεθυστὴν Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἔτη κ'. Οὗτος βρεφύλλιον ὢν, καθά φησι Ζωναρᾶς, ἔκειτο τῷ ἡλίῳ θαλπόμενος ἅτε ὄντων αὐτοῦ γονέων περὶ τὸ θέρος ἀσχολουμένων· πάνυ γὰρ ἦσαν πτωχοί. Ἀετὸς δὲ τηνικαῦτα καταπτὰς ἐσκίαζεν αὐτὸν ταῖς πτέρυξιν. Ἡ γοῦν μήτηρ αὐτοῦ καὶ πολλάκις ἀποσοβῆσαι ἐπιχειρήσασα τοῦτον, καὶ μὴ δυνηθεῖσα, ἀγαθὸν οἰώνισμα τὸ τοιοῦτον ἔκρινε δρᾶμα. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ κώμης ὁ Βασίλειος οὗτος ὥρμητο γειτονούσης τῇ μεγαλοπόλει Ἀδριανουπόλεως, καὶ ἀνδράποδον δὲ τοῖς Βουλγάροις συναπῆχθη ποτέ. Φυγὼν οὖν ἐκεῖθεν πρὸς τὴν Βυζαντίδα ἔρχεται, καὶ τῷ τοῦ ἁγίου Διομήδους προσπελάζει ναῷ, κἀκεῖσε ὑπνώττει ἐν κλίνῃ λιθοπλινθίνῃ. Τηνικαῦτα ὁ ἐκεῖσε νεωκόρος τρίτον
B ἀφυπνίζεται δι' ἀγγέλου λέγοντος· « Ἔσω τὸν βασιλέα εἰσάγαγε. » Πείθεται ὁ νεωκόρος, θεραπείας ἀξιοῖ τὸν βασιλέα. Εἶτα τί; διὰ τὴν αὐτοῦ ἀνδρίαν τῷ Μιχαὴλ γνωρίζεται, τῶν ἵππων φροντιστὴς καθίστατο, μετὰ ταῦτα παράκοιτος καὶ τελευταῖον κράτωρ ἀναγορεύεται, τοῦ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα καὶ πρὸ πολλοῦ πάντως δεικνύοντος. Ὅρα γὰρ ὅτι καί ποτε μετὰ τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοῦ Θεοφιλίτζη ἔν τινι τόπῳ ἀπῆλθεν ἔνθα διορατικός τις ἐτύγχανε μοναχὸς, ὃς τὸν μὲν Θεοφιλίτζην παρεώρα, τὸν δὲ Βασίλειον διὰ τιμῆς ἐποιεῖτο πολλῆς, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος ἔλεγε βασιλέα ἰδεῖν αὐτὸν ἀντικρυς. Κρατεῖ οὖν, ὡς εἴρηται, μετὰ τὸν Μιχαὴλ ὁ Βασίλειος. Καὶ τῆς Ἐκκλησίας εὐθέως τὸν
C Φώτιον ἐξωθεῖ, καὶ πάλιν Ἰγνατίῳ τὸν θρόνον ἀποδίδωσιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν γερουσίαν τηνικαῦτα μετακαλεσάμενος τοὺς βασιλικοὺς ὑπανοίγει θησαυροὺς, ὥς φησιν ὁ Σκυλίτζης· καὶ ἀπό γε τῶν τοσούτων χρημάτων οὐδὲν ἄλλο εὑρηται ἢ χρυσοῦ καντηνάρια τρία. Ποῦ δὲ ταῦτα καινοτομηθῆναι ἔφθασε μαθὼν Βασίλειος οἰκονομεῖ καὶ πάλιν πρὸς τὸν δημόσιον ἀντιστραφῆναι. Τὰ ἥμισυ λοιπὸν ἀφ' ὧν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Μιχαὴλ ἕκαστος ἀφαιρούμενος ἐπισυνάγει χρυσοῦ κεντηνάρια τ'.

Τοσοῦτον δὲ καλῶς ὁ Βασίλειος ἦρχε καὶ τοσοῦ-
D τον δικαιότατος ἦν, ὡς καὶ δικαστὰς τάξαι καὶ τὰς ὑποθέσεις ποιεῖν ἔν τε τῇ Μανναύρᾳ καθημένους καὶ τῷ ἱπποδρόμῳ. Ἐτύπωσε δὲ καὶ σιτηρέσια λαμβάνειν αὐτοὺς, ὥστε μὴ τῶν ὑποθέσεων καταφρονεῖν. Ἔταξε δὲ καὶ τροφὴν τοῖς πενεστέροις τῶν τὰς δίκας ἐχόντων, ὡς μὴ τῷ λιμῷ τηκόμενοι τὰς δίκας ἀπαγορεύοιεν. Λέγεται δὲ ὅτι καὶ κατιὼν ἐντεῦθά ποτε ὁ βασιλεὺς καὶ μηδέ τινα εὑρὼν ἐγκαλοῦντα, καὶ ὑποπτεύσας μή πως ἐμποδίζονται τοῦ πρὸς αὐτὸν εἰσέρχεσθαι οἱ ἀδικούμενοι, δορυφόρους ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔπεμψεν, ὧν δὴ καὶ ὑποστρεψάντων, καὶ μηδέ τινα τοιοῦτον λεγόντων εὑρεῖν, μεθ' ἡδονῆς ἀπέστειλε δάκρυσι

καὶ τῷ Θεῷ χάριτας ὡμολόγει, εἴγε κατὰ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν οὐκ ἔστιν ὁ ἀδικούμενος.

affectos aliquo modo impediri quo minus ad ipsum accederent, satellites per orbem dimisisse, qui ubi reversi fuissent, neque se quemquam invenisse dicerent qui querelarum aliquid haberet, præ gaudio lacrymas fudisse, Deoque gratias egisse quod se imperante accidisset ut nemo se injuste tractatum oppressumque diceret.

Ὁ εἰς ἀδοξίαν ἀπὸ δόξης περιπεσὼν παραμυθίας ἀπολαυέτω, τὴν ἄνω καὶ κάτω φορὰν τῶν τῆς ἁμάξης τροχῶν συστρέφων καθ' ἑαυτόν· τῆς γὰρ ἀστάτου τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίας εἰκὼν αὕτη ἐστὶ προφανής. Ὁποῖον δὴ πάλαι πεποίηκε καὶ ὁ σουλδάνος ἐκεῖνος ὁ βάρβαρος. Οὗτος γὰρ ὑπὸ τοῦ τῆς Φραγγίας ἄρχοντος κατασχεθεὶς καὶ ὁιετίαν ἐν τῇ φρουρᾷ ποιήσας οὐκ ὤφθη γελάσας ποτέ. Μετὰ δὲ ταῦτα γελάσαι τοῦτον ὁ Φράγγος μεμαθηκὼς ἐρωτᾷ τὴν αἰτίαν. Καὶ ὃς ἔλεγε τροχὸν ἰδεῖν ἁμάξης ποτὲ ἄνω ποτὲ δὲ κάτω φερόμενον, καὶ τούτῳ τὰ κατ' αὐτὸν παρεικάσας τὸ τοῦ βίου γελάσαι ἀνώμαλον. Τῷ Φράγγῳ λοιπὸν ὡκείωτο ἔκτοτε, καὶ σύμβουλος ἦν ἐκείνῳ διὰ τὴν αὐτοῦ σύνεσιν.

Cæterum si quis est qui ex ingenti gloria per casum aliquem adversum ad conditionem obscuram ignominiosamque pervenit, is cum animo suo perpendens quo pacto rotæ curules sursum deorsumque ferantur, se ipsum consoletur. Nam ea volutatio perquam illustri declarat imagine quam instabilis sit humana felicitas. Tali certe superioribus hisce temporibus exemplo barbarus ille suldanus aliquando est usus. Nam cum a Francorum principe captivus detineretur, totumque biennium in vinculis exegisset, nunquam eum ridentem aliquis conspexit. Tandem Francus intellecto suldanum risisse, de ipsomet risus illius causam quærit. Tum ille se planstri rotam intuitum respondet, quæ modo sursum modo deorsum ferretur. Ei se casus suos accommodantem, non potuisse non inæquabiles rerum humanarum vices ridere. Quo verbo motus Francus suldanum ab eo tempore suam in familiaritatem admisit, hominisque prudentiam admiratus eum in consiliariorum suorum numerum retulit.

Ὁ βασιλειος δὲ μετὰ τὸ κρατῆσαι κατὰ Συρίας ὥρμησε· καὶ Γερμανικόπολιν δέ τινα λεγομένην Ἄδατα πολιορκῶν, καὶ ταύτην ὁρῶν τῆς πολιορκίας ὀλιγωροῦσαν ἔφη· « Ἐφ' ὅτῳ πεποιθότες ἀμερίμνως οὕτως ἔχουσι; » Γέρων δέ τις ἐκεῖθεν ἀπεκρίνατο· « Οὐ παρὰ σοῦ, ὦ βασιλεῦ, ἡ πόλις ἡμῶν ἁλῶναι νυνὶ πέπρωται, παρὰ δέ του τῶν σῶν ᾧ Κωνσταντῖνος ὄνομα. » Καὶ ὃς ὑποδείξας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον, ἤκουσεν ὡς Οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἀλλ' ἕτερός τις μετὰ χρόνον συχνὸν ἐκ σοῦ ἀναφύς. Καὶ ὁ Βασίλειος ἵνα τὴν πρόῤῥησιν διημαρτημένην ἐλέγξῃ, ἐπὶ πλέον τῇ πολιορκίᾳ προσέκειτο. Ἀλλὰ μηδὲν ἀνύσας κενὸς ἐκεῖθεν ὑπέστρεψεν.

Cum primum autem Basilius imperium occepisset, in Syriam expeditionem suscepit; cumque oppidum quoddam Germanicopolim, quod alio nomine Adata nuncuparetur, obsidione cingeret, ac homines obsessos imperatoris conatum floccifacere videret, quæri jussit quonam præsidio freti tam secure degerent. Tum quidam ex oppidanis senex, «Nequaquam,» ait, «in fatis est, imperator, ut abs te nostrum hoc oppidum 296 capiatur: sed in alicujus tuorum, qui Constantini nomen habebit, potestatem aliquando veniet.» Iis auditis imperatore filium suum Constantinum ipsis commonstrante responsum est non hunc Constantinum illum esse, sed alium quemdam ex ipsius posteris hoc nomine, multis annis intercedentibus, exstiturum. Hoc vaticinium Basilius ut falsum irritumque declararet, majore studio quam prius intentus oppugnationi erat. Verum infecta re suaque spe frustratus obsidionem solvit.

Οὗτος ὁ Βασίλειος, ὅτι Μιχαὴλ ἀνεῖλε τὸν Μεθυστὴν, οἷον ἐξιλασκόμενος τὸν Θεὸν, πολλαχοῦ τῆς πόλεως τῷ ἀρχιστρατήγῳ Μιχαὴλ ναοὺς ἐδείματο ἐκ καινῆς, ὧν εἷς καὶ ἡ ἐν τῷ παλατίῳ λεγομένη Νέα. Ἐδείματο δὲ κἀν τῷ φόρῳ ναὸν ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεοτόκου, ὡς ἂν ἔχοιεν οἱ πραγματευόμενοι οἶκον προσευχῆς. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα καινουργήσας ὁ Βασίλειος καὶ κιστέρναν ἀπεκάθηρέ τινα, ἣν ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος ἀπέχωσε, κῆπον αὐτὴν ποιήσας λαχάνων. Τοῦτο δὲ ἐποίησε καὶ ἐν ταῖς οὔσαις ἐντὸς τοῦ παλατίου, τῇ τε πρὸς τῆς Μαναύρας καὶ τῇ μεταξὺ Ἰουστινιανοῦ καὶ τοῦ Λαυσιακοῦ. Ὁ γὰρ Ἡράκλειος παρὰ Στεφάνου τοῦ φιλοσόφου τὴν γένεσιν αὐτοῦ πολυπραγμονήσαντος μαθὼν ὡς ἐξ ὕδατος αὐτὸν ἀνάγκη τελευτᾶν, τὰς τῶν κιστερνῶν, ὡς εἴρηται, προσχώσεις ἐποίησεν.

Quoniam vero Basilius Michaelum illum Temulentum interfecerat, placandi Dei causa multis per urbem locis novas ædes Michaelo principi copiarum cœlestium duci exstruxit. Ex iis una est in palatio, quam Novam appellant. Itidem in foro templum nomini Deiparæ dicatum condidit, ut ædes istic aliqua foret in qua mercatores precarentur. Præterea reparatis instauratisque multis operibus etiam quamdam cisternam expurgavit, quam Heraclius imperator humo ingesta oppleverat ejusque loco hortum olerum effecerat. Idem præstitit in iis cisternis quæ sunt intra palatium, et in ea quæ est ad Mannaram, et in alia quæ inter Justinianeum ac Lausacum sita est. Nam cum Heraclius ex Stephano philosopho, qui nativitatem ejus curiose perscrutatus fuerat, per aquam sibi passim obstruxerat.

Ὁ μέντοι τοῦ βασιλέως υἱὸς Κωνσταντῖνος νοσήσας ἀπέθανε. Καὶ ὁ αὐτοκράτωρ τὸν αὐτοῦ θάνατον οὐ φέρων ἐζήτει ζῶντα τοῦτον ἐμφανισθῆναι

Secundum hæc evenit ut Constantinus imperatoris Basilii filius morbo correptus tandem moreretur. Eam filii mortem cum imperator admodum

ægro dolentique ferret animo, percupiebat eum sibi viva specie offerri. Tum vero monachus quidam, Euchaitarum præses, cui cognomen Santabareni erat, imperatori filium vita functum ita commonstrasse fertur ac si vivus quispiam foret. Effecit enim ut specie imaginaria Constantinus eques patri quadam in silva obviam fieret; quem ubi visus sibi fuisset imperator et complexus et osculatus esset, mox evanescentem ex oculis amisit. Hinc imperator magnam de hoc monacho concepit opinionem, cum interim alter filiorum Leo philosophus eum veneficum appellaret, a quo per imposturas imperator deciperetur. Ea verba cum animum Santabareni vulnerassent, hujusmodi quiddam excogitavit. Auctor Leoni fuit, adeoque persuasit, ut cum patre venaturus secum gladiolum sub veste gestaret. Eum Leo dolum non intelligebat. Quapropter a Santabareno ad patrem velut insidiator defertur, mox vinculis constringitur, quodam in thalamo regio concluditur; imperatoria signa ei adimuntur. Secundum hæc usuvenit ut pro more veteri convivium imperator cum magistratibus celebraret. Ibi suspensus quidam **297** psittacus, frequenter Leonis nomen repetitum ingeminabat. Quippe consuefactus fuerat ut vocem cujusdam Leonem deplorantis imitando exprimeret. Hac patres conscripti occasione arrepta pro Leone apud imperatorem deprecantur et intercedunt. Aiebant enim hoc ipsum animal negligentiam suam videri accusare, quod heri sui nomen toties inclamaret, cujus ipsi tam longo jam tempore mentionem nullam fecissent. Quam intercessionem imperator cum audivisset, voti eos sui compotes fecit.

A αὐτῷ. Μοναχὸς δέ τις Εὐχαϊτῶν πρόεδρος, ᾧ Σανταβαρηνὸς τὸ ἐπώνυμον, δεῖξαι λέγεται τῷ βασιλεῖ τεθνηκότα υἱὸν αὐτοῦ καθάπερ ζῶντά τινα· κατὰ γὰρ λόχμην τινὰ τὸν Κωνσταντῖνον ἔφιππον συναντῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ κατὰ φαντασίαν ἐποίησεν, ᾧ δὴ καὶ περιπλακῆναι δόξας ὁ βασιλεὺς καὶ καταφιλήσας οὐκέτι τοῦτον ἑώρα. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς μεγάλως περὶ τὸν μοναχὸν ἐφαντάζετο, ὁ δὲ ἕτερος υἱὸς αὐτοῦ Λέων ὁ φιλόσοφος φαρμακὸν ἐκάλει τὸν μοναχὸν καὶ ἀπατῶντα τὸν αὐτοκράτορα. Πλῆγες οὖν ἐπὶ τούτοις τὴν ψυχὴν ὁ Σανταβαρηνὸς τοιοῦτόν τι ἐπινοεῖται. Πείθει τὸν Λέοντα, καὶ ξιφίδιον ἐντὸς τοῦ ὑποδήματος φέρειν παρασκευάζει ὁπηνίκα τῷ πατρὶ συνθηρεύων ἦν. Οὐδὲ γὰρ τὸν δόλον ἐνόησεν. Ἐφ' ᾧ καὶ ἐπίβουλον προσαγγέλλει αὐτόν. B Δεσμεῖται λοιπὸν, καὶ ἐν ἑνὶ τῶν βασιλικῶν κατακλείεται θαλάμων, καὶ τὰ τοῦ κράτους ἀφαιρεῖται παράσημα. Μετὰ δὲ ταῦτα συμπόσιον μετὰ τῶν ἐν τέλει ποιεῖται ὁ κρατῶν κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν. Ψιττακὸς οὖν ἐκεῖσε ἀπηωρημένος, Λέον, Λέον, ἐβόα πυκνά· ὀδυρομένου καὶ γάρ τινος τὸν Λέοντα τὴν φωνὴν ἐμιμήσατο. Ἀφορμῆς οὖν ἐντεῦθεν δραξάμενοι δέονται τοῦ βασιλέως περὶ τοῦ Λέοντος, λέγοντες ὡς εἰς κατηγορίαν ἡμῶν ἔσται τουτὶ τὸ ζῷον, εἴπερ αὐτὸ μὲν τὸν οἰκεῖον ἀνεκαλεῖτο δεσπότην, ἡμεῖς δὲ ἀμνήμονα οὕμεν ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ. Ταύτῃ τοι καὶ οὐκ ἀποτυγχάνουσι τοῦ σκοποῦ.

Cæterum hoc loco velim animadvertas, dilecte fili, scriptores annalium inter se dissentire. Nam Scylitzes tradit Michaelum imperatorem sobole naturali caruisse. Qui enim ebrietati perpetuo dediti sunt, quemadmodum perhibent homines harum rerum periti, nequaquam semen ad arcana Veneris idoneum habent. Hoc si verum est, qui consentaneum putabimus, quod aiunt aliqui, Leonem Michaeli fuisse filium? Zonaras quidem memoriæ prodidit Leonem reapse Michaeli filium fuisse, hominum autem opinione Basilii. Quippe Leonis mater, cui nomen erat Eudocia, Ingeris filia, cum prius arcano concubitu cum imperatore Michaelo consuevisset, prægnans Basilio nuptum data est, quem adeo sibi familiarem Michaelus fecerat, ut etiam capiti ejus diadema imponeret per occasionem equi ferocis a Basilio domiti, quem conscendere nullus aliorum audebat: erat enim Basilius admirabili formæ venustate audaciaque singulari præditus.

C Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι διαφωνοῦσιν ἐντεῦθα πρὸς ἀλλήλους οἱ χρονογράφοι. Ὁ γὰρ Σκυλίτζης φησὶν ὅτι γονῆς ἠπόρει φυσικῆς ὁ Μιχαήλ· οἱ γὰρ μέθαις ἀεὶ ἐνασχολούμενοι, καθά φασιν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ, γόνιμον οὔμενουν ἔχουσι τὸ σπέρμα πρός γε τὰ τῆς Ἀφροδίτης μυστήρια. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς λοιπὸν ὁ Λέων υἱὸς τοῦ Μιχαήλ; Ὁ δὲ Ζωναρᾶς φησιν ὅτι τῇ μὲν ἀληθείᾳ υἱὸς τοῦ Μιχαὴλ ἦν, τοῦ Βασιλείου δὲ τῷ δοκεῖν· ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ Λέοντος (Εὐδοκία δὲ ἦν αὕτη, τοῦ Ἴγκηρος θυγάτηρ) συμφθειρομένη πρότερον τῷ Μιχαὴλ, ἔγκυος τῷ Βασιλείῳ παρ' αὐτοῦ συνεζεύγνυτο. Τοσοῦτον γὰρ αὐτὸν ὁ Μιχαὴλ ᾠκειώσατο ὥστε καὶ διάδημα περιθεῖναι, τὴν ἀφορμὴν ἐκ τοῦ θρασέος ἵππου λαβὼν, ᾧ οὐδεὶς ἐπιβῆναι ἐτόλμα. Θαυ- D μαστὸς γὰρ ἦν Βασίλειος κατά γε εἶδος καὶ τόλμαν.

Accidit autem aliquando ut hic ipse imperator Basilius in venatione quadam obvium haberet insigni proceritate cervum. Ibi cum manum armatam gladio contra feram sustulisset, cervus restitit et insequentem propulsare cornibus conatus est. Hoc modo factum ut quodam cornuum ramo in zonam imperatoris defixo, ipse cornibus sublimis adhærens a cervo abriperetur, vitamque fortassis amisisset, ni quidam ipsum dissecta gladio zona

Ὁ βασιλεὺς οὗτος Βασίλειός ποτε κυνηγετῶν σύμεγέθει ἐντυγχάνει ἐλάφῳ. Ἥνικα γοῦν χεῖρα ξιφήρη κατὰ τῆς ἐλάφου ἦρεν, ἀντέστη τὸ ζῷον καὶ τοῖς κέρασιν ἠμύνατο τὸν διώκοντα. Καὶ τῇ ζώνῃ δὲ τοῦ βασιλέως ἐμπαρέντος τινὸς τῶν παραφυομένων κεράτων μετέωρος ἐκεῖνος τοῖς κέρασιν ἐφέρετο· καὶ τάχα ἂν ἠνάλωτο, εἰ μή τις ξίφει τεμὼν τὴν ζώνην αὐτὸν διεσώσατο. ὯΙ δὴ καὶ σώστρα καλὰ δέδωκεν ὁ ὑπ' ἐκείνου σωθείς, τὴν τῆς κεχα-

λῆς ἐκτομὴν, λέγων ὅτι κατὰ βασιλέως ξίφος ἐγύμνωσεν.

Ἐπὶ τούτοις οὖν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος τῶν ὧδε μεθίσταται. Ὁ μέντοι Φώτιος ἀεὶ διψῶν τοῦ θρόνου, καὶ σπουδεύων ἐπιτεύξασθαι πάλιν τῆς Ἐκκλησίας, τοιόνδε τι βαθύτροπον καὶ σκολιὸν τεχνᾶται. Τῶν ὁμάτων τὰς ἀρχὰς ἀπολαμβάνει μόνας τοῦ βασιλέως, τῶν υἱῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς Αὐγούστας, καὶ τὸ Βεκλᾶς συντίθησι. Καὶ τοῦτο σαφηνίσας ἔδοξεν εἶναι βασιλεῖ μέγας ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ πάλιν τὸν πολύζηλον κατακληροῦται θρόνον. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως· οἱ δὲ Ῥωσοὶ ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἁπλανῆ θρησκείαν ἦλθον. Τηνικαῦτα καὶ ἀρχιερέα δέχονται, θεοσημείας πρότερον γεγονυίας. Τὸ γὰρ ἅγιον Εὐαγγέλιον πυρὶ μὲν παραδίδοται, οὐ καταναίεται δέ. Μετὰ ταῦτα διαῤῥοίᾳ νόσῳ συσχεθεὶς ὁ Βασίλειος τελευτᾷ τὸν βίον, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Λέοντα τὸν σοφὸν διάδοχον καταλιπών.

Κρατεῖ οὖν ὁ Λέων μετὰ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἔτη ις'. Θέλων οὖν ἀμύνασθαι τὸν Σανταβαρηνὸν βουλεύεται πρότερον τὸν Φώτιον καθελεῖν, οἰόμενος αὐτὸν μεγάλως προστήσασθαι τοῦ Σανταβαρηνοῦ· λόγος γὰρ ἐφέρετο ὡς ὁ Φώτιός τινι τῶν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν μνηστευόμενος κοινολογεῖται τῷ Σανταβαρηνῷ περὶ τούτου καὶ οὕτως τὸν ὅλον κατὰ τοῦ Λέοντος ῥάπτουσι. Καὶ πρῶτα μὲν ὑπερόριον αὐτὸν ὁ Λέων ποιεῖ, εἶθ' οὕτως αἰκίσας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐκκόπτει. Κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν καιρὸν γέγονεν ἡλίου ἔκλειψις περὶ ὥραν ἕκτην, ὡς καὶ ἄστρα φανῆναι, ἀνέμων τε βιαία πνοὴ, ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ φρικώδεις, σκηπτοὶ καυσώδεις, ὑφ' ὧν ἄνδρες ἑπτὰ κατά γε τὸν φόρον ἐνεκρώθησαν. Ὁ μέντοι Λέων ἀνεγείρας ναὸν ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Λαζάρου, μετακομίζει ἐν αὐτῷ τὸ τοῦ ἁγίου τε λείψανον καὶ τῆς Μαγδαληνῆς Μαρίας. Συνήθους προελεύσεως γενομένης κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ἐν τῷ ἁγίου Μωκίου ναῷ, ἐπῆλθε μετὰ προόδου καὶ Λέων ὁ βασιλεύς· ἐν δὲ τῷ μέλλειν εἰσοδεύειν καὶ πλησίον γενέσθαι τῶν ἁγίων θυρῶν ἄνθρωπός τις ἐκ τοῦ ἀμβωνος ἐκπεπηδηκὼς ῥάβδῳ βαρείᾳ καὶ ἰσχυρᾷ κατὰ κεφαλῆς αὐτὸν ἔπαισε, καὶ ἐθανάτωσεν ἂν αὐτὸν αὐτίκα, εἰ μὴ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου τῷ ἀπηωρημένῳ λύχνῳ τῆς ἡμισείας ἀνεσχέθη φορᾶς. Αἵματος οὖν σφοδροῦ τῆς ἐκείνου κεφαλῆς καταῤῥεύσαντος φυγὴ κατέσχε τοὺς ἄρχοντας. Ὁ δὲ τὸν βασιλέα πλήξας κατασχεθεὶς καὶ πολλὰς βασάνους ὑπομείνας, ὡς μηδένα ἔλεγεν εἶναι τῆς τόλμης ἐκείνης συμμέτοχον, κἂν ὁ τοῦ βασιλέως; ἀδελφὸς Ἀλέξανδρος μὴ παρατυχὼν ἐκεῖσε διὰ τὸ νόσῳ συσχεθῆναι ὑπόνοιαν ἔδωκε, πόδας ὁμοῦ καὶ χεῖρας ἐκείνος ἐκτέμνεται, καὶ τῇ τοῦ ἱππικοῦ Σφενδόνῃ πυρὸς ἔργον γίνεται. Σχολάζει τηνικαῦτα καὶ ἡ τοιαύτη προέλευσις, κἂν ὁ σοφώτατος μοναχὸς Μάρκος καὶ τῆς τοιαύτης μονῆς οἰκονόμος, ὁ καὶ τὸ τετραώδιον πληρώσας τοῦ

servasset. Ei deinde præclara scilicet a servato imperatore data sunt conservationis præmia : nam caput homini præcidi jussit, allata causa, quod adversus imperatorem gladium nudasset.

His temporibus divinus ille Ignatius hasce res inferas reliquit. Cum autem Photius perpetuo solii recuperandi desiderio teneretur, Ecclesiamque recuperare conaretur, hujusmodi quiddam ab occulta profectum versutia vafritieque comminiscitur. Primas de appellationibus imperatoris, filiorum Augustæque litteras sumit, indeque suum illud Beclas componit; quo declarato visus est imperatori vir apprime sapiens esse. Hac ratione solium illud excellentissimum **298** recepit. Ac de his quidem hactenus dictum esto. Sub hoc imperatore Rossi ad religionem erroris expertem accesserunt et pontificem acceperunt, cum divinum quoddam prodigium antecessisset : nam sacrosanctum Evangelium in ignem conjectum cremari non potuit. Tandem Basilius ex alvi profluvio vitam finiit, filio Leone, viro sapiente ac docto, successore post se relicto.

Ἀλλὰ καὶ τὰς ἀριθμηθείσας ἄνωθεν πόλεις καθελὼν, τὴν Ἀντιόχειαν μόνην ἀφῆκε παρελθὼν, καὶ ταῦτα δυνάμενος αὐτὴν καθελεῖν. Ἐξεπίτηδες δὲ πάντως ἀφῆκε, δεδιὼς τὸν φημιζόμενον λόγον· ἐλέγετο γὰρ ὡς ἅμα τῇ ἁλώσει τῆς πόλεως Ἀντιοχείας καὶ ὁ βασιλεὺς τεθνήξεται. Ὅθεν καὶ περὶ τὰ μέρη ἐκεῖνα τὸν Μιχαὴλ Βούρτζην ἀφεὶς φύλακα καὶ Πέτρον τινὰ εὐνοῦχον στρατοπεδάρχην, καὶ ἐνσκήψας αὐτοῖς μηδαμοῦ τῇ Ἀντιοχείᾳ προσβαλεῖν, πρός γε τὴν βασιλεύουσαν ἔρχεται. Ἀλλ' ὁ Βούρτζης θέλων αὐτῷ περιποιήσασθαι ὄνομα τῶν μὲν ἐκείνου λόγων καταφρονεῖ, παντοίως δὲ τὴν πόλιν πολιορκήσας κατέσχεν αὐτήν. Ταῦτα πυθόμενος ὁ Φωκᾶς, καὶ οὐκ ὀλίγα δυσχεράνας, ὕβρεσί τε πλύνει τὸν Βούρτζην καὶ τῆς ἀρχῆς παραλύει. Ἐντεῦθεν οὖν τὸ κατ' αὐτοῦ μῖσος λαμβάνει ἀρχήν. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα τοῖς συχνοῖς

ἐκάκου τὰ ξ. ἰδίοις, κατὰ μηδὲν αὐτοὺς παραμυθούμενος. Ἀλλὰ καὶ τὰ παρὰ βασιλέων τινῶν εἰς εὐαγεῖς ναοὺς τυπωθέντα δίδοσθαι τέλεον ἔκοψε, προφάσει τοῦ τὸ δημόσιον σπανίζειν. Χωρὶς αὐτοῦ ἐπίσκοπος οὐκ ἐψηφίζετο. Ἀλλὰ καὶ θανόντων ἐπισκόπων βασιλικὸς ἄνθρωπος ἐκεῖσε ἐστέλλετο. Ἐσπούδαζε δὲ καὶ νόμον θεῖναι τοὺς ἐν πολέμοις θνήσκοντας τιμᾶσθαι ὡς μάρτυρας, τὴν ψυχικὴν σωτηρίαν ἐν μόνῳ πολέμῳ θέμενος καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ τινί. Πρὸς ὅπερ ἡ σύνοδος ἀντίστη, τὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου κανόνα σύμμαχον ἔχουσα τὸν ἐκτεθέντα διά γε τοὺς ἐν πολέμῳ θνήσκοντας. Πολλὰ δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐκάκωσε, τὸ τεῖχος κτίζων τῶν παλατίων. Τοῦτο δὲ ἐποίει διδιὼς τὰ τηνικαῦτα λεγόμενα· τοῦ παλατίου καὶ γὰρ ἐντὸς θανεῖν αὐτὸν προετεθέσπιστο. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ ἡλίου ἔκλειψις γέγονε περὶ τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας, ὥστε καὶ ἄστρα φανῆναι. Ἡ μέντοι Θεοφανὼ τὴν τοῦ Νικηφόρου συνουσίαν ἀπεστρέφετο. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι βίον ἐκεῖνος εἶχε σώφρονα, σαρκικῶν ἀπείχετο μίξεων, χαμευνίαις ἔχαιρεν. Ὅθεν οὐκ ἀρεσκομένη τούτοις ἡ Θεοφανὼ τὸν Τζιμισχῆν μεταπέμπεται, κατά γε τὴν ἑαυτοῦ καθήμενον οἶκον· ἔφθασε γὰρ ὁ Φωκᾶς διά τινα ὑποψίαν παραλύσας αὐτὸν τῆς τοῦ δομεστίκου ἀρχῆς. Νυκτὸς οὖν ιβ' τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς, λόγου ιγ', ἔτει ,ϛνοη' ἀποστείλασα ἄγει τοῦτον πρὸς τὸν χειροποίητον κάτωθεν τοῦ παλατίου λιμένα, κἀκεῖθεν ἀνάγει τοῦτον διὰ κοφίνου σὺν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτὸν, Μιχαὴλ τῷ Βούρτζῃ, Λέοντι ταξιάρχῃ τῷ Ἀβαλάντῃ, τῷ τοῦ Τζιμισχῆ Ἀτζιποθεοδώρῳ καὶ ἑτέροις τισί. Καταλαμβάνουσιν οὖν αὐτὸν ἐπ' ἐδάφους κοιμώμενον. Ἔνυξεν ὁ Τζιμισχῆς τὸν πόδα αὐτοῦ, καὶ δὴ μικρὸν ἀνεκάθισε. Καὶ τηνικαῦτα κατὰ τοῦ κρανίου αὐτοῦ κατάγει ὁ Ἀβαλάντης τὴν σπάθην. Εἶτα πρὸς τὸν Τζιμισχῆν ἐπὶ τῆς βασιλικῆς κλίνης καθίσαντα φέρουσιν αὐτὸν ἐμπαροινοῦντες καὶ βλασφημοῦντες εἰς αὐτόν, μηδὲν ἄλλο λέγοντα ἢ, « Κύριε, ἐλέησον, » καὶ, « Θεοτόκε, βοήθησον. » Ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τῶν παρακοίτων ἤδη κατεφωράθησαν καὶ πολλοὺς ἐώρων βοηθήσαντας, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτέμνουσι καὶ διὰ θυρίδος αὐτὴν ὑποδεικνύουσιν. Ὅθεν καὶ ἔνθεν κἀκεῖθεν διεσκεδάσθησαν.

Κρατεῖ οὖν μετὰ τὸν Φωκᾶν ὁ Τζιμισχῆς ἔτη ἕξ, συμβασιλεύοντας ἔχων αὐτῷ τοὺς υἱοὺς Ῥωμανοῦ Βασίλειον καὶ Κωνσταντῖνον. Μεταπέμπεται δὲ Βασίλειον παρακοιμώμενον ἅτε δραστήριον ὄντα παντάπασι καὶ ἱκανὸν, ὃν δὴ καὶ ὁ Φωκᾶς πρόεδρον ἐτίμησε. Τότε δὴ τότε τοῦ ἀξιώματος παρ' αὐτοῦ εὑρεθέντος, ἔρχεται τηνικαῦτα πρὸς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν. Ἀλλ' οὐ προσδέχεται αὐτὸν ὁ Πολύευκτος, λέγων· « Εἰ μὴ ἄξια ποιήσεις μετανοίας, οὐκ ἐπιβήσῃ τοῦ θείου ναοῦ. » Ἔνθεν τοι καὶ πάντα ὑπέσχετο ποιῆσαι. Εἶπε δὲ μὴ αὐτόχειρα γενέσθαι αὐτὸν τοῦ Φωκᾶ, Ἀβαλάντην δὲ καὶ Ἀτζιποθεόδωρον κελεύσει τῆς δεσποίνης. Ἦν δὴ καὶ ἐξορισθῆναι

A quod nimirum crebris exactionibus subditos vexabat nec ulla eos re sublevabat. Præterea quæ nonnulli imperatores per instrumenta litterasque sacras religiosis templis donari jusserant, sub hoc prætextu prorsus iis præcidit, quod ærarium publicum exhauriretur. Nullus antistes citra ipsius auctoritatem approbabatur. Quodsi etiam antistites alicubi morerentur, ex suis aliquem eo mittebat. Legem magno studio ferre conabatur, qua statueretur omnes in præliis occumbentes martyrum honoribus ornandos esse : ponebat enim animæ salutem in alia re nulla quam in bello. Verum hac in parte synodus ipsius voluntati est adversata, Basilii magni canone pro se citato, qui de occumbentibus in præliis est latus. Idem Phocas urbem quoque mirifice affligebat, dum palatiorum mœnia substruebat. Id autem propterea faciebat, quod ea quæ vulgo ferebantur metueret ; nam oraculo proditum erat futurum ut in palatio moreretur. Accidit tunc temporis circa tertiam horam diei tantus solis defectus, ut ipsa etiam sidera conspicerentur. Jam vero Nicephori consuetudinem Theophano aversabatur. Quamobrem istuc ? quod castam ille vitam ageret, a corporis **308** amplexibus abstineret, humi cubaret eaque dormitione delectaretur. Quapropter his marito moribus illi displicente, Zimischem arcessit, qui domi suæ tum temporis degebat : nam aliquanto ante Phocas propter suspicionem quamdam ei munus domestici scholarum ademerat. Nocte igitur 12 Decembris, indictione 13, anno mundi 6478, missis Theophano suis hominibus Zimischem ad portum manu confectum, qui est infra palatium, deduci curat, et impositum corbi cum universis, quos sibi obnoxios habebat, nimirum Michaelo Burza, Leone Abalante duce, familiari Zimischis Azipotheodoro et aliis quibusdam in palatium attrahit. Ili Phocam humi cubantem inveniunt. Ejus pedem ubi Zimisches pupugisset, paulum erectus consedit ; mox Abalantes gladio cranium ejus transadigit. Inde ipsum ad Zimischem in lectulo imperatorio collocatum adducunt, multisque contumeliis et conviciis exagitant, nullum aliud verbum proferentem quam : « Domine, miserere, » vel, « Opitulare, Deipara. » Tandem ubi res cubicularii inmotuisset, jamque multos accurrere cernerent latum opem imperatori, caput ei præcidunt, idque resectum defensoribus per fenestram ostendunt. Quo facto hinc inde illi dissipati aufugerunt.

Hoc modo post Phocam Zimisches imperio sex annos potitus est, participes regni Basilium et Constantinum Romani filios habens. Arcessivit et Basilium cubicularium tanquam hominem plane gerendis rebus natum et idoneum, quem et Phocas honore præsidis ornaverat, hoc nomine dignitatis ab eo primum invento. Posteaquam imperium accepisset, ad Magnam ecclesiam se contulit : sed a Polyeucto non est admissus, qui diceret se minime concessurum ut divinam ædem ingrederetur, ni ea prius faceret quæ pœnitentiæ convenirent. Zimisches illa se præstiturum omnia pollicetur. Simul indicat Phocam ab se minime trucidatum esse, sed

Augustæ jussu Abalantem et Azipotheodorum ei manus attulisse. Quo cognito, patriarcha monet ut ipsam in exsilium abire jubeat. Paret monenti Zimisches, neque tantum adultera verum etiam interfectores Phocæ mox urbe pelluntur. Præter hæc Zimisches etiam libellum illum dilacerat, quem Phocas ad perturbandam Ecclesiam conscribi curaverat. Has ob res a Polyeucto diademate cingitur. Deinde Bulgaris debellatis, ut pro victoriæ tropæis Deo gratias referret : templum supra fornicem Chalces novum exstruit. Mandat etiam ut imago Servatoris numismatis insculperetur, quod antea factum non fuerat. Conspectus est id temporis etiam cometa mense Augusto, quem barbatum appellant, ad ipsum Octobrem usque mortem imperatoris **309** denuntians easque calamitates quæ Romanis immineret. Cum autem urbium nonnullæ, quas Phocas antea recuperaverat, Romanorum se potestati excusso jugo subtraxissent, imperator ad eas domandas cum copiis exiit, ad Damascum usque profectus, omnibus partim suadendo partim vi bellica pristinum ad statum præclare revocatis imperatoriam ad urbem reversus est in hoc itinere propter Anabarzum et Podandum transiens, cum istic possessiones et prædia maxime pretii longeque fertilissima rerum omnium conspiceret, homines quos istic vicinos offendebat, cujusnam illa forent, interrogat. Deinde cognito Basilii cubicularii esse universa, partim a Nicephoro Phoca Romanis finibus adjecta, partim ab hoc vel illo domestico, partim ipsiusmet imperatoris opera, gravi dolore correptus est, quod rei publicæ relicta nullius esse pretii videret. Itaque gemitu ex imo pectore ducto . « Proh indignam, ait, rem, comites, publicas insumi pecunias, Romanos exercitus ærumnas exantlare, imperatores extra fines imperii labores tolerare ; quidquid autem tot laboribus atque molestiis adquiratur, in unius eunuchi commodum cedere. » Hunc imperatoris sermonem quidam ad Basilium detulit, eumque contra Zimischem ad iram concitavit. Quapropter hominem Basilius, qui erat imperatori a poculis, corrumpit ; venenumque lethale temperat et imperatori propinat, non tamen efficacissimum. Idcirco lento morbo confectus, carbunculis per humeros exortis, magna sanguinis copia per oculos excreta vitam cum morte commutavit.

Imperium ipsius morte ad Basilium Purpurigenam devenit, qui ei totos annos quinquaginta præfuit, tametsi ab initio cuncta Basilii præsidis arbitratu propter ætatem imperatoris tenerum gererentur. Mox et intestina bella, quæ conspectus antea cometes portenderat, exorta sunt. Itidem solis quoque tantus accidit defectus ut ipsa sidera conspicerentur. Scito autem, fili, Bulgaris statim a Joannis imperatoris morte defectionem molitis, quatuor fratribus delatum esse in ipsos imperium, videlicet Davidi, Mosi, Aaroni et Samuelo. Nec ex eo tempore bellorum et cædium ubique locorum finis fuit. Anno mundi 6494, mense Octobri, successio terræ ingens exstitit, cujus vi complura ædificia templaque dejecta corruerunt, et inter alia

A συναινεῖ ὁ πατριάρχης. Γίνεται ταῦτα, καὶ οὐ μόνον ἡ μοιχαλὶς ἀλλὰ καὶ οἱ αὐτόχειρες τοῦ Φωκᾶ τῆς πόλεως ἐκδιώκονται. Ῥήγνυσι δὲ καὶ τὸν τόμον ὁ Τζιμισχῆς, ὃν ἐπὶ συγχύσει τῆς Ἐκκλησίας ὁ Φωκᾶς ἔθετο. Ταύτῃ τοι καὶ τῷ διαδήματι παρὰ τοῦ Πολυεύκτου στέφεται. Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς Βουλγάρους καταγωνισάμενος χαριστήρια τῶν τροπαίων ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄνωθεν τῆς ἀψῖδος τῆς χαλκῆς ναὸν ἀνοικοδομεῖ ἐκ καινῆς. Προστάσσει δὲ καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ Σωτῆρος τῷ νομίσματι ἐγγράφεσθαι, μὴ πρότερον τούτου γενομένου. Τηνικαῦτα καὶ κομήτης ἐφάνη ὁ καλούμενος πωγωνίας κατὰ μῆνα Αὔγουστον, καὶ ἐφαίνετο ἄχρις Ὀκτωβρίου, σημαίνων τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον καὶ τὰς ἐπελευσομένας τοῖς Ῥωμαίοις συμφοράς. Τινὲς μὲν οὖν
B τῶν πόλεων, ἃς ὁ Φωκᾶς προλαβὼν ἐπεκτήσατο, τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἀπεσείσαντο. Ἔξεισι λοιπὸν ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτῶν, καὶ ἄπεισι μέχρι Δαμασκοῦ, καὶ πάντα καλῶς πειθοί τε καὶ πολέμῳ ἀποκαταστήσας πρὸς τὴν βασιλίδα ὑπέστρεφε. Διερχόμενος οὖν κατά γε τὴν Ἀνάβαρζαν καὶ τὸν Ποναδὸν, κἀκεῖσε κτήσεις ἰδὼν πολυτελεῖς καὶ χωρία πάμφορα, ἠρώτα τοὺς παρευρημένους τίνος ἂν εἶεν αὗται. Ὡς οὖν ἐμάνθανεν ὅτι Βασιλείου τοῦ παρακοιμωμένου εἰσὶ πᾶσαι, ἀφ' ὧν αἱ μὲν τῇ Ῥωμαίων προσεκτήθησαν παρὰ Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ, αἱ δὲ τοῦ δομεστίκου καὶ αὗται παρὰ σοῦ, ὦ βασιλεῦ, ἐντεῦθεν περιαλγὴς γενόμενος (τὰ γὰρ καταλειφθέντα τῷ δημοσίῳ οὐδενὸς ἄξια λόγου ἐτύγχανε) καὶ βύθιον στενάξας · « Δεινὸν, ὦ παρόντες, ἔφη, εἰ τὰ δημόσια
C καταναλίσκονται χρήματα καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ταλαιπωροῦνται στρατεύματα καὶ οἱ βασιλεῖς ὑπερορίους ἀναδέχονται κόπους, τὰ δ' ἐκ τοσούτων προσκτώμενα μόχθων ἑνὸς εὐνούχου γίνονται κτῆμα. » Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα, τίς δὲ τῶν παρόντων τῷ Βασιλείῳ τηνικαῦτα τὸν τοῦ βασιλέως λόγον διαπορθμεύσας ἐρέθισε πρὸς ὀργήν. Ὑπέρκειται οὖν τὸν οἰνοχοοῦντα τῷ βασιλεῖ, δηλητήριον κίρνησι. Πλὴν οὐ τῶν δραστικωτέρων ἦν· ἐφ' ᾧ καὶ κατ' ὀλίγον νοσηλευόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ τοὺς ὤμους ἀνθρακιάσας, αἵματος αὐτοῦ πολλοῦ ῥυέντος διὰ τῶν ὀφθαλμῶν κατέλυσε τὴν ζωήν.

D Κρατεῖ μετ' αὐτὸν Βασίλειος ὁ πορφυρογέννητος ἔτη ν', εἰ καὶ τὸ πᾶν τηνικαῦτα παρὰ Βασιλείου προέδρου ἐνεργούμενον ἦν διά γε τὸ ἁπαλὸν τῆς τοῦ βασιλέως νεότητος. Ἔκτοτε οὖν τὰ τῶν ἐμφυλίου πολέμου κατὰ τὸν προφανέντα κομήτην λαμβάνει ἀρχήν. Κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν καιρὸν καὶ ἔκλειψις ἡλίου γέγονεν, ὥστε καὶ ἄστρα φανῆναι. Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι τῶν Βουλγάρων ἅμα τῇ τελευτῇ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ἀποστατησάντων ἄρχειν αὐτῶν προχειρίζονται τέσσαρες ἀδελφοὶ, Δαβὶδ, Μωσῆς, Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ, καὶ οὐ διέλιπον ἔκτοτε πόλεμοί τε πανταχοῦ καὶ σφαγαί. Ἐν ἔτει ,συςδ', Ὀκτωβρίῳ μηνὶ, ἐγένετο κλόνος μέγας, καὶ κατέπεσον οἰκίαι καὶ ναοὶ πολλοὶ, καὶ μέρος τῆς σφαίρας τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, ὅπερ ὁ

βασιλεὺς φιλοτίμως ἐπανωρθώσατο, δαπανήσας εἰς μένας τὰς μηχανὰς τῆς ἀνόδου, δι' ὧν οἱ τεχνῖται ἱστάμενοι καὶ τὰς ὕλας ἀναγομένας δεχόμενοι ὑποδόμουν τὸ παπτώκις, κεντηνάρια ι'.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὰ Βοδενὰ φρούριόν ἐστιν ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου κείμενον, δι' ἧς κατέρρει τὸ τῆς λίμνης τοῦ Ὀστροβοῦ ὕδωρ ὑπὸ γῆς κάτωθεν ῥέον ἀφανῶς, κἀκεῖσε πάλιν ἀναδυόμενον. Ὁ μέντοι Βασίλειος συχνοὺς πολέμους κατὰ Βουλγάρων στησάμενος καὶ διαφόρως αὐτοῖς συμπλακείς, καὶ τρόπαια στήσας κρείττονα λόγου, καὶ τὸν Σαμουὴλ πολλάκις καταλύσας, ἐπὶ τὴν βασιλίδα ἔρχεται. Καὶ δόγμα τηνικαῦτα ἐξέθετο τὰς τῶν ἀπολωλότων ταπεινῶν συντελείας τελεῖσθαι παρὰ τῶν δυνατῶν. Κατωνομάσθη δὲ ἡ τοιαύτη σύνταξις ἀλληλέγγυον. Τοῦ πατριάρχου Σεργίου, τῶν μητροπολιτῶν καὶ πολλῶν ἄλλων ἀσκητῶν δεηθέντων ἐκκοπῆναι τοὐτοὶ παράλογον ἄχθος, ὁ βασιλεὺς οὐχ ὑπήκουσε.

A pars sphæræ Magnæ illius Dei ecclesiæ quam imperator studiose refecit; cum in solas machinas ascensus, quibus artifices insistentes ac materiam sursum vectam excipientes collapsam partem exædificabant, centenarios decem impendisset.

Illud etiam animadvertito, esse castellum quoddam Bodena dictum, in prærupto situm **310** scopulo, per quem stagni Ostrobi aqua inaspectabiliter sub terra manabat et alio in loco rursus ex imo prodibat. Imperator cum frequenter bella Bulgaris intulisset, varie cum eis manum conseruisset, tropæa statuisset insignia, quæ vix oratione satis exponi possunt, Samuelo multoties fracto imperatoriam ad urbem est reversus. Edictum inde promulgat, quo sancitum ut exigendas a plebeis hominibus, qui fortunarum detrimentum fecissent, publicas contributiones opulenti ac facultatibus pollentes persolverent : hæc exactio nominata est Allelengyum, a sponsione ac fidejussione mutua. Cumque patriarcha Sergius, metropolitani antistites, et alii multi religiosis exercitationibus dediti apud imperatorem de onere tam absurdo tollendo et abolendo intercederent, non tamen eis obtemperare voluit.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν χειμὼν γέγονεν ἐπαχθέστατος, ὡς ἀποκρυσταλλωθῆναι πάντα ποταμὸν καὶ λίμνην καὶ αὐτὴν τὴν θάλασσαν. Ἀλλὰ καὶ κατὰ Ἰανουάριον μῆνα γέγονε σεισμὸς φρικωδέστατος, καὶ διεκράτησε κλονουμένη ἡ γῆ μέχρι τῆς θ' τοῦ Μαρτίου μηνός. Ἐν ταύτῃ δὲ περὶ δεκάτην ὥραν τῆς ἡμέρας γέγονε βρασμὸς καὶ κλόνος φρικτὸς κατά γε τὴν βασιλίδα καὶ τὰ λοιπὰ θέματα, καὶ πεπτώκασιν αἱ σφαῖραι τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα καὶ τῶν ἁγίων πάντων, ἃς ὁ βασιλεὺς εὐθὺς ἀνεκτίσατο. Ταῦτα δὲ προεμήνυσε τὴν γενομένην ἐν Ἰταλίᾳ στάσιν· ἠγέρθησαν γὰρ καὶ οὗτοι σὺν Λογγιβάρδοις κατὰ Ῥωμαίων. Καθ' ὧν ὁ Μέλης παρὰ τοῦ βασιλέως ἐκπέμπεται, καὶ λαμπρὸν ἵστησι τρόπαιον. Ὁ μέντοι βασιλεὺς οὐ διέλιπε καθ' ἕκαστον ἔτος εἰσιὼν ἐν Βουλγάροις. Ὁ δὲ Σαμουὴλ μὴ δυνάμενος κατὰ τὸ ἐμφανὲς ἀντιτάσσεσθαι, ἔγνω δὲ τάφροις καὶ θριγγίοις τὴν Βουλγάρων κατοχυρῶσαι, κἂν διὰ κενῆς αὐτῷ ἀπέβαινε τὰ τεχνάσματα. Συνάπτει οὖν μετὰ ταῦτα καὶ τῷ Σαμουὴλ, καὶ τοῦτον κατὰ κράτος ἡττᾷ, μόλις μόνον διασωθέντα εἴς τι φρούριον τὸν Πρίλαπον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἑαλωκότας τῶν Βουλγάρων ὡσεί ιε', ὡς φασιν, ὄντας χιλιάδας ἀποτυφλώσας, καὶ ἑκάστην ἑκατοντάδα πεπηρωμένην ὑφ' ἑνὸς μονοφθάλμου ὁδηγεῖσθαι κελεύσας, πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἐκπέμπει. Οὓς ἐκεῖνος ἰδών, καὶ τὸ πάθος οὐκ ἐνεγκών, λειποθυμίᾳ καὶ σκότει βάλλεται καὶ εἰς γῆν πίπτει. Ὕδατι οὖν καὶ μύροις οἱ παρόντες τὴν πνοὴν αὐτοῦ ἀνακαλεσάμενοι ἀνενεγκεῖν μικρὸν πεποιήκασιν. Ἀνενεγκὼν δὲ ὕδωρ πιεῖν ἐπεζήτησε ψυχρόν. Λαβὼν δὲ καὶ πιὼν ἐλήφθη καρδιωγμῷ, καὶ μετὰ δύο ἡμέρας θνήσκει. Ἔνθεν τοι καὶ παραλαμβάνει τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Γαβριὴλ, ὁ καὶ Ῥωμανὸς, ῥώμῃ μὲν καὶ ἰσχύϊ τοῦ πατρὸς ὑπερέχων, φρονήσει δὲ καὶ διανοίᾳ πολλῷ λειπόμενος. Οὕτω μὲν οὖν τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν κατέλυσεν ἅπασαν, ὧν μὲν

Secuta est id temporis hiems sævissima, qua durante cuncta flumina, stagna ipsumque adeo mare per glaciem constrictum fuit. Præterea mense Januario terræ motus maxime horrendus exstitit, neque desiit ea succussio ante nonum Martii diem; quo die circiter horam decimam tam horribiliter commotum est solum urbis imperatoriæ vicinarumque regionum, ut globi ædis sanctorum quadraginta, itemque sanctorum omnium collaberentur; quos imperator mox refici curavit. Hæc autem portendebant eam seditionem quæ in Italia fuit excitata. Quippe conjuncti Longibardis Itali contra Romanos (quo nomine Græci sunt accipiendi) se commoverunt. Adversus eos Meles ab imperatore missus tropæum sane splendidum victoria potitus statuit. Interim non desinebat imperator singulis annis in Bulgariam irrumpere; cui cum Samuelus aperta vi se non posset opponere, fossis ac septis Bulgarorum fines munire decrevit, quanquam irrito conatu molitiones hasce occiperet. Tandem imperator cum Samuelo prælio congreditur, eumque Marte aperto vincit, vix saluti suæ in eo consulentem, ut fuga Prilapum (castelli hoc nomen) evaderet. Capta erant ab imperatore Bulgarorum ad quindecim millia (tot enim fuisse perhibentur) : quos ubi spoliasset oculis, et singulis centuriis monoculum unum attribui jussisset, qui viæ dux cæteris foret, ita deinde ad Samuelem ablegavit. Samuelus iis conspectis tantæ calamitatis magnitudine victus animo deficit, et vertigine correptus in terram prolabitur. Mox ii qui aderant aqua et unguentis spiritum ei revocantes, ut nonnihil ad se rediret, effecerunt. Ubi respirasset, haustum frigidæ postulavit, qua epota cardiogmo correptus est, et post biduum rebus humanis excessit. Ejus loco regnum apud Chagaros filius ipsius Gabrielus, qui et Romanus dicebatur, obtinuit, viribus ille

311 quidem ac robore patrem superans, sed vicissim prudentia mentisque vi multis modis impar. Ita factum ut Basilius imperator Bulgarorum imperium in universum tolleret, aliis eorum cæsis, aliis in potestatem redactis, aliis, qui quocunque tandem modo superstites remanserant, vel invite ipsi se dedentibus. Quin et Acridem ipsam, quo in oppido regia Bulgarorum erat, occupavit; indeque magnas opes, gemmas nimirum et uniones aurique centenarios céntum abstulit. Secundum hæc Athenas profectus, cum munera gratiarum actionis ergo Deiparæ vota reddidisset, ac illius templum multis iisque splendidis et magnificis donariis ornasset, Cpolim reversus est, aureaque corona redimitus, quæ cristam et apicem in parte superiore habebat, per portas magnas ingressus triumphum egit, præcedente Maria Vladislavi uxore cum Samueli filiabus reliquisque Bulgaris. Hoc modo cum victoriæ signis in ecclesiam delatum obnixe patriarcha Sergius obsecrabat, ut tributum illud quod Allelengyum dicebatur aboleret : nam id se facturum promiserat, si Bulgaros superasset. Verum ea res frustra fuit, imperatore ut id faceret, persuaderi sibi non ferente. His rebus gestis etiam cogitabat in Siciliam Basilius expeditionem suscipere, quo in conatu fuit impeditus. Quippe repentino correptus morbo vivendi finem fecit, in templo Joannis Theologi, quod est juxta Hebdomum, sepultus. Alexium solitarium patriarchæ collocavit : nam illi cum venerabili capite qui eodem consiliario in administranda re publica uti consueverat.

Post Basilii mortem universa imperii potestas ad successorem et fratrem ipsius Constantinum delata fuit, qui biennium rebus præfuit. Basilii fratris exemplo nequaquam imperium ornavit, homo saltatriculis et ludionibus deditus. Præterea ludis equestribus, ut mortalium alius nemo, perpetuum occupatus, omnem de re publica sollicitudinem atque curam floccipendebat. Si quos homines alicujus pretii reperiebat, eos statu suo dejectos excæcabat, illorumque loco magistratus aliis plane stolidis ridiculisque mandabat. Neque pauperum modo fortunas, sed etiam locupletum attrivit. Nam triennio, quo tempus imperii ejus continetur, quinquies a subditis exactiones postulavit; quarum duas frater ipsius antea subjectis condonaverat. Secundum hæc morbo subito correptus, quem successorem imperii relinqueret, secum ipse deliberare cœpit. Cumque de nonnullis accepisset omnino futurum ut post ipsum Romanus imperio potiretur, qui esset ordinis senatorii et Argyropuli cognomentum haberet, necessitate quadam urgente 312 virum arcessi jubet, optionemque vel invito dat, ut aut legitima cum uxore divortio facto filiam imperatoris matrimonio sibi jungeret ac imperator hoc pacto renuntiaretur, aut oculos per excæcationem amitteret. Cum in utramque partem Romanus animi dubius et anxius hæreret, uxor ipsius verita ne quid crudele viro accideret, sponte sua mundanos capil-

κτανθέντων ὧν δὲ ἄλλων χειρωθέντων, καὶ ἑτέρων αὖθις τῶν ὁπωσδήποτε καταληφθέντων καὶ μὴ βουλομένων αὐτῷ προσελθόντων. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἀκρίδα, καθ' ἣν τὰ βασίλεια τῶν Βουλγάρων ἐτύγχανε, κατέσχεν· ἀφ' ἧς καὶ χρήματα πολλὰ, λίθους δηλαδὴ καὶ μαργάρους καὶ χρυσοῦ κεντηνάρια ρ', ἀφείλετο. Μετὰ ταῦτα δὲ πάντα ἐν Ἀθήναις γενόμενος, καὶ τὰ τῆς νίκης εὐχαριστήρια τῇ Θεοτόκῳ ἀποδοὺς, καὶ ἀναθήμασι πολλοῖς λαμπροῖς καὶ πολυτελέσι κοσμήσας τὸν ναὸν, ὑπέστρεψεν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ διὰ τῶν μεγάλων πυλῶν χρυσῷ στεφάνῳ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθριάμβευσεν ἐστεφανωμένος, προηγουμένης Μαρίας τῆς τοῦ Βλαδισθλάβου γυναικὸς καὶ τῶν τοῦ Σαμουὴλ θυγατέρων καὶ τῶν λοιπῶν Βουλγάρων, καὶ οὕτω μετὰ τροπαίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσῆλθεν. Ὃν δὴ καὶ πολλὰ ἐγκαῦτα κατελιπάρει ὁ πατριάρχης Σέργιος σῶσαι τὸ ἀλληλέγγυον· ἦν γὰρ ὑποσχόμενος ποιῆσαι τοῦτο, εἰ τῶν Βουλγάρων ὑπερισχύσειεν. Ἀλλ' οὐκ ἔπεισε. Ταῦτα μὲν οὖν πάντα τελέσας ὁ βασιλεὺς καὶ κατὰ τῆς Σικελίας ἐκστρατεῦσαι ἐβούλετο. Ἀλλ' ἐκωλύθη· νόσῳ γὰρ αἰφνιδίῳ συσχεθεὶς ἀπέβιω, καὶ θάπτεται ἐν τῷ κατὰ Ἑβδομον ναῷ τοῦ Θεολόγου, Ἀλέξιον μοναχὸν ἀπὸ μονῆς τοῦ Στουδίου πατριάρχην ἐνθρονιάσας. Ἔτυχε γὰρ εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν μετὰ τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου· τοῦτον καὶ γὰρ εἶχε σύμβουλον πρὸς τὴν τοῦ κοινοῦ διοίκησιν.

Μετὰ δὲ Βασίλειον τὴν ἅπασαν τῆς βασιλείας ἐξουσίαν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος διαδέχεται, κρατήσας ἔτη γ', εἰ μὴ καὶ κατ' ἐκεῖνον ταύτην ἐκόσμησε, γυναιξὶ χαίρων ὀρχηστρίαις καὶ φιλοπαίγμοσιν· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἱπποδρομίας ὡς οὐδεὶς ἕτερος κεχηνὼς, τὴν τοῦ κοινοῦ φροντίδα ὡς οὐδὲν ἡγούμενος ἦν. Καὶ οὓς μὲν εὗρεν ἄνδρας ἀξιολόγους, κατήγαγε καὶ ἀπατύφλωσε, πρὸς δὲ τὰς ἀρχὰς ἑτέρους ἀνεδίδαζεν ἀφελεῖς καὶ ἀξίους γέλωτος. Συνέτριψε δὲ οὐ μόνον πένητας ἀλλὰ καὶ πλουσίους. Ἐν τρισὶ γὰρ ἔτεσιν, ἐν οἷς καὶ τὸ πᾶν τῆς αὐτοῦ βασιλείας, πέντε δεσμοφορίας ἀπῄτησε· τὰς γὰρ δύο ἔτυχεν ἀφεὶς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα αἰφνιδίῳ νόσῳ συσχεθεὶς σκέπτεται τίνα καταλείψει διάδοχον. Πρός τινων οὖν ἐκδιδαχθεὶς ὡς εἰς Ῥωμανὸν τὸ κράτος μετ' αὐτὸν φοιτήσειεν, ἵνα μὲν ὄντα τῶν τῆς συγκλήτου, λεγόμενον δὲ Ἀργυρόπουλον, ἐξ ἀνάγκης τὸν τοιοῦτον μεταπέμπεται, ᾧ καὶ ἀνάγκη ἐπέκειτο ἢ διαζυγῆναι τῆς νομίμου γυναικὸς καὶ τῇ τοῦ βασιλέως θυγατρὶ συναφθῆναι καὶ οὕτω βασιλεὺς ἀναγορευθῆναι, ἢ πηρωθῆναι τοὺς ὀφθαλμούς. Τοῦ δὲ ἐλεγγιῶντος καὶ ἀναδυομένου πρὸς αὐτῶν ἑκάτερον, ἡ σύνοικος δείσασα περὶ τοῦ ἀνδρὸς, μή τι καὶ πάθῃ δεινὸν, τὴν κοσμικὴν ἐκουσίως ἀπέθετο τρίχα, καὶ οὕτως τῷ ζυζύγῳ πρὸς τῇ ὄψει καὶ τὴν βασιλείαν ἐχαρίσατο. Τριῶν θυγατέρων οὐσῶν τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἡ μὲν πρώτη ἀπεκείρατο, ἡ δὲ τρίτη ἀπηνήνατο. Συνάπτεται οὖν τῇ

a mansione Studiana translatum in solium patriarchæ Præcursoris imperatorem decumbentem inviserat, uti consueverat.

Μετὰ δὲ Βασίλειον τὴν ἅπασαν τῆς βασιλείας ἐξουσίαν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος διαδέχεται, κρατήσας ἔτη γ', εἰ μὴ καὶ κατ' ἐκεῖνον ταύτην ἐκόσμησε, γυναιξὶ χαίρων ὀρχηστρίαις καὶ φιλοπαίγμοσιν· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἱπποδρομίας ὡς οὐδεὶς ἕτερος κεχηνὼς, τὴν τοῦ κοινοῦ φροντίδα ὡς οὐδὲν ἡγούμενος ἦν. Καὶ οὓς μὲν εὗρεν ἄνδρας ἀξιολόγους, κατήγαγε καὶ ἀπατύφλωσε, πρὸς δὲ τὰς ἀρχὰς ἑτέρους ἀνεδίδαζεν ἀφελεῖς καὶ ἀξίους γέλωτος. Συνέτριψε δὲ οὐ μόνον πένητας ἀλλὰ καὶ πλουσίους. Ἐν τρισὶ γὰρ ἔτεσιν, ἐν οἷς καὶ τὸ πᾶν τῆς αὐτοῦ βασιλείας, πέντε δεσμοφορίας ἀπῄτησε· τὰς γὰρ δύο ἔτυχεν ἀφεὶς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα αἰφνιδίῳ νόσῳ συσχεθεὶς σκέπτεται τίνα καταλείψει διάδοχον. Πρός τινων οὖν ἐκδιδαχθεὶς ὡς εἰς Ῥωμανὸν τὸ κράτος μετ' αὐτὸν φοιτήσειεν, ἵνα μὲν ὄντα τῶν τῆς συγκλήτου, λεγόμενον δὲ Ἀργυρόπουλον, ἐξ ἀνάγκης τὸν τοιοῦτον μεταπέμπεται, ᾧ καὶ ἀνάγκη ἐπέκειτο ἢ διαζυγῆναι τῆς νομίμου γυναικὸς καὶ τῇ τοῦ βασιλέως θυγατρὶ συναφθῆναι καὶ οὕτω βασιλεὺς ἀναγορευθῆναι, ἢ πηρωθῆναι τοὺς ὀφθαλμούς. Τοῦ δὲ ἐλεγγιῶντος καὶ ἀναδυομένου πρὸς αὐτῶν ἑκάτερον, ἡ σύνοικος δείσασα περὶ τοῦ ἀνδρὸς, μή τι καὶ πάθῃ δεινὸν, τὴν κοσμικὴν ἐκουσίως ἀπέθετο τρίχα, καὶ οὕτως τῷ ζυζύγῳ πρὸς τῇ ὄψει καὶ τὴν βασιλείαν ἐχαρίσατο. Τριῶν θυγατέρων οὐσῶν τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἡ μὲν πρώτη ἀπεκείρατο, ἡ δὲ τρίτη ἀπηνήνατο. Συνάπτεται οὖν τῇ

cit; cumque jam Philomilium usque pervenisset, legati Berrhœa missi accesserunt, qui peterent ut eorum misereretur, paratorum ad subeundam servitutem pristinam tributaque pendenda. Verum Romanus, quod nobile facinus aliquod in hac contra Syriam expeditione superiorum imperatorum exemplo cogitaret edere, non admissis legatis adversus eos recta perrexit, cum quidem secum nequaquam expendisset aquæ illis in locis penuriam, quodque Saraceni propemodum æstivo tempore minus inhiberi se patiantur, corporibus utentes ad perferendos calores assuefactis. Itaque manus cum eis conserit, tantaque strage cæditur imperator quanta vix dicendo possit exponi. Accepta clade Antiochiam revertitur, exercitu graviter ex intestinorum morbo laborante ac siti misere vexato. Nec his contenti Saraceni Romanos iterum aggrediuntur, tantaque cæde grassantur in eos ut imperator ipse vix salvus evaderet.

A ναται. Ὑποστρέφει πρὸς Ἀντιόχειαν, τοῦ στρατοῦ κοιλιακῷ συσχεθέντος νοσήματι καὶ τῇ δίψει κακωθέντος. Ἐπιτίθενται καὶ αὖθις αὐτοῖς οἱ Σαρακηνοί, καὶ τοσοῦτον φθόρον ἐποίησαν ὥστε καὶ τὸν βασιλέα μόλις διασωθῆναι.

Secundum hæc Romanus emptam Triacontaphylli domum in monasterium, cui a Deipara nomen inditum, commutavit; atque sub hoc prætextu non parum subditos afflixit et vexavit, materiem convehere coactos. Præterea columnarum Magnæ ecclesiæ ac Blachernarum capita splendide argento et auro exornavit.

B Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν οἶκον τοῦ Τριακονταφύλλου ἐξωνησάμενος εἰς μοναστήριον μετεσκεύασεν ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεοτόκου, συντρίψας τῇ προφάσει ταύτῃ τὸ ὑπήκοον καὶ κακώσας ἐν ταῖς τῶν ὑλῶν μεταχομιδαῖς. Καταλαμπρύνει δὲ καὶ τὰ κιονάκρανα τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ τῶν Βλαχερνῶν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ.

Venit ad imperatorem Romanum magnis cum muneribus etiam Amer Chalepitæ filius, pacem renovari petens, simulque pristinorum tributorum persolutionem promittens. Ejus rei conficiundæ causa Theophylactus protospatharius est ablegatus, Atheniensis patria, qui fœdus ictum confirmavit. Eodem tempore circa secundam noctis horam trajectio sideris a meridie versus septemtriones accidit, quo tellus universa fuit collustrata. Neque magno temporis interjecto spatio, quæ Romanis calamitates adversæque res contigissent, imperatori nuntiatum fuit. Arabes enim Mesopotamiam depopulati sunt ad ipsam usque Melitenam; et Patzinacæ trajecto Istro Mysiam inclementer omnino tractarunt. Allata quoque tunc est Domini nostri Jesu Christi epistola, **314** manu ipsiusmet scripta et ad Augarum loci cujusdam dominum missa. Erat autem imperator hic inprimis omnium bonorum operum studiosus. Ædificia pauperibus alendis destinata, quæ a terræ motu succussa graviterque læsa fuerant, prorsus instauravit. Tandem morbo lento corripitur, quo durante capilli capitis ejus et barbæ defluxerunt, petitus, uti quidem ferebatur, veneno ab Joanne, qui tum pupillorum alumni munere fungebatur. Nam Joannes ille quia prius etiam quam Romanus imperio potiretur D minister ipsius fuerat, magnam apud eum potentiam et auctoritatem habebat, ex quo imperare cœperat. Erant illi fratres aliquot, nimirum Michaelus, Nicetas, Constantinus et Georgius. Ex iis Constantinus ac Georgius itidem, ut et Joannes, castrati circulatoriam artem exercebant. Sed deinceps omnes in familiaritatem imperatoris opera Joannis fratris pervenerunt. Cum autem Zoe videret Romanum se pro homine casto gerere, moleste studium hoc illius institutumque ferens, ut quæ carneis pruritibus incalesceret, in Michaelum Joannis fratrem, de quo diximus, non sine amoris affectione oculos conjicere cœpit, quod esset is facie venustissima præditus; cumque clandesti-

C Μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν μετὰ δώρων πολλῶν ὁ τοῦ Χαλεπίτου υἱὸς Ἄμερ, ἐξαιτῶν ἀνανεῶσαι τὴν εἰρήνην καὶ τοὺς πρόσθεν παρέχειν φόρους. Καὶ δὴ στέλλεται Θεοφύλακτος πρωτοσπαθάριος ὁ Ἀθηναῖος, καὶ τὰς σπονδὰς ἐβεβαίωσε. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ περὶ δευτέραν ὥραν τῆς νυκτὸς χύσις ἐγένετο ἀστέρος ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς ἄρκτον πᾶσαν τὴν γῆν περιαστράψαντος. Ἐφ' ᾧ καὶ μετὰ μικρὸν ἀγγέλλονται τὰ κατασχόντα τὴν Ῥωμαίων ἀτυχήματα, Ἄραβες ληΐσάμενοι τὴν Μεσοποταμίαν ἄχρι Μελιτηνῆς, Πατζινάκαι δὲ τὸν Ἴστρον διαβάντες καὶ τὴν Μυσίαν κακῶς διαθέμενοι. Τηνικαῦτα δὲ καὶ ἡ ἰδιόγραφος ἐπιστολὴ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ πρὸς Αὔγαρον πεμφθεῖσα τὸν τοπάρχην, ἐστάλη πρὸς τὸν βασιλέα. Οὗτος μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς πάντων ἐπεμελεῖτο τῶν ἀγαθῶν, τὰ ὑπὸ σεισμοῦ κακῶς παθόντα πτωχοτροφεῖα παντάπασιν ἀνανεούμενος. Εἶτα νόσῳ χρονίᾳ βάλλεται καὶ τριχορρυεῖ γένυν τε καὶ τὴν κόμην, κατεργασθείς, ὡς φασιν, ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ τηνικαῦτα ὀρφανοτρόφου. Οὗτος γὰρ ὁ Ἰωάννης καὶ πρὸ τῆς βασιλείας ὑπηρέτει τῷ Ῥωμανῷ. Ταύτῃ τοι καὶ τοῦ κράτους ἐπιβάντος αὐτοῦ μεγάλην δύναμιν ἔσχεν. Ἦσαν δὲ τῷ Ἰωάννῃ καὶ ἕτεροι ἀδελφοί, Μιχαὴλ, Νικήτας, Κωνσταντῖνος καὶ Γεώργιος. Ἀλλ' ὁ μὲν Κωνσταντῖνος καὶ Γεώργιος σὺν τῷ Ἰωάννῃ εὐνοῦχοι ὄντες ἀγυρτικὴν μετῆσαν τέχνην, ἀλλὰ διὰ τοῦ Ἰωάννου πάντες οὗτοι τῷ βασιλεῖ ᾠκειώθησαν. Ἡ μέντοι Ζωὴ τὸν Ῥωμανὸν ὁρῶσα βίον ὑπερχόμενον σώφρονα, καὶ ἀπαρεσκομένη τῷ πράγματι σφαδασμοῖς ἅτε σαρκικοῖς ὑποθερμαινομένῃ, ἐρωτικὸν ἐνορᾷ πρὸς τὸν διαληφθέντα Μιχαὴλ, εὐπρεπέστατον τὴν ὄψιν ὑπάρχοντα, καὶ οὕτω κρυφίως αὐτῷ ἐπεμίγνυτο. Ἐφ' ᾧ καὶ κατεργάζεται ὁ βασιλεὺς ἅτε τῆς βασιλίδος τὸν Μιχαὴλ εἰς τὸν βασιλικὸν θρόνον σπευδούσης ἀναγαγεῖν. Βραδυθανάτοις δὲ φαρμάκοις κατεργασθεὶς, καὶ χρόνον συχνὸν κείμενος κλινοπετὴς, ὅλῃ ψυχῇ ἐπεκαλεῖτο τὸν θάνατον. Κατὰ δέ γε τὴν μεγάλην πέμπτην τὰς ῥόγας τῶν συγκλητικῶν ποιησάμενος, καὶ ἐπιθυμήσας λούσασθαι

κατὰ τὸ ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ βαλανεῖον, καὶ εἰσελθὼν οἰκτρῶς ἀποπνίγεται ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Μιχαὴλ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοῦ λουτροῦ. Κατὰ ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα μηνύεται ὁ πατριάρχης Ἀλέξιος ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἥκειν Ῥωμανοῦ. Ἀλλ' ὁ πατριάρχης ἐλθὼν αὐτὸν μὲν εὑρίσκει νεκρὸν, ἡ δὲ βασιλὶς Ζωὴ ἐν τῷ χρυσοτρικλινίῳ προκαθίσασα ἐξάγει τὸν Μιχαὴλ, καὶ καταναγκάζει τὸν πατριάρχην ἱερολογῆσαι τοῦτον αὐτῇ. Ὁ δὲ πατριάρχης ἐπὶ τῷ πράγματι ἐκπλαγεὶς τὴν ἱερολογίαν, ὡς εἰκὸς, ἐνεδοίαζεν. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Ἰωάννης σὺν τῇ Ζωῇ ν' μὲν χρυσοῦ λίτρας τῷ πατριάρχῃ, ν' δὲ ὁμοίως τῷ κλήρῳ ἐπιδοὺς ἔπεισε ἱερολογίας ἀξιῶσαι αὐτούς. Καὶ ὁ μὲν Ῥωμανὸς ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ νεουργηθείσῃ ἐκκλησίᾳ θάπτεται τῆς περιβλέπτου.

A nam cum eo consuetudinem habuisset, operam dedit ut imperator e medio tolleretur, in hoc solum intenta, ut Michaelum ad imperatoriam dignitatem eveheret. Romanus venenis lentum exitium afferentibus confectus, ubi diuturno tempore in lectulo decubuisset, toto pectore nihil expetebat aliud quam ut hac vita fungeretur. Denique magna quinta feria distributis in patres conscriptos muneribus, quas rogas vocant, cum magni Palatii balneum lavandi causa ingressus fuisset, a Michaeli sociis in balnei labro miserabiliter suffocatur. Eadem nocte Alexius patriarcha Romani imperatoris nomine in regiam arcessitur, quam ingressus imperatorem exstinctum invenit; Zoe vero imperatrix in aureo triclinio sedens Michaelum producit, et patriarcham adigit ut cum sibi maritum sacris precibus conceptis jungeret. Patriarcha rei novitate perculsus, sacrasne preces illas eis impertiretur, non abs re dubitabat. Quapropter Joannes et Zoe quinquaginta libris auri patriarchæ totidemque clero donatis persuaserunt homini ut matrimonium ipsorum consecraret. Romanus in dedicata ab se spectatissimæ ecclesia sepelitur.

Κρατεῖ δὲ ὁ Μιχαὴλ σὺν τῇ Ζωῇ ἔτη ζ'. Ἀλλ' ἡ Ζωὴ αὕτη ἐλπίζουσα τῷ Μιχαὴλ ἀντὶ δούλου κεχρῆσθαι ἀστοχεῖ τοῦ σκοποῦ. Ὁ γὰρ Ἰωάννης δραστήριος ὢν, καὶ δεδιὼς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, πάντας μὲν τοὺς προσόντας αὐτῇ θαλαμηπόλους, καὶ μὴν καὶ τὰς οἰκειοτάτας θεραπαινίδας ἐξ αὐτῆς ἀποσπᾷ, καὶ οὐδὲ τὸ τυχὸν παρ' αὐτῆς ἐνεργεῖται εἰ μή γε κατὰ γνώμην Ἰωάννου. Οὗτος μὲν οὖν καὶ τὸ ὑπήκοον ἐξημέρου παντοίως καὶ πάντα μετεχειρίζετο. Ὅτι δὲ τὰ γεγονότα οὐκ ἀρεστὰ ἦν τῷ Θεῷ, δέδεικται καὶ ἐκ προοιμίων αὐτῶν· κατὰ γὰρ τὴν ια' ὥραν τῆς ἁγίας μεγάλης Κυριακῆς χάλαζα κατηνέχθη ἀφόρητος καὶ γενναία, ὡς συντριβῆναι μὴ μόνα τὰ δένδρα, τά τε κάρπιμα καὶ τὰ ἄκαρπα, ἀλλὰ δὴ καὶ οἰκίας καταπεσεῖν καὶ ναούς. Γέγονε δὲ καὶ χύσις ἀστέρος κατὰ τὴν μετὰ τὸ Πάσχα Κυριακὴν, περὶ ὥραν τρίτην τῆς νυκτὸς, τῇ ὑπερβολῇ τῆς λαμπρότητος τοὺς ἀστέρας πάντας ἀποκαλύψαντος ὡς καὶ ἥλιον ἀνατεῖλαι δοκεῖν· ὁ μέντοι βασιλεὺς ἐλήφθη δαιμονίῳ, ὃ καὶ σεμνολογοῦντες οἱ περὶ τοῦτον μανικὸν ἀπεκάλουν νόσημα. Καὶ παρέμεινε τὸ τοιοῦτον ἄχρι τέλους τῆς αὐτοῦ βιοτῆς.

B Ejus loco Michaelus imperare cœpit cum conjuge Zoe annis septem, quæ cum se Michaelo mancipii loco speraret usuram, instituto ac spe sua frustrata est. Joannes enim Michaeli frater, vir industrius et rerum gerendarum peritus, qui fratris incolumitati **315** metueret, omnes Zoæ cubicularios una cum ancillis ipsi maxime familiaribus ab ea removit, ne minimum quidem aliquid citra voluntatem et arbitrium suum ab ea geri permittens. Idem subditorum animos variis modis blande tractando fratri conciliabat, et omnium administrationem in se suscipiebat. Non tamen ea quæ in Romanum commissa fuerant, grata Deo fuisse, de ipsis initiis imperii Michaeli certis argumentis colligi poterat. C Nam hora undecima sacrosanctæ magnæ Dominicæ grandine tam intolerabili pluit, ut non arbores tantum frugiferæ sterilesque confringerentur, sed domus etiam cum templis dejectæ corruerent. Præterea sideris trajectio, Dominica post Paschatis festum, hora tertia noctis accidit; cum quidem id sidus amplitudine fulgoris sui cunctorum allorum siderum luminibus officeret ac sol ipse oriri videretur. Itidem imperator malo correptus est genio, quam rem familiares ipsius honestiore vocabulo tegentes insaniam quamdam animi vocabant. Neque malum hoc ipsum ante finem vitæ missum fecit.

Κατ' ἐκεῖνο δὴ καιροῦ καὶ τοιοῦτόν τι συνέβη ἐν τῷ θέματι τῶν Θρᾳκησίων. Βαράγγων διεσπαρμένων γυναῖκά τις ἐγχωρίαν εὑρὼν ἐπ' ἐρημίας ἐπειρᾶτο τῆς σωφροσύνης αὐτῆς, ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, καὶ βίαν D ἤδη ἐπῆγεν. Ἡ δὲ τὸν ἀκινάκην σπασαμένη τοῦ ἀνδρὸς παίει κατὰ καρδίαν τὸν Βάραγγον, καὶ εὐθὺς ἀναιρεῖ. Τοῦ δὲ ἔργου διαδοθέντος ἐν τῇ περιχώρῳ, συναθροισθέντες οἱ Βάραγγοι τήν τε γυναῖκα στεφανοῦσι καὶ τὴν ἅπασαν οὐσίαν τοῦ βιαστοῦ ταύτῃ διδόασι, κἀκεῖνον ἀταφον ῥίπτουσι.

Accidit eo imperante Thracensium in finibus hujusmodi quiddam. Dispersis per illam regionem in hiberna Barangis, forte quidam mulierem indigenam in solitudine nactus ei stuprum inferre conatus est. Ea vero ipsiusmet aciuace correpto in cor Barangum ferit ac statim interficit. Quod factum ubi per vicinam innotuisset, coivere Barangi cæteri, mulierique coronatæ facultates illius omnes, qui pudicitiæ ipsius afferre vim voluerat, donarunt, cadavere militis citra sepulturæ honorem abjecto.

Τότε δὴ καὶ σεισμοῦ γενομένου κακῶς ἔπαθε τὰ Ἱεροσόλυμα, τεθνηκότων ἀνθρώπων πολλῶν ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν καὶ οἰκιῶν συμπτώμασι, σειομένης τῆς γῆς ἄχρις ἡμερῶν μ'. Τῷ δέ γε Σεπτεμβρίῳ

Tunc et Hierosolyma terræ motu misere afflicta fuit, quod in ipsis templorum ædiumque ruinis ingens hominum multitudo opprimeretur, terra diem ad quadragesimum usque succussa. Anno

mundi 6545, indictione tertia, columna ignea versus ortum conspecta est, vertice ad meridiem inclinante; quo ipso die Saraceni Myra deperunt, aliæque nonnullæ calamitates Romanis acciderunt. Cæterum Michaeles imperator delictum in Romanum suum per omnem vitam deplorare non desinebat, ac Deum bonis operibus, monasteriis condendis, benignitate in egenos placebat. Ea vero profuissent illi, si quidem abjecisset imperium, cujus gratia molitus ea facinora fuerat, et adultera repudiata privatus peccatum suum deplorasset. Nunc ille nihil horum agens, sed Zoæ consuetudine utens, imperium mordicus retinens, de publicis bonis in speciem beneficia quædam præstans, eoque pacto veniam se consecuturum sperans, numen divinum et mentis expers et injustum esse putabat, quod alienis opibus redimi pœnitentiam pateretur.

316 Eodem tempore terræ motum in Bucellariis hiatus subsecuti sunt, quibus integræ quinque villæ sunt absorptæ. Parum etiam abfuit quin eo Nicephorus præses, imperatoris Constantini eunuchus, illis in locis degens periret: verum præter spem evitato periculo, rasus vitæ solitariæ se dedit. Cum autem magna quoque siccitas incidisset ac toties sex mensibus non pluisset, supplicatum est a fratribus imperatoris, Joanne sacrum mantile, magno domestico scriptam ad Augarum Christi epistolam sacrasque cunarum fascias gestantibus; peditesque a magno palatio usque ad Blachernas processerunt. Sed tantum abfuit ut plueret, ut etiam ingens grando delata vehementi cum impetu tam arbores quam tegulas urbis comminueret. Michaelus ubi malo a genio pejus in dies exagitaretur, in quasvis regiones et insulas presbyteris quidem singulis nummos aureos binos, monachis vero unum misit, licet irrito studio, quod malum augesceret ac morbus aquæ intercutis accederet. Quamobrem Thessalonicam profectus imperator ibidem degebat, et ad egregii martyris victorisque certaminum Demetrii sepulcrum assiduo versabatur, ut eo malo liberaretur: quippe de mundanis rebus omnino sollicitus non erat quod eas Joannes ipsius frater administraret. Interea continuo Deus orbem universum quassabat, quem alia quoque terricula-menta formidolosum reddebant, in cœlo cometarum exortus, in aere venti et impetuosæ pluviæ, in terra succussiones gravesque commotiones; quæ omnia portendebant non multo post eorum finem appetiturum qui tum rerum potiebantur. Imperatoris quidem frater Joannes magistratus venales habebat, et malis infinitis orbem terrarum implebat. Nam ipsius quoque culpa factum est ut Bulgari a Romanis deficerent: quippe Basilius imperator species quasdam fructuum a Bulgaris exigi debere tributi nomine volverat, quem morem autem hac exactione in aurum commutata Bulgaris occasionem defectionis præbuit.

Tandem Michaelo vita functo, tanquam hæreditario jure universa potestas ad Zoen imperatricem

μηνὶ, ϛφμγ' ἔτει, ἰνδικτιῶνος τρίτης, πυρὸς ἐφαίνετο στῦλος κατὰ τὴν ἑῴαν, τὴν κορυφὴν κεκολλημένην φέρων πρὸς μεσημβρίαν· καθ' ἣν ἡμέραν καὶ οἱ Σαρακηνοὶ ἦραν τὰ Μύρα, καὶ ἄλλα δὲ δεινὰ πολλὰ συνέβησαν. Ὁ μέντοι βασιλεὺς Μιχαὴλ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ζωὴν ἀποκλαιόμενος ἦν τὴν εἰς τὸν Ῥωμανὸν ἁμαρτάδα, τὸν Θεὸν ἱλασκόμενος δι' ἀγαθοεργιῶν καὶ κτίσεως μοναστηρίων, καὶ ἄλλας δὲ πρὸς τούτοις πράξεις ἐτέλει χρηστάς. Ἀδεὰς δὲ ἀνύσιμοι ἂν ἦσαν, εἰ τὴν βασιλειάν τε ἀπέῤῥιψε δι' ἣν τὰ τοιαῦτα κακὰ, καὶ εἰ τὴν μοιχάδα ἀπώσατο καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀπεκλαίετο τὴν ἁμαρτίαν. Τούτων δὲ μηδὲν πεπραχὼς, ἀλλ' ἐκείνῃ συνὼν καὶ τῆς βασιλείας ἀντεχόμενος, κἀκ τῶν δημοσίων καὶ κοινῶν τὰς δοκούσας εὐποιΐας ἀποπληρῶν, κἀντεῦθεν νομίζων τυχεῖν συγχωρήσεως, ἀνόητον διελογίζετο τὸ θεῖον καὶ ἄδικον, ἀλλοτρίοις χρήμασιν ὠνούμενος τὴν μετάνοιαν.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ σεισμοῦ γεγονότος χάσματα γεγόνασιν ἐν Βουκελλαρίοις, καὶ κατεπόθησαν χωρία πέντε. Ἔνθα καὶ Νικηφόρον πρόεδρον τὸν Κωνσταντίνου βασιλέως εὐνοῦχον διατρίβοντα μικροῦ δεῖν κινδυνεῦσαι συνέβαινεν ἂν, διαφυγόντα δὲ παρ' ἐλπίδα τὸν κίνδυνον ἀποκαρῆναι μονοχόν. Τηνικαῦτα δὲ καὶ αὐχμοῦ γενομένου ὡς ἐπὶ μῆνα; ἐξ μὴ κατερράγῆναι ὑετὸν, λιτανείας ἐποίησαν οἱ τοῦ βασιλέως ἀδελφοὶ, καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης τὸ ἅγιον ἐβάσταζε μαφόριον, ὁ δὲ μέγας δομέστικος τὴν πρὸς Αὔγαρον ἐπιστολὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὰ ἅγια σπάργανα. Καὶ πεζοὶ ὁδεύσαντες ἀπὸ τοῦ μεγάλου παλατίου ἀφίκοντο μέχρι τῶν Βλαχερνῶν. Οὐ μόνον δὲ οὐκ ἔβρεξεν, ἀλλὰ καὶ χάλαζαι παμμεγέθεις καταῤῥαγεῖσαι συνέτριψαν τά τε δένδρα καὶ τοὺς κεράμους τῆς πόλεως. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς, κατατεινόμενος ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐπὶ πλέον, ἔπεμψεν ἐν τοῖς θέμασι καὶ ταῖς νήσοις τοῖς μὲν πρεσβυτέροις ἀνὰ νομίσματα β', τοῖς δὲ μοναχοῖς ἀνὰ νομίσματα ἕν· ἐπὶ πλέον τὸ κακὸν ἐπετείνετο, συνεπιλαβομένης καὶ νόσου ὑδρωπικῆς. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς διέτριβε τῇ Θεσσαλονίκῃ ὡς τὰ πολλὰ, προσλιπαρῶν τῷ τάφῳ τοῦ καλλινίκου Δημητρίου τοῦ πάθους ἕνεκεν· τῶν γὰρ κοσμικῶν πραγμάτων οὐδαμῶς ἐφρόντιζεν, ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου τούτων διοικουμένων. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ συνεχῶς τὴν οἰκουμένην ὁ Θεὸς ἔσειε, καὶ δείματα κατεῖχον αὐτὴν, ἐν οὐρανῷ μὲν κομητῶν ἐπιτολαὶ, ἀνεμοι ἐναέριοι καὶ ὄμβροι βαγδαῖοι, ἐν γῇ δὲ βρασμοὶ καὶ κλόνοι· ἃ δὴ καὶ προεμήνυον τὴν μετ' οὐ πολὺ γενησομένην τῶν κρατούντων καταστροφήν. Ὁ τοιοῦτος δὲ Ἰωάννης ὠνίους τὰς ἀρχὰς ποιούμενος μυρίων κακῶν τὴν οἰκουμένην ἐνέπλησε. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοὺς Βουλγάρους ἀντιστῆναι πεποίηκε· τοῦ γὰρ Βασιλείου ἐν εἴδεσί τισι τὴν ἀπαίτησιν ποιουμένου καθ' ἣν καὶ ὁ Σαμουὴλ, ὁ Ἰωάννης οὗτος διὰ νομισμάτων ἐβασμοφόρει αὐτοὺς, ὅθεν καὶ εἰς ἀποστασίαν ἐχώρησαν.

et Samuelus ipsorum rex observaverat: Joannes occasionem defectionis præbuit.

Τοιούτῳ δὲ τέλει χρησαμένου Μιχαὴλ, τὸ πᾶν περιέστη κράτος ὡς εἰς κληρονόμον τὴν Βασιλίδα

Ζωήν. Αὕτη δὲ διαλογισαμένη ὡς οὐκ ἂν ποτε τὰ A κοινὰ διεξάγειν μόνη δύναιτο, τὸν τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ὁμώνυμον ἀνεψιὸν, Καίσαρα ὄντα, πρὸς δὲ καὶ δραστήριον εἶναι δοκοῦντα, εἰσποιητὸν προσλαμβάνει υἱὸν, καὶ βασιλέα τοῦτον ἀναγορεύει, κρατήσαντα δὲ ὡσεὶ μῆνας δ', ὅρκοις πρότερον αὐτὸν καταδεσμήσασα ὡς κυρίαν ἔχειν αὐτὴν καὶ μητέρα καὶ μὴ παρεμποδίζειν ἐφ' οἷς ἂν καὶ ὅπως διαπράττεσθαι βούλοιτο. Καὶ αὐτὸν δὲ πρότερον ὀρφανοτρόφον ἐκποδὼν ἐποιήσατο, καὶ Κωνσταντῖνον ὡσαύτως τὸν δομέστικον τῶν σχολῶν τῆς ἀρχῆς ἀπεστέρησε. Κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν καθ' ἣν ἀνεδεῖτο τῷ διαδήματι ὁ Μιχαὴλ, σκοτώσει καὶ ἰλίγγῳ ληφθεὶς ἐγγὺς ἦλθέ που πεσεῖν, μόλις δὲ ἀναλαβόμενος μύροις καὶ ἀρώμασι. Καὶ ὃς αὐτίκα δωρεαῖς περιποιεῖται τὴν σύγκλητον. Μεταπέμπεται δὲ τῆς ἐξορίας καὶ Κωνσταντῖνον τὸν δομέστικον, καὶ οὕτω δὴ θεν ἐν βεβαίῳ δόξας ἑστάναι παρευθὺς πίπτει. Γράμμασι γὰρ τοῦ ὀρφανοτρόφου καὶ βουλαῖς τοῦ δομεστίκου, λεγόντων μὴ πιστεύειν τῇ βασιλίδι, ὡς ἂν μὴ πάθοι ὅσα δὴ καὶ Μιχαὴλ καὶ Ῥωμανὸς γοητείαις ἅτε παρ' αὐτῆς κατεργασθέντες, διεγείρεται καὶ ἐπιβουλὴν κατ' αὐτῆς μελετᾷ. Θέλων δὲ καὶ τὸν λαὸν ἰδεῖν, εἴπερ εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτὸν διάκειται, καὶ οὕτως ἐπιχειρῆσαι τῇ ἐπιβουλῇ, κελεύει γενέσθαι προέλευσιν. Ἐφ' ᾗ καὶ πάντας ἰδὼν ὡς εἰ δυνστὸν καὶ τὰς ψυχὰς προΐέναι χάριν τιμῆς αὐτοῦ καὶ λαμπρότητος, ἅπτεται τῆς ἐπιβουλῆς. Νυκτὸς οὖν κατασπᾷ τοῦ θρόνου καὶ ἐξορίζει αὐτὴν εἰς Πρίγκιπον, κελεύσας τοῖς ἀποκομίζουσι καὶ τὰς τρίχας αὐτῆς ἀποκεῖραι καὶ πρὸς αὐτὸν αὐτὰς ἀγαγεῖν. Γίνεται ταῦτα, καὶ ἀναφορὰ διὰ τοῦ ἐπάρχου τῷ λαῷ ἀναγινώσκεται ἐν τῷ τοῦ Κωνσταντίνου φόρῳ, περιέχουσα ὅτι Κακόνους ἡ Ζωὴ περὶ τὴν βασιλείαν μου εὑρεθεῖσα ἐξορίζεται παρ' ἐμοῦ· ὑμεῖς δὲ εἴπερ εὐνοϊκῶς διάκεισθε πρός με, μᾶλλον ἀξιωθῆτε τιμῶν. Καὶ παραχρῆμα φωνὴ ἐξακούεται οὕτω λέγουσα· « Ἡμεῖς σταυροπάτην Καλαφάτην βασιλέα οὐ θέλομεν, ἀλλὰ τὴν κληρονόμον καὶ μητέρα ἡμῶν Ζωήν. » Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐβόων· « Ἀνασκαφεῖη τὰ ὀστᾶ τοῦ Καλαφάτου. » Καὶ λαβόντες τὰ παρατυχόντα ξύλα παρὰ τοῦ ἐπάρχου φέρονται· καὶ ὃς φυγῇ χρησάμενος μόλις διεσώζετο. Ὁ δὲ λαὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν καταλαβὼν ἐδυσφήμει καὶ μάλα τὸν βασιλέα, ἀνεκαλεῖτο δὲ τὴν Ζωὴν δὴ ψυχῇ. Μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸ παλάτιον ἔρχονται, καταγαγεῖν τὸν βασιλέα βουλόμενοι. Ὃς καὶ πτοηθεὶς ἦγαγε τὴν Ζωὴν, καὶ ἀποδύσας αὐτὴν τὰ μοναχικὰ βασιλικοῖς ἐκόσμησε περιβλήμασιν. Εἶθ' οὕτως τῷ λαῷ δημηγορήσας καὶ μηδὲν ἀνύσας (ὄβρεσι γὰρ μᾶλλον ἐπλύνετο καὶ λίθοις καὶ τόξοις ἐβάλλετο), ἔγνω δεῖν ἐν τῇ μονῇ Στουδίου ἀπελθεῖν. Ὁ δὲ δομέστικος οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν, ἀλλὰ γεννάδας ἀντιστῆναι παρέπεισε καὶ ἢ ὑπερισχῦσαι ἢ βασιλικῶς ἀποθανεῖν. Ἑτοιμάζονται ὡς εἶχον δυνάμεως. Τριχῇ οὖν οἱ τοῦ δήμου διαιρεθέντες, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ περὶ τὸν Μιχαὴλ, κατ' ἀλλήλων ἐχώρουν. Ἔνθεν τοι καὶ ἐκ τοῦ δήμου πίστις λαὸς οὐκ

rediit. Ea vero cum deliberatione secum habita non posse se solam administrare rem publicam animadverteret, imperatoris Michaeli cognominem et sororis filium, qui Cæsar designatus erat et industrius aptusque rebus gerendis esse videbatur, adoptatum sibi adjungit, ac filium imperatoremque renuntiari curat. Præfuit rebus menses ad quatuor. Priusquam imperio potiretur, Zoe sacramentis eum obstrinxit, ut polliceretur se loco dominæ ac matris jam habiturum, nec ulla re futurum impedimento quominus illa quæ vellet, 317 quoque pacto collibitum esset, omnia gereret. Præterea Joannem pupillorum alumnum ab administratione mox ab initio removit, Constantino quoque domestico scholarum magistratu abrogato. Michaelus ea ipsa, qua diademate cingebatur, hora oculorum caligatione ac vertigine correptus parum abfuit quin collaberetur, vixque tandem unguentis et aromatibus refectus est. Corona politus mox largitionibus sibi senatum conciliat. Cumque Constantinum domesticum ab exsilio revocasset, seque jam in tuto consistere putaret, subito corruit. Persuasus enim Joannis pupillorum alumni litteris et domestici consiliis, qui dicerent fidem imperatrici non habendam, ne usuvenirent eadem ipsi quæ Michaelus et Romanus perpessi fuissent, quos illa veneficiis sustulisset, excitari se contra illam passus est, ut ejus vitæ insidiaretur; cumque populi quoque tentare vellet animos, ut cognosceret an illius aliqua foret in se benevolentia, qua perspecta struere pergeret insidias, processum publicum institui jubet, in quo cum eam in omnibus alacritatem cerneret, ut si fieri posset, etiam animas ac vitam pro ipsius honore dignitateque profunderent, ad moliendas insidias sese comparat. Itaque noctu solio dejectam principum ablegat ubi exularet, imperato deportantibus ut capillos ei raderent et eosdem ad se deferrent. His ita gestis, præfectus urbis actorum relationem ac populum de scripto nomine imperatoris in Constantini foro verbis hujusmodi recitat: « Zoen, quod eam imperio meo malitiose insidiatam esse deprehenderem, solum vertere jussi. Vos, siquidem in benevolentia erga me perstiteritis, honores consequemini. » Tum vero vox quædam hujusmodi subito exaudita est: « Nos proculcatorem crucis Calaphatem imperatorem habere nolumus, sed Zoen matrem nostram et imperii hæredem. » Clamatum etiam inter alia: « Evertantur ossa Calaphatæ. » Mox correptis saxis et quibusvis lignis præfectum urbis petunt; qui arrepta fuga vix saluti suæ consulere potuit. Inde occupato templo conviciis populus imperatorem gravissimis proscindebat, totoque animi studio Zoæ nomen inclamabat. Utque deturbarent imperatorem, ad palatium contendebant. Is vero metu perculsus Zoen in populi conspectum adductam et monastico habitu exutam imperatorio rursus amictu exornavit. Deinde ad populum concione habita, cum nihil obtinuisset (magis enim quam antea

contumeliosis cum dictis aspergebant et saxis sagittisque petebant), in Studii mansionem cedendum statuit. At vero Constantinus scholarum domesticus id eum facere non sinebat, sed hortabatur ut animo forti et generoso semet opponeret, ac vel obtinendam **318** esse victoriam statueret vel imperatorie occumbendum. Hoc modo pro viribus utrinque instructi, tripertitis agminibus tam populares quam Michaeli defensores contra se invicem tendebant. Itaque de populo numerus haud exiguus

A ὀλίγος, ἀοπλοι ὄντες καὶ πρὸς ξίφη παρατασσόμενοι. Πίπτουσιν οὖν ὡσεὶ χιλιάδες τρεῖς. Οἱ μέντοι πολῖται διὰ τὸ πλῆθος ὑπερισχύσαντες καὶ τὰς πύλας τοῦ παλατίου ἐκρήξαντες ἐντὸς εἰσέρχονται, καὶ αὐτίκα τὸ ἐν σεκρέτοις χρυσίον ἁρπάσαντες καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ὁρμῶσιν. Ὁ δὲ καὶ ἀπογνοὺς φυγὰς πρὸς τὴν μονὴν τοῦ Στουδίου ἔρχεται, καὶ σὺν τῷ θείῳ αὐτοῦ ἀποκείρεται.

ipsi armatis opponerentur. Ad extremum tamen perfractis foribus ingressi sunt. Cumque mox aurum in secretis repositum diripuissent, adversus imperatorem perrexerunt; qui rebus omnino desperatis ad Studii mansionem fuga se contulit et cum avunculo suo rasus est.

Ita rursus imperatrix Zoe cum sorore Theodora præficitur, quæ ubi populo gratia initio egisset ejus benevolentiæ nomine quam erga se declarassent, continuo Michaelum inquiri debere visum fuit. Populo autem voces hujusmodi magnis clamoribus ingeminante: « In crucem agatur, oculis spolietur, » Zoe quidem miseratione commoveri erga ipsum videbatur, Theodora vero præfectum urbis ac vulgus hominum concitabat ut ad quærendum utrumque cursim pergerent. Eos illi cum adesse persentiscerent, in adyta templi confugere, sed irrito conatu: nam inde abrepti pedibusque per forum tracti, jussu Theodoræ in loco qui Sigma dicitur excæcati sunt. Ab eo tempore cum germana sorore Theodora Zoe propemodum uno mense rem publicam et senatum administrabat magna cum laude; cum efficeret ut more pristino abolito magistratus ubique sine pretio concederentur, qui venales antea fuerant.

B Προκάθηται οὖν καὶ αὖθις ἡ βασιλὶς Ζωὴ σὺν τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς Θεοδώρᾳ. Καὶ πρῶτα μὲν εὐχαριστεῖ τῷ λαῷ δι' ἣν ἐνεδείξαντο πρὸς αὐτὴν εὔνοιαν. Ἔπειτα δὲ καὶ σκέψις περὶ τοῦ Μιχαὴλ γίνεται. Τοῦ δὲ λαοῦ, « Σταυρωθήτω, τυφλωθήτω, » ἀναβοῶντος, ἡ μὲν Ζωὴ συμπαθὴς αὐτῷ κατεφαίνετο· ἡ δὲ Θεοδώρα τὸν ἔπαρχον καὶ τὸ πλῆθος πρὸς αὐτοὺς πείθει δραμεῖν. Ὡς οὖν ἐκεῖνοι τῆς παρουσίας ἔσθοντο τοῦ λαοῦ, εἰς τὰ ἄδυτα τοῦ ναοῦ καταφεύγουσιν. Ἀλλ' ἐκεῖθεν ἁρπάζονται καὶ διὰ τῶν ποδῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ σύρονται, κατὰ δέ γε τὸ Σίγμα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκτυφλοῦνται, ὡς ἡ Θεοδώρα ἐνέσκηψεν. Ἔκτοτε οὖν κρατεῖ ἡ Ζωὴ σὺν τῇ αὐτεδέλφῃ αὐτῆς Θεοδώρᾳ ὡσεὶ μῆνα ἕνα. Κἀντεῦθεν ἡ σύγκλητός τε καὶ τὸ κοινὸν διῃτᾶτο καλῶς, ἀπριάτων τῶν ἀρχῶν ἁπανταχοῦ τελουμένων καὶ μὴ ὠνίων, ὡς πρίν.

Hinc deliberatum quo pacto Zoe cuidam matrimonio legitimo jungeretur, qui per id conjugium ad culmen imperatorium perveniret. Cogitabat autem illa Constantino nubere, qui Artoclines vocabatur; erat enim is formæ venustate præstans, et cum Zoe clanculum consuescere perhibebatur. Sed Constantinum uxor legitima veneno propinato de medio sustulit, non quod maritum odisset, sed quod ejus consuetudine se deinceps carituram videret. Hoc ubi accidisset, Monomachum imperatrix ab exsilio revocat, quem Joannes orphanotrophus exsilio multaverat et Mitylenæ se continere jusserat: nam vulgo rumor ditius fuerat, futurum ut aliquando ille imperaret. Id Scylitzes de Monomacho memoriæ prodidit. Ab aliis hoc quoque perscriptum est, submotis a gubernatione qui rerum antea potiebantur, imperatricem e Lesbo Monomachum arcessivisse, relegatum eo jussu Michaeli, quod cum imperatrice rem habere diceretur. Et quanquam prius a periculo amittendi oculos parum abfuerat, tamen nunc revocatus matrimonio Zoæ legitimo copulatur, sacras preces ac vota concipiente **319** novæ Romæ presbyterorum principe, anno mundi 6550. Exordium imperii præclarum edidit, quod annis duodecim administravit. Rerum quidem bellicarum prorsus igna-

Γίνεται σκέψις ὥστε βασιλεῖ νομίμως τὴν Ζωὴν συζεύχθῆναι. Καὶ ἡ μὲν ἀγαγέσθαι ἔθελε Κωνσταντῖνον τὸν λεγόμενον Ἀρτοκλίνην· ἦν γὰρ καὶ τὸ εἶδος εὐπρεπής, ἐλέγετο δὲ καὶ πλησιάζειν αὐτῇ. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἡ σύνοικος, οὐχὶ μισοῦσα μέλλουσα δὲ αὐτοῦ στερεῖσθαι, τοῦ βίου ἐξάγει φαρμάκοις. Ἔνθεν τοι καὶ τὸν Μονομάχον ἀπὸ τῆς ἐξορίας μεταπέμπεται, παρὰ τοῦ ὀρφανοτρόφου τὴν Μιτυλήνην κατακριθέντα οἰκεῖν· ἐφημίζετο γὰρ παρὰ πάντων ὡς ἐγκρατὴς ἔσται τῆς βασιλείας. Καὶ οὕτω μὲν τῷ Σκυλίτζῃ περὶ τοῦ Μονομάχου διείληπται, λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τῶν κρατούντων ἤδη παρελθόντων Λεσβόθεν τῇ βασιλίδι μεταπέμπεται· ἐξώριστο γὰρ ἐκεῖθεν παρὰ τοῦ Μιχαὴλ ἅτε τῇ βασιλίδι συμφθείρεσθαι λεγόμενος. Ἐπανακέκληται οὖν, εἰ καὶ σβεσθῆναι παρὰ μικρὸν τὰς κόρας ἐκινδύνευε. Συνάπτεται οὖν τῷ Μονομάχῳ νομίμως ἡ Ζωὴ, τῆς ἱερολογίας γενομένης παρὰ τοῦ πρώτου τῶν πρεσβυτέρων τῆς νέας, ἐν ἔτει ,ςφν'. Καὶ τηνικαῦτα προοιμίων ἀγαθῶν ἀπάρχεται, κρατήσας ἔτη ιβ'. Ἦν μὲν γὰρ ἀδαὴς, ὡς φασι, τὰ πολεμικὰ, τοσοῦτον δὲ μεγαλοπρεπὴς καὶ μεγαλόδωρος ὡς πάντας ἐπαπολαῦσαι τῶν χαρίτων αὐτοῦ. Κατ' ἐκεῖνον δὴ τὸν καιρὸν ἐφάνη κομήτης ἀπὸ τῆς ἑῴας πρὸς τὴν δύσιν τὴν πορείαν ποιούμενος, καὶ ἐωρᾶτο μῆνα ὅλον λάμπων. Προεμήνυε δὲ οὗτος

μετὰ ἔτος ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ φανεὶς τὰς μελλούσας γενέσθαι κοσμικὰς συμφοράς. Ὅρα γὰρ ὅτι μετ' οὐ πολὺ στάσις ἐν Σερβίᾳ γέγονε. Γράφει οὖν ὁ βασιλεὺς τῷ ἄρχοντι Δυρραχίου. Καὶ ὃς ἐπισυνάξας ὡσεὶ χιλιάδας ξ' εἰς Τριβαλῶν ἔρχεται, καὶ ἀνεπιστημόνως πάνυ τοῖς Σέρβοις προσβαλὼν ὡσεὶ χιλιάδας μ ποιεῖ ἐκεῖσε πεσεῖν καὶ στρατηγοὺς ζ'. Ἀλλὰ καὶ ὁ Μανιάκης Γεώργιος ἐν Ἰταλίᾳ διάγων (παρὰ γὰρ τοῦ Βασιλείου ἐκεῖσε προπεμφθεὶς ἔτυχεν), εἰς ἀποστασίαν χωρεῖ καὶ τὰ παράσημα τῆς βασιλείας ἐνδύεται καὶ εἰς Σερβίαν ἔρχεται. Μανθάνει περὶ τούτου ὁ βασιλεύς, καὶ μὴ δυνηθεὶς διὰ γραμμάτων μεταποιῆσαι αὐτὸν, χεῖρα βαρεῖαν ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ· ποδάγρᾳ γὰρ ὁ βασιλεὺς συνεχόμενος καὶ παρὰ δεμνίοις ἀπαλοῖς κείμενος, δι' ἑαυτοῦ τοῖς τοιούτοις ἐφίστασθαι οὐκ ἠδύνατο. Πόλεμος οὖν ἐν τῷ Ὀστροβῷ συγκροτεῖται, καὶ αἰφνίδιον πίπτει τοῦ ἵππου ὁ Μανιάκης, πολλὰ πρότερον τοῦ στρατοῦ κατατρέχων. Τέμνεται τὴν κεφαλήν. Τῷ βασιλεῖ στέλλεται, καὶ μέγας ἐπὶ τούτῳ θρίαμβος γίνεται.

A rum fuisse perhibent, sed tamen liberalem ut omnes benignitatis ipsius fructum perciperent. Conspectus est id temporis cometa, qui ab oriente versus occidentem motu suo ferebatur totoque mense lucebat, altero post initum a Monomacho imperium anno. Portendebat autem calamitates illas mundi, quæ tunc imminebant. Quippe non ita multo post in Servia seditio concitata fuit, cujus compescendæ gratia litteras imperator ad Dyrrhachii præsidem dedit. Iis acceptis ille militum ad sexaginta millia cogit, et cum illis Triballorum regionem ingressus Serviosque parum prudenter adortus quadraginta hominum millia cum septem ducibus amittit. Præterea Georgius Maniaces, qui degebat in Italia, missus eo jampridem ab imperatore Basilio, defectionem molitus est; ac sumptis insignibus imperii ad Servios sese contulit. Iis rebus cognitis imperator, qui litteris ad Maniacem perscriptis ab instituto non posset hominem avertere, validam manum adversus eum misit. Etenim imperator podagræ morbo præpeditus et lecto affixus rebus hisce gerendis ipsemet adesse non poterat. Conserto autem ad Strobum prælio Maniaces ex equo subito lapsus est, et qui antea copias hostiles pervaserat, capite truncatus; quod imperatori cum missum fuisset, magnus eo nuntio triumphus institutus est.

Ἀλλὰ καὶ Θεόφιλος ὁ Ἐρωτικὸς στρατηγῶν ἐν Κύπρῳ, καὶ μαθὼν τὰ περὶ τὸν Καλαφάτην καὶ ὅτι σύγχυσιν ἔχει τὰ πράγματα, τοὺς Κυπρίους ὑπανάπτει καὶ εἰς ἀποστασίαν χωρεῖ. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς ἀποστείλας χειροῦται αὐτὸν, καὶ ἐν ἱπποδρομίᾳ θριαμβεύσας στολὴν ἐνδεδυμένον θήλειαν, καὶ πάντων ψιλώσας, ἀπέλυσε. Τότε δὴ, τότε καὶ ὁ πατριάρχης Ἀλέξιος καταλύει τὸν βίον, ἀναβιβάζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος, μοναχὸς ὤν.

Itidem Theophilus Eroticus, prætor Cypri, cum ea didicisset quæ Calaphatæ acciderant, resque Cpoli non parum habere turbarum cognovisset, ad seditionem Cyprios defectionemque sollicitando perpulit. Adversus eum misso imperator exercitu vivum hominem cepit, et sub triumphi specie in circo duc'um, muliebri amictu indutum, omnibus denique facultatibus nudatum dimisit. Hoc tempore Alexius patriarcha naturæ debitum persolvit, in cujus locum Michaelus cognomento Cerularius, solitariæ vitæ sectator, est substitutus.

Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν καιρὸν καὶ οἱ Σκύθαι, τοῦτ' ἔστιν οἱ Ῥωσοὶ, διά τινα μικρὰν πρόφασιν κατὰ τῆς βασιλίδος ὁρμῶσι στόλῳ βαρεῖ. Καὶ ὁ βασιλεὺς ὑπαντιάζει αὐτοῖς ἔν γε τῷ φόρῳ, καὶ οἱ τραπέντες ἐπαλινόστησαν, συμβολῆς γενομένης πλοίων καταγέντων καὶ ὡσεὶ χιλιάδες δεκαπέντε περὶ τὴν γῆν ἐκβρασθέντων, εἰ καὶ κατά τινα κόλπον τριήρεις Ῥωμαϊκαὶ δ ὡκουσαι τὰ αὐτὰ πεπόνθασι, τὸν ἀριθμὸν κ' καὶ δ' οὖσαι.

Sub eodem imperatore Scythæ quoque, qui Rossi sunt, de perexigua sane occasione magna classe urbem imperatoriam adorti sunt. Eis imperator in foro cum occurrisset, in fugam conjecti Rossi suam in patriam reverterunt. Etenim in conflictu eorum cum Romanis naves fractas haud paucas una cum quindecim fere millibus hominum amiserant. Idem tamen incommodi Romanis etiam triremibus, numero viginti quatuor, in sinu quodam maris accidit, dum navigia Rossorum incautius persequuntur.

Ἐν ἔτει ,ςφνβ', μηνὶ Μαρτίῳ 0', βουλεύεται ὁ βασιλεὺς ἀπελθεῖν εἰς προσκύνησιν τῶν ἁγίων μ'. Γίνεται οὖν δημοσία προπομπή. Ἔρχεται περὶ τὸν Χριστὸν τὸν χαλκοῦν. Καὶ τηνικαῦτα τὸ πλῆθος εἰς ἀποστασίαν χωρεῖ· φωνὴ γὰρ ἐκ μέσου αὐτοῦ ἐξεχύθη λέγουσα· « Ἡμεῖς τὴν Σκλήραιναν βασίλισσαν οὐ θέλομεν, οὐδὲ δι' αὐτὴν αἱ μάνναι ἡμῶν αἱ πορφυρογέννητοι Ζωὴ καὶ ἡ Θεοδώρα θανοῦνται. » Ταραχθὲν οὖν ἐπὶ πλέον τὸ πλῆθος ἐζήτει τὸν βασιλέα διαχειρίσασθαι, καὶ φθόρος ἂν εὐθέως οὐκ ὀλίγος ἐγεγόνει, εἰ μή γε προκύψασαι ἄνωθεν αἱ βασίλισσαι τὴν τοῦ πλήθους ὀργὴν κατεστόρεσαν. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄχων ὁ βασιλεὺς ἐν βασιλείοις ὑπο-

320 Anno mundi 6552, ad diem septimum Id. Mart. imperator suo quodam consilio supplicationis causa ire decrevit ad sanctorum quadraginta martyrum ædem. Eo nomine publica processione instituta, cum ad Christi templum, quod est in Chalce, pervenisset, populus seditionem concitare cœpit. Auditaque vox est de media plebe quæ hujusmodi verba proferret : «Nos Sclerænam imperatricem non tolerabimus, neque matres nostras purpurigenas, Zoen ac Theodoram, ejus causa necari patiemur.» Hoc modo tumultu in plebe maximo concitato, ad necem imperator deposcebatur. Et secuta sane mox fuisset hominum cædes haud exi-

gus, ni de loco sublimi prospectassent imperatrices ac multitudinis iracundiam blande compescuissent. Hoc modo factum ut præter animi sententiam et invitus imperator in regiam reverteretur Secundum hæc eum quædam aliæ curæ mundanæ excipiunt, atque inter motus et seditiones cæteras in Oriente coortas Leo quoque Tornicius, dignitate patricius Iberiæque prætor, tyrannidis affectatæ crimen subiit. Quapropter magistratu locoque suo motus raditur. Eam rem Leo parum æquo animo ferens, militibus Adrianopolitanis, præsertim iis qui ab imperatore contemptim habiti fuerant, aliisque nonnullis qui rerum novarum erant avidi, magno numero collectis, imperator renuntiatur, et mox suis cum copiis urbem imperatoriam versus properat. Ei cum imperator opponere non posset exercitum, quem satis magnum non habebat, nec civibus urbanis fideret, quos animo erga se parum benevolo esse norset, litteris ad Constantinum, quem rebus in Iberia gerendis præfecerat, datis imperat ut relictis rebus omnibus quas istic in manibus habebat, quanto cum exercitu posset maximo, Cpolim sese conferret. Atque hoc quidem ille fecit; verum priusquam copiæ ad urbem accessissent, non parum Tornicius turbarum dedit, tantopere conclusos in urbe de castris suis oppugnans ut imperator ipse propemodum sagitta configeretur. Deinceps Arcadiopolim Tornicius cum suis est profectus, nec magno temporis interjecto spatio exercitus orientales adfuerunt. Eis Jasita dux cum imperio præficitur, qui adversus auctorem defectionis movens suam illum in potestatem redigit. Hoc facto mox Leoni et Batazæ cuidam oculi eruuntur, reliquorum bona publicantur.

στρέφει. Μετὰ δὲ ταῦτα φροντίσι κοσμικαῖς ὑποπίπτει. Καὶ ἄλλαι μὲν ἀλλαχοῦ κατὰ τὴν ἕω συμβαίνουσιν ἀντιστασίαι, καὶ Λέων δὲ Τορνίκιος πατρίκιος, ὁ στρατηγῶν ἐν Ἰβηρίᾳ, ἐπὶ τυραννίδι διαβάλλεται. Παραλύεται οὖν τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπεχείρεται. Ὁ δὲ μὴ εὐψύχως ταῦτα ὑπενεγκών, τοὺς ἐν Ἀδριανουπόλει καὶ μᾶλλον ὅσοι παρεωραμένοι καὶ ἄλλους τινὰς νεωτερισμοῖς χαίροντας οὐκ ὀλίγους ἐπισυνάξας, βασιλεὺς ἀναγορεύεται καὶ κατὰ τῆς βασιλίδος χωρεῖ. Ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ ἔχων ἀντιστῆναι ἅτε δυνάμεως ἱκανῆς ἀπορῶν, γράφει τῷ ἐν Ἰβηρίᾳ προβληθέντι Κωνσταντίνῳ, ὅτι μηδὲ τοῖς πολίταις ἐθάρρει ἅτε μὴ διακειμένοις εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτὸν, τὰ ἐν χερσὶ πάντα καταλιπεῖν καὶ μετὰ δυνάμεως ὅτι πολλῆς εἰς τὴν βασιλίδα καταλαβεῖν. Ὁ δὴ καὶ γέγονε. Πρὸ δέ γε τοῦ ἐλθεῖν αὐτοὺς οὐ μικρῶς ὁ Τορνίκιος τὴν βασίλειαν διετάραξε, τοσοῦτον καταπολεμήσας ἐκ τῶν ἐκτὸς τοὺς ἐντὸς ὡς καὶ τὸν βασιλέα τόξου γενέσθαι παρὰ μικρὸν παρανάλωμα. Ἔκτοτε οὖν πρὸς Ἀρκαδίου πόλιν ἔρχεται. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ἐξ ἐφόδου τὰ στρατεύματα παρεγένετο. Στρατηγὸς οὖν φύλαξ ὁ Ἰασίτης προβάλλεται. Κατὰ τοῦ ἀποστάτου χωρεῖ, χειροῦται αὐτόν· καὶ παρευθὺς αὐτὸν μὲν ἐκτυφλοῦσι καὶ Βατάτζην τινὰ, τοὺς δὲ λοιποὺς δημεύουσι.

Ab eo tempore non desierunt in oriente Turci, ad occidentem Patzinacæ prædas agere ac Romanos bello petere. Tunc et Romanus Boilus sublimem ad dignitatis gradum subito fuit evectus. Nam cum festivus et urbanus esset, in notitiam imperatoris pervenit, et ab eo in pretio habitus consiliariis accensetur. Hinc tyrannidem affectans, 321 caute adjungit sibi quoscunque poterat. Sed his conatibus imperatori detectis, socii quidem conjurationis male accepti sunt, ipse vero exiguum ad tempus nonnihil statu suo deturbatus ad altiora rursum rediit. Hoc tempore princeps Ægypti elephantum et camelopardalim ad imperatorem misit. Conatus est etiam Monomachus Patzinacas prorsus e medio tollere. Quapropter copias undecunque contractas adversus illos misit. Verum ingenti a barbaris clade accepta rursus alium imperator exercitum collegit. Non tamen ad pugnam ventum, sed ictum utrinque fœdus in annos 30; quibus a bello abstineretur. Cum autem monasterium imperator, quod Maagana vocant, exstrueret et absque ulla parcimonia pecunias publicas expenderet, tantam ad egestatem pervenit ut nullam non cauponandi rationem excogitaret et exactiones absurdas inquireret. Itaque nonnullos homines injustos ærario rei publicæ præfecit, qui curam ejus gererent; eosque pacto pecunias iniquis redituum accessionibus amplas congessit. Præterea

Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ διέλιπον κατά γε ἀνατολὰς παρὰ Τούρκων καὶ κατὰ δύσιν παρὰ Πατζινακῶν λεηλασίαι καὶ πόλεμοι. Τότε καὶ Ῥωμανὸς ὁ Βοΐλος ὑψοῦται τὰ μέγιστα· ἀστεῖος γὰρ περὶ τὴν γλῶτταν ὢν καὶ εὐτράπελος γνωρίζεται τῷ βασιλεῖ, τιμᾶται, σύμβουλος καθίσταται. Εἶτα τυραννίδος ἐπιθυμεῖ, ὑπέρχεται καί τινας, ὅσους ἠδύνατο. Ἀλλ' ἐφωράθη ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ οἱ μὲν συνωμόται πάσχουσι κακῶς, αὐτὸς δὲ πρὸς μικρὸν ὑποκατιὼν πάλιν ἐπανάγεται. Τότε δὴ καὶ παρὰ τοῦ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντος στέλλεται πρὸς τὸν βασιλέα ἐλέφας ζῶν καὶ καμηλοπάρδαλις. Τότε καὶ σπουδὴν ἔθετο τοὺς Πατζινάκας τέλεον ἀναλῶσαι. Στρατὸν οὖν πανταχόθεν ἐπισυνάξας ἐκπέμπει κατ' αὐτῶν. Ἀλλὰ μέγα συμβαίνει κατὰ Ῥωμαίων ἐκεῖθεν τὸ ἀτύχημα. Ὅθεν καὶ ἕτερον αὖθις συλλέγει στρατόν. Πλὴν σπονδὰς πρὸς ἀλλήλους τίθενται καὶ τὰ τοῦ πολέμου λύονται μέχρι τριακονταετίας. Πρὸς τούτοις δὲ μοναστήριον τὰ Μάγγανα οἰκοδομῶν, καὶ ἀφειδῶς τοῖς χρήμασι χρώμενος, εἰς τοσαύτην ἦλασεν ἔνδειαν ὥστε καὶ πᾶσαν ἐπινοῆσαι διὰ τοῦτο καπηλείαν καὶ ἀτόπους εἰσπράξεις ἐφευρηκέναι. Φροντιστὰς οὖν ἀδίκους τοῦ δημοσίου ἐπιστήσας, ἐξ ἀδίκων πόρων συνέλεγε χρήματα. Κατοικεῖ δὲ καὶ τὸν Ἰβηρικὸν στρατὸν, ἀμφὶ τὰς ν' χιλιάδας ἀριθμούμενον, καὶ ἀντὶ στρατιωτῶν φόρους πολλοὺς ἀπὸ τῶν χωρίων ἐκείνων πορίζεται. Ἔνθεν τοι καὶ διὰ τὰς ἐκείνου κακίας καὶ ἀσωτίας τὰ τῶν Ῥωμαίων

πράγματα εἰς τὸ κατόπιν χωροῦσιν, εἰ καί τινα τῶν αὐτοῦ μνήμης ὑπάρχουσιν ἄξια. Ἡ γὰρ τῶν Μαγγάνων μονὴ καὶ οἱ ξενῶνες καὶ τὸ ἐπὶ τῇ Μιγάλῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ παρ' αὐτοῦ γεγονὸς ἐπαίνων οὐκ ἀμοιροῦσι. Δι' ἔνδειαν γὰρ μὴ δυναμένης ἱερουργεῖσθαι, ἐν σαββατοκυριάκοις γὰρ καὶ ταῖς ἐπισήμοις τῶν ἑορτῶν, τοῦτο οὖν ἰδὼν αὐτὸς καθ' ἑκάστην τοῦτο διὰ προσόδων γίνεσθαι φκονόμησε, φαιδρύνας αὐτὴν καὶ λαμπροῖς ἀναθήμασι.

A copiis Ibericis, quæ quinquaginta millibus hominum constabant, exauctoratis, militum loco de regionibus illis magna vectigalia collegit. Milites ubi dimissi fuissent, improbe nequiterque sese gerentes rem Romanam tanto detrimento affecerunt ut ea pessum irent. Quæ tam tamen a Monomacho facta sunt digna quæ litterarum monumentis memoriæ prodantur. Nam illud, de quo diximus, monasterium, et excipiendis hospitibus exstructæ ædes, et quod in Magna Dei ecclesia instituit, laudem merentur. Cum enim istic res sacra peragi propter inopiam redituum non posset extra quam singulis Sabbatis, diebus Dominicis aliisque festis insignibus, imperator hoc animadverso proventibus certis constitutis effecit ut sacrum ibi singulis diebus perficeretur, ipsa etiam ecclesia splendidis donariis exornata.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ (90) καὶ λοιμικὴ νόσος ἐπὶ τοσοῦτον ἐνέσκηψεν ὥστε τοὺς ζῶντας ἐκφέρειν τοὺς τεθνεῶτας μὴ δύνασθαι. Ἀλλὰ καὶ χάλαζα ῥήγνυται, μὴ ζῶα μόνον ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπους αὐτοὺς ἀποκτείνουσα. Ὁ μέντοι βασιλεὺς τῇ συνήθει κακίστῃ νόσῳ, τῇ ποδάγρᾳ δηλονότι, κακομοχθούμενος ἔκειτο ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ δομηθείσῃ μονῇ. Ὡς δὲ καὶ δι' ἕτερόν τι σύμπτωμα ὁ θάνατος ἤγγισεν, ὅ τε λογοθέτης, ὁ πρωτονοτάριος καὶ ὁ κανικλείου, σκεψάμενοι περὶ τούτου, στέλλουσιν ἀγαγεῖν Νικηφόρον τὸν πρωτεύοντα· ἔτυχε γάρ ποτε τὴν τῶν Βουλγάρων ἐξωσμένος ἀρχήν. Ἀλλὰ τοῦτο γνόντες οἱ τῇ Θεωδώρᾳ ὑπηρετούμενοι (ἡ γὰρ Ζωὴ προκατέλυσε τὸν βίον), εἰς τὸ παλάτιον αὐτὴν ἄγουσι καὶ ἀναγορεύουσιν αὐτοκρατόρισσαν. Ἐφ' ᾧ καὶ ἀποστείλαντες κατέσχον ἐν Θεσσαλονίκῃ τὸν πρωτεύοντα. Κἀκεῖθεν εἰς τὸ Θρᾳκήσιον ἄγουσι, καὶ ἐν τῇ μονῇ τοῦ Κουζινᾶ περιορίζουσιν. Ὁ μέντοι Μονομάχος θνήσκει καὶ παρὰ τῇ διαληφθείσῃ μονῇ θάπτεται.

B Exstitit hoc ipso Monomacho imperante tanta in urbe pestis, ut mortuis efferendis vivi non sufficerent. Grando quoque delapsa magno cum impetu non animalia modo, sed homines etiam interfecit. At imperator morbo sibi familiari, podagra nimirum, afflictus in exstructo ab se monasterio decumbebat. Cumque propter malum aliud quoque mors appeteret, logotheta cum protonotario et caniclei præfecto re deliberata, qui Nicephorum primatem arcesserent, mittit. Is Bulgaris cum imperio potestateque præerat. Verum famuli Theodoræ de hoc certiores facti (nam Zoe jampridem vita functa fuerat) eam in palatium deductam imperatricem renuntiarunt; missisque certis hominibus primatem Thessalonicæ interceptum abduci Thracesium curant et in Cuzinæ monasterium ineludi. Monomachus **322** autem mortuus in monasterio, quod ab ipso conditum fuisse diximus, sepelitur.

Κρατεῖ λοιπὸν ἡ Θεοδώρα ἔτος ἕν, καὶ τηνικαῦτα προβάλλεται· δομέστικον τῶν σχολῶν ἕνα τῶν εὐνούχων αὐτῆς ἐπὶ τῷ ἀναστέλλειν τῶν Τούρκων τὴν κατεδρομήν, παραλύσασα τῆς στρατοπεδαρχίας Ἰσαάκιον τὸν Κομνηνόν. Ἔφθασε γὰρ ὁ Μονομάχος ἐκεῖσε διαπεράσας τὰς Μακεδονικὰς δυνάμεις. Ἐν οἷς ἦν στρατηγὸς καὶ Βρυέννιος· λόγος γὰρ παρὰ τοῖς Τούρκοις ἐφέρετο ὡς ὑπ' ἐκείνων καταλυθήσονται μεθ' ὧν ὁ Ἀλέξανδρος τοὺς Πέρσας κατέλυσεν. Ὅλην τὴν ἰνδικτιῶνα θ' τοῦ ,ςφξδ' ἔτους βιώσασα ἡ βασιλὶς ἀπέθανεν, εἰλεοῦ νοσήματι περιπεσοῦσα. Οἱ δὲ ταύτης εὐνοῦχοι ἀναδιδάζουσι Μιχαὴλ γέροντα τὸν στρατιωτικὸν, ἀφιλῆ ἄνδρα ὄντα.

C D Imperium Theodora tenuit anno saltem uno; quod ubi occepisset, ex eunuchis suis quemdam domesticum scholarum constituit, qui Turcorum incursiones cohiberet, Isaacio Comneno, qui copiarum imperator erat, loco dignitateque sua submoto. Macedonicas quidem legiones jam ante Monomachus in Asiam trajecerat, quæ præter Comnenum etiam Bryennium prætorem habebant. Ejus rei causa fuerat, quod apud Turcos obtineret fama futurum ut ab iis everterentur, cum quibus Alexander Persas superasset. Imperatrix Theodora cum nonam indictionem anno 6564 totam in imperio exegisset, intestini tenuis morbo correpta vivendi finem fecit.

Κρατεῖ οὖν ὁ στρατιωτικὸς Μιχαὴλ ἔτος ἕν. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ εὐνοῦχοι ὡς ἄνευ αὐτῶν μηδέν τι γίνεσθαι. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκ Βυζαντίου μὲν ὥρμητο, στρατιωτικὰ δὲ μόνα μεταχειριζόμενος ἀφυὴς ἦν παντάπασι καταθωπεύειν λαόν. Τότε δή, τότε συνήθως ἔρχονται οἱ ἐξ ἐφας μεγιστᾶνες, ὅ τε μάγιστρος Ἰσαάκιος ὁ Κομνηνὸς, ὁ κεκαυμένος Κατακαλῶν καὶ ἕτεροι, ἐπὶ τῷ καὶ τιμῶν καὶ

Mox ejus eunuchi Michaelum, provectæ ætatis hominem, cognomento Militarem, ad dignitatem imperatoriam evehunt, qui uno tantum anno rebus præfuit. Factum est autem hoc ab eunuchis eo consilio potissimum, ut citra ipsorum auctoritatem nihil in republica gereretur. Originem generis imperator ex urbe Byzantio ducebat, et rebus tantum militaribus deditus prorsus ad demulcendos po-

(90) Cætera ad finem usque desunt in codice Vallicellano, quæ ex Augustano ac Bavarico edidimus comparata cum F.

puli animos ineptus erat. Sub initium imperii Michaeli proceres orientales, in quibus erant Isaacius Comnenus, dignitate magister, Catacalo Ambustus et alii, pro more prisco imperatorem adibant, ut ab ipso honores, dignitates consuetaque congiaria impetrarent. Eos imperator potius contumeliis affectos quam ornatos ab se munerum vacuos dimisit. Quapropter in magno Dei templo sub jurisjurandi religione data et accepta fide, communique consensu et suffragatione Comneno imperatore designato, domum quisque suam discesserunt. Illis rebus cognitis imperator maximis largitionibus sibi civium animos itemque gravissimis exsecrationibus obstringit, ut uno consensu pollicerentur nunquam se Comnenum admissuros, ipso etiam senatu consilium hoc unanimemque consensum approbante, ac scripto rem totam confirmante, quod imperium Michaeli propter ejus potentiam detrectare non auderent. Verum nihil hæc profuere; cum enim urbem Isaacius invaderet, imperator audito consilio patriarchæ imperio sponte sua cessit; quo facto Comnenus imperator est renuntiatus. Is duobus annis rem publicam administravit.

A ἀξιωμάτων καὶ τῶν συνήθων ὡρεῶν παρὰ τοῦ βασιλέως τυχεῖν. Ἀλλ' αὐτοὺς κενοὺς ἐκπέμπει, πλύνας μᾶλλον ὕβρεσιν αὐτούς. Ἐφ' ᾧ δόντες καὶ λαβόντες ὅρκους ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ καὶ συμφωνήσαντες τὸν Κομνηνὸν ἀναγορεῦσαι βασιλέα οἴκαδε ἀπῆεσαν. Διὰ γοῦν ταῦτα ὁ βασιλεὺς δωρεαῖς μεγίσταις τοὺς πολίτας ἐμπεδοῖ, καὶ ἀραῖς βαρείαις συμφωνοῦντας μὴ προσδέξασθαι τὸν Ἰσαάκιον, τῇ βουλῇ ταύτῃ καὶ ὁμολογίᾳ καὶ αὐτῆς συγκλήτου κατατιθεμένης· τῇ γὰρ ἐξουσίᾳ πειθαρχοῦντες καὶ γραμματείῳ ταῦτα βεβαιοῦσιν. Ἀλλ' εἰς οὐδὲν ὤνησε ταῦτα· τοῦ γὰρ Ἰσαακίου ἐπιθεμένου, καὶ τοῦ πατριάρχου συμβουλεύσαντος δῆθεν τῷ βασιλεῖ, αὐτὸς μὲν ἐξίσταται τῆς βασιλείας, ἀναγορεύεται δὲ ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος, καὶ
B κρατεῖ ἔτη β'.

Cumque consecutus imperium eo fuisset modo quo diximus, omnia fortitudini suæ accepta retulit, continuoque se imperatorio numismati sic insculpi curavit ut ensem manu teneret, nequaquam totius rei gloria Deo ascripta. Patriarcham una cum iis quos conspirationis socios habuerat, plurimum **323** honorabat; sed paullatim parcior esse cœpit, et superfluos ædium religiosis exercitationibus destinatarum reditus præcidit, relictis tantum iis quæ usibus hominum illorum sufficerent; quo facto
C docebat eos vitam inopem agendam esse, non deliciis affluentem. Cæterum patriarcha nimirum erga imperatorem confidens et audax, nonnunquam illum ad postulata quædam aliquanto duriora gravioraque parum propitium et facilem habebat. Quapropter eum pœnis diris subjecit, additis etiam comminationibus, hæc vulgo jactata verba proferens : « Ego te, furne, condidi, ego te destruam. » Cepit etiam consilium induendi tinctos coccineo colore calceos, cum diceret ita pontifices priscos factitare solitos, adeoque confirmaret idem juris in usurpandis illis sibi pontificem novi quoque sacerdotii non abs re vindicare posse : nihil enim esse discriminis inter regnum et sacerdotium volebat. Hæc ubi cognovisset imperator, potius aliquid
D in illum agendum quam exspectandum ab eo statuens, hominem exsilio multat; dumque moliretur a plius ut solio prorsus deturbaretur, diem suum patriarcha obiit. Quapropter imperator pœnitentia ductus honorifice illum in urbem deportari curavit; cum quidem universi vehementer ob prodigium quoddam obstupescerent. Nam dextra patriarchæ manus crucis in modum sic conformata, ut esse denuntiabat, immobilis mansit, per mortem corporis minime mutata. Suffectus est in ejus locum alius patriarcha, nimirum Constantinus præses et protovestiarius, cognomento Lichudes; cujus liberalem ac munificam manum solertemque providentiam nemo non expertus fuit.

Τούτῳ μὲν οὖν τῷ τρόπῳ τὴν βασιλείαν ἀναζωσάμενος, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀνδρείᾳ τὰ πάντα λογισάμενος, αὐτίκα τῷ βασιλικῷ νομίσματι σπαθηφόρος διαχαράττεται, μὴ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιγράψας. Τὴν πατριάρχην τὰ μέγιστα τιμᾷ καὶ τοὺς συναραμένους αὐτῷ. Ἀλλὰ φειδωλίας κατάρχεται, τὰ τῶν φροντιστηρίων περιττὰ ἀποκόπτει, μόνα τὰ ἐπαρκοῦντα τούτοις ἀφείς, ἀκτημοσύνην δῆθεν αὐτοὺς ἐκδιδάσκων, καὶ μὴ βίον εὐλαβεσμένον ζῆν. Ὁ δὲ πατριάρχης ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ πλεῖστα θαῤῥῶν οὐκ εἶχεν ἐπικλινῆ ταῖς αὐτοῦ ἔστιν ὅτε αἰτήσεσι φορτικαῖς ἄτε πολλάκις οὔσαις· οὐκοῦν ἐπιτιμίοις ἀποτροπαίοις ὑποβάλλει αὐτὸν, ναὶ μὴν καὶ ἀπειλαῖς, τὸ δημοκοπούμενον τοῦτο λέγων, « Ἐγώ σε ἔκτισα, φοῦρνε· ἐγώ σε καὶ καταλύσω. » Βουλεύεται δὲ κοκκοβαφῆ περιβαλεῖν πέδιλα, τῆς παλαιᾶς ἱερωσύνης φάσκων εἶναι τὸ τοιοῦτον ἔθος, καὶ θεῖν τούτοις κἀν τῇ νέᾳ κεχρῆσθαι τὸν ἀρχιερέα· ἱερωσύνης γὰρ καὶ βασιλείας τὸ διαφέρον οὐδέν. Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ δέον κρίνας δρᾶσαι μᾶλλον ἢ παθεῖν, ἐξορίζει τὸν πατριάρχην. Ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν μελετῶντος ἐκείνου ὁ πατριάρχης τελευτᾷ. Ταύτῃ τοι καὶ μετανοίᾳ χρησάμενος ὁ βασιλεὺς ἐντίμως ἐπανάγει αὐτὸν, πάντων ἐκπλαγέντων ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι τότε θαύματι· ἡ γὰρ τοῦ πατριάρχου δεξιὰ χεὶρ σταυροειδῶς σχηματισθεῖσα, ὡς ἡνίκα τὴν εἰρήνην ἐπεφώνει τῷ λαῷ, μεμένηκεν ἄτρεπτος, μὴ συναλλοιωθεῖσα τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος. Προχειρίζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης Κωνσταντῖνος πρόεδρος ὁ Λειχούδης, πρωτοδεστιάριος ὤν· οὗ τῆς μεγαλοδώρου χειρὸς καὶ ἱκανῆς προνοίας οὐδεὶς ἔξω μεμένηκε.

Secundum hæc Ungricæ Patzinacarumque nationes turbas dedere, contra quas egresso cum copiis imperatore, cruentisque pacem expetentibus, pars solebat id temporis quo pacem populo clara voce

Μετὰ δὲ ταῦτα ταράσσεται τὸ Οὐγγρικόν. Ἐξέρχεται κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ πάντες μὲν σπένδονται, μέρος δέ τι Πατζιναικὸν χεῖρας δοῦναι

οὐκ ἤθελεν, ἐφ' ᾧ καὶ ἄρδην ἀπόλλυται. Ὑπὸ τὸν Αἰβιτζὸν δὲ σκηνοῖ ὁ βασιλεὺς, καὶ ὑετοῦ καὶ νιφετοῦ πολλοῦ καταῤῥαγέντος μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, ἡμέρᾳ τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλης, πολὺς τοῦ στρατοῦ γέγονε φθόρος. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπὸ δρῦν ἔστη τινὰ σκέπης ἕνεκεν, μετ' οὐ πολὺ δὲ ἠχῆς γενομένης ἐκ τῆς δρυὸς πρόεισι μικρὸν ὁ βασιλεὺς ὡς μὴ τῷ μέλλει ταύτης καταλαμβάνεσθαι, καὶ ῥιζόθεν αὐτὴ ἀνασπασθεῖσα ὑπτία τῇ γῇ καταπίπτει. Ὅθεν ἐνοήσας ὁ βασιλεὺς γέγονεν, ἰδὼν ὅθεν ἐῤῥύσθη. Ἦν δὲ οὐκ ἀγαθὸς οἰωνὸς τὸ συμβὰν, προοίμιον δὲ τῶν ἐπισυμβησομένων αὐτῷ.

A quædam Patzinacicæ gentis manus dare noluit, eaque pertinacia sua consecuta fuit ut prorsus exscinderetur. Hinc imperatore sub Libitzæ castra locante, cum pluviæ nivesque delaberentur inexplicabili cum impetu, idque Septembri mense, die Theclæ martyrum principis, ingens exercitui clades et interitus accidit. Cumque tegendi sui causa sub quercu imperator subsisteret, non multo post vox quædam e quercu fuit exaudita; qua percepta tantum inde fuit digressus, quantum satis esset ad evitandam illius longitudinem, ne ab ea contingeretur. Eo facto radicitus evulsa in terram supina

corruit. Imperator videns quanto periculo liberatus portendebat infaustum aliquid hoc ipsum quod ipsi eventura erant.

esset, rei novitate perculsus obmutuit; et revera acciderat, initium scilicet eorum exsistens quæ

Μετὰ δὲ ταῦτα κυνηγεσίοις ἐψυχαγωγεῖτο περὶ αὐτὴν τὴν Νεάπολιν. Περὶ δὲ ὥραν ἀρίστου φῶς ἀστραπηβόλον τοῖ; τόποις ἐκείνοις ἐνέσκηψε. Χοῖρος δέ ποθεν φανεὶ; ἐφ' ἑαυτὸν τὸν βασιλέα ἐπεκαλέσατο· ὃν ἐπιδιώκων ὁ βασιλεὺς ἄχρι καὶ θαλάσσης ἐξήλαυνεν. Ὡ; οὖν ὁ χοῖρος τὴν θάλατσαν εἰσδὺς ἀφανὴς ἐγένετο, ὁ βασιλεὺς εὐθὺς τῷ ἀστραπηβόλῳ φωτὶ λῃφθεὶς τοῦ ἵππου τε ἀπεσφαιρίσθη καὶ ἀφρίζων κατὰ γῆν ἐκυλίετο· ἐμβληθεὶς οὖν ἀκατίῳ πρὸ; τὰ βασίλεια διεσώζετο. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ κακουχούμενος ἐπὶ πολὺ μετανοίᾳ χρᾶται, καὶ τῆς βασιλείας, ἧ; ἀδίκως ἐπελάβετο, ἐκὼν ἐξίσταται, καὶ ταύτην ἑτέρῳ δίδωσι, ῥάκια ἀμφιέννυται καὶ τῇ μονῇ τοῦ Στουδίου ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι. Τοσαύτῃ ταπεινώσει καὶ πρός γε τὸν προεστῶτα ὑποταγῇ ἐχρᾶτο ὡ; καὶ θυρωρὸν αὐτὸν γενέσθαι. Λέγεται δὲ σωφρονέστατον αὐτὸν εἶναι. Στρατοπεδάρχου γὰρ ὄντο; αὐτοῦ καὶ νιφρίτιδι συσχεθέντος ὡ; καὶ πάρεργον πάντη γενέσθαι, συνεβούλευον οἱ ἰατροὶ μετὰ μυρίας ἄλλας ἐπαγωγὰς καὶ γυναικὶ χρήσασθαι. Ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Εἰπόντων δὲ, « Εἰ μὴ τοῦτο ποιήσει;, ἀνάγκη σοι καυτηρίᾳ χρήσασθαι κἀντεῦθεν ἀπαιδίᾳ συσχεθῆναι, » — « Ἀρκοῦσί μοι, » ἔλεγεν, « ὁ Μανουὴλ καὶ ἡ Μαρία, οἱ ἤδη μοι χάριτι Θεοῦ γενόμενοι· τούτων μὲν γὰρ ἄνευ τυχεῖν ἔστι τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, σωφροσύνης δὲ δίχα οὐδεὶς ὄψεται τὸν Θεόν. » Ἐπὶ τούτοὶς δὲ καὶ ἡ βασιλὶς Αἰκατερῖνα καὶ ἡ θυγάτηρ Μαρία παρὰ τῇ μονῇ τοῦ Μυρελαίου διῆγον ἀσκητικὸν βίον βιοῦσαι. Θνήσκει ὁ βασιλεύς. Σορῷ κατατίθεται, ἥτις καὶ πλησθεῖσα ὕδατος ὑπονοεῖν ἅπασι δέδωκεν ὅτι δίκην ἐνταῦθα ἔτισε διά γε τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, τὰς τῆς συγκλήτου ἀποστερήσεις, τὰς τῶν μοναστηρίων, ὡ; ἄνωθεν εἴρηται, καθαρπαγὰς, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Θάπτεται δὲ τῇ μονῇ τοῦ Στουδίου, καὶ Αἰκατερῖνα μετονομασθεῖσα Ξένη.

B **324** Recreabat autem ab eo tempore se venationibus circa Neapolim, cumque prandii adesset hora, fulgetra locis iis exstitit, et aper alicunde prorumpens imperatorem contra se provocavit. Eum ille persequens ad ipsum usque mare pervenit. Apro autem mare ingresso et evanescente, mox imperator luce quadam perfusus, quæ fulguri consimilis esset, ex equo corruit et ore spumam rejiciens humi jacuit. Inde conjectus in piscatoriam quamdam naviculam salvus in regiam delatus fuit; atque hoc modo graviter afflictus, et anteactorum pœnitentia ductus, imperio, quod injuste occuparat, sponte sua cessit, alterum sibi substituit, lacernam induit, in Studii monasterium se contulit. Ibi tam submisse ac obedienter erga monasterii præfectum se gerebat, ut etiam ostiarii munus sibi mandatum obire non detrectaret. Perhibetur etiam castissimus fuisse. Nam cum adhuc copiarum ducis munere fungeretur, et renum doloribus tantopere cruciaretur ut omnino viribus amissis languesceret, post adhibita infinita remedia consulebant ei medici ut mulieris amplexibus uteretur, quo ipso consecuturus esset ut etiam orbitas liberum minus ei pertimescenda foret. Tum ille : « Sufficiunt, inquit, mihi Manuelus et Maria, quos Dei gratia procreatos habeo. Nam absque liberis Dei regnum adipisci licet : at sine castitate nemo Deum conspecturus est. » Posteaquam Isaacius monasterium ingressus fuisset, etiam imperatrix Hæcaterina cum Maria filia se in mansionem Myrelæi contulerunt, ibique vitam religiosis exercitiis deditam exegerunt. Cum autem naturæ debitum persolvisset imperator et in sepulcrum fuisset conditus, accidit ut illud aqua deinceps repletum suspicionem mortalibus præberet eum pœnas in hac vita luisse propter susceptum bellum intestinum, ademptionem munerum

C

D

senatui debitorum, monasteriorum, ut supra indicatum est, direptorum spoliationes aliaque talia facinora. Sepultus est in mansione Studiana, uxor autem Hæcaterina in ea quæ mutato nomine dicta est Xene.

Κρατεῖ δὲ μετὰ τὸν Κομνηνὸν Κωνσταντῖνος πρόεδρος ὁ Δούκας ἔτη ζ', ἐπιεικὴς ἀνὴρ καὶ μέτριος, τὴν σύγκλητόν τε καὶ τὸ δημοτικὸν τιμῶν ἀξιώσας. Ἐπανορθοῖ δὲ καὶ τοὺς ἐκπεσόντας τῶν εἰκείων τιμῶν παρὰ τοῦ Κομνηνοῦ. Ἀπῆλθέ ποτε

Post Comnenum Constantinus præses, cognomento Dux, annis septem imperio potitus est, vir æquitatis studiosus et moderatus, qui tam senatorios quam plebeios homines ad honores provexit. Idem restituit eos in integrum qui dignitatibus suis

a Comneno spoliati fuerant. Accidit aliquando ut ad celebrandam magni martyris Georgii memoriam se conferret ad Manganorum monasterium. Eo tempore sunt agitata quædam in ipsum consilia: nam viri principes statuerant illum mari reversurum in regiam aquis submergere ac suffocare; quæ tamen insidiæ prorsus irritæ fuerunt, consiliis eorum detectis. Erat autem hic Ducas alia nulla **325** re magis occupatus quam ut semet exerceret in orationibus ejus generis, quibus utuntur secretarii principum, itemque forensibus et sycophanticis. Quo fiebat ut tam frequenter assideret in judiciis ubi causæ agebantur, ut ipsi etiam milites imperatoris exemplum imitati deserto rerum bellicarum studio perdiscendis orationibus judicialibus incumberent. Ea res Turcos incitavit ut Romanorum fines invaderent, citraque periculum omnia passim agerent ferrent. In hoc statu rerum Orientis Unica natio versus Occidentem, quæ inter Scythas numeratur et Patzinacarum facile nobilissima est, cum hominum ad sexcenta millia Istrum trajecit, incursionem hostilem Romanis longe gravissimam minitata. Cum ea de re certior factus fuisset imperator, homo pecuniarum avidissimus, qui vel obolum quantivis æstimaret, exercitu satis amplo nequaquam instructus Chœrobaccbos proficiscitur, non plures secum abducens quam centum quinquaginta milites. Attamen ipsius mandato cuncti jejunio, precibus, supplicationibus Deum placare jussi sunt. Quæ res effecit ut non multo post de Barbarorum exitio, qui fame ac peste beneficio divinæ providentiæ confecti perierant, nuntius afferretur. Acciderunt hæc anno imperii Constantini sexto, quo ipso itidem anno, Septembri mense, secunda noctis vigilia, terræ motus ingens exstitit multoque maxime terribilis omnium qui unquam fuissent, ita ut ædes ac templa subverterentur, neque tantum in urbe Cpoli hoc usuvenirel, sed etiam apud Rhedestum, Panium, Myriephytum, magna hominum multitudine per hanc succussionem oppressa. Cyzici quoque fanum illud gentile, dignum admiratione, quassatum magna ex parte corruit, quanquam longe firmissimos muros haberet. Consimilia quædam acciderant Nicææ, succussis sanctorum Patrum et sanctæ Sapientiæ templis. Ibidem mœnia de fundamentis ipsis mota corruerunt. Erant hæ peccatorum pœnæ iræque divinæ indicia; quibus indicatæ nationis incursio et clades portendebatur; nam per prodigia divinitus profecta non præsentia modo sed etiam futura declarantur atque prædicuntur. Eodem hoc tempore cometa quoque post solis occasum conspectus est, qui fumum et fuliginem emittere videbatur, sequenti vero radiisque versus Orientem directis ad quadraginta

A κατὰ τὴν μνήμην τοῦ μεγαλομάρτυρος Γεωργίου ἐν τῇ μονῇ τῶν Μαγγάνων, αἶδοῖ τοῦ ἁγίου. Καὶ τηνικαῦτα βουλὴ κατ' αὐτοῦ· διὰ θαλάττης γὰρ ἐπανελθεῖν πρὸς τὰ βασίλεια μέλλοντα ἀποπνῖξαι αὐτὸν ἐμελέτων οἱ προὔχοντες. Ἀλλ' οὐδὲν ἤνυσαν· ἐγνώσθη γὰρ ἐκείνων τὸ βούλευμα. Ὁ δὲ Δούκας οὐδενὸς ἄλλου ἐφρόντιζεν ἢ λόγων σεμνοτικῶν, δικανικῶν, συκοφαντικῶν, ἐφ' ᾧ κἂν ταῖς δίκαις προεδρεύων ἦν ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς στρατιώτας τὰ στρατιωτικὰ καταλεῖψαι καὶ λόγους δικανικοὺς ἐκπαιδεύεσθαι, ὃ δὴ καὶ τοὺς Τούρκους ἠρέθισε κατὰ Ῥωμαίων χωρεῖν καὶ ἀδεῶς τὰ ἐκείνων λῃΐζεσθαι. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἀνατολὴν οὕτως εἶχε. Κατὰ δέ γε τὴν δύσιν ἔθνος Οὐζιτων (Σκύθαι δὲ οὗτοι) καὶ τῶν Πατζιναικῶν οἱ εὐγενέστεροι τὸν Ἴστρον διαπεραιώσαντες, ὡσεὶ μυριάδες ξ', καταδρόμην ὅτι πολλὴν τῶν Ῥωμαίων ἠπείλουν. Μανθάνει ταῦτα ὁ βασιλεὺς, καὶ οἷα φιλοχρήματος καὶ τὸν ὁβολὸν παντὸς προτιμῶν, κἀντεῦθεν μηδὲ στρατὸν ἀξιόλογον ἔχων, ἐξέρχεται εἰς Χοιροβάκχους, μεθ' ἑαυτοῦ φέρων οὐχὶ πλείους; ἢ ρν' στρατιώτας. Πλὴν κελεύσει αὐτοῦ νηστείαις καὶ προσευχαῖς καὶ λιτανείαις πρὸς Θεὸν πάντες ἐχρήσαντο, ἐφ' ᾧ καὶ μετ' οὐ πολὺ ὁ τῶν βαρβάρων μηνύεται ὄλεθρος, λοιμῷ καὶ λιμῷ θείᾳ προμηθείᾳ κατεργασθέντων αὐτῶν. Ταῦτα δὲ συνέβη ἔτος ἕκτον τοῦ Κωνσταντίνου βασιλεύοντος. Περὶ δέ γε τοῦ ἔτους τούτου κατὰ Σεπτέμβριον μῆνα περὶ δευτέραν νυκτὸς φυλακὴν σεισμὸς ἐξαίσιος γέγονεν, τῶν πώποτε γενομένων ἐκπληκτικώτερος, ὡς καὶ οἰκίας καὶ ναοὺς ἀνατρέψαι. Καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ Ῥαιδεστὸν Πάνιόν τε καὶ τὸ Μυριόφυτον τὰ αὐτὰ γεγόνασιν, ὡς καὶ φόνον ἀνθρώπων πολὺν γενέσθαι. Καὶ ἐν Κυζίκῳ δὲ τὸ Ἑλληνικὸν ἐκεῖνο καὶ θαυμάσιον ἵδρυμα κατεσείσθη τε καὶ πλεῖον μέρος κατέπεσε, καὶ ταῦτα ὀχυρώτατον ὄν. Τὰ αὐτὰ τούτοις καὶ κατὰ Νίκαιαν γέγονε· κατεσείσθησαν γὰρ ὅ τε τῶν ἁγίων Πατέρων ναὸς καὶ ὁ ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Σοφίας, καὶ αὐτὰ τὰ τείχη ἐκ βαράθρων αὐτῶν κατεπεπλώκασι. Καὶ ταῦτα μὲν καὶ ἁμαρτημάτων εἰσπραξις καὶ θεῖος χόλος ἐτύγχανεν, ἠμύνετο δὲ καὶ τὴν τοῦ ῥηθέντος ἔθνους ἐπέλευσιν καὶ κατάλυσιν· ἐν γὰρ ταῖς θεοσημείαις οὐ τὸ ἐνεστὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον προθεωρεῖται καὶ προσημαίνεται. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν καὶ κομήτης ἐφάνη κατόπιν ἡλίου δύνοντος, τὸ μέγεθος σεληναῖον φέρων, καὶ ἐδόκει μὲν γυναικαῦτα καπνὸν καὶ ὁμίχλην ἐκπέμπειν, ἐν δὲ τῇ ἑπιούσῃ ἤρξατο προδεικνύειν βοστρύχους τινὰς, τὰ; δὲ ἀκτῖνας πρὸς ἑῷαν ἐπέτεινε, μέχρι; ἡμερῶν μ' φαίνων.

magnitudine sua lunam æquabat, ac initio quidem die capillos quasi quosdam ostentare cœpit, die apparuit.

Constantino patriarcha mortuo Joannes Xiphilinus monachus in ejus locum suffectus est, vir omnino propter eloquentiam, doctrinam, prudentiam, virtutem admirandus. **326** Trapezunte oriundus vitam in Olympo religiosis exercitiis deditam ege-

Κωνσταντίνου δὲ πατριάρχου τελευτήσαντος; Ἰωάννης μοναχὸς ὁ Ξιφιλῖνος προχειρίζεται, τὰ πάντα θαυμαστὸς, λόγῳ σοφίᾳ καὶ συνέσει καὶ ἀρετῇ. Ἐκ Τραπεζοῦντος μὲν ὁρμημένος, ἀσκητικῷ; δὲ κατ' Ὄλυμπον ζῶν, ἐφ' ᾧ καὶ βίᾳ πρὸς τὴν

ἀξίαν ἕλκεται ἅτε τῶν ἄλλων ἔκκριτος ὤν. Ὁ δὲ βασιλεὺς νόσῳ τηνικαῦτα περιπίπτει καὶ τὸν βίον ἐξάγει. τῆς ὁσίας αὐτοῦ γενομένης ἐν τῇ μονῇ ἣ καλεῖται Μολιβωτόν. Ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες ἐξ Εὐδοκίας τῆς βασιλίδος, ἣν ἰδιωτεύων ἠγάγετο, Μιχαὴλ Ἀνδρόνικος καὶ Κωνσταντῖνος, ὃς καὶ πορφυρογέννητος ἦν, πρὸς τούτοις δὲ Ἄννα Θεοδώρα καὶ Ζωή.

Τελευτῶν δὲ πάντας ἀπῄτησεν ἔγγραφον ὡς οὐκ ἄν ποτε παρὰ τοὺς αὐτοῦ παῖδας βασιλέα ἕτερον διαδέξονται, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν βασίλισσαν Εὐδοκίαν, ὡς οὐκ ἂν πρὸς δεύτερον ἀπίδοι συνοικέσιον, ἐφ' ᾧ κράτει σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ μῆνας ζ', καὶ τοῦ ἐγγράφου ἀπαρτισθέντος, καὶ εἰς φυλακὴν τῷ πατριάρχῃ δοθέντος. Εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα, καὶ οἱ Τοῦρκοι πάλιν πᾶσά τε ἡ ἀνατολὴ ἐκυμαίνετο. Λέονται λοιπὸν βασιλέως τὰ πράγματα, ἐφ' ᾧ καὶ ψηφίζεται μὲν Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης καὶ ἕτεροι πολλοί· νικᾷ δὲ ὅμως ἡ θεία βουλή, καὶ βασιλεὺς ἀναγορεύεται ὁ Βεστάρχης Ῥωμανὸς ὁ Κωνσταντίνου τοῦ Διογένους υἱός, εἰ καὶ πρότερον ἐπιβουλεύσας τῷ βασιλεῖ κάντεῦθεν δεσμηθεὶς καὶ ἐλεγχθεὶς, εἶτα παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῦ κινδύνου λυτρωθείς.

bat; unde vi pertractus est ad hanc dignitatem, tanquam inter alios eximius. Imperator autem morbo correptus vitaque functus in eo monasterio religiose mandatus humo fuit, quod Molibotum nuncupant. Liberos ex imperatrice Eudocia, quam privatus duxerat, hos habuit, Michaelum, Andronicum et Constantinum purpurigenam, itemque præter hos Annam, Theodoram et Zoen.

Cum spiritum extremum duceret, ab omnibus scriptam cautionem exegit, qua pollicerentur nunquam se imperatorem ullum admissuros extraquam filios suos; et imperatricem ipsam promittere coegit nunquam se respecturam ad alteras nuptias. Hoc modo illa cum filiis imperium septem mensibus administravit. Scripta cautio fidei patriarchæ credita, ejusdem studio custodiebatur. Eo rerum statu rursum Turci et oriens universus tempestates ingentes concitabant; de quo intelligi poterat imperatoris opera rei publicæ opus esse. Quapropter nonnulla quidem nactus est suffragia Nicephorus Botaniates aliique complures; sed vicit tamen vis divini consilii, cujus impulsu renuntiatus est Imperator Romanus Vestarches, Constantini Diogenis filius; quanquam antehac imperatori fuisset insidiatus, eaque de causa vinculis constrictus, quæstionibus subditus, convictus, et præter omnem denique spem periculo liberatus.

Κρατεῖ ὁ τοιοῦτος Ῥωμανὸς ἔτη γ' μῆνας η'. Ἡ μέντοι βασιλὶς θέλουσα μὲν συζευχθῆναί τινι τῶν ἐπιφανῶν, δεδοικυῖα δὲ διά γε τὸ ἔγγραφον καὶ τοὺς ἐνυπογράψαντας αὐτῷ, ἔγνω δεῖν ὑπὲρ γυναῖκα φρονῆσαι καὶ δόλῳ τὸν πατριάρχην ὑπελθεῖν. Κοινοῦται τὸ πρᾶγμά τινι τῶν πρὸς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδείων. Τί γοῦν; Ἀδελφὸς ἦν τῷ πατριάρχῃ Βάρδας τοὔνομα. Πρόσεισι γοῦν τῷ πατριάρχῃ ὁ τομίας, ἀπαγγέλλει αὐτῷ μυστικῶς τὰ τοῦ πράγματος· « Εἴγε οἰκονομία τις γένηται περὶ τοῦ ἐγγράφου, ὁ σὸς ἀδελφὸς τῇ βασιλίδι μίγνυται καὶ βασιλεὺς ἀναγορεύεται. » Κατέχεται οὖν ἐντεῦθεν ὁ πατριάρχης, καὶ ἕνα καθ' ἕνα τῆς συγκλήτου μετακαλούμενος ἔπειθε πάντας ὡς παράνομον τὸ ἔγγραφον, καὶ διὰ ζῆλον ἑνὸς ἀνδρὸς τὸ Ῥωμαίων οὐ χρὴ καταβλάπτεσθαι· ἀναγκαῖον οὖν τὴν βασιλίδα ζευχθῆναι ἀνδρὶ ὡς ἀναθηλήσαι καὶ αὖθις τὰ πράγματα. Ὡς οὖν ἔσχε πάντας συμψήφους ὁ πατριάρχης, ἔνοπλος ὁ Διογένης εἰς τὰ βασίλεια ἔρχεται καὶ τῇ βασιλίδι συζεύγνυται, καὶ οὕτω τῶν σκήπτρων ἐγκρατὴς γίνεται. Εἶχεν ἐφέδρους τούς τε προγόνους αὐτοῦ καὶ Καίσαρα τὸν τοῦ προβεβασιλευκότος ἀδελφόν. Καὶ τηνικαῦτα τὰ κατὰ τὴν ἑῴαν μανθάνει, καὶ κατὰ τῶν Τούρκων χωρεῖ καὶ εἰς Σεβάστειαν ἐλθὼν καὶ ἔνθεν κἀκεῖθεν παραγενόμενος μεγάλα κατὰ τῶν Τούρκων ἔστησε τρόπαια. Ὑποστρέφει πρὸς τὴν βασιλίδα. Καὶ τὰς συνήθεις ῥόγας τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ λαῷ ποιησάμενος ἐκστρατείας καὶ αὖθις ἐφάπτεται, μηδὲ ἑβδόμας τὰς πασχαλίας ἡμέρας καρτερήσας. Καὶ τοῖς Τούρκοις ἔνθεν κἀκεῖθεν πολλὰ συμπλακεὶς, καὶ ποῦ μὲν εὐτυχῶν, ποῦ δὲ ἀτυχῶν, τὴν βασιλίδα καταλαμβάνει, τὸν Κομνηνὸν δὲ Μανουὴλ πουροπαλάτην τιμήσας μετὰ καὶ παντὸς τοῦ

Imperio triennium cum mensibus octo potitus est. Imperatrix autem nubere cuidam ex viris illustribus volens, cum ob scriptam cautionem et illos qui cautioni subscripserant in metu versaretur, tandem aliquid supra naturam muliebrem audendum et dolo patriarcham circumveniendum esse decrevit. Itaque rem cum quodam ad hujusmodi molitiones idoneo communicat. Quid inde factum? Erat patriarchæ frater, nomine Bardas. Hoc cum sciret ille spado cum quo communicasse consilia sua imperatricem diximus, patriarcham accedit, secreto rem totam ei renuntiat, fieri nimirum posse ut si quidem aliqua dispensatio nomine cautionis intercederet, frater ejus in complexum imperatricis perveniret ac deinde imperator designaretur. Hac arte captus patriarcha sigillatim senatoribus ad se vocatis persuadet scriptam illam cautionem ab æquitatis ratione prorsus alienam esse, nec ob unius hominis æmulationem concedi debere ut Romana res publica detrimentum caperet, sed potius ita poscente necessitate tradendum in matrimonium alicui viro imperatricem, ut hoc modo res publica pristino statui restituta vicissim floresceret. His verbis cum omnes patriarcha suam in sententiam perduxisset, Diogenes armatus regiam ingressus est, ac **327** imperatrice sibi copulata sceptris potitus. In nuptiis assessores habebat privignos suos et Cæsarem, ejus fratrem qui ante ipsum regnaverat. Mox autem ubi de statu Orientis accepisset, exercitum contra Turcos duxit. Cumque Sebasteam pervenisset ac hinc inde cum copiis itaret, magna de Turcis tropæa statuit, indeque reversus ad urbem imperatoriam, usitatis

largitionibus, quas rogas vocant, in senatum populumque factis, rursus ad expeditionem se comparavit, ne paschalibus quidem diebus in urbe moratus. Ubi frequenter et variis in locis manus cum Turcis conseruisset, ac partim fortuna fuisset usus prospera partim adversa, in urbem rediit, et Manuelum Comnenum dignitate Curopalatis ornatum universis cum copiis adversus Turcos emisit. Ex eo tempore multæ calamitates Romanis acciderunt. Nam cum forte manus utrinque consererentur, Manuelus ipse captus est et universus exercitus ad internecionem cæsus. Sed tamen Turcus ille qui Manuelum ceperat, metu quodam perculsus ideoque partibus sultani desertis, sponte sua cum Manuelo ad imperatorem transfugit. Has ob causas imperator iterum expeditionem instituit; cumque trajecisset ad Hiereorum palatia, columba quædam alicunde subito apparuit, non illa quidem prorsus alba, sed ad nigredinem vergens. Ea triremem imperatoris circumvolans ab eo manibus capta est, et ad imperatricem missa. Parum hæc belli felicem exitum imperatori portendere visa fuit. Ubi solvisset hinc imperator, non ad clarum aliquem locum pervenit, sed ad eum qui Helepolis dicitur. Rusticiores Eleinopolim vocant, quasi dicas oppidum miserabile. Hoc quoque pro omine infausto habitum. Præter hæc aliud quiddam hujusmodi accidit. Lignum illud quod imperatoris tabernaculum sustinebat, fractum effecit ut ipsum quoque tabernaculum collaberetur. Hinc ulterius imperator Orientem versus progrediens, quod prodigiis hisce territus nonnihil sibi metueret, in regionibus sublimioribus cum copiis stationes habebat. Enimvero ne illis quidem in locis omina concurrere desinebant. Quippe domunculam quamdam, in qua se quieti dederat, ignis hinc inde corripuit, et equos armisque tegendis factas vestes exussit. Post hæc amnem Halym trajiciens ad interiora progreditur. Ibi vero in eum hostes castra movent, quos ipse sultanus consecutus a tergo recta in imperatorem duxit. Cum autem in eum paratum, ceu credi par est, incideret, ac deinde fugam faceret, quod imperatoris impetum sustinere non posset, cum suis imperator sultanum persequebatur, eumque satis diu consectatus tandem subsistens ulterius progredi desinebat, ne forte quid inopinatum ipsi accideret.

328 Quapropter etiam imperatoris vexillum recedebat. Legiones eo discessu conspecto, cum victum esse cogitarent imperatorem, hinc inde dissipabantur. Hac re sultano significata factum est ut prius in fugam acti jam vicissim persequentes se persequerentur. Quid inde? Manus utrimque conseruntur, et imperatorem ipsum sultaniei aggrediuntur. Ille vero tanquam vir bellicis in rebus animosus, hostibus egregie semet opponit manibusque suis complures interficit. Inde pugnanti manus vulneratur et equus jaculo confligitur. Nihilominus etiam pedes animose fortiterque resistit. Sed o casum infelicem! in hostium denique pote-

στρατοῦ κατὰ τῶν Τούρκων ἐκπέμπει. Πολλὰ λοιπὸν ἐντεῦθεν ἀτυχήματα τοῖς Ῥωμαίοις συμβαίνει· πολέμου γάρ που συγκροτηθέντος καὶ αὐτὸς ὁ Μανουὴλ κρατεῖται καὶ τοῦ στρατοῦ παντὸς ἀπώλεια γίνεται, εἰ καὶ ὁ κατασχὼν αὐτὸν Τοῦρκος διὰ φόβον τινὰ καὶ ἀποστροφὴν τοῦ σουλτάνου αὐτόμολος μετὰ καὶ Μανουὴλ προσῆλθε τῷ βασιλεῖ. Διὰ γοῦν ταῦτα πάντα πρὸς ἐκστρατείαν ὁ βασιλεὺς καὶ αὖθις χωρεῖ. Διεπεραιοῦτο λοιπὸν εἰς τὰ τῶν Ἱερείων παλάτια. Καὶ τηνικαῦτα περιστερά ποθεν ἀναφανεῖσα οὐ πάντη λευκὴ, τὸ πλεῖον δὲ μελάντερος, καὶ τῇ τριήρει τοῦ βασιλέως πέριπταμένη, ταῖς αὐτοῦ χερσὶ περιπίπτει. Ἐκεῖνος δὲ πρὸς τὴν βασιλίδα ἐκπέμπει αὐτήν. Θὺ χρηστὴς δὲ ἀποβάσεως ἔδοξεν αὕτη. Ἀπαίρει δ' ἐκεῖθεν ὁ βασιλεὺς οὐκ ἔν τινι τόπῳ διαφανεῖ, Ἐλεπόλει δέ τινι, ἣν οἱ ἀγροικότεροι Ἐλεεινοῦ πόλιν καλοῦσιν. Οἰωνὸς δὲ καὶ τοῦτο ἀπαίσιος. Πρὸς τούτοις καὶ ἕτερόν τι τοιοῦτον συμβαίνει· τὸ γὰρ ἐπέχον τὴν βασιλικὴν σκηνὴν ξύλον κατεαγὲν καταπεσεῖν ταύτην πεποίηκεν. Χωρεῖ περαιτέρω τῆς ἕω· καὶ δειλαινόμενος τοῖς σημείοις ἐν ὑψηλοτέροις δώμασι τὴν ἀνάπαυσιν ἐποιεῖτο. Ἀλλὰ κἀκεῖ τὰ σημεῖα συντρέχουσι· δωμάτιον γάρ τι, ἐν ᾧ ἀνεπαύετο, πῦρ ἔνθεν κἀκεῖθεν περιέλαβεν, ἵππους τε καὶ βασιλικὰς ἐφιππρίδας κατέκαυσε. Διαπεραιοῦται τὸν Ἅλυν, ἐνδότερον γίνεται. Προβαίνουσι πολέμιοι. Ἐπὶ τούτοις καὶ αὐτὸς ὁ σουλτάνος κατὰ τοῦ βασιλέως χωρεῖ. Καὶ ὃς ἑτοιμασθείς, ὡς εἰκὸς, τοῦ σουλτάνου κατόπιν διώκει· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἐπέλευσιν ἔφερεν. Ἐπὶ πολὺ οὖν διώξας ὁ βασιλεὺς ἔστη τῆς πρόσω φορᾶς, μή πως συμβῇ καί τι τῶν ἀδοκήτων. Ὀπισθόπους λοιπὸν καὶ ἡ τοῦ βασιλέως σημασία χωρεῖ. Ὃ δὴ καὶ ἰδόντα τὰ τάγματα, καὶ ἦτταν εἶναι τοῦ βασιλέως τὸ πρᾶγμα λογισάμενα, ἔνθεν κἀκεῖθεν διασκεδάζονται. Ἀνηνέχθη τῷ σουλτάνῳ τὰ περὶ τούτου, καὶ τηνικαῦτα διώκων ὁ διωκόμενος γίνεται. Εἶτα τί; Συμπλέκονται πρὸς ἀλλήλους, ἐπιτίθενται καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ· καὶ ὃς τὰ πολεμικὰ γενναῖος ὢν ἀνθίσταται τοῖς ἐχθροῖς καὶ διὰ χειρῶν πολλοὺς ἀναιρεῖ. Εἶτα τὴν χεῖρα βάλλεται, ὁ ἵππος αὐτοῦ κατακοντίζεται. Ἀλλὰ καὶ πεζεύσας γενναίως ἵσταται. Ἀλλ' ὢ τοῦ πτώματος! Μετὰ γὰρ ταῦτα πάντα τοῖς ἐχθροῖς ἁλώσιμος γίνεται, τῷ σουλτάνῳ δέσμιος ἄγεται. Καὶ ὃς τοῦ θρόνου ἀνέθορε, καὶ πατήσας τὸν αὐχένα συνήθως αὐτοῦ τῆς γῆς τοῦτον ἀνίστησι, καὶ περιπτυξάμενος, « Μὴ δέδιθι, » ἔφη, « ὦ βασιλεῦ· οὐδὲ γὰρ ἐγκύρσεις κινδύνῳ σωματικῷ, ἀξίως δὲ τιμηθεὶς τῆς τοῦ κράτους ὑπεροχῆς· ἄλογος γὰρ ἐμοὶ λογίζεται ἐκεῖνος ὁ μὴ τὰς ἀπροόπτους τύχας λογιζόμενός τε καὶ εὐλαβούμενος. » Σύνθρονον οὖν αὐτὸν εἶχε καὶ ὁμοδίαιτον καὶ ὁμόδοξον, παντοίως αὐτὸν παρακαλῶν μέχρις ἡμερῶν ἡ'. Ἐρωτήσαντος δέ ποτε τοῦ σουλτάνου τὸν βασιλέα, « Τί ἂν ἔδρασας εἰ ἔσχες ἐμὲ ὑποχείριον, » ἀνυποκρίτως καὶ ἀθωπεύτως ὁ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο ὅτι Πολλαῖς ταῖς πληγαῖς κατεδαπάνησα ἂν σου τὸ σῶμα. « Ἀλλ' ἐγὼ, » φησὶν ὁ σουλτάνος, « οὐ μιμήσομαί σου τὸ αὐστηρὸν καὶ ἀπότομον. Ἀλλ'

ἀκούω ὅτι καὶ ὁ ὑμέτερος Χριστὸς εἰρήνην νομοθετεῖ καὶ ἀμνηστίαν κακῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπερηφάνοις ἀντικαθίσταται. » Μετὰ δὲ ταῦτα σπονδὴν ποιησάμενοι καὶ συνθήκας εἰρηνικὰς διηνεκεῖς, καὶ κῆδος ἐπὶ τοῖς παισὶ συστησάμενοι, διίστανται ἀπ' ἀλλήλων σὺν πολλῇ περιπλοκῇ καὶ εὐκτηρίῳ τιμῇ. Ἐπανέρχεται ὁ βασιλεύς. Γίνεται τοῦτο καὶ τοῖς ἐνταῦθα, Ἰωάννῃ τε τῷ Καίσαρι καὶ τοῖς τούτου υἱοῖς καὶ τοῖς λοιποῖς, ὅσοι τὰ αὐτὰ ἐφρόνησαν. Καὶ τηνικαῦτα μὲν τὴν βασιλίδα καὶ μὴ βουλομένην ὑπερόριον τίθενται, ἀποκείραντες αὐτὴν, τὸν δὲ Μιχαὴλ ἀναγορεύουσιν αὐτοκράτορα. Ἔνθεν τοι καὶ γράφουσιν ἅπανταχοῦ τὸν Διογένην ἐπανιόντα μὴ ὑποδέξασθαι. Ἤρξατο δὲ τῆς τοιαύτης ἀποκηρύξεως ὁ ὑπέρτιμος πρῶτον Ψελλός. Ταῦτα δὲ ὁ Διογένης μαθὼν, καὶ ὅτι κοινῶς ἀποκεκήρυκται, φρούριόν τι κατασχὼν ἐκεῖσε Δόκειαν λεγόμενον στρατοπεδεύειν ἤρξατο. Ἀλλ' ὁ Καῖσαρ τὸν βραχύτατον υἱὸν κατὰ Διογένους ἐκπέμπει. Συνάπτεται πόλεμος. Φυγὰς ὁ Διογένης οἴχεται. Ἔνθεν κἀκεῖθεν περινοστῶν πρὸς Κιλικίαν παραγίνεται. Ὑποστρέφει ὁ Κωνσταντῖ ος ἐπὶ τούτοις. Στέλλεται ἀντ' αὐτοῦ κατὰ Διογένους ὁ τοῦ Καίσαρος υἱὸς Ἀνδρόνικος, πολιορκεῖ τὸν Ἄδανον, συνθῆκαι γίνονται. Καὶ κείρεται τὴν τρίχα ὁ Διογένης, ἔξεισί τε τοῦ κάστρου μελανειμονῶν. Λαβὼν δὲ μεθ' ἑαυτὸν τὸν Διογένη ὁ Ἀνδρόνικος νόστου μέμνηται (91), ἕλκων αὐτὸν ἐν εὐτελεῖ ὑποζυγίῳ διὰ τῶν χωρῶν ἐκείνων αἷς ἰσόθεος ἐγνωρίζετο. Μέχρις οὖν τοῦ Κοτυαίου τὴν ὁδοιπορίαν ὀδυνηρὰν ποιησάμενος (ἦν γὰρ νοσηλευόμενος ἐκ κοιλιακοῦ ἐκ κωνείου προτεθέντος αὐτῷ) ἐκεῖσε κατεσχέθη, ἕως οὗ τὸ ποιητέον ὁρισθῇ ἐπ' αὐτῷ. Καταλαμβάνει ἡ ἀπόφασις. Καὶ τῶν ἀρχιερέων τῶν ἐπὶ τῷ δοθῆναι λόγον συμπαθείας ἐπαρῆξαι μὴ δυνηθέντων (ὠμήσταὶ γὰρ καὶ ἀπηνεῖς ἄνδρες ἁφήρπαξαν αὐτὸν) ὀφθαλμοὺς ἐξορύσσεται. Προαχθεὶς ἐν ὑποζυγίῳ μέχρι τῆς Προποντίδος, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔχων ἐξῳδηκυῖαν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὥσπερ σῶμα σεσηπὸς, κάντεῦθεν σκωλήκων καὶ δυσωδίας πλησθεὶς, ἐπωδύνως καταστρέφει τὸν βίον, τῇ νήσῳ Πρώτῃ τὸν χοῦν ἀποθέμενος, ἔνθα νέον ἐκεῖνος ἐδείματο φροντιστήριον.

statem venit, et vinctus ad sultanum deducitur. Ille vero solio suo desiliens, pro more calcata Diogenis cervice, mox eum de terra erigit, et amanter complexus : « Formidinis, inquit, expers esto, imperator. Non enim corpori vitæque tuæ periculum ullum creabitur, sed ex dignitate majestatis tuæ præstantissimæ a nobis honorabere. Nam stultum equidem esse arbitror eum qui fortunæ casus improvisos secum ipse non expendit ac reveretur. » His dictis solii sui, mensæ gloriæque participem Diogenem facit, eumque ad octavum usque diem apud se retentum varie recreat et consolatur. Cumque sultanus imperatorem interrogaret aliquando : « Quid, obsecro, facturus de me fueras, si me tuam in potestatem redactum habuisses? » Imperator sine fuco et adulatione respondit : « Multis equidem flagris corpus tuum cecidissem. » Ad quæ vicissim sultanus : « Ego vero, inquit, sævitiam rigoremque tuum nequaquam imitabor. Quin etiam audio Christum illum vestrum pacem inter homines et oblivionem injuriarum sancire ac præcipere, superbisque resistere. » Secundum hæc fœderibus initis, pace perpetua constituta, inter libros affinitate contracta, discessum utrinque non sine multis complexibus et honoris exhibitione, qua alter alteri faustissima quæque precaretur. Hoc pacto revertitur intra fines Romanos imperator. Quæ res ubi primum illis innotuisset qui jam ad urbem venerant, nimirum Joanni Cæsari ejusque filiis, ac reliquis omnibus quotquot inter se conspiraverant, mox imperatricem invitam radunt et in exsilium agunt, Michaelo ejus filio imperatore creato. Deinde quovis locorum litteras mittunt, iisque mandant ne quis revertentem Diogenem exciperet, cujus exauctorationis primus auctor fuit Psellus. Quæ cum fierent, imperator castello quodam occupato, cui Docea nomen esset, metari castra cœperat. Ad eum opprimendum Cæsar filium suum natu minimum cum copiis ablegavit. Conserto prælio, fuga saluti suæ Diogenes consulit, et hinc inde vagatus **329** in Ciliciam pervenit. Interea Constantinus ad urbem revertitur, ejusque loco filius alter Cæsaris Andronicus persequendi Diogenis causa mittitur. Is cum Adanam obsideret, de pace tractatum est, et tonso capillo Diogenes e castro pulla veste amictus prodiit. Eum Andronicus secum reduxit, vilique jumento impositum per ea loca traxit in quibus antea ceu Deo pat cognitus habitusque fuerat. Hoc modo cum Cotyaium usque non sine maximis doloribus (nam intestinorum morbo laborabat, quem e propinata cicuta conceperat) delatus fuisset, tantisper ibi detentus est, donec in urbe quid de ipso faciundum esset decerneretur. Ubi latam in ipsum sententiam Andronicus accepisset, nec opem et pontifices ferre potuissent, ut misericordiam impetraret (a crudelibus enim sævisque hominibus abripiebatur), oculis effossis excæcatur. Deinde ad Propontidem jumento vectus, cum caput e tumore corruptum haberet, oculisque cum toto corpore

(91) Ubi Andronici in Diogenem barbarum ac crudele facinus narratur, variant codices, ὁ Ἀνδρόνικος νόου μέμνηται habet F., οὐ νόσου Leunclavius : sic enim interpretatus est, *nulla morbi quo laborabat ratione habita;* at Augustanus ac Bavaricus exhibent νόστου longe aptius, ideoque sic concipienda loci illius versio : *Diogenem Andronicus secum abduxit, vilique jumento impositum, acerbam de reditu mentionem injiciens, per ea loca traxit, in quibus antea ut Deus habebatur.* Et vero nostra hæc sententia firmatur auctoritate Joannis Curopalatæ, ex quo sua haud dubie mutuatus est noster Glycas : Νόστου δὲ εὐθὺς μεμνήσκεται ὁ Ἀνδρόνικος, καὶ τὰ ἑξῆς, *statim reditus mentionem facit Andronicus, etc.*

putrefactis vermibus et fœtore scateret, misere vitam finiit, in Prote insula pulvere corporis deposito, ubi novas ædes exstruxerat, religiosis exercitiis destinatas.

Imperavit post ipsum Michaelus cognomento Parapinaces annos sex, homo plane mollis, et ad rei publicæ gubernationem, ut ita dixerim, femina. Rerum administrandarum potestatem Joanni Sidæ antistiti commisit, a quo præclare omnia gerebantur, ut qui vir egregius et industrius esset: verum huic bono tritico tandem etiam malarum herbarum aliquid admistum fuit. Nicephorus enim eunuchus, qui diminuto vocabulo Nicephoritzes appellabatur, ante imperium Michaeli hujus accusatus ob sexcenta flagitia solumque vertere jussus, nunc a Michaele revocatus omnem potestatem accepit, spado quidem ille, sed rerum perturbandarum et ima sursum vertendi peritissimus. Posteaquam is ad gubernationem accessit, ubique sunt auditæ querelæ, bonorum publicationes, exactiones injustæ; quas consecuti sunt publici gemitus et ejulationes cum iræ divinæ declaratione. Cum enim Turci viderent fœdera pacis inita cum Diogene prorsus in irritum recidisse, quemque suam in potestatem redactum magno in honore habuissent, cum a Romanis crudeliter interfectum esse, magnis cum copiis a Perside profecti provincias Romanas invaserunt. Ea re motus Michaelus etiam ipse conscribit exercitum, cui prætorem dat Isaacium Comnenum, qui profectus in hostem ad Cæsaream commisso cum Turcis prælio captivus abducitur, omnesque copias amittit. Imperator accepto infelicis pugnæ nuntio, non poterat non ille quidem mœrere, totus tamen non emendabatur, ut qui **330** tanquam mancipium aliquod Nicephori consiliis et auctoritate duceretur. Cum Isaacius pretio numerato redemptus fuisset, Joannes Cæsar ejus loco dux copiarum est delectus. Neque vero verbis exponi potest quantæ Romanis in hac Turcorum incursione calamitates acciderint. Nam ipse quoque Cæsar in hostium potestatem venit, cumque jam vinculis solutus imperatori suspicionis aliquid de se præbuisset, rasis crinibus in regiam sese contulit.

Atque hæc erant illa præclara Nicephoritzæ facinora, qui reliquas inter improbitates etiam singulari sollicitudine lucris inhians, ut in excogitandis malis fecundissimus, quo annonæ caritas exsisteret procuravit. Etenim ubique locorum prohibebat ne qui mercatores annonam venderent; atque interim ipse solus juxta Rhædestum funda-

A Κρατεῖ μετὰ τοῦτον Μιχαὴλ ὁ Παραπινάκης, ἔτη ς', χαῦνος πάντη ὁ ἀνὴρ καὶ οἷον εἰπεῖν θῆλυς πρὸς τὴν τοῦ κοινοῦ διοίκησιν, ἐφ' ᾧ καὶ Ἰωάννῃ τῷ μητροπολίτῃ Σίδης τὰ τῆς ἐξουσίας ἀνατίθησι. Καὶ καλῶς μὲν τὰ πάντα παρ' αὐτοῦ οἰκονομοῦνται, ἀνδρὸς ἄτε ὄντος ἀγαθοῦ καὶ περιδεξίου τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ τῷ ἀγαθῷ τούτῳ σίτῳ παραμιγνύεται καί τι ζιζάνιον. Νικηφόρος γάρ τις εὐνοῦχος, ὁ καὶ Νικηφορίτζης λεγόμενος, ὁ ἐπὶ κακίαις μυρίαις πρὸ τοῦ Μιχαὴλ διαβληθεὶς κἀντεῦθεν ἐξόριστος ὤν, μεταπέμπεται παρὰ τοῦ Μιχαὴλ καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν ἐνδύεται, ἀνὴρ μὲν εὐνοῦχος, δεινὸς συγχέειν πράγματα καὶ ἄνω τὰ κάτω ποιῆσαι. Κατηγορίαι γὰρ πανταχοῦ, δημεύσεις καὶ ἀπαιτήσεις ἄδικοι, Ὀρῆνος λοιπὸν καὶ οὐαὶ πανταχοῦ. Κἀντεῦθεν ὀργὴ B κατελαμβάνει θεήλατος. Οἱ γὰρ Τοῦρκοι ἰδόντες ὡς ἄπρακτοι μεμενήκασιν αἱ πρὸς Διογένην συνθῆκαι, καὶ ὅτι ὃν αὐτοὶ τετιμήκασιν ὑπὸ χεῖρα λαβόντες, οὕτω κακῶς οἱ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν διετέθησαν, κἀντεῦθεν θυμοῦ πλησθέντες, ἄραντες ἐκ Περσίδος παμπληθεῖς τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιστρατεύουσι θέμασι. Συλλέγει λοιπὸν κἀνταῦθα στρατὸν ὁ Μιχαὴλ, καὶ στρατηγὸν αὐτοῦ τὸν Κομνηνὸν Ἰσαάκιον τίθησι· καὶ ὃς ἀπελθὼν καὶ κατὰ Καισάρειαν τοῖς Τούρκοις συμπλακεὶς αἰχμάλωτος αὐτίκα γίνεται, καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν ἀπόλλυται. Μανθάνει ταῦτα ὁ βασιλεὺς καὶ σκυθρωπάζει, ἀλλ' ὃ μὲν οὐ διορθοῦται τέλεον, ἅτε ταῖς Νικηφόρου ὑποθήκαις ἀγόμενος ὡς ἀνδράποδον. Ὢνιος ὁ Ἰσαάκιος γίνε- C ται (92). Ἀντ' αὐτοῦ προβάλλεται στρατοπεδάρχης Ἰωάννης ὁ Καῖσαρ. Ὅσα μὲν οὖν ἀτυχήματα τοῖς Ῥωμαίοις συνήντησεν ἐκ τῆς Τούρκων καταδρομῆς, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Καῖσαρ δεσμηθεὶς, εἶθ' οὕτως ἀπολυθεὶς καὶ ὕποπτος ὂν ἐνθεν τῷ βασιλεῖ γεγονὼς τὴν τρίχα κείρεται, καὶ οὕτω τὴν βασιλίδα καταλαμβάνει.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ τοῦ Νικηφορίτζη ἀνδραγαθήματα. Οὗτος μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ κακιῶν καὶ τοῦ κερδαλέου φροντίζων, ἅτε πορισμώτατος ὤν, εἰς κακίαν καὶ λιμὸν πραγματεύεται. Τοὺς μὲν οὖν πωλοῦντας κωλύσας ἁπανταχοῦ ὁ Νικηφορίτζης εὐ- D νοῦχος, αὐτὸς δὲ μόνος περὶ τὴν Ῥαιδεστὸν φούνδακα (93) καὶ μονοπωλεῖον στησάμενος, ὡς ἐντεῦθεν

(92) Reddit Launclavius, *Cum Isaacius pretio numerato redemptus fuisset:* ego vero vertendum arbitror, *cum tanquam venalis certo pretio addictus fuisset*, sive *emptioni expositus*. Si enim jam redemptus fuerat, cur alius in ejus locum dux copiarum delectus Joannes Cæsar?

(93) Quid sit φούνδαξ, ex sequenti voce καὶ τὸ μονοπωλεῖον haud ægre intelligi potest. Certe funda etiam apud Latinos marsupium crumenamque significat, ut docet Meursius, productis in Glossario Græco-Barbaro Macrobii et S. Bonaventuræ testimoniis, quibus et alia adjungi poterant. Gabius interpres Joannis Curopalatæ reddit *officinam*, et paulo post τὸ πρατήριον *forum venale*. R. P. Jacobus Goar explicat φούνδακα *mensam* sive *negotialem argentariam*, *officinam usurariam*, ab Italis *fundaco*, ἀπὸ τοῦ φούνδου, a fundo, id est summa pecuniaria voce Græcis jureconsultis nota dictam. De pinace vero, seu pinacio, videamus quid Scylitzes, Zonaras, nosterque Glycas referant. Ac primo quidem Curopalates: Μιχαὴλ γάρ τις εἰπὼν, εἰ μὴ προσθείη καὶ τὸν Παραπινάκιον οὐκ ἂν γένοιτο συντόμως γνωριμώτερος, διὰ τὸ τηνικαῦτα τὸν μόδιον παρὰ πινάκιον τῷ νομίσματι πιπράσκεσθαι. Iisdem ferme verbis usus est Glycas: Τὸ Παραπινάκης λέγεται, διὰ τὸ τηνικαῦτα τὸν μόδιον παρὰ πίνακι πιπράσκεσθαι τῷ νομίσματι. Joannes denique Zona-

καὶ ἐπώνυμον τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ περιποιήσασθαι· τὸ δὲ Παραπινάκης λέγεται διὰ τὸ τηνικαῦτα τὸν μόδιον παρὰ πινάκιον πιπράσκεσθαι τῷ νομίσματι.

cem monopoliumque constituerat. Unde factum est ut imperator Michaelus cognomentum quoddam acciperet, ac Parapinaces nuncuparetur propterea quod eo tempore modius, pinacio dempto et detracto, aureo nummo venderetur.

Καύνως οὖν καὶ παιδαριωδῶς τὴν βασιλείαν ἰθύνοντος τοῦ Μιχαὴλ καὶ Σερβικαὶ χῶραι κατεξανέστησαν καὶ Φραγκικαὶ ὡσαύτως ἀφηνίασαν καὶ ἰδιόρυθμοι γεγόνασιν. Ἐπὶ τούτοις ἐτέχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τρίπους ὄρνις καὶ παιδίον ἔχον κατὰ μέτωπον ὀφθαλμὸν ἕνα, τραγοσκελὲς τοὺς πόδας. Κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν καιρὸν καὶ λοιμὸς ἐγένετο βαρὺς, ὡς μηδὲ τοὺς θνήσκοντας δυνατὸν θάπτεσθαι. Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα τὴν τῶν κρατούντων ἀπληστίαν καὶ ἀδικίαν τὴν μέχρις αὐτῶν τῶν θείων σηκῶν (94) (ἐπιπλα γὰρ καὶ σκεύη τίμια κἀκεῖθεν ἁφῄρητο ὁ μόνον ἰαμβίζειν ἐθέλων, καὶ ταῦτα μηδὲ τῆς τέχνης γευσάμενος, κἂν τῷ Ψελλῷ ἐνεπαίζετο) ἀναστεῖλαι ἴσχυεν.

Cum autem Michaelus imperium negligenter admodum et pueriliter administraret, Serviorum quoque regiones militæ defectionem adversus ipsum insurrexerunt; itidem Francicæ imperium detractarunt suique juris factæ sunt. Secundum hæc Cpoli nata est avis tripes, et puer qui unum in fronte oculum et crura pedesque hircinos habebat. Eodem tempore pestis adeo gravis exstitit ut mortuorum cadavera sepeliri non possent. Verum ne hæc quidem eorum qui rebus præerant injustitiam et rapacitatem inexplebilem compescere potuerunt, extendentem porro se ad ipsas etiam sacras ædes. Nam ab hoc tempore supellectilem sacram pretiosaque vasa tolerare non poterat homo, qui scribere iambos cuperet æternum duraturos, cum artem ipsam ne primoribus quidem labris degustasset; mut ei Psellus illuderet, a quo rationem scribendi poemata percipiebat.

Οὕτω μὲν οὖν ἐχόντων τῶν πραγμάτων στρατηγοὶ τῆς ἀνατολῆς, ὅ τε Ἀλέξανδρος, ὁ Καβάσιλας καὶ ὁ Βοτανειάτης, ἦν ἀποστασίαν ὧδινον εἰς φῶς ἐξάγουσι, καὶ τὸν Βοτανειάτην Νικηφόρον βασιλέα ἀναγορεύουσι. Καὶ τῷ βασιλεῖ οὐ μικρὰν ἀθυμίαν ἐνέσταξεν· ἦν γὰρ καὶ πρὸ τοῦ λεγόμενον ὅτι τὸ τεσσαρακοστὸν νικηθήσεται ὑπὸ τοῦ πεντηκοστοῦ. Καὶ οὐ μέχρι τούτου ἡ κατὰ Μιχαὴλ ἀποστασία, ἀλλὰ καὶ μείζων ἄλλη κατὰ δύσιν ἐγένετο· ὁ γὰρ Βρυέννιος ἀπὸ τοῦ Δυῤῥαχίου διεγερθεὶς καὶ συνάξας στρατὸν περὶ τὴν Ἀνδριανούπολιν ἔρχεται καὶ βασιλεὺς ἀναγορεύεται, προσβάλλει δὲ καὶ Κωνσταντινουπόλει. Ἀλλ' οὐδὲν ἤνυσεν· ἡ γὰρ βασιλεύουσα σχεδὸν ἅπασα τῷ Βοτανειάτῃ προσέθετο, καὶ τὴν αὐτοῦ δὲ παρουσίαν ἐτάχυνε, καὶ τὰ βασίλεια καταλαβεῖν αὐτὸν ἐπέσπευδε. Τὸν δὲ Μιχαὴλ καθαιροῦσι σὺν τῇ γυναικὶ καὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Κωνσταντίνῳ τῷ πορφυρογεννήτῳ, καὶ ἀποκείραντες τῇ μονῇ τοῦ Στουδίου ἐνιᾶσιν.

In hoc rerum statu duces orientis, nimirum Alexander, Cabasilas, Botaniates, cæteri, quam defectionem parturiebant hactenus, in lucem edidere. Botaniata imperatore designato. Magnum ea res imperatori mœrorem attulit. Etenim jam antea quoque vulgo ferebatur futurum ut numeri quadragesimi nota vinceretur a nota numeri quinquagesimi. Neque tantum adversus Michaelum istic tumultuatum, sed alia quoque defectio in occidente multo major exstitit. Nam Bryennius Dyrrhachio profectus exercituque collecto Adrianopolim sese contulit, et oblatum sibi a suis imperatorium nomen accepit. Quo facto Cpolim adoritur, sed irrito conatu: quippe tota propemodum urbs imperatoria Botaniatæ **331** rebus studens cum exhortabatur ut quam primum veniret, simulque summa festinatione regiam ipsius nomine occupabat. Nec hoc contenti Michaelum ipsum cum uxore Constantinoque filio purpurigena, dejectum imperio radebant ac Studianum in monasterium concludebant.

Εἰσέρχεται οὖν ὁ Βοτανειάτης, καὶ παρὰ τοῦ πατριάρχου στέφεται, τοῦ διαδεξαμένου τὸν Ξιφιλῖνον Κοσμᾶ. Καὶ κρατεῖ ὁ Βοτανειάτης ἔτη γ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Βρυέννιος τὰ κατὰ δύσιν ἐτάρασσε, πέμπει πρὸς αὐτὸν πρέσβεις καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς, τῆς μὲν ἀλόγου ὀρέξεως ἐκστῆναι, εἰς Καίσαρα δὲ τιμηθῆναι. Ὁ δ' οὐκ ἀνέχεται. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Ἡ σκηνὴ αὐτοῦ πίπτει τοῦ ὀρόφου παραλυθέντος ἀοράτοις χερσί. Τηνικαῦτα καὶ σελήνης ἔκλειψις γίνεται εἰς αὐτὸν ἐπισκήψασα· τὰ γὰρ τοιαῦτα, ὡς οἱ ἀστρολόγοι τερατεύονται, τυραννούντων δηλοῦσι καθαιρέσεις. Ἐπεὶ γοῦν ὁ Στραβορώμανος πρέσβυς

Hoc modo Botaniates urbem ingressus a Cosma, qui Xiphilino in patriarchatu successerat, insignibus imperii redimitur, cui triennium præfuit. Quia vero Byrennius occidentem perturbabat, semel iterumque ac tertium quoque legatos ad eum mittit, postulans ut ab insana cupiditate desisteret honoremque Cæsaris ad se delatum acciperet; cui tamen ille postulato non acquievit. Quid ergo deinceps consecutum? Tabernaculum Bryennii, tecto ejus per inaspectabiles manus soluto, corruit. Præterea lunæ defectus accidit, qui omnino Bryennium respiciebat: nam hujusmodi signa,

ras: Σίτου γενομένης ἐνδείας ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ βασιλέως τούτου, ὡς μὴ ὅλον μέδιμνον εἰς νόμισμα ἀποδίδοσθαι, ἀλλὰ παρὰ πινάκιον, ὅ ἐστι μεδίμνου τὸ τέταρτον. Hinc ergo vel maxime liquet non esse pinacem certum quid minuti numismatis genus, sed medimni potius quadrantem, ut disertis verbis explicuit Zonaras. Quod autem νόμισμα vertit Leunclavius, *aureum nummum*, vereor ut id ἁπλῶς firmare possit.

(94) Post θείων σηκῶν in mss. codicibus deest προσκύνουσιν aut aliud simile verbum.

quemadmodum astrologi de prodigiis disserunt, eorum portendunt eversiones qui tyrannidem affectant. Cum igitur legatus imperatoris ad Bryennium Straboromanus contumeliis affectus revertisset, imperator commotus collectos exercitus contra Bryennium misit, præfecto eis duce Alexio Comneno, quem et nobilissimi et magni scholarum domestici dignitatibus ornaverat, virum prudentia potes s ateque supra cæteros ejus ætatis duces præstantem. Is bello contra Bryennium suscepto, cum ventum ad manus esset adversæque concurrissent acies, Bryennium suam in potestatem redegit, et oculos capto eruit. Cum autem uxor Botaniatæ naturæ debitum persolvisset, alteram ille conjugem duxit, Mariam nimirum, quæ nupta cum Michaelo fuerat eo qui rerum potitus ante ipsum erat. Verum is sacerdos qui nuptias illas precibus conceptis consecraverat, loco motus fuit, quod adulterium commissum esse censeretur. Michaelus autem communibus suffragiis Ephesi pontifex designatus est, quo tantum semel profectus reliquum vitæ tempus religiosis exercitiis in Manueli monasterio deditus exegit.

A ἀτίμως ὑπέστρεψε, διεγείρεται ὁ βασιλεὺς καὶ κατὰ τοῦ Βρυεννίου πέμπει στρατόπεδα, στρατηγὸν ἔχοντα τὸν νωβελίσιμον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν καὶ τιμηθέντα μέγαν δομέστικον, ἄνδρα συνέσει καὶ δυνάμει τότε διαφέροντα. Συνάπτεται τῷ Βρυεννίῳ, καὶ κατὰ πρόσωπον ἀντιστάντων χειροῦται ὁ Βρυέννιος καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύσσεται. Ὁ μέντοι Βοτανειάτης, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τελευτησάσης, ἑτέραν ἠγάγετο τὴν τοῦ προβεβασιλευκότος Μαρίαν. Καθαιρεῖται δὲ ὁ τὴν ἱερολογίαν δοὺς ἱερεύς, ἅτε μοιχείας ἐπὶ τούτῳ τολμηθείσης· ὁ δὲ Μιχαὴλ ψήφῳ κοινῇ ἀρχιερεὺς Ἐφέσου προβάλλεται. Ἅπαξ οὖν ἐκεῖσε ποιτήσας ἐν τῇ μονῇ τοῦ Μανουὴλ διέτριβεν ἐργαζόμενος.

Fuerat in eadem cum Bryennio conspiratione Basilaces, qui coactis non exiguis hominum copiis Thessalonicam accessit. Quid inde factum? Missus est adversus eum ab urbe Alexius, qui præter nobilissimi dignitatem Augusti quoque nomen jam consecutus fuerat et exercitus in sua potestate habebat. Ad Thessalonicam ubi ventum fuisset, acre commissum est prælium, quod eorum locorum homines universi a partibus Basilacis starent. Victus tamen ab Alexio Basilaces et captus ad imperatorem ablegatur. Quo cognito mittit quosdam imperator, qui Basilacem apud Christopolim oculis effossis cæcarunt. **332** Ex quo casu contigit ut ab eo die locus ille Scaturigo Basilacis nuncupetur. Hoc tempore fulmen delatum in Constantini columnam, cui statua erat imposita, prius quidem Apollinis simulacrum, sed deinceps Constantini nomen adepta, partem ejus cum tribus cingulis dissecuit.

B Τὰ αὐτὰ δὲ τῷ Βρυεννίῳ καὶ ὁ Βασιλάκης φρονεῖ, λαὸν οὐκ ὀλίγον ἐγείρας ἐπὶ Θεσσαλονίκης ἔρχεται. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Ἐκπέμπεται τῶν ὧδε ὁ νωβελίσιμος Ἀλέξιος καὶ σεβαστὸς, τὰς στρατηγικὰς δυνάμεις λαβών. Μάχη οὖν ἰσχυρὰ γίνεται παρὰ τῇ Θεσσαλονίκῃ, καὶ τῶν ἐκεῖσε πάντων φρονούντων τῷ Βασιλάκῃ. Ἀλλὰ χειροῦται αὐτὸν καὶ δέσμιον ὁ Ἀλέξιος ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ. Καὶ ὃς ταῦτα μαθὼν ἀποστέλλει, κατ' αὐτὴν τὴν Χρυσούπολιν (95) ἐκτυφλοῦσιν αὐτὸν, ὡς ἔκτοτε τὸν τόπον ἐκεῖνον τὴν βρύσιν τοῦ Βασιλάκου λέγεσθαι. Κατὰ τοῦτον δὴ καιρὸν κεραυνὸς ἐνσκήψας τῷ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κίονι οὗ ἄνω ἡ στήλη αὐτοῦ ἵστατο τοῦ Ἀπόλλωνος πρότερον ἀφίδρυμα, εἰς ὄνομα αὐτοῦ ὀνομασθεῖσα, μέρος τούτου διέτεμε καὶ ζωστῆρας τρεῖς.

Secutus est Comnenorum in urbem ingressus, quo cognito Botaniates e regia discedens apud Spectatissimæ monasterium invitissimus raditur. Nam posteaquam imperium nactus fuerat, propemodum quosvis circumforaneos et ex infimæ plebis fæce delectos illustribus officiis præfecerat: interim ipse conversus ad quaslibet animi relaxationes atque voluptates, omnem de imperio curam sollicitudinemque depositam mancipiis suis commiserat. Quæ res effecit ut omnes in eum sævius insurgerent, præsertim ex illius genere qui rem publicam ante ipsum gesserat, Isaacii nimirum Comneni, Alexius et Isaacius. Horum alter Alexius imperatore deserto contractisque non parvis copiis urbem imperatoriam occupavit, intromissus a Nemitzis, qui ad Charsiæ portam excubias agebant.

Τότε δὴ, τότε τὴν τῶν Κομνηνῶν εἰσέλευσιν Βοτανειάτης μαθὼν, τῶν βασιλείων μὲν ἄπεισι, παρὰ δὲ τῇ τῆς περιβλέπτου μονῇ ἐπικείρεται καὶ ἄκων. Βασιλεύσας γὰρ πάντας σχεδὸν ἀγοραίους τε καὶ χυδαίους λαμπρῶν ἀξιωμάτων ἐτίμησεν, αὐτὸς δὲ πρὸς ἀνέσεις τραπεὶς τὴν τῆς βασιλείας φροντίδα τοῖς αὐτοῦ δούλοις ἀνέθετο, ὅπερ πάντας ἐξέμηνε, καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς τότε πρωτεύοντας ἐπί τε γένει καὶ πλούτῳ, τοὺς ἀδελφοπαίδας τοῦ προβεβασιλευκότος Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλέξιον καὶ Ἰσαάκιον· ἔνθεν τοι καὶ ἀποσχισθεὶς ὁ Ἀλέξιος καὶ λαὸν οὐκ ὀλίγον ἑλκύσας μεθ' ἑαυτοῦ τὴν βασιλίδα παρέλαβε προδοθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Χαρσίου πόρτῃ φυλασσόντων Νεμίτζων (96).

(95) Χρυσούπολιν, habent A. et F. codices, nec ulla ratio versionis Leunclavianæ habenda, quæ Christopolim exhibet.

(96) Nemitzos vocat Anna Comnena libro II *Alexiados*, ἔθνος βαρβαρικὸν καὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν. Nam in editione Hœschelii absque adverbio ad superiora tempora respiciente dicitur ὑπήκοον. Contendunt viri docti non esse alios a Teutonibus, qui Sclavonica lingua appellantur Nemitzi. Alexio Comneno Leunclavius septemdecim annos imperii duntaxat tribuit, cum præfuerit annis 37, ab anno æræ Christianæ 1081 ad 1118.

æquitatis egibus abhorrentes excogitavit. Hinc secutæ possessionum ubivis sitarum descriptiones : hinc novæ illæ appellationes hypertimorum et hyperpleorum excogitatæ, quasi supercensa et redundantia dicas. Alias alii denique vexationum modi subditorum exhauriendorum causa reperiebantur. Accidit et terræ motus id temporis horrendus ac vehemens, illo ipso die quo sancti Nicolai memoria celebrabatur. Is multa ædificia, porticus et sacras ædes humi stravit ; quorum ruinis oppressi complures mortalium vivendi finem fecerunt. Tunc et Patzinacarum ingens multitudo Thraciam Macedoniamque depopulata est. Adversus eos imperatore cum copiis egresso primum quidem vincuntur Romani milites, deinde vero stragem illorum ingentem edunt, cum rem totam divinæ potestati commisissent. Sunt et insidiæ contra imperatorem semel atque iterum structæ, sed successum non habuerunt.

νάμει τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντες. Ἅπαξ καὶ ὅλῃ ἐπιβουλαὶ κατ' αὐτοῦ, τοῦ βασιλέως δηλαδή· πέρας δὲ ταύταις οὐκ ἦν.

Eodem imperante Francorum natio de partibus Hesperiis profecta Cpolim venit, ut versus Orientem ibi trajiceret. Eorum adventum indicatio quædam divina præcessit ; nam infinita locustarum vis, quarum erat ex Occidente origo, tantis cum copiis volantium ut nubem repræsentare viderentur et solem ipsum obnuberent, per maximam hanc urbium ejusque fines in **334** Orientem perrexit, ibique considens ulterius volare desiit. Cum autem Franci trajecissent in Asiam, Nicæam Bithyniæ Turcis, qui eam obtinebant, ademptam imperatori pro certo pretio vendiderunt. Tunc et Bogomilorum exorta fuit hæresis, auctore Basilio, qui medicus usurpabatur. Rursus item alia contra imperatorem excitata fuit a quodam conspiratio, qui Comanorum societate comitatuque fretus Diogenis se filium perhibebat, ejus qui ante hoc tempus imperaverat. In Thraciam ubi venisset, per fraudem a quibusdam imperator renuntiatus capitur et oculos amittit. Imperator autem Alexius domum alendis pupillis assignatam, quæ dudum jam alumnis caruerat, instauravit, attributis ei quibusdam de suo quoque facultatibus. Adjecit et religiosarum exercitationum ædes, ludumque litterarium erudiendis pueris. Hinc nova contra ipsum oritur seditio cujus erat auctor ejus consobrinus Michaelus : sed quotquot in hanc societatem venerant, mox indicio facto ad imperatorem delati castigantur, ademptis capillis non novacula, sed dropace (97).

Τότε δὴ καὶ τὸ τῶν Φράγγων ἔθνος ἐκ τῶν ἑσπερίων τὴν βασιλείαν καταλαμβάνει ὡς ἐκεῖθεν πρὸς ἕω διαπεραιώσασθαι. Ὧν τὴν συγκίνησιν θεόσημόν τι προεμήνυσεν· ἀκρίδων γὰρ ἄπειρον πλῆθος ἐκ τῆς ἑσπέρας τὴν γένεσιν ἐσχηκὸς καὶ ὡς νέφος ἐπαζόμενον ἀπεικάζεσθαι καὶ σκιάζειν τὸν ἥλιον διὰ τῆς μείστης τῶν πόλεων καὶ τῶν ταύτης ὁρίων τὴν πτῆσιν ποιούμενον πρὸς τὴν ἑῴαν ὥρμητο, κἀκεῖ κατέπαυσε. Διαπεραιοῦνται οὖν οἱ Φράγγοι, καὶ τὴν Νίκαιαν παρὰ τῶν Τούρκων κατεχόμενοι ἀφαιροῦσι, καὶ τῷ βασιλεῖ ταύτην ὠνιον διδόασι. Τότε ἡ τῶν Βωγομίλων ἀνεφάνη αἵρεσις, ἧς κατῆρχε Βασίλειος ὁ λεγόμενος ἰατρός. Ἑτέρα δὲ πάλιν ἐπανάστασις παρά τινος γέγονε, Κομάνου μὲν ἐφεπομένους ἔχοντος καὶ εἶναι λέγοντός τοῦ προβεβασιλευκότος Διογένους. Ἀναγορεύεται οὖν κατὰ τὴν Θρᾴκίαν ἀπατώμενος, ἀλλὰ κατέχεται καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύσσεται. Τὸ δὲ ὀρφανοτροφεῖον ἤδη ἐσχολακὸς ἀνακαινίζει ὁ διαληφθεὶς βασιλεύς. Προφορεῖ καὶ οἴκοθεν κτήματα, τὰ μέντοι φροντιστήρια καὶ τὸ τῶν παίδων διδασκαλεῖον αὐτὸς προσεπιτίθησιν. Ἑτέρα κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλή, ἧς κατῆρχεν ὁ Ἀνεμᾶς Μιχαήλ (97). Ἀλλ' αὐτίκα διαμηνυθέντες παιδεύονται, ἀλωθέντες τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς οὐ ξυρῷ, ἀλλὰ δρώπακι.

Cæterum mater imperatoris universum administrabat imperium, quam rem ipse dolenter ac moleste ferebat, ut qui videret solum sibi nomen imperii reliquum esse. Mater hoc animadverso sponte sua cessit, et in monasterium inspectoris omnium, quod ipsamet exstruxerat, commigravit. Jam quod imperatoris conjugem vitæque sociam attinet, eam ille quidem antea nec aversatus plane fuerat, nec omnino, ut par fuisset, dilexerat ; nam rebus venereis deditus jura matrimonii parum sancte servabat. Postquam vero grandior ætas ignita libidinis in imperatore tela nonnihil hebetarat, tunc in Augustam converso amore totus in ejus charitate acquiescebat, omnem potestatem gerendarum re-

Ἡ μέντοι τοῦ βασιλέως μήτηρ τὴν βασιλείαν ἅπασαν οἰκονομοῦσαν, ἐφ' ᾧ καὶ ὁ κρατῶν ἠνίᾶτο, ὡς ἔχων μόνον τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. Τοῦτο οὖν ἡ μήτηρ γνοῦσα ἐκοῦσα ἐξίστη, καὶ εἰς τὴν τοῦ παντεπόπτου μονὴν, ἣν αὐτὴ ἐδείματο, κατοικεῖ. Πρὸς μέντοι τὴν κοινωνὸν τοῦ βίου ὁ κρατῶν οὔτε ἀποστόργως εἶχε πρὶν οὔτε παντοίως ταύτῃ προσέκειτο· ἀφροδισίων γὰρ ἡττώμενος οὐ πάνυ τὰ εἰς εὐνὴν ἐτύγχανε δίκαιος. Ἐπεὶ δ' ὁ χρόνος προήκων τῷ αὐτοκράτορι τὰ ὑποφόρα βέλη τοῦ ἔρωτος ἠμβλυνε, τότε τῇ Αὐγούστῃ πρόσκειται τέλεον καὶ πᾶσαν αὐτῇ τὴν οὐσίαν ἀνατίθησι, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ποδαλγῶν κλινοπετὴς ἦν. Αὕτη δὲ, τῷ μὲν υἱῷ καὶ βασιλεῖ Ἰωάννῃ μὴ φιλίως προσκειμένῃ, τὴν διάθεσιν πᾶσαν

(97) De Michaelis Anemæ dicti, et aliorum conjuratione ac supplicio plura Anna Comnena libro XII *Alexiadis*, ubi quæ de ademptis capillis non novacula, ut ait noster Glycas, sed dropace, hoc est medicamenti quodam genere, quo ad decalvandum caput et depilandum mentum, utebantur veteres, sic illa exponit : Καὶ τὴν ἐν χρῷ κουρὰν τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ πώγωνος ψιλώσας διὰ μέσης πομπεύσαι τῆς ἀγορᾶς παρεκελεύσατο· unde refellere licet errorem ejus, qui δρόπακα legendum contendebat, et *falcylam* seu *securim* interpretebatur.

sua cum ipso ad imperatorem accederent Secundum hæc princeps Turcorum fœdus cum imperatore ferit; quo inito domum utrinque discessum. Cum autem morbus imperatoris in dies ingravesceret, de communi medicorum sententia candens ferrum ejus stomacho impressum est. Et quia parum temperatus aer regiæ videretur, ut qui esset australior aliquanto, in Manganorum palatium fuit deportatus, fato illum, ceu credi par est, eo pertrahente. Nam vulgo jactatum illud : « In Acesodynis cadet, » de ipso perscriptum esse perhibent, qui plurimum ejusmodi oraculis interpretandis valent. Istic ergo diem in terris supremum, Joanne Comneno filio successore imperii relicto, clausit.

A διάδοχον καταλιπὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Κωμνηνὸν Ἰωάννην (98).

(98) Clausulam hanc post τὸν Κομνηνὸν Ἰωάννην adjecit F litteris rubrica instar titulorum insignibus : ΕΩΣ ΩΔΕ ΤΟ ΠΕΡΑΣ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΧΡΟΝΙΚΑ ΔΙΗΓΗΣΕΩΣ.

MICHAELIS GLYCÆ ANNALIUM FINIS.

GLYCANORUM ANNALIUM
CONTINUATIO
A JOANNE COMNENO USQUE AD IMPERII BYZANTINI EVERSIONEM,
AUCTORE JOANNE LEUNCLAVIO.

Qua superioribus adjecta, corpus integrum Historiæ Byzantinæ Lectores habent.

336 Alexio imperatore spiritum extremum ducente, Joannes maximus natu filius, adjuvante fratre Isaacio, Sebastocratore, conscio patre, cèu ferebatur, invita matre, quæ Bryennium generum cum Anna Cæsarissa filia maluisset imperio potiri, nactus annulum paternum, partim eo custodibus ostenso, partim vi portis e cardinibus emotis, magnum palatium ingressus est, seque imperatore nuncupato, rempublicam administrare cœpit. Confirmato imperio, præcipue cognatorum opera in gubernatione utebatur Joannis Comneni accubitoris, qui arrogantia sua semet cito dejecit, et Gregorii Taronitæ, viri modesti, præterea Gregorii Camateri, obscuro nati genere, ac Joannis Axuchi Persæ, quem mirifice diligebat ob consuetudinem diuturnam, et honore magni domestici ornabat. Anno primo necdum exacto concitata fuit adversus imperatorem seditio, cujus erant principes Bryennius et Anna Cæsarissa. Verum ea mature sopita est, imperatore seditiosos humaniter castigante.

Post hæc Turcis in Phrygia victis, Laodiceam recuperatam muniit : alteraque suscepta expeditione, solerter pellectis ad insidiarum loca præsidiariis, et ab urbe interclusis, Sozopolim cepit, cum aliis multis oppidis locisque munitis, quæ Turci Romanis ademerant. Scythas etiam quos Patzinacas vocant, ingenti prælio vicit, itemque Triballos et Servios, quos in potestatem redactos magna ex parte in Nicomediensem Asiæ provinciam transtulit. Filios habuit quatuor, Alexium, Andronicum, Isaacium, Manuelem. Alexium post coronationem videre per quietem visus est insidentem leoni, quem auribus habenarum vice moderaretur, cum alioqui nihil haberet ad domandam belluam accommodatum. Hoc viso significabatur, eum titulo tenus absque re potiturum imperio, quod etiam mox amissurus esset, uti deinceps accidit. Gessit etiam feliciter adversus Hunnos bellum Joannes, qui fines Romanos invaserant, prætexta causa spoliatorum mercatorum suorum, cum occulta et verior esset, in Almuzen Stephani regis Hunnorum fratrem profugum declarata humanitas. In hac expeditione multum ab eo fines imperii versus occidentem prolati sunt.

Victis hinc Persarmeniis, et occupata Castamone, cum triumpho Constantinopolim pedes est ingressus, quadriga triumphali nequaquam conscensa, sed imagine Deiparæ in illam collocata, cui velut imperii collegæ victorias acceptas ferebat. Mox reversus in Orientem, Castamonem a Tanismanio receptam, Gangram, Adanam, Tarsum, Bacam munitissimum castellum, Anabarzam vi expugnat : et Cœlesyriam ingressus, Antiochiæ quam honorifice a Raimundo principe suscipitur, ac fœdus tam cum Raimundo, quam Tripolitano comite ferit. Inde penetrans ad Euphratem, Pizam aliasque nonnullas munitiones occupat. Nec multo post Alexium primogenitum, quem ad imperii societatem admiserat, et Andronicum ab eo proximum mors abstulit : eis non diu superstes fuit, læsus in venatione per sagittam suam veneno infectam, quam e pharetra solitarius aper excusserat. Moribundus oratione ad suos habita, Manuelem ex filiis natu minimum, qui tum forte aderat, Isaacio majori præ-

338 Cum autem studiose Manuel secum potentiam nationum occidentalium, quæ regi Alemanorum parebant, expendisset : veritus ne illi aliquando suum imperium adorirentur, Romæ veteris Papam contra Fridericum regem concitavit, hortatus ut quod pontifici deberetur imperium, usurpari ab Alemanico principe nequaquam pateretur. Eodem pacto Venetos, Genuenses, Pisanos, Anconitanos, et reliquos maris accolas sibi conciliabat, sacramento devinciebat, omnis generis officiis alliciebat, in urbe denique perhumaniter excipiebat. Cumque Mediolanensium urbem ac munitiones eversas a Friderico accepisset, opem ac pecunias ils præbuit, quibus muros instauraret. Montisferrati denique sibi Marchionem adjunxit, ejus filio Marias, filia sua in matrimonium concessa. Quo factum est, ut cum Fridericus archiepiscopo Moguntino, cancellario suo, in Italiam misso, Papæ urbes Italicas adimeret : Montisferratensis, Manuelis largitionibus impulsus, Conradum filium cum copiis in Moguntinum ablegaret, a quo profligatis Alemanis, etiam ipse Moguntinus inter alios captus est.

Cum autem Manuel sectatores vitæ solitariæ, propter possessiones et mundana negotia, parum religioni cultuique divino deditos videret ; nullas eis vineas, nullos agros, nullas possessiones assignavit, sed ex fisco tantum pendi jussit, quantum ad victum cultumque corporis satis esset. Videtur nimirum cupiditatem immodicam struendi monasteria improbasse, ac posteris exemplum prodere voluisse, quo pacto templa condenda, et quæ hominibus ejusmodi ratio vivendi sit præscribenda. Tantum autem abfuit ut eorum institutum probaret, qui solitariam vitam professi, et opibus affluunt, et multitudine curarum magis distrahuntur, quam ii, qui hujus vitæ deliciis occupantur, ut sanctionem Nicephori Phocæ, fortissimi et cordatissimi imperatoris, abolitam, de non augendis monasteriorum latifundiis, quasi postliminio revocarit. Mortuus est tandem, parum constitutis ordinatisque rebus imperii, cum astrologis fidem habuisset, qui victurum adhuc quatuordecim annos prædixerant. Imperavit annos 38, tribus mensibus demptis : ad quod imperii spatium, vetustum oraculum alludere videtur :

Tui prehendet te postrema nominis.,

Nam in Græco Manuelis nomine postrema syllaba tantum numerum complectitur (1).

Successit ei natus in purpura filius, nimirum Alexius Comnenus, cujus pueritia reipublicæ perniciosa fuit. Alexius enim Comnenus, protosebastus et protovestiarius, mortui Manuelis patruelis imperatrice sibi conciliata, summam in gubernatione potentiam ad se transtulit, imperatore per ætatem ad sustinendam ejusmodi molem prorsus inepto, neque tantum venationibus et equitationibus oblectante, cum etiam prave cæteroquin educaretur.

(1) λ et η conficiunt 38.

Hac impulsus occasione Andronicus, et ipse Manuelis patruelis (nam eodem patre Alexio, Joannes Manuel's et Isaacius Sebastocrator Andronici pater, nati erant), homo longe vaferrimus pariter et crudelissimus, sub astuto prætextu, quasi rempublicam et imperatorem vindicare vellet ab insidiis protosebasti, e Paphlagonia, quo ablegatus a Manuele fuerat, propius ad urbem accedit, adjunctisque sibi viris in administratione principibus, redactum in potestatem protosebastum excæcat ; imperii procurationem in se transfert ; Contostephanum cum quatuor filiis, Basilium, Camaterum, et alios illustres viros oculis spoliat ; matrem imperatoris necat, conficto crimine, quasi ea Belæ regi Hungarorum, quocum nupta soror imperatricis erat, prodere Branizobam et Belligradum voluisset. Imperatorem se renuntiat, coronaque redimit ; ac tandem consecutus id quod jamdudum animo sibi destinaverat, imperatorem Alexium capitis per summam injuriam damnatum, arcus nervo strangulari jubet. Ejus interfecti latus pede tundit, ac parentum ipsius alterum ut perjurum et injurium, alteram ut vulgati corporis mulier, culam contumeliose insectatur. Hinc avulsum a corpore caput aliquo abjicitur, truncus in mare plumbo demergitur.

Fuerat a prima ætate Andronicus insignis scelerum artifex, multasque facinorum suorum causa perpessus ærumnas erat. Nam initio conspiratione cum Hungaris facta, Manuelem imperio dejicere conatus est : quarum insidiarum convictus, in palatii custodiam datus est. Accessit et alia captivitatis hujus causa. Quippe Manueli tres fuere fratres, Alexius, Andronicus et Isaacius, quorum duo priores ante patrem obierunt. Ex iis Andronicus tres filias suscepit, Mariam, Theodoram, et Eudociam. Eudocia marito defuncto nefaria consuetudine Andronici non clam, sed palam usa est. Quoties autem reprehendebatur ob incestum Andronicus, hanc defensionem per jocum usurpabat : solere subditos principum mores imitari, et aquam ex eodem fonte petitam, eumdem saporem referre. Quibus verbis imperatorem Manuelem perstringebat, qui cum fratris filia rem habebat. Ii sales maximopere Manuelem pungebant, et mulieris cognatos in Andronicum incendebant. Itaque compactus est in vincula, ceu diximus : cumque diu quadam in turri jacuisset, animadvertit meatum in ea quemdam subterraneum, in quem semet abdit, obstructo meatus foramine. Cum deinde carcerem ingressi custodes hominem nusquam reperirent, omnibusque viis perquisitis **339** comprehendi non posset; uxor ejus in turrem, e qua maritus evasisse putabatur, tanquam fugæ ipsius conscia, conjicitur. Andronicus e caverna se proripiens, et mulierem inopinato conspectu territam allocutus, ex eo tempore diu cum ea vixit in carcere, Joannemque filium ibidem mater concepit, quem dein-

bastocratoris et fratris Manuelis imperatoris ex filia nepos, avertit: itemque Comnenus Alexius, ejusdem Manuel's ex fratre nepos, regem Siciliæ Gulielmum incitavit, ut Dyrrachium et Thessalonicam occuparet: quibus sane captis, ingens a Siculis est exercita crudelitas. Hinc et Epidamnus, et Amphipolis, et Mosynopolis in hostium potestatem venerunt: Andronico per vecordiam et luxum suis non succurrente. Hisce malis in dies augescentibus, de successore sollicitus esse cœpit Andronicus. Quamobrem cognito per artes improbas successurum sibi quemdam, cui nomen esset Isaacio, putabat ipse quidem illum Isaacium denotari, qui (ut dictum est) Cyprum occupaverat: familiares vero Isaacium Angelum metuebant, Andronico prorsus adversante. Quapropter consilio proprio Stephanus Hagiochristophorites, immanissimus Andronici scelerum administer, ad interficiendum Isaacium semet accingit: qui tanquam in re desperata, Stephanum antevertens, sua manu conficit. Deinde ad Magnam ecclesiam se recipiens, populi confluentis opem implorat. Is vero magis ac magis semet armans, Isaacium Angelum imperatorem proclamat, et ad palatium deducit. Inde missi satellites, qui Andronicum fugientem persequerentur. Pervenerat ille cum Anna conjuge, ac scorto quodam Chelen, ad Tauroscythas illinc trajecturus. Sed marinis tempestatibus alioquoties in littus ejectus, a persecutoribus comprehensus est.

Ad Isaacium perducto, post varias contumelias, dextra præciditur. Post aliquot dies altero oculo effosso, scabioso camelo impositus, per forum triumphi specie traducitur. Tum vero nonnulli clavas in caput ejus impingere; alii stercore nares ejus fœdare; alii spongias excrementis hominum pecudumque repletas in faciem ejus exprimere; alii verbis obscœnis parentes ipsius insectari: quidam verubus latera pungere; scortum denique quoddam impudens ollam ferventi aqua plenam in faciem ejus effudit. Hoc modo deductus in theatrum, pedibus fune colligatis suspenditur. Interim ipse clamabat, Domine, miserere; item, Quid calamum contritum infringitis? Nec adhuc contentus erat vulgi furor, Andronico suspenso. Nam lacerata tunicula, virilia ejus vexata sunt; et quidam longum ensem per fauces ejus ad intestina usque trajecit. Duo quoque Latini generis, enses ambabus manibus in nates ejus adegerunt, ut periculum facerent, uter esset acutior. Post tot ærumnas ægre vitam abrupit, dextera cum dolore ad os admota: ut multi putarent, eum calidum ex ea sanguinem ob recentem plagam adhuc destillantem, exsugere. Imperavit annos duos, cum antea quoque rerum potitus esset unius anni spatio, sine purpura et diademate. Post ejus mortem filii quoque, Joannes et Manuel, cæcati perierunt.

Hinc Isaacius in profligandos Siculos intentus, qui jam Constantinopoli etiam imminebant, copiis suis Alexium Branam ducem præficit. Is bello feliciter administrato, præter spem omnium Siculos delet, urbesque captas recuperat. Periere Siculorum in bello supra 10,000, in carceribus autem frigore ac fame ad quatuor millia. Duces etiam capti sunt, Richardus et Balduinus, una cum Alexio Comneno, belli auctore, cui mox oculi sunt effossi. Secundum hæc infeliciter tentata Cyprus, et secuti motus Vlachorum nationis: adversus quos nihil recte gestum a Joanne patruo imperatoris, nec a Joanne Cantacuzeno. Missus autem ad debellandos eos Alexius Branas, imperio affectato, Constantinopolim reversus obsedit. Verum non multo post, irrito conatu, cæsus est per Conradum Marchionem Montisferratensem: cui Cæsaris honorem imperator detulerat, viro valde strenuo et forti, maximis largitionibus ex Italia Constantinopolim evocato, ut Theodoram imperatoris sororem matrimonio sibi jungeret. Ejusdem supra quoque facta est mentio, quod Moguntinum prælio victum ceperit. Mortem obiit immaturam, per fraudem a Chasio quodam occisus in Palæstina, ubi præclarum virtutis et prudentiæ specimen, Ioppe (quam nunc Acconen vocant) et aliis oppidis expugnatis, magno cum terrore Saracenorum ediderat. Durante adhuc bello contra Vlachos, Theodorus Mangaphas, quem Morotheodorum deinceps vocarunt, occupata patria sua Philadelphia, frustra imperium affectavit, in perpetuos carceres deinceps inclusus.

Fridericus quoque rex Alemanorum expeditionem suscepit, ad eripiendam Saracenis Ægyptiis Palæstinam. Hoc ejus iter Isaacius contra fidem datam impedire conabatur, sed cum nihil efficere se videret, tandem liberum Alemanis transitum concessit. Enituit tum erga peregrinos insignis Laodicensium hospitalitas. Quapropter iis Alemani faustissima quæque sunt a Deo precati, et Fridericus ipse manibus oculisque sublatis in cœlum, genibus humi flexis, oravit, ut quidquid vitæ prodesset, quidquid animis salutem afferret, a Deo gubernatore hujus universitatis impetrarent. Adjecit hoc quoque, si reliquæ provinciæ Rōmanorum tam benigne Christi **341** milites excepissent, se illis et opes secum allatas perlubenter fuisse daturos, commeatu pacate accepto, et fines Romanos jampridem fuisse transituros, hastis nullius Christiani sanguine contaminatis. Cum autem Fridericus ingressus agrum Iconiensis sultani, qui et ipse pacatum ei transitum concesserat, contra fidem datam violaretur, duobus præliis Turcos, ad Philomelium et Cingularium, sic prostravit, ut et celebris et formidabilis apud orientales nationes evaderet: præsertim posteaquam non longo temporis interjecto spatio consimilibus eosdem cladibus apud ipsum Iconium affecisset, quod ei se mox dedidit. Urbe potiti Alemani, tectis suburbanis contenti, et commeatu saltem ablato, citra maleficium discesserunt. Hinc ab Armeniis honorifice

susceptus, Antiochiam ire in animo habebat, augescente indies viri gloria, et nomine illustrato, tum ob prudentiam, tum propter invictum exercitum, ita ut nullus hostis cum eo congredi auderet. Cum autem ad fluvium quemdam pervenisset, vorticibus aquarum suffocatur: vir honesta et perpetua memoria dignus, et judicio prudentum vel in tali obitu felix, non eo tantum, quod nobili ortus genere, avitum imperium in multas gentes obtinuit, sed ob illud potius, quod ultra omnes omnium gentium Christianarum principes Christi desiderio flagrans, patria, deliciis regiis, tranquillitate, beata domi superbaque cum charissimis vita despectis, cum Christianis Palæstinæ incolis ærumnas tolerare maluit. Patre mortuo, filius Laodiceam in Cœlesyria, Berytum, aliasque civitates Syriæ subegit, ac pluribus pro Christi nomine laboribus exhaustis, extremum ad Acconem, quam obsidebat, vitæ diem clausit. Exercitus reliquus navibus suorum Tyri conscensis, incolumis ad suos rediit.

Nec Alemani duntaxat hoc tempore Saracenis qui Palæstinam occuparent, arma intulerunt, sed etiam Francorum Anglorumque reges magnis classibus Tyrum appulerunt. Cumque Saracenos nec ipsi urbe sancta pellere possent, infectis rebus domum reverterunt. In itinere tamen Anglus Cyprum occupavit, capto Isaacio Comneno tyranno, de quo supra diximus: insulamque pro sua Hierosolymitano regi donavit, ut ibi amisso regno habitaret. Cæterum non crebræ tantum seditiones multorum qui affectabant imperium, Isaacium exercebant: sed etiam Vlachorum natio progressa, munitas urbes invadebat. Anchialum enim vastabant, Varnam subigebant, Trifiditzam sive Sardicam delebant, Stumpio cives ejiciebant. Tandem in expeditione contra Vlachos, magnifico cum apparatu suscepta, cum venationi esset intentus Isaacius, ab Alexio fratre, de quo non tantum nihil mali suspicabatur, sed etiam summam sibi charitatem observantiamque pollicebatur, et oculis et imperio spoliatus est. Imperavit annos 9, menses 8, nondum annos 40 natus, cum regnum amitteret.

Alexius imperator in castris designatus, omisso contra Vlachos bello, Constantinopolim redit: ubi cum inauguratus esset, quoddam memorabile contigit. Templo enim egressus, cum conscensurus esset equum Arabicum, sessorem ille non voluit admittere, sed oculis sanguine suffusis, auribus erectis, crebro solum pulsans, et anterioribus ungulis cum fremitu sublatis, indicium præbuit, quasi Alexium tergo recipere dedignaretur. Ubi vero post multos poppysmos et cervicis palpationes placatus, crebros illos gyros et calcitrationes omissurus videbatur, imperator in eum insilit, et habenas prehendit. Nihilominus ille ferocit, nec prius importune saltare desistit, quam gemmata corona capite imperatoris excussa, et ex parte comminuta, ipsum quoque dejecisset. Alio equo adducto, fracta corona inauspicatum omen visa est imperii cladium non expertis, et imminentis ruinæ, noxæque hostilis. Post hæc imperator Angeli cognomento, sive ut humiliore, sive ut abolendo cum fratre, repudiato, Comnenus appellari voluit. Tota ejus vita mollis fuit, et perpetuo socors ingenium. Omnia de imperatricis sententia fere gerebantur, cujus et virilis erat animus, et providentia singularis, sed impudica plane vita, quæ sane infamia maritum quoque dehonestabat.

Hoc tempore rex Alemanorum Ammerigus [Henricus], Friderici filius, paterno principatu suscepto, Sicilia et Italia subactis, Græcos lacessebat; quanquam ab adversario suo, papa Romæ veteris, ab instituto retraheretur. Postulabat autem sibi per legatos restitui Romanas provincias ab Epidamno Thessalonicam usque, tanquam belli jure nuper a Siciliæ rege subactas, cui nunc ipse successisset. Addebat offensas paternas, quod imperator Manuel papam Romæ veteris contra Fridericum concitasset et armasset. Itaque denuntiabat, Romanis aut pacem maxima pecunia redimendam, aut bellum statim tolerandum. Quæ autem pecunia pacis nomine quotannis pendi deberet, auri centenariis quinquaginta principio æstimata, postremum ad centenarios 16 redacta est: quos ut Alexius exsolveret, imperatorum sepulcris spoliatis, ad 70 centenarios argenti et auri nonnihil corrasit. Verum ante quam pecunia mitteretur, Alemaniæ rex naturæ debitum persolvit, cum gravissime in Siculos, qui seditionem concitarant, animadvertisset. Factionis quidem principem et regem delectum corona jussit ahenea redimiri, quæ cum haberet quatuor foramina, per ea totidem clavis capiti ejus est affixa. Quod ubi factum fuisset: Habes, ait Ammericus, coronam quam venatus es; nemo tibi hanc invidet. **342** Ille vero mox oborta vertigine, humi prolapsus, exspiravit. Capta Sicilia, cum cæteris Irene Isaacii imperatoris filia captiva est abducta, et desponsa fratri regis Alemaniæ Philippo, amisso priore conjuge, qui post obitum Tancredi patris Siciliæ regnum obtinuerat.

Secutæ sunt deinceps gravissimæ Constantinopolis clades. Nam Isaacius pridem imperator cum Latinis arcana consilia de ulciscendis injuriis et evertendo fratre Alexio conferebat, litteris ad Irenem filiam missis, Philippi Alemanorum regis conjugem, quibus eam ad opem sibi ferendam instigabat, atque inde litteras recipiebat, quibus quid agendum esset, monebatur. Deinde filius quoque ipsius Alexius, custodia eductus, libere quo libuit ambulavit. Quapropter de consilio paterno, Pisani cujusdam ope, perductus in Siciliam, sorori indicatur: quæ justo præsidio misso, fratrem amplexa, maritum Philippum orat, ut patri suo pro virili opem ferat, et fratrem quoque juvet, exsulem et extorrem.

Acciderunt et alia mala. Nam cum Venetis mercatoribus ex avaritia ministrorum imperatoris et cognatorum adimerentur prisca quædam privilegia,

Pisanique ipsis præferrentur : a Græcis paulatim abalienati, se vicissim eis per occasionem ægre facturos ostendebant. Itaque dux eorum Ericus Dandulus, vir prudens ac provectæ admodum ætatis, de auxiliis aliorum asciscendis cogitat, quos norat a Græcis dissidere. Cumque tempus ipsum nobiles quosdam toparchas, qui Palæstinam visere cupiebant, sponte obtulisset : societatem et fœdus contra Græcos coit. Erant ii, Montisferrati marchio Bonifacius, Flandriæ comes Balduinus, comes Sancti Pauli Hericus, Pleæ comes (1) Lodoicus, et alii complures audaces bellatores. Classe per integrum triennium fabricata, Alexius Isaacii Angeli filius litteris veteris Romæ pontificis, et Alemaniæ regis instructus, cum aliis se conjungit, et pecuniarum acervis ipsorum animos expleturum se pollicetur, si paternum imperium sibi restituerent. Idem sacramento promittit auxilium contra Saracenos, Latinorumque religionem amplexus, privilegiorum papalium renovationem, et Græcorum institutorum mutationem pollicetur. Hoc modo factum, ut Byzantium obsideretur, Alexius frustra tentatis armis Debeltum profugeret; post VIII imperii annum Isaacio et ejus filio Alexio imperium deferretur, Latini rapinis, incendiis, ferro in Byzantinos captos crudelissime grassarentur.

Inter magnas autem seditiones urbanæ plebis, imperio rursum Angelis erepto, Alexius Ducas, cognomento Murzuflus sive superciliosus, Nicolaum Canabum imperatorem a populo designatum capit, itemque redacto in potestatem suam Alexio Isaacii filio sibi vindicat imperium. Cum bis Alexio venenum propinasset, quod ille tum ætatis robore, tum antidotis clam sumptis vicerat : laqueo tandem ei guttur elidit, mense imperii sexto, die octavo. Verum ne Murzuflus quidem ultra duos menses et 16 dies imperio potitus est, expugnata rursum a Latinis urbe : qui ea capta, de suorum procerum numero Balduinum Flandriæ comitem communibus suffragiis imperatorem designarunt, agentem annum ætatis 32, virum pium, modestum, adeo pudicum, ut mulierem inverecunde non aspiceret, quamdiu a conjuge aberat, et bis qualibet hebdomade vesperi proclamari juberet, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.

Murzuflum hoc imperante Alexius Isaacii frater, quem Constantinopoli relicto imperio profugisse diximus, dolo comprehensum luminibus orbavit : neque multo post excæcationem idem Murzuflus in Latinorum manus delatus, Byzantium reducitur, et ob dominum imperatoremque suum Alexium Isaacii filium laqueo strangulatum, in judicium vocatus, capitis damnatur, novoque supplicii genere afficitur. Nam in altissimam columnam perductus, inde præcipitatur : et aliquandiu in pedes descendens, deinde in caput subversus, et humi allisus, miserabiliter interiit.

Adrianopolim cum obsideret Balduinus, Joannes Vlachorum princeps, Latinis in insidias pellectis, egregia potitus est victoria, cæso Lodoico Pleæ comite, Balduino capto, Dandulo et Herrico Balduini fratre propter acceptam cladem fuga sibi consulentibus. Hinc factum Constantinopoli decretum, quo Latini promulgarunt, se nemini popularium suorum inaugurationem regni concessuros, nisi morte Balduini prius explorata. Cumque hoc modo annum unum et menses quatuor rempublicam sine imperatore administrassent, audito ejus interitu, Herricum fratrem imperatorem declarant. Est autem Balduinus ab Joanne Myso crudelissime necatus, cum pedibus et manibus amputatis, reliquum truncum in vallem profundam abjici juberet, ubi tertio demum die volucrum esca miserabiliter exspiravit.

Herricus imperio potitus, cum ex suis Orestiade relictis, Scytharum et Vlachorum exercitus denuo egredi audisset : non hostium multitudine territus, nec superiorum bellorum cladibus consternatus, exire non dubitavit, ut et suos conservaret, et Græcorum reliquis subveniret. Igitur Adrianopolim profectus, cum Vlachos Latinorum conspectu, audaciam usitatam et rei militaris habitum etiam post illas strages retinentium, territos vidisset : usque ad Crenum et Borcam eos est persecutus. Inde per Agathopolim, Anchialum usque progressus, ibique castris positis, et multis rebus gestis, unde pecunias, **343** homines, pecudum greges et armenta cepit, salvus Constantinopolim rediit.

Interea vero, dum Constantinopoli regnant Latini, Theodorus Lascaris, Alexii Comneni imperatoris gener, in Asia sibi usurpat imperium, quam occupare Latini propter Vlachorum bella non poterant. Cum autem Alexius Theodori socer ex Europa in Asiam profugisset, ad Jathatinem sultanum, Attaliæ principem sese contulit, ut ejus ope genero pulso, rerum ipse potiretur. Sed irritus hic conatus fuit, Jathatine manu Theodori fortiter præliantis interempto. Cum annis 18 Theodorus imperasset, naturæ debitum persolvit : Joanne Duca, qui filiam ejus Irenen in matrimonio habebat, successore designato.

Henrico autem imperatore mortuo, Robertus imperio potitus est, ejus ex Iolanta sorore nepos : qui frustra Joannem oppugnavit, trajectis in Asiam copiis Lascarum duorum causa, qui se Joanni putabant omnino præferendos esse. Paulatim vero potentia Joannis crevit, in Europam Thraciamque Roberto parentem trajicientis : unde factum, ut e Bulgaria legati ad eum mitterentur, tam pacis expetendæ causa, quam ut imperatoris filio Theodoro, Helenæ Asanis junioris, Bulgarorum principis, filiæ nuptias offerrent. Ea legatio rata fuit, et congressi circa Chersonesum imperator et Asan, Helenam Asanis filiam decem annos natam, imperatoris filio impuberi adhuc, Theodoro Lascari ju-

(1) Id est Blesensis. Vide Gregoram p. 14, cum Du Cangii nota. EDIT.

niori, espondent. Is deinceps mortuo patri, qui 33 annis regnavit, in imperio suffectus est: neque diu rerum potitus, Joanne filio, sex annos nato, hærede relicto, vivendi finem fecit.

Michaelus autem Palæologus, qui jamdudum etiam vivo Theodoro res novas molitus fuerat, in se rerum summa translata, Joannem oculis spoliat. Recuperavit idem Constantinopolim, cui tum quartus ex Flandris imperator præerat, Balduinus secundus, Roberti jam mortui frater. Itaque rursus imperii forma quædam per Michaelum est constituta, Latinis prorsus ex Græcorum ditione pulsis, præter exiles reliquias, in Peloponneso adhuc hærentes. Cumque non tutum, nec paci accommodatum esse videretur Michaelo, turbam opificum et mercatorum, ex Venetis Pisanisque constantem, quæ pulsis Latinis remanserat, intra urbem una cum Genuensibus, perpetuis ipsorum hostibus, degere, Galatam Genuensibus assignavit, e regione sitam, mercium immunitate concessa, quam antea quoque promiserat, urbe nondum potitus, si per eos in illa recuperanda juvaretur. Mittebantur his magistratus domo certis temporibus, qui jus dicerent, suisque præessent. Ac Veneti quidem suum appellabant Balivum sive curatorem, Pisani consulem, Genuenses Potestatem.

Balduinus Flander, periculo Constantinopolitano liberatus et elapsus, in Italiam cum pervenisset, cum rege Neapolitano Carolo, Gallorum regis fratre, qui Conradinum Suevum legitimum ejus hæredem regni trucidarat, affinitatem junxit, illius filia filio suo desponsa, sperans ejus opibus se Constantinopolim recuperaturum. Sed ea cupiditas atque conatus irritus omnino fuit. Imperante Palæologo, 25 die Maii, anni 6775, sub horam ante meridiem tertiam, luna solem obscuravit, fuitque tota eclipsis punctorum fere 12. Tantæ autem sub ejus medium ortæ sunt tenebræ, ut multæ stellæ apparerent: quæ nimirum maximas Romanorum calamitates, a Turcis imminentes, portendebant. Secundum hæc imperator Andronico filio Annam Pannoniam despondet, simulque ipsum insignibus imperii ornat, cum promisisset dato jurejurando, se pie veneraturum Ecclesiam, et privilegia ipsius inviolata conservaturum, patri autem nunquam insidiaturum.

Cum autem Carolus rex Neapolis magnos apparatus faceret in gratiam Balduini Flandri, Palæologus domestica in illum bella commovit, magna pecunia finitimis, Siculo rege ac Venetis, ad bellum illi faciendum concitatis. Præterea legatos ad papam mittit, de inunda veteris et novæ Romæ Ecclesiarum concordia, modo is Caroli expeditionem averteret. Et legatione a papa benigne audita, concordiæ rationes initæ sunt, cujus hæc fuere capita: Primum, ut in sacrorum voluminum hymnodiis papæ cum quatuor patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuivis Romam veterem, quæ curia major et perfectior esset, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur. Huic concordiæ principio Byzantini adversabantur, sed paulatim mitius sensere, postea quam Joanni Beco Chartophylaci fuissent exhibiti Blemmydæ Nicephori libri, qui de iisdem adversus Latinos controversiis Joanne Duca imperante consultus, multa scripserat. Hoc modo factum, ut Becus, qui dudum acerrime Latinis adversabatur, mutata sententia, victoriam faceret ambiguam, patriarchicoque solio conscenso, ad intimam imperatoris amicitiam admitteretur.

Mortuo autem Michaelo, Andronicus filius in imperio successit: quo regnante, Turcorum principes, Carmanus Alisurius, Sarchanes, Calames, Cerasus, Atman (qui et Otomanus) Amuriique filii, provincias Asiaticas Græcis ademptas, inter se partiti sunt. Adversus hos arcessiti sunt ex Hispania Catelani Ronzerio duce, magnis promissis præmiis, si Turcos a Græcorum finibus averterent. Cum autem re contra Turcos feliciter gesta, non numerarentur eis stipendia, de quibus convenerat: conversis in ipsos Græcos armis, 344 Asiam depopulati, rursus in Europam trajecerunt. Cumque Callipoli occupata, Ronzerium Cæsaris honore prius ab imperatore ornatum, ad postulanda stipendia sua Orestiadem, ubi Michaelus Andronici filius imperator designatus id temporis agebat, ablegassent: jussu Michaeli Ronzerius ad ipsam regiam Græcis a militibus est interemptus. Qua cæde nuntiata, Catelani sese bello parare, Græcorum bona diripere, Thraciam pervagari, Michaelum aperto prælio ad Aprum (oppidi hoc in Thracia nomen est) sternere, victoria freti Macedoniam invadere, superatisque montibus et convallibus, quæ Tempe nuncupantur, in Thessaliam irruere. Cum autem minime lacessendos Thessali Catelanos statuerent, datis pecuniis et viæ ducibus impetrant, ut eorum finibus excederent.

Igitur in Bœotiam delati, ab Athenarum Thebarumque duce transitum per ejus fines pacatum petunt. Ille cum fastu et derisu Catelanis eorumque postulatis spretis, per autumnum et hiemem vires suas ad ver usque colligit. Itaque Catelani veris initio non procul a Cephiso flumine castris positis, hostem opperiebantur. Erant eorum equites 3500, peditum 4000. Dum hostium adventum exspectant, omnem illam terram arant, ubi pugnare decreverant; deinde obducto vallo, et actis flumine fossis, totam planitiem sic irrigant, ut stagnaret. Vere medio regionis princeps cum magnis copiis aderat, equitum 6400, peditum amplius 8000 ducens. Et erat ipsius opinio arrogantiaque longe major. Sperabat enim, se Catelanis victis, omnia Byzantium usque suam in potestatem redacturum. Cumque planitiem inter suos et hostes interjectam, multo gramine virentem conspexisset, nihil eorum quæ acta erant, suspicatus, cum equitibus in eos fertur, extra campum in procinctu stantes. Sed priusquam Attici mediam ad planitiem pervenirent,

Pisanique ipsis præferrentur : a Græcis paulatim abalienati, se vicissim eis per occasionem ægre facturos ostendebant. Itaque dux eorum Ericus Dandulus, vir prudens ac provectæ admodum ætatis, de auxiliis aliorum asciscendis cogitat, quos norat a Græcis dissidere. Cumque tempus ipsum nobiles quosdam toparchas, qui Palæstinam visere cupiebant, sponte obtulisset : societatem et fœdus contra Græcos coit. Erant ii, Montisferrati marchio Bonifacius, Flandriæ comes Balduinus, comes Sancti Pauli Hericus, Pleæ comes (1) Lodoicus, et alii complures audaces bellatores. Classe per integrum triennium fabricata, Alexius Isaacii Angeli filius litteris veteris Romæ pontificis, et Alemaniæ regis instructus, cum aliis se conjungit, et pecuniarum acervis ipsorum animos expleturum se pollicetur, si paternum imperium sibi restituerent. Idem sacramento promittit auxilium contra Saracenos, Latinorumque religionem amplexus, privilegiorum papalium renovationem, et Græcorum institutorum mutationem pollicetur. Hoc modo factum, ut Byzantium obsideretur, Alexius frustra tentatis armis Debeltum profugeret; post VIII imperii annum Isaacio et ejus filio Alexio imperium deferretur, Latini rapinis, incendiis, ferro in Byzantinos captos crudelissime grassarentur.

Inter magnas autem seditiones urbanæ plebis, imperio rursum Angelis erepto, Alexius Ducas, cognomento Murzuflus sive superciliosus, Nicolaum Canabum imperatorem a populo designatum capit, itemque redacto in potestatem suam Alexio Isaacii filio sibi vindicat imperium. Cum his Alexio venenum propinasset, quod ille tum ætatis robore, tum antidotis jam sumptis vicerat : laqueo tandem ei guttur elidit, mense imperii sexto, die octavo. Verum ne Murzuflus quidem ultra duos menses et 16 dies imperio potitus est, expugnata rursum a Latinis urbe : qui ea capta, de suorum procerum numero Balduinum Flandriæ comitem communibus suffragiis imperatorem designarunt, agentem annum ætatis 32, virum pium, modestum, adeo pudicum, ut mulierem inverecunde non aspiceret, quamdiu a conjuge aberat, et bis qualibet hebdomade vesperi proclamari juberet, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.

Murzuflum hoc imperante Alexius Isaacii frater, quem Constantinopoli relicto imperio profugisse diximus, dolo comprehensum luminibus orbavit : neque multo post excæcationem idem Murzuflus in Latinorum manus delatus, Byzantium reducitur, et ob dominum imperatoremque suum Alexium Isaacii filium laqueo strangulatum, in judicium vocatus, capitis damnatur, novoque supplicii genere afficitur. Nam in altissimam columnam perductus, inde præcipitatur : et aliquandiu in pedes descendens, deinde in caput subversus, et humi allisus, miserabiliter interiit.

Adrianopolim cum obsideret Balduinus, Joannes Vlachorum princeps, Latinis in insidias pellectis, egregia potitus est victoria, cæso Lodoico Pleæ comite, Balduino capto, Dandulo et Herrico Balduini fratre propter acceptam cladem fuga sibi consulentibus. Hinc factum Constantinopoli decretum, quo Latini promulgarunt, se nemini popularium suorum inaugurationem regni concessuros, nisi morte Balduini prius explorata. Cumque hoc modo annum unum et menses quatuor rempublicam sine imperatore administrassent, audito ejus interitu, Herricum fratrem imperatorem declarant. Est autem Balduinus ab Joanne Myso crudelissime necatus, cum pedibus et manibus amputatis, reliquum truncum in vallem profundam abjici juberet, ubi tertio demum die volucrum esca miserabiliter exspiravit.

Herricus imperio potitus, cum ex suis Orestiade relictis, Scytharum et Vlachorum exercitus denuo egredi audisset : non hostium multitudine territus, nec superiorum bellorum cladibus consternatus, exire non dubitavit, ut et suos conservaret, et Græcorum reliquis subveniret. Igitur Adrianopolim profectus, cum Vlachos Latinorum conspectu, audaciam usitatam et rei militaris habitum etiam post illas strages retinentium, territos vidisset : usque ad Crenum et Borcam eos est persecutus. Inde per Agathopolim, Anchialum usque progressus, ibique castris positis, et multis rebus gestis, unde pecunias, **343** homines, pecudum greges et armenta cepit, salvus Constantinopolim rediit.

Interea vero, dum Constantinopoli regnant Latini, Theodorus Lascaris, Alexii Comneni imperatoris gener, in Asia sibi usurpat imperium, quam occupare Latini propter Vlachorum bella non poterant. Cum autem Alexius Theodori socer ex Europa in Asiam profugisset, ad Jathatinem sultanum, Attaliæ principem sese contulit, ut ejus ope genero pulso, rerum ipse potiretur. Sed irritus hic conatus fuit, Jathatine manu Theodori fortiter præliantis interempto. Cum annis 18 Theodorus imperasset, naturæ debitum persolvit : Joanne Duca, qui filiam ejus Irenen in matrimonio habebat, successore designato.

Henrico autem imperatore mortuo, Robertus imperio potitus est, ejus ex Iolanta sorore nepos : qui frustra Joannem oppugnavit, trajectis in Asiam copiis Lascarum duorum causa, qui se Joanni putabant omnino præferendos esse. Paulatim vero potentia Joannis crevit, in Europam Thraciamque Roberto parentem trajicientis : unde factum, ut e Bulgaria legati ad eum mitterentur, tam pacis expetendæ causa, quam ut imperatoris filio Theodoro, Helenæ Asanis junioris, Bulgarorum principis, filiæ nuptias offerrent. Ea legatio rata fuit, et congressi circa Chersonesum imperator et Asan, Helenam Asanis filiam decem annos natam, imperatoris filio impuberi adhuc, Theodoro Lascari ju-

(1) Id est Blesensis. Vide Gregoram p. 14, cum Du Cangii nota. Edit.

niori, espondent. Is deinceps mortuo patri, qui 33 annis regnavit, in imperio suffectus est: neque diu rerum potitus, Joanne filio, sex annos nato, hærede relicto, vivendi finem fecit.

Michaelus autem Palæologus, qui jamdudum etiam vivo Theodoro res novas molitus fuerat, in se rerum summa translata, Joannem oculis spoliat. Recuperavit idem Constantinopolim, cui tum quartus ex Flandris imperator præerat, Balduinus secundus, Roberti jam mortui frater. Itaque rursus imperii forma quædam per Michaelum est constituta, Latinis prorsus ex Græcorum ditione pulsis, præter exiles reliquias, in Peloponneso adhuc hærentes. Cumque non tutum, nec paci accommodatum esse videretur Michaelo, turbam opificum et mercatorum, ex Venetis Pisanisque constantem, quæ pulsis Latinis remanserat, intra urbem una cum Genuensibus, perpetuis ipsorum hostibus, degere, Galatam Genuensibus assignavit, e regione sitam, mercium immunitate concessa, quam antea quoque promiserat, urbe nondum potitus, si per eos in illa recuperanda juvaretur. Mittebantur his magistratus domo certis temporibus, qui jus dicerent, suisque præessent. Ac Veneti quidem suum appellabant Balivum sive curatorem, Pisani consulem, Genuenses Potestatem.

Balduinus Flander, periculo Constantinopolitano liberatus et elapsus, in Italiam cum pervenisset, cum rege Neapolitano Carolo, Gallorum regis fratre, qui Conradinum Suevum legitimum ejus hæredem regni trucidarat, affinitatem junxit, illius filia filio suo desponsa, sperans ejus opibus se Constantinopolim recuperaturum. Sed ea cupiditas atque conatus irritus omnino fuit. Imperante Palæologo, 25 die Maii, anni 6775, sub horam ante meridiem tertiam, luna solem obscuravit, fuitque tota eclipsis punctorum fere 12. Tantæ autem sub ejus medium ortæ sunt tenebræ, ut multæ stellæ apparerent: quæ nimirum maximas Romanorum calamitates, a Turcis imminentes, portendebant. Secundum hæc imperator Andronico filio Annam Pannoniam despondet, simulque ipsum insignibus imperii ornat, cum promisisset dato jurejurando, se pie veneraturum Ecclesiam, et privilegia ipsius inviolata conservaturum, patri autem nunquam insidiaturum.

Cum autem Carolus rex Neapolis magnos apparatus faceret in gratiam Balduini Flandri, Palæologus domestica in illum bella commovit, magna pecunia finitimis, Siculo rege ac Venetis, ad bellum illi faciendum concitatis. Præterea legatos ad papam mittit, de inunda veteris et novæ Romæ Ecclesiarum concordia, modo is Caroli expeditionem averteret. Et legatione a papa benigne audita, concordiæ rationes initæ sunt, cujus hæc fuere capita: Primum, ut in sacrorum voluminum hymnodiis papæ cum quatuor patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuivis Romam veterem, quæ curia major et perfectior esset, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur. Huic concordiæ principio Byzantini adversabantur, sed paulatim mitius sensere, postea quam Joanni Beco Chartophylaci fuissent exhibiti Blemmydæ Nicephori libri, qui de iisdem adversus Latinos controversiis Joanne Duca imperante consultus, multa scripserat. Hoc modo factum, ut Beccus, qui dudum acerrime Latinis adversabatur, mutata sententia, victoriam faceret ambiguam, patriarchicoque solio conscenso, ad intimam imperatoris amicitiam admitteretur.

Mortuo autem Michaelo, Andronicus filius in imperio successit: quo regnante, Turcorum principes, Carmanus Alisurius, Sarchanes, Calames, Cerasus, Atman (qui et Otomanus) Amurique filii, provincias Asiaticas Græcis ademptas, inter se partiti sunt. Adversus hos arcessiti sunt ex Hispania Catelani Ronzerio duce, magnis promissis præmiis, si Turcos a Græcorum finibus averterent. Cum autem re contra Turcos feliciter gesta, non numerarentur eis stipendia, de quibus convenerat: conversis in ipsos Græcos armis, 344 Asiam depopulati, rursus in Europam trajecerunt. Cumque Callipoli occupata, Ronzerium Cæsaris honore prius ab imperatore ornatum, ad postulanda stipendia sua Orestiadem, ubi Michaelus Andronici filius imperator designatus id temporis agebat, ablegassent: jussu Michaeli Ronzerius ad ipsam regiam Græcis a militibus est interemptus. Qua cæde nuntiata, Catelani sese bello parare, Græcorum bona diripere, Thraciam pervagari, Michaelum aperto prælio ad Aprum (oppidi hoc in Thracia nomen est) sternere, victoria freti Macedoniam invadere, superatisque montibus et convallibus, quæ Tempe nuncupantur, in Thessaliam irruere. Cum autem minime lacessendos Thessali Catelanos statuerent, datis pecuniis et viæ ducibus impetrant, ut eorum finibus excederent.*

Igitur in Bœotiam delati, ab Athenarum Thebarumque duce transitum per ejus fines pacatum petunt. Ille cum fastu et derisu Catelanis eorumque postulatis spretis, per autumnum et hiemem vires suas ad ver usque colligit. Itaque Catelani veris initio non procul a Cephiso flumine castris positis, hostem opperiebantur. Erant eorum equites 3500, peditum 4000. Dum hostium adventum exspectant, omnem illam terram arant, ubi pugnare decreverant; deinde obducto vallo, et actis flumine fossis, totam planitiem sic irrigant, ut stagnaret. Vere medio regionis princeps cum magnis copiis aderat, equitum 6400, peditum amplius 8000 ducens. Et erat ipsius opinio arrogantiaque longe major. Sperabat enim, se Catelanis victis, omnia Byzantium usque suam in potestatem redacturum. Cumque planitiem inter suos et hostes interjectam, multo gramine virentem conspexisset, nihil eorum quæ acta erant, suspicatus, cum equitibus in eos fertur, extra campum in procinctu stantes. Sed priusquam Attici mediam ad planitiem pervenirent,

equi veluti vinculis impediti, madefacta terra ad A gressum audaciorem subsidente, partim una cum equitibus in luto volutantur, partim iis excussis temere in campo feruntur, partim pedibus demersis ordine astabant. Quibus rebus animati Catelani, telis hostes circumventos internecione delent, et cum equitatu fugientes Thebas ac Athenas usque persecuti, urbes ipsas cum opibus, uxoribus et liberis hostium ex improviso capiunt.

Cæterum mortuo filio Michaelo, Andronicus nepotem ex eo suum, Andronicum juniorem, longe sibi charissimum, imperatorem designavit. Is vero dominandi libidine ductus, avum longo tempore variis ærumnis exercere non desiit, donec ei tandem imperium extorqueret. Quo facto, custodiebatur in palatio senior Andronicus, præque senio B perpetuisque molestiis et lacrymis amisso visu, quorumdam aulicorum intemperia postremum habitu monastico induitur, mutatoque nomine, deinceps Antonii appellationem accipit. Posteaquam ad se transtulisset imperium Andronicus junior, intellecto, Nicæam ab Orchane Turco, Bithyniæ principe, obsideri, trajectis in Asiam copiis, hostem adortus, insigni clade afficitur, maxima suorum parte amissa. Eodem Andronico imperante, Serviorum quoque natio Cralem (hoc est, regem) suum, qui diutissime regnarat, ab administratione removet. Deinde filio patri substituto, senem in carcere suffocat; invito fortassis illo, sed tamen connivente ac tacente.

Senior autem Andronicus, anno ætatis 74, mor- C tuus est, qui ab initio imperii ejus quinquagesimus erat. Junior annos 45 vivendo non explevit, mortuus anno post occupatam Constantinopolim, et ereptum avo imperium vicesimo. Cum autem moreretur, reliquit Joannem filium natum annos 12; tutoremque assignavit ei Cantacuzenum, virum opulentum, et magna potentia subnixum, ut puerum tutaretur, et curaret ad eam usque ætatem, quæ regno gubernando idonea foret. Ubi vero Andronicus excessisset e vivis, non multo post, urgentibus et postulantibus Græcis, Cantacuzenus tutor ad regnum allectus est, puero tamen nulla injuria affecto. Cumque sibi affinem illum Cantacuzenus fecisset, ut imbellem contemptui habuit, spem om- D nem in Græcis quantum ad regnum retinendum attinebat, ponens. Deinceps autem, cum regno pupillum spoliasset, Orchanique filiam uxorem dedisset: eum et amicissimum et familiarissimum in posterum expertus est. Orchani, qui 22 annos regnaverat, Suleimanus filius cum Amurate fratre successit: quorum ille mox contra Cantacuzenum arma movit. Verum non multo post utrinque pax facta est, et fœdus initum, ut conjunctis copiis bellum Bulgaris inferretur. Quod cum aliquandiu Suleimanus gessisset, nec oppidis etiam Thraciæ, quæ Græcorum juris erant, abstinuisset, mortuus, hæredem regni bellique fratrem Amuratem relinquit. Præerat tum Bulgaris Susmanus Alexandri filius, qui legatis ad Amuratem missis, pacem ac fœdus impetravit, data ei filia in matrimonium, quam excellenti forma præditam habebat.

Cæterum Joannes Palæologus Andronici junioris filius ubi adolevisset, imperio recuperato, Cantacuzenum expulit, monastica veste induit, mutatoque nomine Matthæum appellari jussit. Erant Cantacuzeno filii duo, quorum natu majorem pater imperio destinabat, minorem Manuelum Mizithræ sive Spartæ ducem fecit. Major patre a gubernaculis submoto, ceu diximus, ad Rhodi principem quem 345 magnum magistrum vocant, profugit; ubi cum frustra se recuperationem imperii sperare cerneret, ad fratrem in Peloponnesum profectus deinceps privatus vixit. Joannis Palæologi imperatoris filio Andronico Susmani filia uxor data est cujus sororem habebat Amurates. Andronici fratres erant Demetrius, Manuelus, et Theodorus, qui Amuratis castra sequebatur. Cum autem in Asia per absentiam Amuratis mota fuisset seditio, ejusque compescendæ causa copias illuc trajecisset, sumpto secum Joanne imperatore: utriusque filius, Sauzes et Andronicus, communicatis consiliis eripere parentibus imperium decreverunt. Quapropter in Europam illi reversi, filios in potestatem redactos excæcarunt, Joanne fervidum acetum suis oculis infundente.

Secundum hæc territus Joannes Turcorum successibus, auxiliorum impetrandorum causa profectus est Venetias: ubi cum nihil effecisset, in Galliam et Angliam abiit, spe itidem irrita, quod Carolus sextus rex tumultibus suorum distineretur. Itaque reversum Venetias, dimittere mercatores Veneti per summam insolentiam noluerunt, nisi pecuniam creditam ituro ad Galliæ regem, una cum usuris restituisset. Hac de causa cum ad filium Andronicum, quem Constantinopoli per absentiam suam præfecerat, suos ablegasset, nec ab eo quidquam extorquere posset: Venetiis hærere diutius coactus fuisset, ni Manuelus alter filius, qui Thessalonicam administrabat, e sua præfectura coactis nummis, Venetias ad patrem venisset, eumque liberasset. Quo quidem ille facto patrem arctissime sibi devinxit, Andronico deinceps gravissime succensentem.

Amurates illato Triballis, eorumque principi, cui Lazaro nomen erat, bello, præter exspectationem hoc modo est interemptus. Stabant utrimque acies in procinctu, jamjam conserturæ manus, cum Milosus quidam Cabilovicius, Lazari miles, re cum principe suo communicata, velut transfuga se ad Amuratem confert. Admissus in conspectum Amuratis, facinus longe pulcherrimum aggreditur. Nam eo fortiter interfecto, cum evadere ad suos non posset, animose pugnans occubuit. Ita periit Amurates, cum annos 57 regno præfuisset, ac bella 37 tam in Asia, quam Europa, felicissime gessisset. Successorem Bajazetum filium habuit.

Ad eum se contulit Andronicus Joannis filius cui

fervens acetum in oculos infusum fuisse diximus (irrito tamen conatu, nam visum hoc tempore recuperaverat), una cum Joanne filio : petentes auxilium, ut imperio Byzantino potiretur. Cum equitum 4000 impetrassent, Byzantium contenderunt. Joannes autem imperator et Manuel filius, audito Andronici adventu, arcem Aureæ (quam vocant) ingressi obsidioni tolerandæ se parabant. Verum Andronicus arcem pactionibus in deditionem accepit, et ambos in carcerem turris ligneum valde arctum compegit : in quo triennium egere, frustra monente Bajazeto, ut interficerentur. Anno quarto carceris præfecto persuaserunt, alimenta captivis ministranti, ut ferrum clam ipsis suppeditaret. Quo facto, evaserunt ad Bajazetum, pro restitutione tributum maximum pollicentes. Exploratis Byzantiorum animis, Manuel eis imperator datus est auctoritate Bajazeti, qui triginta millia nummorum aureorum singulos in annos Turco penderet, Andronico et Joanne filio in aulam Bajazeti deportatis, ubi victum haberent. Adjuvante Manuele, Bajazetus Philadelphia Lydiæ munita urbe, quæ sola Græci adhuc juris erat in Asia, potitus est.

Cum autem promissa Bajazeto Manuel non præstaret, ac in aulam Turci venire detrectaret, inchoata est obsidio Constantinopolis, quæ totum decennium duravit, et urbs omnino capta fuisset, ni Tamberlanes Scytha, bello Turcis illato, Bajazetum ipsum cepisset. Hac obsidione durante, Manuel urbe Joanni Andronici filio commissa, qui a Bajazeto ad ipsum defecerat, auxiliorum causa in Italiam ad Venetos et Mediolani ducem profectus est. Inde Galliam ingressus, regem Gallorum Carolum phrenesi laborantem offendit, nec potuit a quoquam Galliæ ducum ea impetrare, quorum causa venerat. Quapropter ita consulentibus optimatibus, qui illic erant, tam diu exspectandum statuit, donec rex convalesceret. Cum autem morbus in longum protraheretur, manere diutius non fuit ausus : ideoque transita Germania Pannoniaque, domum rediit.

Mortuo Bajazeto, cum Machometus filius post fratres ad imperium pervenisset, perpetuamque cum Græcis pacem fecisset, Manuel imperator in Peloponnesum profectus, Isthmum muro cinxit, ut universa regio tuta foret. Erant Manuelis filii, Joannes, Andronicus, Theodorus, Constantinus, Demetrius, Thomas. Joannem primogenitum, qui reliquis præstare videbatur, in societatem imperii admisit. Eidem uxorem ex Italia dedit, Montisferrati principis filiam, indole quidem præclara præditam, sed illiberali forma : quam ob causam illa parum ei cordi erat, nec cohabitanti, nec matrimonii legem servanti. Ea vero se marito invisam animadvertens, navim conscendit, et ad propinquos suos se recepit. Andronicus elephantiasi corruptus, non diu vixit. Theodorus a patre missus est ad Theodorum purpurigenam patruum, ut educatus a patruo, eidem in Peloponnesi principatu succederet.

quod quidem deinceps factum est. Cum hoc nupta fuit quædam ex Malatestarum 346 marchionum familia, præstans omnino forma reliquisque dotibus mulier.

Mortuo Machometo, quem in se Græci perbenignum et amicum experti sunt, anno imperii 12 primogenitus Amurates regnum Turcicum in se transtulit. Hoc imperium suum auspicato, Græci seque resque suas plane perditum iverunt. Arcessebant enim e Lemno Mustapham, qui Bajazeti se filium perhibebat, quanquam Machometus, paulo ante (ceu dictum est) mortuus, suppositilium esse dixisset, et ab Græcis impetrasset, ut carcere clausus asservaretur. Cum autem præ ventorum vehementia Mustaphas e Lemno in Hellespontum transportari non posset, ac in Europa rex constitui, triremibus intercipiebant Amuratis in Europam trajectum Propontide ac Hellesponto interclusis. Interim ipsi Calliupolim navigant, Chersonesi urbem opulentam, ut ibi cum adveniente Mustapha in colloquium venirent, quem ubi regem Europæ fecissent, petierunt ut Calliupolim sibi restitueret, idque facile obtinuerunt. Tum vero duces Amuratis, in Europa relicti a Machometo patre, Bajazetum unum ex optimatum numero Byzantium ad Manuelem ablegant, qui rogaret, ne initum cum Machometo fœdus violaretur, simulque duodecim primatum filios obsides, aureorum ducentena millia, regionem denique maximam Calliupoli vicinam, quamcunque Græci postulassent, offerret, si Mustapham Byzantius imperator desereret, ac neutris suppetias ferret, sed ipsos potius sineret infestis armis concurrere.

Quibus intellectis, Joannes Manuelis filius, juvenis imperii cupidus, arbitrabatur initio res suas melius habituras, si inimicitias inter se illi gererent, discordiaque mutua res suas perderent. Præterea non parum sibi conducturum putabat, si ambo sua opera indiguissent. Quod si etiam regnum inter se partirentur, facilius utrumque posse opprimi statuebat ab se, qui tamen neutri reapse par esset. Deinceps vero longe aliam secutus est sententiam, totus Mustaphæ partibus addictus. Pater autem Joannis Manuel imperator diversum a filio sentiebat, fœderum religionem statuens violandam non esse. Vicit tamen filius, decretaque sunt Mustaphæ auxilia. Mox obsessa Calliupolis et expugnata, quam ubi Græci repeterent, Mustaphas dicere, Turcis hoc ingratum fore, regno necdum parto : simulque rogare, tantum aliquantisper exspectarent. Deinceps Adrianopolis occupata, Turcici regni sedes in Europa : quo facto, passim ad eum copiæ Turcorum, ceu Bajazeti filium, defecerunt. Redacta in potestatem Europa, cum Azapidis Turcorum peditibus, aliisque copiis Europæis, et Zunaite Smyrnæ principe in Asiam trajecit, ut eo quoque potiretur. Simul ad Græcos legatis missis petiit, ne quid absente se innovarent : se Amurate victo, Calliupolim redditurum. Misit et suos Amurates, qui amplissima quæque pollicerentur, si suas partes sequi

vellent. Cum autem in amicitia Mustaphæ persisterent, infectaque re legatos Amuratis ab se dimitterent, in castra illi reversi, rumorem didebant, Græcos ad Amuratem traductos esse : simulque Mustaphæ militibus extrema quæque minitabantur, tanquam in Asia plane perituris, reditu in Europam intercluso. Hæc fama cum in castris Mustaphæ volaret, ac nedum legati, quos ipse miserat, præsto essent : nutare Turcorum animi cœperunt, statimque Zunaites ad paternam ditionem profugit, cæteris quoque ducibus et capiis dilabentibus. Eo facto, Mustaphas ad mare profugit, ut saluti suæ consuleret, ac in Europam se contulit.

Cum hæc in Asia gererentur, imperator Byzantius in Peloponneso mulierem quandam, sacerdotis filiam, alieno prorsus tempore deperibat, negligens interim præclaram occasionem excludendi Amuratis a trajectu in Europam. Is ubi suis, opera Genuensis cujusdam nauclerl trajectis, Mustapham acerrime persecutus cepisset ac strangulasset : Græcis infensus, Constantinopolim obsedit, quanquam irrito conatu, tam fortiter illis resistentibus, ut obsidionem solvere cogeretur. Cum autem ne tum quidem Græcis pacem concedere vellet, Mustapham illi, tredecim annos natum, Amuratis fratrem arcessunt, eique se regnum conciliaturos pollicentur, ut Amurati negotium facesserent. Verum is quoque deductus a Græcis in Asiam, a nutricio suo, cui a patre Machometo educandus fuerat traditus, Amurati proditus interficitur.

Secundum hæc missis rursus ad Amuratem legatis, præsertim viris illustribus, Notara et Caroluca, tandem Græci pacem impetrarunt. Ea durante, Genuenses a Joannes Manuelis filio irritati, bellum Constantinopoli fecerunt, eamque obsidione cinctam oppugnarunt : quam ubi capere non possent, Galata (quæ Genuensium urbs erat, e regione Byzantii, Peræ quoque nomen habens) munita, in Italiam redierunt. Nihilominus inter Galatenses et Byzantios bellum gerebatur, donec tandem multis Genuensibus a Joanne Leontare duce captis, in concordiam reditum fuit.

Eo bello finito, Joannes Manuelis filius legatos ad Eugenium Romanum pontificem mittit, petituros ut concilium indiceretur, quo Græcorum et Latinorum controversiæ componerentur. Tentabat hoc modo animos Occidentalium, an redituri cum Græcis in concordiam viderentur. Hi legati ad Germanos profecti sunt, qui Basileæ congregati, contra Eugenium concilium celebrabant, eoque rejecto, Felicem Sabaudiæ ducem, virum spectatæ probitatis, pontificem maximum creaverant. **347** Igitur ambo pontifices instructis triremibus, Joannem Byzantium imperatorem arcessebant. Nam uterque sub se concilium celebrari, et religionis controversiam, quæ cum Græcis intercedebat, finiri volebat. Cum ab utroque triremes adessent, imperator benignis verbis concilii Basiliensis legationem dimittebat : cum Romanis, Venetis, Italiaque reliqua se jam ante collocutum dicens, qui omnes se Romam proficisci jubeant. Itaque sumptis secum Byzantiis sacerdotibus, et Græcorum sapientissimis doctissimisque viris, in Italiam navigabat.

Cum Venetias appulisset, inde Ferrariam contendit, ubi degere pontificem Eugenium acceperat. Ad eum ubi venisset, precibus fatigabatur, ut pontificem juvaret in contentione quæ cum Germanis inciderat. Hinc Florentiam profecti sunt, quo cum Græci venissent, multa diu egere cum pontifice, ut religionis diversæ negotium feliciter transigeretur. Id ubi deductum ad exitum fuisset, scriptis et obtestationibus sacris sanxerunt, se deinceps unanimes in eadem religione futuros. Quo facto, pontifex allegit in cardinalium ordinem duos ex Græcis viros nobilissimos, eosque sibi familiaritate junxit : Bessarionem Trapezuntium Nicææ, ac Isidorum Sarmatiæ sive Russiæ antistites. Horum enim opera plurimum adjutus erat in concordia cum Græcis ineunda. Bessario tanta præditus erat ingenii vi, ut Græcorum præstantissimos non æquaret modo, sed etiam superaret. Judicio qualibet in re multum valebat. Græcarum Latinarumque litterarum tanta excelluit peritia, ut eruditionis palmam inter omnes facile caperet. Nicolaus, qui Eugenio successit, maximi virum fecit, et singulariter coluit. Quapropter Bononiæ ab eo præfectus est, ut eam pontificio nomine gubernaret. Cum autem urbs ea seditionibus variis agitaretur, divinam Bessario prudentiam virtutemque suam in tumultibus illis demonstravit. Isidorum non minus sapientem, et amantem patriæ, nimirum Byzantii, captum a Turcis esse constat deinceps, Machometo secundo urbem expugnante, pro cujus salute tum fortiter Isidorus præliabatur. Eugenius hunc virum, cum ejus auctoritas apud Græcos haberetur maxima, cardinalium in numerum retulit : quod eum putaret rebus suis plurimum in concordia cum Græcis constituenda commodaturum, uti sane accidit.

Cum autem Græcus imperator præsidium ad retinendum Byzantium a pontifice peteret, ita respondit ille, ut polliceretur, in posterum sibi Græcorum imperium curæ fore, neque cessaturum se diceret in Germanis Ungarisque concitandis, ut arma contra Turcos ex usu Græcorum caperent. His actis, imperator Byzantium revertitur. Redeuntes autem domum Græci, non amplius iis quæ in Italia pacta conventaque fuisse diximus, stare voluerunt. Quapropter motus Romanus pontifex, doctos quosdam viros Byzantium misit, ut cum Græcis in colloquium venirent : qui synodum in Italia coactam, ejusque decreta non admittebant. Marcus enim antistes Ephesi, et Scholarius Græcorum doctissimus, ut antea, sic ne tum quidem Latinis assentiri volebant. Ubi ad colloquium et disputationem ventum esset nihil efficere Romani potuerunt, sed infecta re domum reversi sunt. Hac re motus pontifex, auxilia Græcis promissa non misit : quos et ipsos a pontifice aversos,

concordiæ cum illo initæ pœnitebat. Quamobrem missis ad Amuratem legatis, Joannes imperator pacem orabat, et impetrabat.

Secutæ sunt fratrum Græcorum, Joannis et Demetrii, discordiæ : quibus durantibus, Joannes Demetrium parte principatus spoliavit : Demetrius Constantinopolim ope Turcorum obsedit, infectaque re discessit. Rursum inita cum Amurate concordia, nihilo cessabat minus imperator agitare consilia cum Eugenio Romano pontifice, ac Pannonum rege Vladislao, qui nuper admodum e Polonia vocatus, Ungaricum regnum occupaverat. Impetravit autem a pontifice decem triremes, quæ cum suis Hellespontum custodirent, ut Asianas copias Amurates trajicere non posset. Verum vicit Amuratis fortuna trajicientis eo tempore, quo propter adversarios ventos Græci Latinique contra Turcos niti nullo modo poterant. Ejus tam felicem trajectionem Joannes imperator ægro cum accepisset animo, deliberabat cum suis, quid in præsenti rerum statu potissimum ageret ; bellumne, an pacem Amurati denuntiaret. Quippe si pacem cum Amurate colere instituisset, fore putabat, ut ei per Pontum exercitum ducenti, commeatum et necessaria præstare cogeretur : qua re Pannones offensurum se videbat, a quibus non leve periculum, Amurate devicto, immineret. Putabat igitur eo tempore consultissimum fore, Pannonum sequi partes, et Amurati bellum inferre. Post pugnam vero infeliciter ab Ungaris contra Turcos pugnatam, Græcus imperator in fœdus cum Amurate rediit, nec amplius id violatum est. Nam quietem amplexus est, Amuratemque muneribus coluit, ut nihil mali contra ipsum amplius moliretur.

Fœda autem contentio inter imperatorem Joannem et fratrem Theodorum erat coorta, qui Byzantium venerat, ut in societatem imperii a fratre admitteretur. Is se pro imperatore solum gerebat, fratrique resistebat. Postremum aperti hostes facti sunt. Nam expeditionem Theodorus contra imperatorem fratrem instituit. Erat ei concessa Selybria, cum regione vicina : cumque peteret ab imperatore proventus annuos ampliores ad vitam sustinendam, repulsam passus fuit. **348** Hinc bellum inter ipsum et fratrem exortum est. Prius tamen, quam belli Theodorus aliquem successum habuisset, vita functus est. Secundum hæc lacessente Amuratem Constantino, altero Joannis imperatoris fratre, Isthmus expugnata fuit, muro diruto, qui nuper ad arcendos a Peloponneso Turcos exstructus fuerat.

Neque multo post Joanne imperatore defuncto, in Constantinum ejus fratrem devolutum est imperium. Demetrius quidem, fratrum alter, imperium occupare nitebatur : verum impeditus fuit ab civibus, matre, Cantacuzeno et Notara, qui arbitrorum partibus fungebantur. Timebant enim, si Demetrius assequeretur imperium, fore, ut Constantinus exercitum adduceret, quo facto, periturum esset imperium. Demetrio tamen, et Thomæ, fratri natu minimo, Peloponnesus ex æquo concessa fuit : ob quam varie tumultuatum inter ipsos est, utroque studente alterum ejicere.

Sub hoc tempus Amurates apoplexia correptus in convivio, moritur cum 32 annis regnasset. Machometum filium successorem reliquit. Is sub ipsum regni sui auspicium Constantinopolim obsidere cœpit, et ad expugnationem omnia idonea comparavit. Ejus urbis amplitudo cum tanta sit, ut in circuitu 111 stadia contineat : distributis in muros militibus, eoque pacto instructis copiis, accidit ut minus munita foret. Aderat in urbe Græcis Isidorus Russorum antistes cardinalis synodi cogendæ causa missus, ut Romano pontifici Græcos reconciliaret : atque id non multo ante confecerat. Verum Græcis illa cum Romanis reconciliatio nimis sera exstitit.

Tandem Constantinopolis expugnata est quarto Kalendas Quinctiles, qui dies Martis erat, anno 1453 vel, ut alii tradunt, quinquagesimo secundo, cum obsidionem quinquaginta quatuor dies tolerasset. Cantacuzenus, Theophilus, Palæologus, aliique nobilissimi viri fortiter dimicantes, interfecti sunt. Constantinus imperator fugiens in humerum accepto vulnere periit. Ejus exstincti caput ad Machometum quidam attulit, præterque munera longe amplissima principatu quoque donatus est. Imperio tribus annis et tribus mensibus potitus fuerat. Eodem die, Peram quoque, sive Galatam, Genuensium oppidum, Turci per deditionem occupârunt. Quæ autem calamitates in hac expugnatione Byzantiis acciderunt, explicari dicendo nequeunt. Nam miserabile hoc Constantinopolis exitium videtur omnia, quæ per universum orbem contigerunt, excidia superasse. Atque hic imperii Constantinopolitani finis fuit, quod a Constantino Magno ex Italia translatum, Byzantiique constitutum, in Constantino Palæologo desiit.

Continuationis Glycanorum Annalium, auctore Joanne Leunclavio, ad captum usque Byzantium finis.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ

ΚΥΡΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΓΛΥΚΑ

ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ (1)

ΕΙΣ ΤΑΣ ΑΠΟΡΙΑΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ

ΛΟΓΟΙ.

SAPIENTISSIMI ET ELOQUENTISSIMI

DOMNI MICHAELIS GLYCÆ

GRAMMATICI (2)

IN DIVINÆ SCRIPTURÆ DUBIA

DISPUTATIONES SIVE EPISTOLÆ.

EPISTOLA I'.

Ad Domnum (3) *Joannem* (4) *Sinaitam monachum, et Stylitam* (5) *maxime venerandum. Utrum in peccatum lapsis condescendendum sit, an, prout ratio postulat, increpandi sint.*

Hoc etiam inter alia a veteribus consignatum est litteris, o sacrum divinumque caput, avem no-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ, καὶ στυλίτῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Σιναΐτῃ. Εἰ χρὴ συγκαταβαίνειν τοῖς πταίουσι, καὶ μὴ κατὰ λόγον αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν τὰ προσήκοντα.

Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, τοῖς ἀρχαιοτέροις ἱστόρηται, Τὴν γλαῦκα τὸ

(1) Titulus præfixus Glycæ Epistolis in codice Cæsareo.

(2) Ita appellatur in codice Riccardiano, quo nos usi sumus.

(3) *Domnum*, κυρόν. A Græcis sequioris ævi scriptoribus κυρὸς pro κύριος passim usurpatur, quemadmodum κῦρ, et κύριος, et κύρης in eodem significatu. Non aliter Latini vocem *domnus*, ex *dominus* contractam, ad testandam venerationem adhibuerunt. Vir eruditissimus Carolus Dufresnius in suo *Glossario : Apud scriptores*, inquit, *ævi medii venerationem præcipuam debere appellationem* domni, *apice uno ex* domini *voce rejecto, observarunt pridem viri docti, et tribui vulgo ecclesiastica dignitate fulgentibus, ac vitæ sanctitate insignibus.*

(4) In monte Sina monachorum cœnobia et monasteria erant, unde Anastasius ille Sinaita celeberrimus, qui in eo monte vitam monasticam agens philosophabatur, ut loquitur Nicephorus lib. XVII *Hist. Eccl.* cap. 19, et lib. XVIII, cap. 44. Sed de monachis et monasteriis montis Sina videndi Simeon Metaphrastes [**] in *Vita sanctorum Galactionis et Episteme* apud Surium; Everwinus, abbas monasterii Doliensis in *Vita S. Simeonis*, monachi Trevirensis, qui cum monachus Sinaites fuisset, anno 1035 diem obiit; quæ Vita pariter habetur apud Surium; Sanctus Nilus abbas libello *De interemptione sanctorum Patrum qui erant in Sina et Rhaiti regione* apud laudatos Metaphrastem et Surium; quæ quidem persecutio anno IX Anastasii imperatoris, indictione 11 contigit. Plura quoque de Sinaitis referet Anastasius ille monachus, cujus operis in cod. Colbertino 4726 hic exstat titulus : Ἀναστασίου μοναχοῦ διηγήσεις διάφοροι περὶ τῶν ἐν Σινᾷ ἁγίων Πατέρων; Ammonius etiam monachus, qui narrationem de sanctis Patribus Sinaitis a Barbaris peremptis, a doctissimo Combefisio editam, conscripsit. Sæculo XV quidem monachi Sinaitæ supererant, ut ex operibus Gennadii Scholarii intelligere est. Quin monasteria quædam adhuc in monte Sina exsistunt, ut videre est apud Thevenotium lib. II *Itiner.*, cap. 26 *et seqq.*, et clarum præcipue est monasterium Sanctæ Catharinæ, de quo laudatus Thevenotius, et Monsfalconius *Diar. Italic.* cap. 15.

(5) *Stylitam.* Στυλίτῃ quidem deest in codice Riccardiano, sed codex quo Pontanus usus est illud habebat. Hoc nomine appellatur monachus qui in columna vitam exigit. Suidas : Στυλίτης, ὁ ἐπὶ κίονος ἱστάμενος. *Stylita, qui super columnam stat.* Nam columna Græcis grammaticis στῦλος et στήλη ab eadem origine, sive etiam κίων dicitur. Unde Georgius Hamartolus in Constante filio Constantini post Heracleonem illos monachos vocat Κιονιτάς, *Cionitas*, id est, *Columnarios.* Sed a στήλη etiam στηλῖται dicti sunt, ut videre est in marginali nota Eclogæ Universi Juris, quam Leunclavius edidit, lib. VII, tit. VIII, cap. 2. Hujus instituti auctor

Jac. Pontano S. J. interprete. [**] In tomo nostro CXVI.

ὄρνεον τὸ ἀμορφότατον ζῶον μέγα τι χρῆμα οἴεται ὁ ἀετὸς καὶ παράδοξον· καὶ καθάπερ τινὰ φύσιν θαύματος ἀξίαν περιέπει ταύτην καὶ τέθηπε, καὶ ταῦτα μηδέ τι ἕτερον οὖσαν ἢ γλαῦκα, δυσειδῆ, καὶ καταφρόνητον τοῖς πολλοῖς. Καὶ μή μοι λέγε τὴν ἱστορίαν εἶναι ψευδῆ, μηδὲ πρὸς ἡδονὴν τῶν ἀκουόντων μυθοπλασθῆναι ταύτην ἀνέκαθεν. Ἐξ ἡμῶν γὰρ αὐτῶν ἐπιβεβαιοῦτσι τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ τὸ αὐτόπιστον ἔχουσιν. Ἰδοὺ γὰρ ὁ ὑψιπέτης σὺ καὶ μετάρσιος, ὁ δίκην ἀετοῦ τὸν ἀέρα τέμνων, ὁ τὸν αἰθέρα ταῖς νοηταῖς ὑπεριπτάμενος πτέρυξιν, ὁ πρὸς ὑπαντὴν τοῦ οὐρανοῦ ἐλευσομένου πτώματος ἕτοιμος, μέγα τι νομίζεις ἐμὲ, καὶ διὰ πολλοῦ τοῦ καύματος ἔχεις, καὶ καθάπερ τι χρῆμα ἐράσμιον, πανταχοῦ περιάγεις καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς ξένοις τισὶ καταγοητεύεις ἀκούσμασι. Καὶ σὺ μὲν οὕτω

A ctum, deformissimum (6) animal, aquilæ eximium quidpiam, et admirabile videri (7) : quam ut natura suscipiendam honarabunda prosequatur et obstupeseat, cum tamen aliud nihil sit, nisi turpis et vulgo despicabilis noctua. Nolim mihi occurras, narrationem hanc, falsam atque ad voluptatem audientium jam olim excogitatam esse fabulam : ex nobis enim ipsis, si alia argumenta desint firmitatem probabilitatemque sumit. Nam ecce altivolans tu, et sublimis, qui instar aquilæ aerem transnas : qui pennis sub intelligentiam cadentibus ad æthera (8) subvolas : qui ad occursum (9) corporis de (10) cœlo quondam venturi paratus et expeditus es, me plurimi facis, et magnopere admiraris ; nec secus atque amabile aliquid ubique circumfers, multorumque aures novis quibusdam de

B

fuit sanctus Simeon cognomento *Stylita*. Theodorus Lector I : Συμεὼν ἀπὸ κώμης ἦν Σιζὰν, καὶ πρῶτος τῶν κιόνων ἐπιτήδευμα ἐπενόησεν. Evagrius lib. I, cap. 13, de eodem S. Simeone : Πρῶτος τὴν ἐπὶ κίονος στάσιν ἐπιτηδεύσας δίπηχυ μόλις ἐνδιαίτημα τὸ περίμετρον. Adde lib. V, cap. 23. Adeundi Nilus monachus lib. II, epist. 114, ad Nicandrum στυλίτην, et epist. 115 ; *Vita S. Theodosii cœnobiarchæ*, *Vita S. Lucæ Junioris*, et Joh. Moschus in *Limon*. cap. 28, 29, 36, 118, 129 ; Niceph. lib. XIV, cap. 15 ; Eulogius Alexandrinus apud Photium Orat. IX ; Theodorus Petrærum episcopus ; Gregorius Turonensis *De gloria confessorum*, cap. 36 ; Suidas, Cedrenus. Vixit Simeon hic sub Theodosio et Leone imperatoribus, mortuus est anno IV imperii Leonis.

(6) De avis noctuæ deformitate lepidissimos Gregorii Nazianzeni iambicos habemus *Carmine* XXII :

Τὴν γλαῦκ' ἐπέσκωπτέ τις· ἡ δὲ ἐφύγγανε
Τῶν σκωμμάτων ἕκαστον εὐστόχῳ λόγῳ.
Ὅσσον κάρηνον ! τοῦ Διὸς δὲ πηλίκον.
Ἡ γλαυκότης δέ ; Τοῦτο τῆς Γλαυκώπιδος.
Φθέγγῃ δύσηχον. Ἡ δὲ κίττα καὶ πλέον.
Τὸ λεπτόπουν πῶς ; Ψῆρ δέ σοι τί φαίνεται ;
Ἐπεὶ δὲ πάντα διέδρασε ῥᾳδίως,
Ἐνὶ κρατεῖται καὶ σοφῇ οὖσ' ὄρνις.
Ἀλλ' ὡς σοφὴ, σκόπησον· ὡς τούτων μὲν ἓν
Ἐνὶ πρόσεστι, σοὶ δὲ ἅπαντα καὶ λίαν·
Γλαυκὴ, δύσηχος, λεπτόπους, βαρύκρανος.
Τούτοις ἀπῆλθεν ἐντραπεῖσ' ἡ φιλτάτη.

Noctuam aliquis irridebat, illa autem eludebat
Unumquodque scommatum solerti sermone.
Quale caput ! Jovis autem caput quale est.
Glaucedo autem ? Hoc Deæ cæsiis oculis proprium.
Insuaviter cantas. Pica etiam insuavius.
Pedis tenuitas quomodo ? De sturno quid tibi vi- [*detur ?*
At postquam omnia facile diluisset
In uno victa est, quantumvis sapiens.
Sed ut sapiens animadverte, harum singula
Singulis inesse, in te vero omnia, et supra mo- [*dum ;*
Cum et glauca sis, et cantu rudis, et pede tenuis, et [*capite gravis.*
Ad quæ verba pudore suffusa abiit bona noctua.

(7) Unde id acceperit Glycas fieri non potuit ut reperirem. Sed certum et exploratum est, videri hanc volucrem cæteris avibus stupori esse, et admirationi. Timo Syllographus apud Laertium et Hesychium illustrem de Arcesilao.

Οἱ δὲ μὲν ἠῦτε γλαῦκα περὶ σπίζαι τετατοῦντο.
Illum autem mirabantur, ut aviculæ, quæ noctuam [*circumstant.*

Dio Chrysostomus in *Olympico sermone* : Οἱ δὲ ἄνθρωποι φασιν, ὅτι θαυμάζει τὴν γλαῦκα τὰ ὄρνεα. *Homines autem dicunt aves mirari noctuam.* Aristoteles lib. IX *Hist. Animal.* cap. 1 : Τὰ ἄλλα ὀρνίθια τὴν γλαῦκα περιπέτεται ὅκαλεῖται θαυμάζειν. *Cæteræ aviculæ noctuam circumvolant, quod mirari vocatur.* Hujus autem rei rationem prorsus fabulosam affert Servius in I *Georgicorum* : *Nyctimene, postquam cum patre concubuit, et agnovit facinus, in sylvis se abdidit, et lucem refugit, ubi deorum voluntate conversa est in avem, quæ tanto scelere omnibus avibus est admirationi.* Aliam causam ex Æsopo tradit Dio laudatus in citato sermone, non minus fabulosam. Hinc *Noctua* Hebræis תנשמת *Thinsemeth* dicta est, tanquam *stupenda* et *mirabilis*, doctissimo Sam. Bocharto auctore. Glycas videtur hoc initio imitatus Dionem Chrysostomum in *Oratione Olympica*.

C

(8) Codex Riccardianus ὑπεριπτάμενος, *supervolans*. Pontanus legisse videtur ὑφιπτάμενος.

(9) Codex Riccardianus habet πτώματος, *cadaveris*. Pontanus legisse videtur σώματος.

(10) Ἀλληγορίαν, quam inceperat, continuans, de Domino olim ad judicandum venturo loquitur, ac si de quodam corpore cœlitus descensuro loqueretur. Est enim quoddam aquilarum genus quod corporibus exanimis aut cadaveribus vescitur, ut est percnopterus, vel gypæetus, degeneris aquilæ genus vulturina specie, quæ sola aquilarum ex anima est corpora, ut ex Aristotele lib. IX. *Hist*, cap. 32, habet Plinius lib. X, cap. 3. Generatim enim aquilæ cadavera non gustant, quare Tzetzes *Chil.* V, cap. 9 :

Λέοντες θῆρες σὺν αὐτοῖς καὶ ἀετῶν τὸ γένος
Νεκρῶν οὐκ ἀπογεύονται τὸ σύνολον σωμάτων.

D

Leones fere, et cum ipsis aquilarum genus
Mortua corpora plane non gustant.

Quare de illis intelligenda veniunt, quæ leguntur in Jobo de aquila, cap. XXXIX, 30 : *Et ubi sunt confossi, ibi est*, hoc est, *confossorum*, vel *occisorum* cadavera. Ad quem locum palam alludunt Christi verba Matth. XXIV, 28 et Luc. XVII, 37 : *Ubicunque est cadaver, ibi congregabuntur et aquilæ.* Quæ firmantur insuper ex verbis Salomonis, *Proverb.* XXX, 17 : *Oculum qui patrem deridet, matrisque disciplinam spernit, hunc effodient corvi vallis, et aquilæ pulli comedent.* Dixi autem eum ἀλληγορίαν continuare, quod aperte his verbis justorum occursum, quo Domino de cœlo ad homines judicandos descendenti isti in aera obviam ibunt, significet, juxta illud Apostoli I Thessal. cap. IV, de resurrectione agentis : *Nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.*

ure commemorationibus, ceu magico carmine delinis atque demulces. At tua quidem de me talis est opinio. Ego vero plane nihil, præter quam noctua (11) sum, intus deformis undequaque, et ad ipsum hoc diei lumen cæcutiens; quamobrem et nunc ad opera lucis invitatus tergiversor, et negotium supra ingenium, supraque vires meas, refugio. Quare noli amore nostri victus excellentes arbitrari, qui nihil sumus : nec velis ad divinos sensus pertractandos compellere, quorum et vita impura, et lingua similiter ad res istiusmodi explicandas imperita, invenitur. Haud enim eo insaniæ progredieniur, ut et qui sumus, et quo malorum peccando devenerimus, funditus nesciamus. Equidem metuo, ne adversum nos propheticum illud proferatur : *Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum* [1]? Itaque præstaret nos laudationes scribere, quam adeo libere et absolute nihil recusare, et inconsulto viribus superiora suscipere. Verum enimvero, ne jussa tua aspernantes, inobedientiæ culpam commereamur, en confisi sanctitate tua audemus aggredi, ad quæ pertingere nequimus, et ut possumus, quæsita tua dissolvimus. Proinde hinc aures mihi da.

In peccatis (12) se volutantibus, vir sanctissime, ut in stupris, ut in adulteriis, protinus condescendere non esse fas, sed tales potius iis reprehensionibus consectandos, quibus animæ vulnera sanari consueverunt, sacra Scriptura satis superque demonstravit, et nihilominus idem corporum medici evidenti documento ostendunt. Vides enim illos secare aliquando, cum necessitas sectionem flagitat. Præterea ustiones et amara medicamenta adhibent; valetudinem sæpe desperant, et ægrotis mortem augurantur. Cur tandem? Ut eos

A πρός με διάκεισαι· ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ γλαὺξ εἰμι, ἀμορφίαν τε τὴν ἐντὸς περικείμενος αὐτὸ τὸ τῆς ἡμέρας ἀμβλυώττων ἀπαύγασμα· ταύτῃ τοι καὶ πρὸς ἔργα φωτὸς ἤδη καλούμενος ὀκνῶ καὶ ἀναδύομαι, ἅτε τοῦ πράγματος ὑπὲρ ἐμὴν ὄντως καὶ φύσιν καὶ δύναμιν. Μὴ τοίνυν τῷ περὶ ἡμᾶς φίλτρῳ νικώμενος, μέγα τι νόμιζε εἶναι τοὺς μηδὲν ὄντας ἡμᾶς· μηδὲ θειοτέρων ἅπτεσθαι νοημάτων ἀνάγκαζε τούς τε βίον ἀκάθαρτον ἔχοντας, καὶ γλῶσσαν ὡσαύτως ἐν τοῖς τοιούτοις ἀπαίδευτον φέροντας. Μηδὲ γὰρ εἰς τοσοῦτον μανείημεν ὡς τίνες τε ἡμεῖς ἐσμεν καὶ ὅπη κακῶν ἐλήλακε τὰ καθ' ἡμᾶς ἠγνοηκέναι παντάπασιν. Ἐγὼ δέδοικα μὴ καθ' ἡμῶν ὁ προφητικὸς ἐκεῖνος ἐξενεχθείη λόγος ὁ λέγων· *Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις*
B *τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου;* Ὅθεν ἐγκωμιάζειν ἡμᾶς ἄμεινον ἦν· οὐ μὴν ὅλως παῤῥησιάζεσθαι καὶ τῶν ὑπὲρ ὑμᾶς ἀπερισκέπτως κατατολμᾷν. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ σὸν ἐπίταγμα παρ' οὐδὲν θέμενοι τῷ τῆς ἀνηκοΐας ἐγκλήματι περιπέσωμεν, ἰδοὺ τῇ σῇ θαῤῥήσαντες ὁσιότητι, καὶ τῶν ἀνεφίκτων κατατολμῶμεν, καὶ ὡς δυνάμεις περὶ ὧν ἠρώτηκας ποιούμεθα τὴν ἀπόκρισιν. Ἔνθεν τοι καὶ ἄκους.

Ὅτι μὲν οὖν, ὁσιώτατε, τοῖς ἐν ἁμαρτίᾳ ζῶσι πόρνῃ τυχὸν ἢ μοιχείᾳ συγκαταβαίνειν οὐκ ἔννομον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐπιτιμήσεις ἐπάγειν αὐτοῖς, ἀφ' ὧν εἴωθε τὰ ψυχικὰ θεραπεύεσθαι τραύματα, δέδεικται μὲν ἀρκούντως ἀπό τε τῶν ἱερῶν Γραφῶν·
C οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν σωματικῶν ἰατρῶν ἐναργές σοι πρόκειται τὸ ὑπόδειγμα. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τέμνουσιν οὗτοι κατὰ καιρούς, εἴγε τέμνειν ἀνάγκη, καυτῆρί τε κέχρηνται, καὶ πικρὰ διδόασι φάρμακα· τῇ νόσῳ τε πολλάκις ἀπαγορεύουσι, καὶ τοῖς κάμνουσι μηνύουσι θάνατον. Τίνος ἕνεκεν;

(11) Viden' apertam Dionis Chrysostomi imitationem? In *Olympica* enim *oratione* sic ait : Ὑμεῖς δὲ καὶ ὑμεῖς τοσαῦτα θεάματα ἔχοντες τερπνὰ, τοσαῦτα δὲ ἀκούσματα, τοῦτο ῥήτορας δεινοὺς, τοῦτο δὲ ξυγγραφέας ἡδίστους ἐμμέτρων καὶ ἀμέτρων λόγων, τοῦτο δὲ ταὼς ποικίλους, τοῦτο δὲ ὡς πολλοὺς σοφιστὰς δόξῃ καὶ μαθηταῖ, ἐπαιρομένους, οἷον πτεροῖς. Ὑμεῖς δ' ἐμοὶ πρόσιτε καὶ βούλεσθε ἀκούειν τοῦ μηδὲ εἰδότος μηδὲ φάσκοντος εἰδέναι· ἆρ' οὐκ ὀρθῶς; ἀπεικάζω τὴν σπουδὴν ὑμῶν τῷ περὶ τὴν γλαῦκα γινομένῳ, σχεδὸν οὐκ ἄνευ δαιμονίας τινὸς βουλήσεως; κτλ. *Sic vos quoque, cum tot amœna habeatis spectacula, tot quoque auditiones, partim quidem vehementes rhetores, partim autem conscriptores jucundissimos et carminibus et prosa : partim autem varios pavones, nempe multos sophistas, gloria et discipulis elatos, quasi pennis; vos, inquam, his relictis me convenitis, et audire eum vultis, qui nihil scit, neque se scire affirmat. At non recte admodum studium vestrum ei quod noctuæ accidere solet, fere haud absque divina quadam voluntate?*

(12) Vetus Ecclesiæ disciplina justam in hujusmodi homines severitatem exercebat, nec iis tantum qui frequenter in id genus peccata laberentur, sed etiam illis, qui semel vel adulterium vel homicidium admisissent, vel ad deorum cultum defecissent, aut reconciliationem omnino denegabat, aut in morte tantum communionem concedebat, aut nonnisi expiatis longa pœnitentia delictis resipiscentes absolvebat. Negatam esse alicubi et aliquando reconciliationem, vel in ipso mortis articulo, constat ex D. Cypriano epist. 52, *ad Antonianum*; ex concilio Arelatensi I, canone ultimo; ex Innocentio I, epis. 3, *ad Exsuperium Tolosanum* cap. 2. Et id quidem in usu erat, non quod Novatiani deliramentis acquieverint, sed ne ecclesiastica disciplina labefieret. *Non desperatione indulgentiæ, sed*
D *rigore disciplinæ*, ut in simili causa loquitur Augustinus epist. 50. Quod secundo loco asseruimus, liquet ex Gregorio Nysseno *Epistola canonica ad Letoium*, can. 1; ex concilio Carthaginiensi IV, can. 76 et 77; ex concilio Arausicano I, can. 3; ex concilio Epaonensi, can. 36, sed in primis ex concilio Illiberitano, can. 1 et 2, quibus quidem Eucharistia in vitæ exitu denegatur, sed non absolutio interdicitur. De eo quod tertio loco pronuntiavimus, nemo dubitaverit, qui historiam ecclesiasticam saltem a limine salutaverit, et vel semel tot canones pœnitentiales, quorum celeber in antiqua Ecclesia usus fuit, inspexerit. Sed ex ipsis hæresibus in Ecclesia exortis antiquæ disciplinæ rigor elucet : nisi enim hunc nimis producere et ampliare voluissent, non adeo desipuisset Montanus, et ejus assecla Tertullianus; non adeo Novatianus delirasset; non adeo Donatistæ insanavissent; non exitiale schisma Lucifer Calaritanus excitasset.

[1] Psal. XLIX, 16.

Ὥστε ποιῆσαι προσδεκτικωτέρους αὐτοὺς, καὶ μηδέν τοι τέως ἐξ ἀγνοίας πάθωσιν ἀπροσδόκητον. Εἰ δὲ καὶ ἀταξίᾳ τούτους ἴδωσι καὶ ἀδιαφορίᾳ χρωμένους περὶ τὴν δίαιταν, τί χρὴ καὶ λέγειν; εἴτε πόρρω ποιοῦσιν αὐτοὺς ὡς ἰδιορρύθμους ὄντας, καὶ μὴ κεχρῆσθαι πειθομένους ταῖς ἰατρικαῖς παραδόσεσι. Πόρρω δὲ ποιοῦσιν, ἵνα μὴ καὶ μῶμος αὐτοῖς ἐπιβαίη, ἅτε δὴ κακοτέχνοις οὖσι καὶ πονηρὸν ἐκ τούτου κτήσαιντο ὄνομα. Διά τι τοῦτο καὶ ἐάν τοῖς αὐτοῖς ἐπιτύχῃ τις βαρείᾳ μὲν νόσῳ κάτοχος ὤν, ἀναγκάζων δὲ ὁμοίως αὐτοὺς οὐ καιρῷ δέοντι κεράσαί τι φάρμακον αὐτῷ, οὐ μόνον οὐ δέχονται τὴν αἴτησιν εὐμενῶς, ἀλλὰ καὶ ὡς μεμηνότα τοῦτον ἀποδιώκουσιν· εἰ γὰρ καὶ συγκαταβαίνουσιν ἔστιν ὅτε τῷ κάμνοντι καὶ παραμυθίας αὐτὸν ἀξιοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ φονέα; ὄνομα δέχεσθαι διά γε τὴν ἐκείνου ἄκαιρον αἴτησιν. Ὅτι δὲ τὸ σωτήριον φάρμακον ὁλέθριον οἶδε ποιεῖν ὁ μὴ προσήκων καιρὸς, ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἔδειξεν οὕτως εἰπών· *Ἀκαιρία ἐν μὲν ὑγείᾳ νοῦσον ἤνεγκεν· ἐν δὲ νούσῳ θάνατον.*

Εἰ δὲ τοιαύτη καὶ τοσαύτη πρόσεστι τοῖς τῶν σωμάτων ἡμῶν ἰατροῖς ἀκρίβεια, καὶ γὰρ οὐδέποτε συγκαταβαίνουσιν οὗτοι τοῖς κάμνουσιν, ἔνθα προφανὴς ὑπάρχει ὁ κίνδυνος· πολλῷ μᾶλλον οἱ τῶν ψυχικῶν παθῶν ἰατροὶ καὶ ἀκριβείας ἀνθέξονται, καὶ κατὰ τοὺς νόμους τοῦ πνεύματος τοὺς κακῶς ἔχοντας διαιτήσουσι. Καὶ οὕτω μὲν τῶν σωματικῶν παθῶν ἰατροὶ καὶ φρονοῦσι πάντα καὶ πράττουσι κατά τε τοὺς νόμους τοὺς ἰατρικοὺς, καὶ ταῦτα, σῶμα θεραπεύειν ἀγωνιζόμενοι, πολλῷ καταδεέστερον ὂν τῆς ψυχῆς· ὁ δὲ κηδεμὼν ἡμῶν καὶ Σωτὴρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀριδηλότερον ἔδειξε εἴτε χρὴ συγκαταβαίνειν ἀνθρωπίνοις θελήμασιν, εἴτε καὶ μή. Ἔρθασε γὰρ ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰπεῖν. *Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε τὸ αἷμα αὐτοῦ, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς·* καὶ τηνικαῦτα *πολλοὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω καὶ οὐκ ἔτι περιεπάτουν μετ' αὐτοῦ λέγοντες· Ὁ λόγος οὗτος σκληρός ἐστι· τίς δύναται ἀκούειν αὐτοῦ;* Καὶ οὕτω μὲν ἐκεῖνοι· τί δὲ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐπὶ τούτοις; Οὔτε τὸν λόγον πρὸς τὸ μαλακώτερον ἔστρεψεν, οὔτε τῶν ἀποπηδώντων ὅλως ἐφρόντισεν· ἀλλ' ἀφῆκεν αὐτοὺς ὑπάγειν, ὡς ὁ θεηγόρος Ἰωάννης φησί. Τοῦτο δὲ πάντως ἐποίησεν, οὐχ ὅτι σωτηρίας ἐκείνους οὐκ ἤθελε τυχεῖν, ἀλλ'

in tuenda sanitate in posterum cautiores efficiant, et ita nihil eis ignorantibus inopinum officiat. Quod si eos in victu nullum servare ordinem, et promiscue quidvis edere aut bibere viderint, quid opus est verbis? Ab iis visendis abstinent, ut qui ad suos ipsorum numeros vivant, et auxilia medica usurpare negligant. Ideo autem se ab illis removent, ne qua labe ignominiæ inurantur, quasi artem male didicerint, et inde nomen eorum in contemptu ponatur. Quocirca si quis etiam ad eos accesserit, difficili morbo impeditus, et eos quanquam tempore parum opportuno medicamentum sibi componere urgeat, non solum precibus ejus benevole non adnuunt, verum etiam ut amentem repellunt. Etsi enim nonnunquam indulgeant ægrotanti, eumque consolatione deliniant, non tamen eo usque id faciunt, ut propter intempestivam ejus petitionem homicidæ (13) audire velint. Salutarem porro medicinam pestiferam posse reddi, si alieno tempore fiat, sapiens ille docuit his verbis : *Intempestivitas in sanitate morbum, in morbo mortem attulit* (14).

Jam si talis ac tanta diligentia a corporum medicis præstatur (neque enim unquam indulgent ægrotis, ubi manifestum periculum cernunt), multo magis morborum ad animam pertinentium medici et curam præcipuam suscipient, et secundum leges spiritus male habentium diætam moderabuntur. Sic igitur corporeis affectibus medentes et sentiunt et faciunt omnia ex medicinæ præceptis, idque ut corpus, quod multis partibus anima est inferius, ad sanitatem suo labore perducant. Curator autem et Salvator noster Jesus Christus præclarius ostendit, num voluntatibus humanis condescendere oporteat, necne. Dixit enim : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis* [1]. Tum vero *multi discipulorum ejus abibant retro, nec amplius ambulabant eum eo, dicentes, Durus est hic sermo; et quis potest illum audire* [2]? Atque illi quidem hoc modo. Quid ad hæc Salvator noster? neque mollius quidpiam locutus est; et se deserentes nihil curavit penitus, sed eos abire sivit, ut divinus Joannes ait. Hoc autem fecit utique, non quod eos salutem adipisci nollet, verum quod, cum tali medicina indigerent, nec intelligerent, nec magistro obedire didicissent, retro abire pro ipsorum arbitrio permissi sunt.

(13) Scribit Plinius lib. xxix, cap. 1, inscriptum infelicis cujusdam monumento, turba se medicorum periisse; Archagathum vero medicum Peloponnesium, qui Romam anno U. C. 535 venit, a sævitia secandi urendique, Carnificem fuisse vocatum. De medicis Græcis Cato : *Jurarunt inter se Barbaros necare omnes medicina.* Homicidæ quidem passim medici audiunt. Plinius loco laudato : *Discunt periculis nostris, et per experimenta mortes agunt, medicoque tantum hominem occidisse summa impunitas est.* Hinc de Themisone Juvenalis :

Quot Themison ægros autumno occiderit uno.

Lex Attica, de qua Antiphon orat. xii, medicum, si ægrum interfecisset, insontem judicabat.

(14) Divus Augustinus memoriæ prodidit, cum quidam ægrotus pharmaco, quod medicus dederat, sumpto convaluisset, evenisse ut, cum aliquanto post in eumdem morbum incidisset, ad idem remedium, inconsulto medico, confugeret. Miranti autem quod morbo non levaretur, medicum respondisse, idem quidem pharmacum, sed non a se datum, ab ægroto sumptum fuisse; atque ita insinuavit medicorum esse dare pharmaca, qui norunt quando et quomodo danda sint.

[1] Joan. [illegible]. (1).

ὅτι τοιαύτης ἰατρείας δεόμενοι, καὶ μὴ συνιέντες, μηδὲ διδασκάλῳ πείθεσθαι μεμαθηκότες, ἀπελθεῖν εἰς τὰ ὀπίσω, καθὼς ἠρετίσαντο συνεχωρήθησαν.

Indigere autem nos ista medicina, constat omnimodis. Postquam enim malorum multorum machinator draco ille a principio exitium nobis in os immisit, vicissim curatio per os excogitata, et inventa est. Hoc enim sensu etiam Judæis Dominus dixit : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quid ita? Quoniam serpentis, quem mente percipimus, veneno ante tempus mortui estis. Quod cum ita sit, de cætero præpurgatione opus est. Novit enim probe sanctitas tua, et jam volentes antidotum recipere, eo non similiter et fortuito uti, priusquam videlicet malignis humoribus, a vitiosa victus ratione collectis sese purgaverint : sed attenuantur et purgantur ante, et sic demum pharmacum accipiunt. Quod sine dubio idcirco faciunt, ne pro pharmaco utili noxium accipiatur. Quare sacrum gustare calicem nihil prodest, nisi prius bene purgatus sit [1]. Hæc porro dicimus, non ut nos in desperationem abjiciamus, verum ut modos potius ac rationes doceamus per quas vita et mors invehi solet. Quod si affirmaremus, etiam ejectis humoribus vitiosis, et inde nobis aptitudine conciliata, nondum permitti nos sacro poculo frui, tum sequeretur ut desperandum esset. Quod si nihil est hujusmodi, et qui accedit, tantummodo discit quomodo accedendum sit, ne inde mortem pro vita lucretur (nam juxta beatum Paulum *ideo inter nos multi infirmi, et imbecilles, et dormiunt multi* [2]) qualis est ista desperatio? Imo potius salutis concipienda spes, quam veritatis cognitio parit.

Quam ob causam vigilandum est. Quantum enim habet boni ejus quo facto opus est aguitio, tantum contra habet mali ejus quod conducibile est ignoratio. Reputa enim tecum, non paucos infirmorum adiisse mortis periculum, quia cum in medicos inexercitatos incidissent, congruentia morbo remedia non sunt adepti. Quod si isthuc ita se habet, nulli rei parcere æquum videretur, si quid potius tum ipsi male valenti, tum pharmaca ministranti manifeste periculum imminet. Ac si placet, admonitionem ausculta, qua Basilius Magnus sacerdotem unumquemque compellat, in hæc verba : *Vide ne paveas hominem, ad lapsum et delictum tuum, neve tradas Filium Dei in manus indignorum. Ne revereare quemquam gloriosum terræ in hora illa, et ut paucis comprehendam, quos sacri canones excludunt, ne illos fac participes.* Insuper et Joannem aurea fundentem flumina divina dona administrantes sic affatum constat : *Si enim conscii nequitiæ cujuspiam, hujus mensæ eum participem fieri permiscritis, sanguis ejus de manibus vestris*

[1] 1 Cor. xi. [2] Ibid. 30.

Ὅτι δὲ τοιαύτης ἰατρείας ἐχρῄζομεν, ὁμολογεῖται τοῦτο παντάπασιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ πολυμήχανος δράκων διὰ στόματος ἡμῖν ἀρχῆθεν ἐνῆκε τὸν ὄλεθρον, διὰ στόματος αὖθις καὶ τὰ τῆς θεραπείας ἐπινενόηται. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ πρὸς Ἰουδαίους ὁ Κύριος ἔλεγεν· *Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς.* Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι τῷ τοῦ νοητοῦ ὄφεως ἰῷ νεκρωθῆναι πρὸ χρόνων ἐφθάκειτε. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, προκαθάρσεως ἀνάγκη λοιπόν· οἶδε γὰρ ἀκριβῶς ἡ σὴ ὁσιότης ὅτι καὶ οἱ θέλοντες λαβεῖν ἀντίδοτον οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τῷ φαρμάκῳ κέχρηνται· πρὶν ἢ δηλαδὴ τοὺς ἀπὸ μοχθηρᾶς διαίτης ἐπισυνεχθέντας οὐκ ἀγαθοὺς χυμοὺς ἐκκαθάρωσιν, ἀλλὰ προλεπτύνονται, καὶ τότε τὸ φάρμακον δέχονται. Τοῦτο δὲ ποιοῦσι πάντως ἵνα μὴ ἀντὶ χρηστοῦ φαρμάκου δηλητήριος ἡ ἀντίδοτος εὑρεθήσεται. Οὐκοῦν ἀσύμφορόν ἐστι τοῖς μὴ φθάσασι προκαθαρθῆναι καλῶς τῆς ἱερᾶς ἀπογεύσασθαι κύλικος. Ταῦτα δὲ λέγομεν οὐχ ἵνα ῥίψωσιν ἑαυτοὺς εἰς ἀπόγνωσιν, ἀλλ' ἵνα τοὺς τρόπους διδάξωμεν μᾶλλον, δι' ὧν ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος ἐπιφέρεσθαι εἴωθε. Εἰ μὲν οὖν ἐλέγομεν ὅτι καὶ μετὰ τὸ κατενῶσαι τοὺς οὐκ ἀγαθοὺς χυμοὺς, ἐντεῦθεν ἐπιτηδείους ἑαυτοὺς ἀποκαταστῆσαι τοῦ ποτηρίου καταπολαύειν οὐ συγχωρούμεθα, τότε χώραν ὁμολογουμένως εἶχε τὰ τῆς ἀπογνώσεως· εἰ δὲ τοιοῦτον μὲν οὐκ ἔστιν οὐδὲν, μανθάνει δὲ μόνον ὁ προσερχόμενος ὅπως δεῖ προσέρχεσθαι, καὶ ἵνα μὴ θάνατος αὐτῷ μᾶλλον ἀντὶ ζωῆς εἴη τὸ κέρδος ἐκεῖθεν, κατὰ γὰρ τὸν μακάριον Παῦλον, *διὰ τοῦτο ἐν ἡμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς τε καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί*· ποία τούτων ἀπόγνωσις, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον σωτηρίας ἐλπὶς, ἣν ἡ τῆς ἀληθείας ἐπιφέρει ἐπίγνωσις;

Προσέχειν οὖν ἐπὶ τούτοις ἄξιον. Ὅσον γὰρ ἀγαθῶν ἡ τοῦ δέοντος εὕρεσις, τοσοῦτον αὖθις κακῶν ἡ τοῦ συμφέροντος ἄγνοια. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τῶν ἀῤῥωστηκότων οὐκ ὀλίγοι θανάτῳ περιπεσεῖν ἐκινδύνευσαν, ἐπειδὴ κακοτέχνοις ἐγκύρσαντες ἰατροῖς φάρμακα τῇ νόσῳ κατάλληλα οὐκ ἐδέξαντο. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, φείδεσθαί τινος οὐχ ὅσιον, εἴ γε προφανῶς ὑπάρχει καὶ μᾶλλον ὁ κίνδυνος αὐτῷ τε τῷ κακῶς ἔχοντι, καὶ τῷ τὰ φάρμακα ἐπιφέροντι. Καὶ εἰ βούλει, τῇ παραινέσει πρόσσχες· ἣν ὁ μέγας Βασίλειος ἱερεῖ παντὶ παραινεῖ λέγων· *Ὅρα μὴ πτοηθῇς ἄνθρωπον εἰς πτῶσίν σου· μὴ παράδος τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἰς χεῖρας ἀναξίων· μὴ ἐντραπῇς τινα τῶν ἐνδόξων τῆς γῆς ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν οἷς οἱ θεῖοι κανόνες οὐκ ἐπιτρέπουσι μὴ μεταδίδου*· καὶ γὰρ ὡς ἐθνικοὶ εὐλογίσθησαν· εἰ δὲ μὴ ἐπιστρέψουσι, καὶ αὐτοῖς οὐαὶ, καὶ μεταδιδοῦσιν αὐτοῖς. Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις καὶ ὁ χρυσορῥήμων Ἰωάννης οὕτως εὕρηται τοῖς τὰ θεῖα μεταχειριζομένοις δῶρα λέγων· *Εἰ γὰρ συνειδότες τινὶ πονηρίαν συγχωρήσετε ταύτης μετά-*

σχεῖν τῆς τραπέζης, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ζητηθήσεται. Κἂν στρατηγὸς προσίῃ λοιπόν, κἂν ὕπαρχος, κἂν αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, ἀναξίως δὲ προσίῃ, κώλυσον. Μείζονα ἐκείνου τὴν ἐξουσίαν ἔχεις.

A requiretur. Sive ergo dux accesserit, sive præfectus, sive ipse diademate cinctus, indigne autem accesserit, prohibe; majorem illo potestatem obtines.

Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, συγκαταβαίνειν, ὡς εἶμαι, οὐκ εὔλογον, ἔνθα ψυχικὸς ὑπάρχει καὶ μᾶλλον ὁ κίνδυνος· ἀλλ' ἐπιφέρειν ἐκεῖσε τὰ φάρμακα κατά γε τοὺς νόμους τοῦ πνεύματος, εἴγε καὶ μᾶλλον εὐπειθοῦσιν οἱ κάμνοντες. Εἰ δὲ σκληροί τινες οὗτοι καὶ ἰδιόῤῥυθμοι ὄντες ἀπαρέσκονται τῇ θεραπείᾳ, δυοῖν ἐπὶ τούτοις θάτερον· ἢ διορθοῦσθαι κατὰ μικρὸν αὐτούς, ἢ τῶν τοιούτων ἀφίστασθαι τέλεον. Ἐπὶ δὲ ἀπειθεῖ λαῷ καὶ ἀντιλέγοντι, καθά φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ἐκεῖνο χρὴ λέγειν τό· *Σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν.* Βαρὺς μὲν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἶναι δοκεῖ καὶ σκληρὸς καὶ ἀπότομος, ἀλλ' οὐ πᾶσιν ἁπλῶς, ἐκείνοις δὲ μᾶλλον ὅσοι κατὰ Χριστὸν ἐθέλουσι ζῆν τὸν οὕτω λέγοντα· *Ὁ ζυγός μου χρηστός ἐστι καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν.* Εἴπερ οὖν ἐλαφρὰ τὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐντάλματα, τί ποιήσομεν ἡμεῖς, εἴγε τῇ οἰκείᾳ ῥᾳθυμίᾳ βαρέα ταῦτα ποιοῦμεν καὶ φορτικά; μηδὲ τοῦτο κἂν ἐννοῆσαι δυνηθέντες ὅτι τῷ μὲν ἰατρῷ τῶν σωματικῶν παθῶν ἐν οὐδενὶ ἀντιλέγομεν, ἀλλὰ καὶ ὀδύναις ἑαυτοὺς ὑποβάλλομεν καὶ πικρῶν ἀνεχόμεθα πόσεων, καὶ σιδήριον ἐκπυρωθὲν κατὰ στομάχου δεχόμεθα, καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα καρτεροῦμεν πολλὰ διά γε τὴν θεραπείαν τοῦ σώματος· τῷ δὲ πνευματικῷ ἡμῶν ἰατρῷ οὐδαμῶς ὑποκεῖσθαι καταδεχόμεθα· παντάπασι δὲ τὰ ἐκείνου περιεργαζόμεθα, βαρὺν αὐτὸν εἶναι τοῖς ἐπιτιμίοις λέγοντες καὶ σοβαρὸν αὖθις ἐν ὁμιλίαις καὶ φορτικόν, μὴ λογιζόμενοι καθ' ἑαυτοὺς ὅτι κατὰ τὰ προσόντα ἡμῖν πάθη καὶ τὰς ἐμπλάστρους ὀφείλομεν δέχεσθαι. Ὅτι μὲν γὰρ ὠφελεῖν οἶδε καὶ τὸ συγκαταβαίνειν ἐνίοτε, τοῦτο καὶ ἡμῖν ὁμολογεῖται, πλὴν οὐκ ἐπὶ πᾶσι καὶ διὰ πάντων τὸ ὠφέλιμον, ὅτι μὴ τῆς αὐτῆς ἕξεως ὑπάρχουσιν ἅπαντες. Ἰῷ μὲν γὰρ ἑτοίμως ἔχοντι καὶ ὑπείκειν ἔστιν ὅτε καὶ ὑποστρέφειν, ἡνίκα καιρὸς, συμφέρει πάντως ἡ συγκατάβασις, ἐπὶ πλέον γὰρ τὸν τοιοῦτον ἐφέλκεται καὶ ῥᾳδίως τῷ τοῦ πνεύματος ὑποβάλλει ζυγῷ· τῷ δὲ ἰδιορρύθμῳ καὶ ἀνυποστρόφῳ καὶ πρός γε τὰ φάρμακα παντάπασιν ἀηδῶς ἔχοντι καὶ λίαν ἐστὶ τὸ συγκαταβαίνειν ἀσύμφορον. Παρασύρεσθαι γὰρ ἐπὶ πλέον ποιεῖ καὶ κατολισθαίνειν αὐτόν. Ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος ποτὲ μὲν ἔλεγεν, *Ἵνα μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς, βάλε ἄγκιστρον εἰς τὴν θάλασσαν*· ποτὲ δὲ τῶν σκανδάλων ὑπερορῶν ἔλεγε, *Φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου οὐράνιος ἐκριζωθήσεται.* Εἶδε γὰρ

His positis, non est, opinor, consentaneum condescendere, ubi potius animæ periculum est; sed adhibendam illic medicinam, secundum leges spiritus, si modo etiam obtemperent ægroti. Sin autem præfati, et suo ipsorum se arbitratu regentes, curationem ægre sustinent, alterum e duobus in his faciendum, ut vel pedetentim emendentur, vel omnino (15) deserantur. Nam super populo incredulo et contradicente, ut ait magnus Basilius, illud dicendum, *Servans serva animam tuam.* Molesta quidem apparet hæc oratio, et dura, et severa; at non omnibus prorsus, verum illis magis, qui secundum Christum nolunt vivere, ita dicentem: *Jugum meum suave, et onus meum leve* [1]. Si ergo levia sunt Salvatoris nostri mandata, quid faciemus nos qui ea per nostram segnitiem gravia et odiosa reddimus? Nec istuc saltem cogitare possumus, nos medicis corporum nusquam repugnare. Quin doloribus nos ipsos subjicimus, et amaras potiones patienter haurimus, et cauterium in cervicibus perferimus et alia hujus generis, propter curationem corporis multa toleramus; spirituali vero medico nostro neutiquam subdi volumus, omnibus modis res ejus curiose perscrutantes; dictitantes eum pœnis infligendis rigidum; rursus in congressibus arrogantem et insolentem esse; non videntes, secundum ulcera quibus laboramus, emplastra quoque nobis imponenda. Scio enim aliquando utile esse condescendere, hoc inquam, nos quoque confitemur. Verumtamen non in singulis, et per omnia utile est, quoniam nec ejusdem habitus sunt omnes. Nam qui promptus est, et cedere aliquando, et referre pedem, quando id tempus postulat, huic plane conducit condescensio, talem quippe trahit amplius, et facile jugo spiritus subjicit. At pro sua libidine viventi, et retrogredi minime volenti, et pharmaca penitus aversanti, ei condescensio multum incommodat. Facit enim amplius transversum agi et labi. Ob hoc enim Dominus dixit [2], *Ut autem non scandalizemus eos, accipe hamum, et vade in mare*: nunc autem scandalum floccipendens, inquit, *Plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur* [3]. Demonstravit namque hinc et prodesse, et non prodesse frequenter condescensionem. Quare et eos qui immerito in eo offendebantur parvi faciens,

[1] Matth. xi, 30. [2] Matth. xvii, 26. [3] Matth. xv, 13.

(15) Aliter tamen censuit Philo, qui libro *De sacrificio Abelis et Caini*, scripsit: *Conandum est ut e iam certo perdendos a suis vitiis servemus quantum possumus, imitando bonos medicos, qui quamvis videant haud posse ægros a se servari, tamen libenter omnem curationem admovent, ne per eorum negligentiam videatur res non successisse ex sententia.* Cæterum memoriæ proditum est D. Benedictum, cum monachos salutaribus monitis minime parentes aspiceret, et de eorum emendatione desperaret, eos reliquisse. Vide Gregorium Magnum *Dialog.* ii, cap. 3.

aiebat : *Plantatio quam non plantavit Pater meus, eradicabitur.*

Iis de causis caute agendum est. Si enim medicus corporalis non consuevit tractare morbum alio quocunque modo, sed tantum ex decretis medicorum, quamvis interdum ægrotus irascatur; quanto magis spiritualem medicum, humanis cupiditatibus condescendere non oportet; siquidem de ejusdem manibus in primis eorum sanguis requiretur, qui ex negligentia illius perniciem animæ incurrerint? Aut igitur ut nosti medere, aut linguam contine omnino, præsertim si ægroti adhibita medicamenta indignantur. Tunc enim non de tuis, sed de ipsorummet manibus eorum sanguis requiretur. Audi quid per Ezechielem dicat Deus. *Si speculator cecinerit tuba, et significaverit populo, et audierit audiens vocem tubæ, et irruerit rhomphæa, et comprehenderit eum, sanguis ejus in capite ejus erit, quia vocem tubæ audivit, et non se custodivit*[1]. Hæc ex paucis multa, plura enim per angustias temporis non licuit.

ἐντεῦθεν ὅτι συμφέρει καὶ οὐ συμφέρει πολλάκις συγκατάβασις. Ἐφ' ᾧ καὶ τῶν οὐκ εὐλόγως ἐπ' αὐτῷ σκανδαλιζομένων ὑπερορῶν ἔλεγε· *Φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου ἐκριζωθήσεται.*

Προσέχειν οὖν ἐπὶ τούτοις ἄξιον. Εἰ γὰρ ὁ τῶν σωματικῶν παθῶν ἰατρὸς οὐκ εἴωθε τὰ τῆς νόσου μεταχειρίζεσθαι καθ' οἷον δή τινα τρόπον ἕτερον ἢ μή γε κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἰατρικούς, εἰ καὶ βαρυαλγῶν ἐνίοτε ὁ νοσῶν ἀπαρέσκεται, πολλῷ μᾶλλον τὸν πνευματικὸν ἰατρὸν οὐ χρὴ συγκαταβαίνειν ἀνθρωπίνοις θελήμασιν· εἶγε καὶ μᾶλλον ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ζητηθήσεται τὸ αἷμα αὐτῶν ἐξ ἀμελείας ψυχικῷ περιπεσόντων θανάτῳ. Ἡ τὴν γλῶτταν ἔπεχε τέλεον, εἴ γε καὶ μᾶλλον οἱ κάμνοντες ἐπαγόμενα φάρμακα παντάπασιν ἀποστρέφονται· τηνικαῦτα γὰρ οὐκ ἀπὸ τῶν σῶν χειρῶν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνων αὐτῶν τὸ αἷμα αὐτῶν ἐκζητηθήσεται. Καὶ ἄκουε τί φησι διὰ Ἐζεκιὴλ ὁ Θεός· *Ἐὰν ὁ σκοπὸς σαλπίσῃ τῇ σάλπιγγι καὶ σημανεῖ τῷ λαῷ, καὶ ἀκούσῃ ὁ ἀκούων τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, καὶ μὴ φυλάξηται, καὶ ἐπέλθῃ ἡ ῥομφαία καὶ καταλάβῃ αὐτὸν, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔσται· ὅτι τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος ἀκούσας οὐκ ἐφυλάξατο.* Ταῦτα ἐκ πολλῶν ὀλίγα, πλείω καὶ γὰρ ὁ καιρὸς λέγειν οὐ συγχωρεῖ.

EPISTOLA II[*].

Ad venerabilem in primis monachum domnum Joannem (16) *Smeniotam.* (17) *Utrum audiendi sint dicentes, hominem a principio caducum corpus habuisse : et passionibus, sive incommodis naturalibus, etiam ante transgressionem obnoxium fuisse : cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse ; et lignum scientiæ, ficum exstitisse.*

Primum (18) quidem hominem illum ab interitu et corruptione initio liberum, post prolapsionem in peccatum, morte damnatum esse, ante alios sapiens Salomon docuit in libro Sapientiæ ad verbum ita loquens : *Deus mortem non fecit : sed in incorruptione creavit hominem, ad imaginem propriæ æternitatis fecit illum ; invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum*[2]. Si igitur Deus hominem in incorruptione condidit, ad similitudinem æternitatis suæ, quonam tandem modo corruptioni et mortalitati subjectum asseremus, idque cum Deus, ut audisti, mortem ab initio non fecerit? Nam si dicimus corpus illud Adami corruptioni aliquo modo obnoxium fuisse, nihil aliud dicimus, quam corruptionem et mortem tunc a Deo dominatum in nos habuisse. Atqui aliter, aliter inquam res est; quoniam, ut jam dicebamus, Deus non mortem fecit. Quocirca de hoc dubitare

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Μαξίμῳ τῷ Σμενιώτῃ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν ὅτι πρόσκαιρον εἶχε τὸ σῶμα κατ' ἀρχὰς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι φυσικοῖς ὑπέκειτο καὶ πρὸ τῆς παραβάσεως πάθεσι, καὶ ὅτι βρῶσιν αἰσθητὴν ἐν παραδείσῳ ἤσθιε· καὶ ὅτι συκῆ τὸ ξύλον τῆς γνώσεως ἦν, ὡς ἐκεῖνοί φασι.

Ὅτι μὲν οὖν ὁ πρῶτος ἐκεῖνος ἄνθρωπος θανάτου καὶ φθορᾶς ὑπέρτερος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, θανάτῳ δὲ κατεκρίθη μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑποπεσεῖν, πρὸ τῶν ἄλλων ὁ σοφὸς ἔδειξεν Σολομὼν ἐν τῇ Σοφίᾳ αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτως εἰπών· *Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ· φθόνῳ δὲ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν.* Εἴπερ οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ, πῶς αὐτὸν εἴπωμεν ὅλως ὑποκεῖσθαι φθορᾷ καὶ θνητότητι; καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ θάνατον, ὡς εἴρηται, μὴ ποιήσαντος ἀπ' ἀρχῆς. Εἰ γὰρ εἴπωμεν ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκείνου καὶ φθορᾷ κατά τινα τρόπον ὑπέκειτο, οὐδέν τι παριστῶμεν ἕτερον ἢ ὅτι παρὰ Θεοῦ τηνικαῦτα τὸ κατάρχειν ἡμῶν ἔσχε ἤ τε φθορὰ καὶ ὁ θάνατος. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ὅτι μηδὲ θανάτου, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, ποιητὴς ὁ

[1] Ezech. xxxiii, 6. [2] Sap. ii, 23.

(16) Falsus est Pontanus appellando *Joannem*, quem *Maximum* dicere debuerat, ut habet codex Cæsareus Theol. CLIX apud Lambecium lib. IV *Com.* Quis autem sit hic Maximus Smeniotes ignoro prorsus, et an idem sit cum Maximo illo monacho, qui Quæstiones sacras miscellaneas ad Nicephorum Magnæ ecclesiæ CP. charophylacem scripsit, de quo agit Lambecius lib. VI *Comment.*, cod. jurid. XVII. In codice Riccardiano deest *Joannes* et *Maximus*, tantumque habetur : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ τῷ Σμενιώτῃ.

(17) In aliis duobus codicibus harum Epistolarum mss. Cæsareis pro Μαξίμῳ τῷ Σμενιώτῃ legitur Μαξίμῳ τῷ Ἀσμενιώτῃ.

(18) Hæc eadem disputat Glycas part. I *Annal.* ubi dissertatio hæc prope integra habetur.

(*) Eodem Pontano interprete.

Θεός· ἀμφιβάλλειν γὰρ ἐπὶ τούτοις οὐχ ὅσιον. Εἰ γὰρ, ὡς ἐκεῖνοί φασι, θνητὸς ὑπῆρχε καὶ πρὸ τῆς παραβάσεως ὁ πρῶτος Ἀδὰμ, πότε λοιπὸν ἐδέξατο τοῦ θανάτου τὰ ἐπιτίμια; πότε δὲ καὶ τοὺς δερματίνους ἠμφιέσατο χιτῶνας, εἴπερ ἐκτίσθη παρὰ Θεοῦ θνητὸς κατ' ἀρχάς; Διὰ τί καὶ φύλλα συκῆς ἔρραπται, καὶ ἀπὸ Θεοῦ κρύπτεσθαι ἤθελεν; εἰ μή γε θεώσεως ἐλπίδι δελεασθεὶς ἀφῃρέθη τε τὴν πρώτην στολὴν, καὶ θνητὸς ἐξ ἀθανάτου παραχρῆμα ἐγένετο. Καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός. Περὶ ταῦτα γὰρ καὶ οὗτος οὕτω που λέγων εὕρηται· *Κατ' ἀρχὰς ὁ παμπόνηρος ἐλπίδα θεώσεως ἐνέσπειρε τῷ Ἀδὰμ, καὶ οὕτως αὐτὸν εἰς τὸν τῶν ἀλόγων κατήγαγε θάνατον.* Εἰπάτωσαν οὖν ποῦ πρότερον ὄντα καὶ πόθεν αὐτὸν εἰς τὸν τῶν ἀλόγων κατήγαγε θάνατον, ἢ πάντως ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς ἀθανασίας ἣν εἶχε πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς. Διὰ παρακοῆς λοιπὸν ὁ γενάρχης ὑπέπεσε καὶ φθορᾷ καὶ θνητότητι· διὰ παρακοῆς ἐνδύσασθαι κατεχρίθη δερματίνους ἐκείνους χιτῶνας· διὰ παρακοῆς ἡ ταλαίπωρος αὕτη καὶ πολυπαθὴς εἰσῆλθε διαγωγή. *Ἐπειδὴ, γὰρ φησὶ, τοῦτο ἐποίησας, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι ἡ γῆ.* Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἴγε θνητὸς ἐκτίσθη κατ' ἀρχὰς ὁ Ἀδὰμ, οὐκ ἂν αὐτὸν ἁμαρτήσαντα θανάτῳ κατεδίκασεν ὁ Θεός. Πῶς γὰρ, εἴγε καὶ καταδίκης ἄνευ ὁ θάνατος εἴωθε φυσικῶς ἕπεσθαι τοῖς θνητοῖς; Οὐκοῦν ἄφες αὐτοὺς, εἴγε καὶ μᾶλλον ἐν Καρθαγένῃ (20) συστᾶσα ταῦτα σύνοδος ἐπιβεβαιοῖ τὰ εἰρημένα ἐν ἑκατοστῷ ἐννάτῳ κανόνι αὐτῆς οὕτω λέγου-

nefas. Etenim si quemadmodum illi volunt, etiam ante prævaricationem Adam primus homo mortalis erat, quid illi postea irrogatum mortis supplicium? quid pelliceam (19) indutus est tunicam, siquidem a primordio eum Deus mortalem procreaverat. Cur etiam folia ficus consuit, et Deum latere conatus est, si non divinitatis adipiscendæ spe illectus, primam stolam perdidit, et pro immortali mortalis repente evasit? Accipe quod in rebus divinis egregie versatus Joannes Damascenus super hoc alicubi scriptum reliquit: *Principio nequissimus ille diabolus spem consequendæ divinitatis Adamo injecit, atque ita eum ad conditionem moriendi more animantium brutorum dejecit.* Doceant igitur isti, ubi prius cum esset, et unde ipsum ad interitum cum bestiis communem dejecerit. Ab sublimitate immortalitatis utique, qua ante mandatum ab se violatum præditus erat. Per inobedientiam igitur generis nostri auctor ad corruptionem et necessitatem subeundæ mortis redactus, per inobedientiam ad induendam pelliceam illam tunicam damnatus est: per inobedientiam calamitosa hæc et variis exposita incommodis vita introivit. Ait enim: *Quia hoc fecisti, spinas, et tribulos terra pariet tibi.* Quid multa? S primitus Adam ita fuisset conditus, non eum in peccato jam irretitum morte condemnasset Deus. Qui enim condemnasset? nam vel citra condemnationem mors mortales sequi consuevit. Quamobrem nihil tibi cum illis sit; præsertim quando Carthagine (21) congregata synibique hæc aliaque perniciosa ac virulenta dogmata disseminare ausus est. Hujus impietati Patres Africani ut obsisterent, varios conventus celebravere, quatuorque in primis Carthagine, quorum primus anno Christi 411 et insequenti, secundus 416, tertius denique, et quartus 418 coacti sunt. Horum conciliorum gesta intercidere, et primi quidem vix fragmentum superest apud Augustinum lib. II *De gratia Christi et de peccato originali.* Secundi vero exstat tantum epistola synodalis ad Innocentium papam, et Innocentii ad eamdem synodum rescriptum. Tertium et quartum, quorum meminit Augustinus epis ola 115, alias 47, præter 19 canones plenarii, solida interiere. Hinc videri posset ignotum quot capita, vel quot canones in his synodis cusi fuerint, vel ad quam synodum canon hic 109 a Glyca laudatus referendus sit, nisi jam ex codice Ecclesiæ Africanæ concilii plenarii esse constaret. Cæterum D. Augustinus citato libro II *De gratia*, et cap. 5 hæc habet inter alia ex synodo I: *Aurelius episcopus dixit: Rogo quid collegerim ego ex hujusmodi objectione, dico, Adam constitutus in paradiso, quod ante dicatur inexterminabilis factus, postea post transgressionem præcepti factus sit corruptibilis. Hoc dicis, frater Pauline? Paulinus diaconus dixit: Hoc, Domine.* Sed nonnullis visus est canon etiam quidam concilii Milevitani anno 416 ob eamdem causam coacti ita concipi: *Placuit ergo omnibus episcopis qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere hæc, quæ in præsenti concilio definita sunt, ut quicunque dicit Adam primum hominem mortalem fac um, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore. hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.* Verum censent, ut innuimus, viri longe doctissimi celebres canones contra Pelagianos, quorum 109 a Glyca nostro laudatur, synodo

(19) Lud. Thomassinus tom. II *Theolog. Dogm.*, lib. I, cap. 20, § 2: *Primus parens ubi a visione et fruitione Dei refrixit, non in corpus, sed in tunicas pelliceas, id est in corpus corruptibile et obliviosum præcipitatus est*, etc. Glycas noster part. I *Annalium* ubi περὶ κρεωδαισίας agit, secundum litteram accipit illud, *Induit eos tunicis pelliceis.* Postea vero pellicearum tunicarum nomine mortale corpus ἀλληγορικῶς intelligit. Ab Origenis tamen sententia longe recedit. Eadem enim part. I *Annal.* cum Chrysostomi verba de pelliceis tunicis retulisset, eamque rationem probasset, scribit, Ἐντεῦθεν οὖν ὁ κατάρατος Ὠριγένης ἀποπνιγόμενος φαίνεται μᾶλλον ἐν οἷς ἐκενολόγησεν ἀσώματον τὸν Ἀδάμ. *Quæ ratio Origenem illum exsecrabilem quasi suffocatum manifeste perimit, simulque vanum ipsius orationem, qua corporis expertem Adamum fecit.* Macarius tamen Magnes serm. XVII *in Genesim* indoctos brutosque appellat eos qui censent, tunicas pelliceas tales vere fuisse; pertendit enim harum nomine significari corpus, post hominis in peccatum lapsum, gravius ac crassius effectum: quæ quidem communis opinio fuit inter antiquos, sed rejecta et confutata a Clemente Alexandrino in hæretico Julio Cassiano, et post eum ab aliis: quare mirandum quod Origenes in eadem hæresi fuerit.

(20) Veteres Græci Καρχηδόνι dixissent. Sic Hispani novam Carthaginem *Carthagenam* appellant.

(21) Cœlestius, Pelagii discipulus et auditor, inter alios errores quos una cum præceptore docuit, et illum in primis præcipabat, Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus fuisset; peccatum Adæ ipsum solum lesisse, non genus humanum; parvulos qui nascuntur in eo statu esse in quo fuit Adam ante prævaricationem. Igitur Roma profectus Carthaginem appulit,

nodus quæ dicta sunt confirmat ; cujus illa verba canone centesimo nono leguntur : *Si quis dicit Adamum mortalem a Deo formatum, et non post peccatum corruptioni factum obnoxium, anathema esto.* Sic etiam, vir sanctissime, quotquot Adamum medium inter immortalitatem et mortalitatem constituunt, procul a vera ratione discedunt.

Quapropter tibi dubitandum non est. Etenim si Deus, cum produceret hominem, tunc illi dixisset : *Quo die comederitis de arbore, morte moriemini*, attulissent isti aliquid, qui principio mortalem eum simul et immortalem fuisse opinantur. Quia vero multo post ejus creationem mandatum dedit, unde et mors occasionem contra nos nacta est, (ait enim : *Si comederitis, morte moriemini*), curiosius indagare primi hominis conditionem prorsus non decebat eos qui sacram Scripturam interim legunt et perscrutantur, cum hinc perfecte scirent quali natura esset conditus qui secundum imaginem Dei scilicet factus esset. Patet enim, Deum manuum suarum figmentum honorare volentem, a primordiis statim atque ab ipso principio illud incorruptionis munere condecorasse. Atque huic universus sanctorum chorus astipulatur ; nec tu fidem dictis non adhibe. Quoniam namque Deus hominem omnium terrenorum principem constituere voluit ob id (ut auream orationem fundens Joannes inquit) animæ essentiam illi largitus est, hinc ipsum etiam jugiter immortalem esse volens. Nam si hoc non fuisset, si animum mentis compotem a Deo Adamus non accepisset, nihil (22) erat futurus, juxta divinissimum Joannem : utpote formatus de pulvere, unde nimirum bestiæ quoque procreatæ sunt.

Intellige igitur, o sacrum caput, ex multa bonitate Dei talibus munerantis, incorruptionem tunc Adamo, quem primum finxit, impertitam esse, et gratiam statim in ipso perfectam simul et omnibus numeris consummatam penitus fuisse. Alioqui non ille sacer paradisus (23) ad habitandum contigis-

σα κατὰ λέξιν· « *Εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθοράν, ἤτω ἀνάθεμα.* » Οὕτω μὲν οὖν, ὁσιώτατε, καὶ ὅσοι τὸν Ἀδὰμ μέσον ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος λέγουσι, πόρρω που πίπτουσι τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ.

Καὶ διστάζειν ἐπὶ τούτοις οὐ δέον σοι. Εἰ μὲν γὰρ ὅτε παρήγγε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, τότε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν· *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε·* εἶχον ἄν τι καὶ λέγειν οἱ θνητὸν ὁμοῦ καὶ ἀποθάνατον ἀρχῆθεν αὐτὸν εἶναι δοξάζοντες· ἐπεὶ δὲ πολλῷ μετὰ τὴν αὐτοῦ παραγωγὴν ὕστερον ἐδίδοτο τὰ τῆς ἐντολῆς, ἀφ' ἧς ἄρα καὶ χώραν ὁ θάνατος ἐλάμβανε καθ' ἡμῶν, *Ἐὰν* γὰρ *φάγητε*, φησὶ, *θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*, πολυπραγμονεῖν ὅλως οὐκ ἔπρεπε περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου τοὺς ἐρευνητικῶς τέως ἐπερχομένους τὴν ἁγίαν Γραφήν· ἀκριβῶς εἰδότας ἐντεῦθεν ὁποῖος ἐπλάσθη τὸ κατὰ φύσιν ὁ κατ' εἰκόνα δηλαδὴ γεγεννημένος Θεοῦ. Πρόδηλον γὰρ, ὅτι τιμῆσαι βουλόμενος ὁ Θεὸς τῶν ἰδίων χειρῶν τὸ πλαστούργημα ἐκ προοιμίων αὐτίκα καὶ ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς τῇ ἀφθαρσίᾳ τετίμηκε. Καὶ βεβαιοῖ τὸν λόγον ὁ τῶν ἁγίων ἅπας χορός· ἀλλὰ μὴ ἀπίστει τοῖς λεγομένοις. Ἐπειδὴ καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἠβουλήθη πάντων τῶν ἐπιγείων ἄρχοντα καταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον, τούτου χάριν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο· βουλόμενος ἐντεῦθεν αὐτὸν εἶναι καὶ ἀθάνατον ἐς τὸ διηνεκές. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ ψυχὴν ἐδέξατο παρὰ Θεοῦ νοερὰν ὁ Ἀδὰμ, οὐδέν τι ἔμελλεν εἶναι κατά γε τὸν θειότατον Ἰωάννην, ἅτε δὴ πλασθεὶς ἀπὸ χοὸς, ὅθεν ἄρα καὶ τὰ ἄλογα ζῶα παρήχθησαν.

Ἐπίγνωθι οὖν, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, ὅτι διὰ πολλὴν ἀγαθότητα τοῦ τὰ τοιαῦτα δωρουμένου Θεοῦ ἡ ἀφθαρσία ἐδίδοτο τηνικαῦτα πλαττομένῳ τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ, καὶ ἦν ἡ χάρις εὐθέως ἐν αὐτῷ τελεία τε ἅμα καὶ ἀπηρτισμένη παντάπασι. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ θεῖος αὐτῷ παράδεισος ἐδίδοτο

Carthaginiensi plenariæ, ut eam vocat Augustinus, et quam diximus anno 418 coactam, ascribendos esse ; et canonem illum, quem modo retulimus, et concilio Milevitano II a multis, et a Gratiano in primis Dist. IV, *De Consecrat.*, tribuitur, esse hujus concilii Carthaginiensis ; et id notant Labbeus et Cossartius, et pluribus probat Paschasius Quesnellius Dissert. XIII addita tom. II Operum D. Leonis. Et quidem in codice canonum Ecclesiæ Africanæ, quem Christophorus Justellus primum edidit, ac deinde alii eruditi viri, et præcipue Phil. Labbeus laudatus Græce ac Latine (Græce enim conversus fuerat a Græcis) suæ collectioni Conciliorum inseruit, laudatus canon sub numero 109 concilio plenario Carthaginiensi vindicatur, et est idem canon qui a Glyca citatur. Sed de hoc præter scriptores modo citatos consulatur etiam Van Espen *Tract. historico-canonico*, part. II, cap. 3, § X. Idem jam definiverat contra eumdem Pelagium synodus Palæstina, ut docet Augustinus lib. *De gestis Pelagii*, cap. 3. Idem etiam sanxit synodus Tridentina sess. V, can. 1.

(22) Persius :

Gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

Non nihil igitur erat futurus, sed in ea, quibus constabat, principia resolvendus.

(23) Liber cui titulus est Λεπτὴ Γένεσις dicit Adamum post 40 dies paradisum esse ingressum, Evam vero post 80, ut refert Glycas in par. *Annal.* Multum discrepant inter se divini interpretes dum quid nomine paradisi intelligatur, expedire volunt. Audiatur Augustinus lib. VIII *De Genesi ad litteram*, cap. 1 : *Non ignoro de paradiso multos multa dixisse. Tres tamen de hac re quasi generales sunt sententiæ : una eorum qui tantummodo corporaliter paradisum intelligi volunt ; alia eorum qui spiritualiter tantum ; tertia eorum qui utroque modo paradisum accipiunt, alias corporaliter, alias autem spiritualiter. Breviter ergo ut dicam, tertiam mihi fateor placere sententiam.* In hac se esse opinione Augustinus fatetur etiam lib. *De Genesi contra Manichæos*, et lib. XIII *De civit. Dei*, cap. 21. In eadem quoque fuere Ambrosius lib. *De paradiso* et Hieronymus *epistola* 61, *ad Pammachium*, et Comment. ad cap. 10 Danielis, et *Duæ ocis Hebrai-*

πρὸς κατοίκησιν· οὐκ ἂν ἐδίδοτο τιμῆς ἕνεκεν ἡ κατὰ πάντων τῶν ἐπιγείων ἀρχή· οὐκ ἂν ἐδίδοτο τηνικαῦτα τὸ τῆς ἀθανασίας ἀξίωμα κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ἐδίδοτο χάριν, ὡς εἴρηται, παρὰ Θεοῦ τῷ Ἀδάμ· ἡ δὲ θεία ἐκείνη φωνὴ ἡ νομοθετοῦσα μὴ φαγεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, ἵνα μὴ θανάτῳ ἀποθάνῃ, πολλῷ μετὰ τὴν αὐτοῦ πραγωγὴν ἐδίδοτο ὕστερον, ὡς ἤδη φθάσαντες εἴπομεν. Ἐδίδοτο δὲ καθ' οὓς οἶδε λόγους ἐκεῖνος *ὁ τὰ πάντα εἰδὼς καὶ πρὶν γενέσεως αὐτῶν.* Οὐκοῦν ἄφες αὐτούς· μὴ συναρπάζου τοῖς λόγοις καὶ σὺ τῶν πολλῶν· ἔκτισε μὲν γὰρ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἄφθαρτον αὐτὸν αὐτίκα παρήγαγε, καὶ τούτου χάριν ἀμφιβάλλειν οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ ἔκτισε τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς, ὡς ἤδη προείρηται, κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ· τί χρὴ καὶ λέγειν ὁποῖον ἐκεῖνον ἔκτισε κατὰ φύσιν, εἴ γε κατ' εἰκόνα τῆς αὐτοῦ τέως ἀϊδιότητος ἐκεῖνον ἔκτισεν; ἢ πάντως φθορᾶς ἁπάσης ὑπέρτερον, ὡς ὁ λόγος μικρὸν ὕστερον ἀριδηλότατα παρίστησι τῇ σῇ ὁσιότητι. Μὴ θαύμαζε οὖν, εἴγε καὶ τὸν Σιναΐτην ἔχεις θεῖον Ἀναστάσιον ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτω λέγοντα· *Καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Πρώτη ποίησις αὕτη, ἁπλῆ, ἄζυγος, ἄφθαρτος.*

Εἴπερ οὖν ἡ πρώτη ποίησις ἄφθαρτος ἦν, ὥστε διαληφθεὶς ἔφη ἀνὴρ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, τί χρὴ καὶ λέγειν; Ἄφθαρτον μὲν γὰρ αὐτὸν ὁ Θεὸς αὐτίκα παρήγαγεν, ὡς ἤδη προείρηται, καὶ δὲ καὶ ἀθανασίᾳ τετίμηκε. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· ὁ θειότατος Ἀνδρέας Κρήτης ἐν τῷ *Εἰς τοὺς κεκοιμημένους* λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτως εὑρηται λέγων· *Πλάσας ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἀξίωμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τὸ λογικόν τε, καὶ νοερὸν, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἀνώλεθρον.* Εἴπερ οὖν ἀξίωμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀθάνατον ὁ Θεὸς, ὡς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ εἰπεῖν ἔφθασε, πόθεν ἐκεῖνοι λοιπὸν ἢ ποίῳ διδασκάλῳ χρώμενοι, καὶ θνητότητα

set : non ei honoris ergo in omnia terrena imperium datum esset : non illi tunc amplitudo, secundum imaginem æternitatis Dei collata fuisset. Verum hæc quidem a principio ipso ex gratia Adamo a Deo concessa sunt, ut diximus. Divina autem vox illa, ne comederet de ligno scientiæ ne morte moreretur, multo post creationem istam ei legem imposuit, ut supra meminimus. Imposuit autem iis de causis, quas novit ille, *qui novit omnia, etiam antequam fiant.* Quamobrem sine illos : noli tu quoque sermone imperitorum simul auferri. Creavit enim Deus hominem in incorruptione, hoc est illico incorruptibilem ipsum produxit. Atque idcirco a ratione alienum dubitare. Si enim Deus, ut jam significavimus, primum hominem secundum imaginem æternitatis suæ(23*) ab initio condidit, quid, quæso, dicere attinet, qualem secundum imaginem æternitatis suæ illum tunc condidit? quæ quidem ab omni corruptione extranea est, ut oratio paulo infra sanctitati tuæ luculentissime demonstrabit. Ne itaque mireris, quandoquidem et divinum Anastasium (24) Sinaitam habes, cujus in oratione *De resurrectione* hæc sunt ad verbum : *Et fecit Deus hominem, ad imaginem suam fecit illum. Prima est hæc fictio, simplex, omni jugo soluta, incorruptibilis.*

Si ergo prima creatio corruptione vacabat, ut divinus vir de primo homine disserens dixit, quid requirimus amplius? incorruptibilem enim illum jam tum Deus produxit, ut jam docuimus : quin et immortalitate cohonestavit. Nec mea isthæc verba sunt : sanctissimus Andreas Cretensis sermone *De defunctis* ita locutus reperitur : *Ficto ab se homini Deus rationis, et intelligentiæ, et immortalitatis, et immunitatis ab interitu, ornamenta contulit.* Jam si Deus homini immortalitatis ornamenta præbuit, ut divinus hic vir affirmavit, unde postea disputatores illi, aut quali tandem magistro usi, mortalitatem immortali admiscuerint, idque priusquam

cis, ut de Methodio, Chrysostomo, Epiphanio, Theodoreto, Beda, nihil dicam. Cæterum Philo Judæus et Origenes memoratam secundo loco sententiam amplexi sunt, quibus licet alibi paulo iniquior Hieronymus, tamen in libro *De locis Hebraicis* ita scribit : *Euphrates fluvius Mesopotamiæ in paradiso oriens. Porro Salustius, auctor certissimus, asserit tam Tigris quam Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Ex quo animadvertimus, aliter de paradiso et fluminibus ejus intelligendum.* Hinc inventus est qui nostra etiam ætate hanc opinionem temere defendere ausus sit. Sed quoniam apocryphi libri deliramenta quædam superius adduximus, et aliud polymatheias gratia subdere non pigeat Judæorum somnium, paradisum videlicet, ante cœlum et terram a Deo conditum fuisse, ut lib. IV Esdræ cap. 3 legitur. De quo tamen hæc habentur apud eruditissimum Hieronymum in *Quæstionibus Hebraicis* : *Ex quo manifestissime comprobatur, quod priusquam cœlum et terram Deus faceret, paradisum ante condiderat, sicut et legitur in Hebræo* : « *Plantaverat autem Deus paradisum in Eden a principio.* » Vide quæ de paradiso inferius ex D. Augustino pariter adnotantur.

(23*) Noster Glycas sentire videtur hominis cum Deo similitudinem in ejus quoque immortalitate consistere : et corpus, etiam, quatenus corruptionis expers permansit, aliqualem Dei imaginem retulisse, quod quidem recte dici potest, nec ideo in Anthropomorphitarum errores prolabi periclitamur. Nam nec magnus Augustinus *De diversis quæstionibus octoginta tribus*, quæst. II, divinam quamdam imaginem in humano corpore considerari aliquo modo posse inficiatur. Ejus verba sunt : *Non modo qua est et in quantum est, utique bonum est* (scilicet hominis corpus), *sed etiam quia tale est, ut ad contemplandum cœlum sit aptius, magis in hoc ad imaginem et similitudinem Dei, quam cætera corpora animalium, factum jure videri potest.*

(24) Anastasius Sinaita,, patriarcha Antiochenus, qui quinque orationes dogmaticas scripsit, inter quas et illa *De resurrectione Christi* reperitur, videtur fuisse junior Anastasius, qui sub initium sæculi XI floruit, ut constare potest consulenti Cas. Oudinum *De scriptoribus ecclesiasticis.*

ci mandatum daretur a Deo, hoc ante omnia discere postulamus. Si enim Adam, quod asseverant, mortis capax a Deo formatus est principio, non postquam paulo post ad corruptionem mortalitatemque redactus est, hoc quoque dicamus prorsus necesse est, etiam lapsos angelos non solum non lucidos fabricasse Deum, sicuti (25) omnes ordines cœlestes; sed tenebrarum (26) convenienter eos capaces fecisse. In his enim omnis quem possidebant splendor subito mutatus, in tenebras totus concessit. Sed neque hoc ab initio fuit, nec illud; quanquam id nobis adhuc indoctis videatur. Deus enim, qui hominem a principio immortalitate exornavit, et angelis lapsis lumen inexplicabile principio largitus est, ille rursum eos et loco et charismate spoliavit. Quam ob causam? Quia majora et ultra captum suum conceperunt, (27) et de dignitate sua cogitarunt, ut sacra Scriptura testatur. Audias licet quid ad ipsum, Satanam nempe, per Ezechielem (28) Deus. *Simul atque exaltatum est cor tuum, propter pulchritudinem tuam, et dixisti in corde tuo, Deus sum ego, repente de cœlo de Cherubim projeci te, et periit scientia tua cum pulchritudine tua.*

A τῷ ἀθανάτῳ παραμιγνῦσι, καὶ ταυτὶ πρὸ τοῦ δεῖσθαι τὴν ἐντολὴν αὐτῷ παρὰ Θεοῦ, τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων ἀξιοῦμεν μαθεῖν. Εἰ γὰρ, ὡς ἐκεῖνοί φασι, θανάτου δεκτικὸς ἐπλάσθη παρὰ Θεοῦ κατ' ἀρχὰς ὁ Ἀδὰμ, ἐπὶ δὲ φθορᾷ καὶ θνητότητι μετὰ βραχὺ περιέπεσεν, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τοῦτο πάντως εἰπεῖν· ὅτι τοὺς ἐκπεσόντας ἀγγέλους οὐ λαμπροὺς ἐδημιούργησε μόνον ὁ Θεὸς, ὥσπερ δὴ καὶ πάσας τὰς ἄνω στρατιάς· ἀλλὰ σκότους ὁμολογουμένως αὐτοὺς ἐποίησε δεκτικούς. Ἐπὶ γὰρ τούτου καὶ πᾶσα ἡ προσοῦσα φαιδρότης αὐτοῖς ἠλλάγη τε παραχρῆμα, καὶ σκότος ὅλη ἐγένετο. Ἀλλ' οὔτε τοῦτο ἦν ἀπ' ἀρχῆς, οὔτ' ἐκεῖνο, καθὼς δοκεῖ τοῖς ἀμαθέσι τέως ἡμῖν. Ὁ γὰρ Θεὸς ὁ δοὺς μὲν ἀξίωμα τῷ ἀνθρώπῳ κατ' ἀρχὰς τὸ ἀθάνατον, ἀγγέλοις τοῖς ἐκπεσοῦσι B φῶς ἄῤῥητον ἐν ἀρχῇ χαρισάμενος, ἐκεῖνος αὖθις αὐτοὺς ἀπεστέρησε καὶ τοῦ τόπου καὶ τοῦ χαρίσματος. Τίνος ἕνεκεν; Ἐπειδὴ τὰ ὑπὲρ αὐτοὺς ἐφαντάσθησαν· ἐπειδὴ μείζω τῆς οἰκείας ἀξίας ἔλαβον ἔννοιαν, ὡς ἡ ἁγία διέξεισι περὶ τούτου Γραφή. Καὶ ἄκουε τί πρὸς αὐτὸν ἔλεγε τέως τὸν Σατανᾶν διὰ αὐτοῦ προφήτου Ἰεζεκιὴλ ὁ Θεός. *Ἅμα τῷ ὑψωθῆναι τὴν καρδίαν σου ἐπὶ τῷ κάλλει σου, καὶ εἶπας ἐν τῇ διανοίᾳ σου, Θεός εἰμι ἐγὼ, θᾶττον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δι' αὐτοῦ χερουβὶμ ἐῤῥιψά σε, καὶ διεφθάρη ἡ ἐπιστήμη σου μετ' αὐτοῦ κάλλους σου.*

Ergo primus homo, vir sanctissime, corruptionis et interitus expers a Deo creatus est. Cæterum ubi se majora meditatus, divinitatem sibi promisit, castigans illum Deus, ne quid tale posthac animo veraret, corruptibilem ex incorruptibili, et mortalem ex immortali reddidit. Neque hoc solum; sed in uper e paradiso sine mora exterminavit, tametsi ejus gratia sacrum illum hortum exquisite plantaverat. Sed quid ego exterminationem e paradiso memoro, quando et potestatem in animantes rationis inopes a Deo sibi tributam mox (29) amisit, et propter transgressionem damnatus est ita ut quas sub jure suo haberet, eas formidaret? Vides enim quomodo et leo ipsum contemnat, et pardalis fugiat, et cæteræ omnes subjectionem recusantes, longius ab eo recedant. Adverte igitur animum.

Οὕτω μὲν οὖν, ὁσιώτατε, καὶ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἄφθαρτος ἐκτίσθη παρὰ Θεοῦ καὶ ἀθάνατος· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐφαντάσθη, Θεός τε γενέσθαι ἤλπισε, διὰ τοῦτο σωφρονίζων αὐτὸν ὁ Θεὸς ἵνα μὴ καὶ εἰς ἔτι τοιαῦτα φαντάζηται, φθαρτὸν ἐξ ἀφθάρτου, καὶ θνητὸν ἐξ ἀθανάτου πεποίηκεν· οὐ ταῦτα C δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ παραδείσου ἐξόριστον αὐτίκα ποιεῖ τὸν Ἀδὰμ, εἰ καὶ χάριν αὐτοῦ τὸ Θεῖον ἐκεῖνο τέμενος φιλοτιμότερον ἔκτισε. Καὶ τί λέγω παραδείσου ἔκπτωσιν, ὅπουγε καὶ ἣν ἔσχε παρὰ Θεοῦ ἐξουσίαν ἐπί γε τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἀφῃρέθη τε παραχρῆμα, καὶ δεδοικέναι τοὺς ὑπὸ χεῖρα κατεδίκαζε δι' αὐτὴν παράβασιν; Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ λέων αὐτοῦ κατεφρόνησε, καὶ πάρδαλις ἀπεπήδησε, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὴν ὑποταγὴν ἀρνησάμενα πόῤῥω που διέστησαν ἀπ' αὐτοῦ. Πρόσεχε οὖν, εἰ γὰρ καὶ

Αὐτὸ τοῦτο παρίστησι καὶ ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος, ἡνίκα καὶ μᾶλλον εὑρηται τὸ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ θεῖον ῥητὸν ἐπεξηγούμενος τὸ διαλαμβάνον οὕτως ἐν λέξεσι· *Τί τὸ γεγονός; Αὐτὸ τὸ γενησόμενον. Καὶ τί τὸ πεποιημένον; Αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον.* Λέγει γὰρ ὅτι χειρὶ Θεοῦ πεποιημένος ὁ ἄνθρωπος οὐχ ὃ νῦν ἐστι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἤγουν τρεπτὸς καὶ φθαρτὸς, τοῦτο ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ὃ ποιηθήσεται ὕστερον, ἄτρεπτος δηλονότι καὶ ἄφθαρτος. Εἴπερ οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ, καθά φησι Σολομῶν· εἴπερ ἔδειξε τὸ οἰκεῖον φιλότιμον μεταδοὺς αὐτῷ ψυχῆς νοερᾶς· ὡς εἶναι καὶ ἀθάνατον ἐς τὸ διηνεκὲς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησιν· εἴπερ οὖν αἰωνίου ζωῆς ἀπόλαυσιν ἐχαρίσατο τῷ ἀνθρώπῳ κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος· εἴπερ οὖν ἡ πρώτη ποίησις τοῦ Ἀδὰμ ἄφθαρτος ἦν, ὡς ὁ Σιναΐτης φησὶ θεῖος Ἀναστάσιος· εἴπερ οὖν σῶμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς τὸ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον, ὡς ὁ θεῖος Ἀνδρέας εὕρηται λέγων· εἴπερ οὖν αὐτεξουσιότητι καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς βασιλέα πάντων τῶν ἐπιγείων κατέστησε, καθάπερ ὁ μακάριός φησι Βαρλαάμ· πῶς λοιπὸν αὐτὸν ὁμοῦ καὶ ἀθάνατον καὶ θνητὸν ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναι εἴπωμεν; Ἀνέκδεκτον, ὡς οἶμαι, τοῦτο καὶ λίαν ἐστί. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἀνέκδεκτον, εἴγε καὶ ὁ πολὺς ἐν Θεολογίᾳ Γρηγόριος οὐκ ἐᾷ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου τοιαῦτα φαντάζεσθαι; Παντὸς γὰρ ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος ἀνενδεᾶ τὸν ἀπ' ἀρχῆς εἶναι εἰπὼν, ἔδειξε προφανῶς ὅτι στολὴν ἀθανασίας ἠμφιεσμένος ἦν ὁ πρῶτος ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθεὶς ἄνθρωπος. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἡ ἐσχάτη τῶν σωμάτων ἔγερσις ἐπάνοδος εἶναι ἐλέγετο πρός γε τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καὶ πρώτην διαγωγήν. Καὶ πείθου κάνταῦθα τῷ μεγάλῳ Παύλῳ λέγοντι· *Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ*, ἣν ἐχαρίσατο αὖθις ὁ Κύριος τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει διά γε τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ παραδόξου ἐγέρσεως. Καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ θεῖος Ἀναστάσιος ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ συγγραφείσῃ θείᾳ βίβλῳ ἣ τὸ ὄνομα *Ὁδηγός*· *Ἐν ἀρχῇ ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος ὑπὸ Θεοῦ γεγονὼς ὁ ἄνθρωπος, διὰ τῆς ἁμαρτίας γέγονε φθαρτὸς καὶ θνητὸς καὶ ὑλικὸς καὶ ῥευστός. Ἀμέλει κατοικτείρας αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ γεγονὼς ἄνθρωπος, τὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη, πεῖναν λέγω, καὶ δίψαν, κόπον,* B C D

Id ipsum quoque docet Nyssæ episcopus sanctus Gregorius præsertim ubi divinum Ecclesiastæ dictum exponit, nempe istuc : *Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid quod factum est? Ipsum quod faciendum est.* Ait enim manu Dei factum hominem non esse, qui nunc est propter peccatum, sive mutabilem et corruptibilem. Si igitur, *in incorruptione Deus hominem fecit secundum imaginem æternitatis suæ*, ut Salomon ait : si in eo declaravit studium erga illum suum, quod animam ratione præditam illi immisit, ut esset etiam immortalis jugiter, sicut Chrysostomus inquit : si igitur æternæ vitæ fruitionem donavit ab initio homini Deus, ut ait magnus Basilius : si igitur prima creatio incorruptibilis erat, ut divinus Anastasius Sinaita scribit : si igitur dignitatem dedit principio homini Deus, nempe exitii expertem esse, ut sanctum Andream Cretensem dixisse patet : si igitur libertate voluntatis, et immortalitate cum decorasset hominem Deus, regem omnium terrenorum instituit, ut beatus Barlaam dixit, quomodo adhuc mortalem a Deo productum asseremus? Prorsus impossibile opinor esse. Quidni? quando et theologiæ doctissimus Gregorius non sinit de primo homine talia cogitando concipere. Nullius enim tegumenti, et munimenti indigum primum hominem cum affirmasset, stola immortalitatis vestitum esse, qui primus a Deo est fabricatus, haud obscure admonet. Etenim si secus esset, extrema illa corporum resurrectio ad veterem illam et primam vitam reversio esse (50) non diceretur. (51) Et fidem habe in præsentia magno Paulo dicenti : *Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptione*, quam (52) iterum humanæ naturæ per admirabilem suam a mortuis resurrectionem elargitus est Dominus. Audi quoque quid asserat Anastasius ille divinus in suo libro, quem *Viæ Ducem* (53) inscripsit : *Principio*, inquit, *immortalis et corruptioni minime obnoxius a Deo factus est homo ; per peccatum vero corruptioni obnoxius, et mortalis, et materiatus, et fluxus, evasit. Itaque cum ejus Deus misertus esset, et ideo hominem induisset, haud indignum putavit naturales illos et irreprehensos affectus, famem, inquam, et sitim, laborem, somnum, sudorem et quæcunque alia post prævaricationem humanæ vitæ contigerunt, suscipere.* Qua de causa? Ut cum omnia

(50) Vide inferius epist. 3.

(51) Hactenus Jac. Pontani interpretatio ; cætera Joan. Lamius edidit et Latine vertit.

(52) Vide inferius epist. 5 et 6.

(53) Liber qui *Ὁδηγός* seu *Dux viæ* inscribitur, non est fetus senioris Anastasii Sinaitæ, sed junioris cujusdam qui floruit initio XI sæculi, ipse etiam patriarcha Antiochenus, de quo egimus superius not. 24, ut scribit Cas. Oudinus *De scriptor. ecclesiast.* Alii tamen aliter censent

hæc iterum divinitatis igne conflasset, hominem purgaret, et in antiquam incorruptionis, et minime fixa conditionis, et immortalitatis, dignitatem restitueret. Porro hac de causa etiam, cum humanam carnem assumpsisset, Adami illius primi corpus ferre illi haudquaquam arrisit. Illud enim corruptionis expers juxta divinum illum virum laudatum medicinæ non indigebat. Ideo vero ægrotantem, et ab integra conditione delapsam meam carnem assumpsit, ut illam curaret, et affectibus incommodisque liberaret, quibus post peccatum homo succubuit, et ut nos per malitiam a beata vita delapsos, ut ille Theologus divinus Gregorius ait, ad eamdem illam felicitatem per nostræ carnis susceptionem iterum reduceret. Fuit igitur, ut dictum est, homo non secus ac nos; et ea omnia quæ sacris Evangeliis continentur, propter nostram salutem fecit et perpessus est. Postremum in crucem actus est, mortuus et secundum Judæorum consuetudinem sepultus. Deinde cur nudus e sepulcro resurrexit funebres ibidem vestes (54) relinquens? Isthuc quidem procul dubio fecit ut ostenderet suum sanctissimum corpus in illud corruptionis exsors et immortale transformatum fuisse, et tale effectum, quale fuit (55) Adami corpus a principio: cum scilicet nudum exsistens alicujus integumenti non indigebat, utpote non exsors immortalitatis, quam divino munere acceperat.

Ita quidem igitur, vir sanctissime, etiam Dominicum corpus quandoquidem ante passionem corruptioni erat obnoxium, indumentorum tegminis necessario indigebat; post passionem vero et resurrectionem, cum corruptionis expers evasisset, nullo amplius integumento opus habuit. Transmutatum enim est, et omni corruptione, ut diximus, expers evasit propter illam, quæ in eo inerat, Verbi divinitatem; ut omnis etiam humana natura incorruptionem inde participet, et ad antiquam immortalitatis dignitatem regrediatur. Etenim nisi ita res se habuisset, nisi contritum propter peccatum hominem renovare iterum, et qualem ab initio fuerat restituere voluisset, quidnam aliud reliquum erat, quod illum hominem nobis similem fieri, et ea omnia facere et perpeti quæ nos evangelica docuit historia, compelleret? Sine igitur illos. Vide enim Theologum Gregorium isthuc ipsum ita disserentem affirmare: *Unum Christi mysteriorum caput mea perfectio et reformatio, et ad primum illum Adamum regressus.* Si igitur, vir sanctissime, ad nos carne suscepta Deus accessit ut contritum hominem reformaret, et inveteratum ob peccatum renovaret, et ut illum ad pristinam dignitatem redigeret, illam immortalitatem videlicet et exitii expertem conditionem, ut superius disserebamus, reliquum est ut toto cœlo aberrent qui diversa

(54) Vide inferius epist. 6.

(55) Contraria, et bene quidem ac sapienter, docet ὁ πάνυ lib. XIII *De civit. Dei*, cap. 23. Multum enim interest inter corpus Christi resurgentis et corpus Adami nondum delinquentis, ut late superius expedivimus in notis 36, 39, 44, 46, et inferius etiam observabimus.

A ὕπνον, ἰδρῶτα καὶ ὅσα ἄλλα μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν, οὐκ ἀπηξίωσεν ἀναδέξασθαι. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα ταῦτα πάντα τῷ πυρὶ τῆς θεότητος ἀναχωνεύσας ἐκκαθάρῃ τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀποκαταστήσῃ πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον τῆς ἀφθαρσίας καὶ ἀῤῥευσίας καὶ ἀθανασίας ἀξίωμα. Διὸ δὴ καὶ σαρκούμενος οὐκ ἠὐδόκησε τὸ σῶμα φορῆσαι τοῦ πρώτου Ἀδάμ· ἐκεῖνο γὰρ ἄφθαρτον ὄν, ὡς ὁ διαληφθεὶς θεῖος ἀνὴρ, ἰατρείας οὐκ ἔχρῃζε. Διὸ δὴ τὸ νοσῆσαν ἀνέλαβε καὶ παρατραπέν μου σαρκίον, ἵνα θεραπεύσῃ αὐτὸ καὶ ἀπαλλάξῃ παθῶν οἷς ὑπέπεσε μετὰ ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἵνα ῥεύσαντας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι διὰ κακίαν, ὡς ὁ Θεολόγος φησὶ θεῖος Γρηγόριος, πρὸς αὐτὸ πάλιν ἐπαναγάγῃ διὰ σαρκώσεως. Χρηματίζει. B τοίνυν, ὡς εἴρηται, καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ποιεῖ τε πάντα καὶ πάσχει διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ὅσα τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις διείληπται· τελευταῖον σταυρῷ προσηλοῦται, θανατοῦται, ταφῆς ἀξιοῦται κατὰ νόμον Ἰουδαϊκόν. Εἶτα τί γυμνὸς ἐκ τάφου ἐγείρεται καταλιπὼν ἐκεῖ τὰ ἐντάφια; Τοῦτο δὲ πάντως ἐποίησε, δεῖξαι θέλων ὅτι τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα μετεστοιχειώθη πρός γε τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον, καὶ ὅτι τοιοῦτον ἐγένετο ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς τὸ σῶμα τοῦ Ἀδάμ, ἡνίκα δηλαδὴ γυμνὸν ὂν ἐπικαλύμματος οἱουδήτινος οὐκ ἦν ἐνδεὲς, ἐπειδὴ τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦν.

Οὕτω μὲν οὖν, ὁσιώτατε, καὶ τὸ σῶμα τὸ Κυριακὸν, ἐπειδὴ φθορᾷ πρὸ τοῦ πάθους ὑπέκειτο, σκέπης C ἐξ ἀνάγκης τῆς ἀπὸ τῶν ἀμφίων ἐδέετο. Μετὰ δὲ τὸ πάθος καὶ τὴν ἔγερσιν ἄφθαρτον γεγονὸς οὐκέτι σκέπης οἵας δή τινος ἔχρῃζε. Μετεστοιχειώθη δὲ καὶ ἄφθαρτον, ὡς εἴρηται, γέγονε διὰ τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ τοῦ Λόγου θεότητος, ἵνα καὶ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀφθαρσίας ἐκεῖθεν μετάσχῃ καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπανέλθῃ τῆς ἀθανασίας ἀξίωμα. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ συντριβέντα διὰ τῆς ἁμαρτίας τὸν ἄνθρωπον ἀνακαινίσαι καὶ αὖθις ἤθελε καὶ ἀποκαταστῆσαι τοιοῦτον ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς, τί ἄλλο λοιπὸν ἦν τὸ καταναγκάσαν αὐτὸν γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον, ποιῆσαί τε πάντα καὶ παθεῖν ὅσαπερ ὁ εὐαγγελικὸς ἐδίδαξε λόγος ἡμᾶς; Οὐκοῦν ἄφες αὐτούς. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος αὐτὸ D τοῦτο παρίστησι διεξιὼν οὑτωσί· *Κεφάλαιον ἦν τῶν Χριστοῦ μυστηρίων ἡ ἐμὴ τελείωσις, καὶ ἀνάπλασις, καὶ πρὸς τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἐπάνοδος.* Εἴπερ οὖν, ὁσιώτατε, διὰ σαρκὸς ἐλήλυθε πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς ὅπως ἀναπλάσῃ συντριβέντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὅπως αὐτὸν ἀνακαινίσῃ παλαιωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ὅπως αὐτὸν ἀναγάγῃ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα, τὸ ἀθάτατον ἐκεῖνο δηλαδὴ καὶ ἀνόλεθρον, ὡς ὁ λόγος ἄνω διείληφε, σφάλλουσι λοιπὸν οἱ δογματίζοντες οἴκοθεν ἕτερα καὶ μὴ τὸ τῆς Ἐκκλησίας δόγμα ὀρθοδόξῳ στοιχοῦντες φρονήματι. Οὐκοῦν ἄφες αὐ-

τοὺς, εἴγε καὶ εἰς ἔτι τῷ ἰδίῳ παρασυρόμενοι λογισμῷ, πειθαρχεῖν ὅλως οὐ θέλουσι τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἄφες αὐτοὺς, εἴ γε καὶ εἰς ἔτι θνητὸν ἐκεῖνον ἡγοῦνται τὸν ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντα κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ. Ἄφες αὐτοὺς, εἴγε καὶ ὁ μακάριος Θεόδωρος ὁ Στουδίτης ἐν εἰκοστῇ δευτέρᾳ τῶν αὐτοῦ *Κατηχήσεων* ἄφθαρτον ὑπὸ Θεοῦ τὸν ἀπ' ἀρχῆς ὑπεσημήνατο ἄνθρωπον· περὶ τοῦ κοινοῦ καὶ γὰρ ἀναγνωρισμοῦ τὸν λόγον ἐκεῖσε ποιούμενος, ἔφασε καὶ τάδε κατὰ λέξιν εἰπεῖν· *Οἱ πρωτόπλαστοι καὶ ἄφθαρτοι ὄντες ἐν παραδείσῳ ἀλλήλους ἐγνώριζον· καὶ φθαρτοὶ δὲ γενόμενοι μετὰ τὴν παράβασιν, γνωρίζειν ἀλλήλους οὐκ ἐκωλύοντο· εἰ καὶ τρόπῳ μὲν ἄλλῳ πρὸ τῆς παραβάσεως, ἑτέρῳ δὲ μετὰ τὴν παράβασιν.* Οὐκοῦν ἄφες αὐτοὺς, εἴγε καὶ εἰς ἔτι πρὸς οὕτω φανερὰν ἀλήθειαν ἀντιφθέγγεσθαι θέλουσι.

A privatim sentiunt, neque Ecclesiæ dogmati orthodoxa cogitatione adhærent. Sine igitur illos, si adhuc propriis ratiociniis abrepti divini Spiritus doctrinæ assentiri prorsus repugnant. Sine illos, si et adhuc mortalem illum hominem fuisse existimarant, qui corruptioni minime obnoxius ad imaginem æternitatis Dei creatus fuit. Sine illos, siquidem beatus etiam Theodorus (56) ille Studites in sua XXII catechesi corruptionis expertem primum hominem a Deo conditum fuisse significavit. Etenim de communi illa recognitione verba faciens ibidem, et isthæc ad verbum dicere potuit : *Protoplasti et, cum corruptionis expertes essent in paradiso, se invicem cognoverunt, et, cum corruptioni obnoxii post prævaricationem evasissent, se invicem cognoscere non prohibebantur, etsi alio quidem modo ante transgressionem, alio vero post transgressionem.* Sine igitur illos, siquidem adhuc contra veritatem adeo manifestam obloqui non verentur.

B

Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; αὐτὰ καὶ πρὸ τοῦ λόγου τὰ πράγματα πείθειν ἡμᾶς ἱκανὰ φθορᾶς ἁπάσης ἡγεῖσθαι ὑπέρτερον τὸν πρῶτον ἐκεῖνον Ἀδάμ. Εἰ γὰρ ὁ φθορᾷ ὑποκείμενος οὗτος ἄνθρωπος χωννύμενος τῇ γῇ καὶ σηπόμενος, ἄφθαρτος ἐκεῖθεν ἐγήγερται καὶ ἀθάνατος· καὶ πιστοῖ τὸν λόγον ὁ μακάριος Παῦλος οὕτω λέγων· *Σαλπίσει γὰρ ἡ σάλπιγξ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι·* εὔδηλον πάντως ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἐκεῖνος Ἀδὰμ τοιοῦτος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἄφθαρτος δηλαδὴ καὶ ἀθάνατος. Καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν, εἴ γε καὶ σπέρμα τῇ γῇ καταβαλλόμενον τοιοῦτον ἀναδίδοσθαι εἴωθεν ὁποῖον ἄρα καὶ πρότερον ἔτυχεν εἶναι. Εἴτε γὰρ σίτου κόκκον εἴπῃς, εἴτε κριθῆς εἴτε σπέρμα οἷον δή ποτε ἕτερον, ἐκεῖσε πάντως ἐπανέρχεσθαι εἴωθεν ὅθεν δηλονότι ἐκπέπτωκεν. Ἀλλὰ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ἀποδεῖξαι θέλων ὅτι ἐξ ἀφθάρτου φθαρτοὶ γεγόναμεν, καὶ ὅτι ἀπὸ φθαρτοῦ πάλιν ἄφθαρτοι ἀνιστάμεθα, τῷ τοῦ κόκκου ὑποδείγματι καὶ μάλα προσφυῶς ἐχρήσατο πρὸς Ἀντίοχον οὕτως εἰπών· *Ὡς ἀπὸ τοῦ κόκκου στάχυν ἐποίησεν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς, τοῦ δὲ στάχυος συντριβέντος γέγονεν ὁ κόκκος, καὶ πάλιν ὁ κόκκος σπειρόμενος ἀναβλαστάνει στάχυν· οὕτως καὶ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ γέγονεν ἄφθαρτος· εἶτα διὰ τῆς παρακοῆς συνετρίβη καὶ*

C

D

Et quid multis opus est verbis? Res quoque ipsa magis quam sermo persuadere nos potest ut primum illum Adamum quacunque corruptione superiorem fuisse existimemus. Si enim ita corruptioni obnoxius homo, terra obrutus et putrefactus, corruptionis inde expers immortalisque resurget, quod beatus Paulus confirmat ita dicens : *Clanget enim tuba, et corruptionis exsortes mortui resurgent* [1] : patet omnino illum etiam Adamum ante peccatum hujusmodi ab initio fuisse, corruptionis expertem videlicet atque immortalem. Neque hac de causa obstupescas. Siquidem et semen terræ commissum tale reddi solet quale utique prius etiam fuerat. Sive enim tritici granum dixeris, sive hordei, sive quodcunque aliud semen, inde prorsus resurgere consuevit ubi ecciderat. At ne fabulam, quæ dicuntur, putato. Vide enim et magnum Athanasium, cum demonstrare vellet ex corruptionis expertibus corruptioni nos obnoxios evasisse, et ex corruptioni obnoxiis corruptionis iterum expertes esse resurrecturos, grani exemplo, et valde quidem apte, usum fuisse ita ad Antiochum (57) dicentem : *Quemadmodum ex grano ab initio Deus spicam* (58) *fecit, spica autem contrita granum exstitit atque iterum ex grano sato spica germinat : ita etiam homo corruptioni minime obnoxius a Deo creatus est : deinde*

[1] I Cor. xv, 52.

(56) S. Theodorus Studita, abbas, sub Leone Armenio et Michaele Balbo floruit, et vitæ sanctimonia multisque voluminibus scriptis illustris habetur.

(57) Quæstiones ad Antiochum opus sunt ὑποβολιμαῖον. Vide Bellarminum, Labbeum, Nat. Alexandrum, Caveum et Montisfalconii editionem Operum Athanasii, ubi hæ Quæstiones primum editæ sunt.

(58) Hac similitudine primum Apostolus usus est I Corinth. xv; quæ quidem aptissima, rem mirabiliter illustrat ac comprobat. Hac eadem deinde omnes Patres qui de resurrectione disseruere, Christianum placitum confirmaverunt; et Clemens in primis *Epist. ad Corinthios*, § XXIV et seqq., Athenagoras *De resurrectione*, Tertullianus *De carnis resurrectione*, Hieronymus *in Marcum*, Rufinus *in Symbolum*, Chrysostomus *homil. De resurrectione*, Gregorius Magnus lib. VI *Moral.*, cap. 6; Joannes Damascenus *De fide orthodoxa*, lib. IV. Sed præclara atque elegantia Q. Septimii verba, dignissima quæ legantur, quibus naturam universam resurrectionis præconem exhibet libro laudato. At non mirum hujusmodi a Christianis sapientibus disputari : mirandum magis a Platone, ethnico homine, non multo aliter Socratem in *Phædone* et in *Politico* disserentem induci, dum vivos ex mortuis fieri comprobare pertendit.

per inobedientiam contritus est et corruptioni succubuit: satus vero per ipsam mortem, et terra obrutus, repullulat: et, ut ab initio erat, corruptionis expers evadit.

Nec mihi dixeris : Si paulo ante erat immortalis, quomodo deinde in corruptionem et mortalitatem hic incidit? Abjice illud *quomodo*. Deus fuit qui dixit : *Quacunque die de planta illa commederitis, morte moriemini.* Et tu dicis : Quomodo immortalis mortalis evasit? Procul ejusmodi. Aureo eloquentiæ flumine manans Joannes in suo *De Adami exsilio* sermone hanc tibi difficultatem dissolvet ita dicens: *Transgressus est præceptum Adamus, et ex eo comedit, quod ne comederet illi mandatum fuerat, et ea propter immortalis mortalis effectus est.* Longe hæc : ne circa istud mortale corpus majori dubitatione tenearis, Quomodo resurget, dicens, a mortuis immortale, si natura mortale est et corruptioni obnoxium? Qui enim in illo se ambiguum traducit, quomodo scilicet immortalis mortalis evasit, dubitet quoque necesse est super hoc, Quomodo, inquiens, resurget immortale, siquidem corruptionis et mortalitatis est particeps? Dimitte igitur illos, et maxime si propriis ratiociniis abrepti suo hæc arbitratu interpretantur. Bene igitur beatus Paulus de sancta Scriptura dicebat, *Animalis*, videlicet, *non recipit ea quæ sunt spiritus* [1]. Et animum intende, sodes, ad ea quæ ex sermone consequuntur. Castigans Deus Adamum ne amplius de his cogitaret, mortalem ex immortali, quemadmodum superius dictum est, illum extemplo fecit, cum datam illi ante peccatum dignitatem, et omnino quidem juste, ab eo abstulisset, et talem ipsum qualis ab initio fuerat reddidisset. Et id quidem liquet ex iis quæ illi ita dixit : *Terra es, et in terram abibis.* Attende igitur : etsi enim hominem corruptionis expertem ad suæ æternitatis imaginem, ut Salomon ait, Deus creavit : at quoniam ejus, qui illum fecerat, oblitus, temere ac stulte quod fuerat vetitum attigit, et Deus ob hoc ipsum serpentis consilio circumventus fieri speravit, tunc data ei conditionis corruptioni minime obnoxiæ dignitas ablata est, et eo iterum deductus est, unde principio a Deo sumptus fuerat. Si vero, unde a Deo sumptus fuerit, cognoscere expetis, sancta te Scriptura docebit ita dicens : *Et accepit pulverem de terra Deus, et hominem finxit.* Propterea enim hoc insuper illi dixit : *Terra es, et in terram abibis.* Disce igitur illum de pulvere, corruptionis expertem, ad Dei æternitatis imaginem creatum, a corruptione iterum exceptum fuisse, cum juxta divinam sententiam esset revolutus in terram. Quamobrem admiratione percelli absonum, si cum esset immortalis Adamus, mortalis per ipsam prævaricationem effectus est. Eo quod enim seductorem diabolum fide digniorem quam cum qui illum corruptionis expertem ad suæ æternitatis imaginem de pulvere fecerat, existimavit, hac de causa data illi minime corruptioni obnoxia

[1] I Cor. II, 14.

A φθορᾷ περιέπεσε· σπειρόμενος δὲ δι' αὐτοῦ θανάτου καὶ τῇ γῇ καταχωννύμενος ἀναβλαστάνει καὶ γίνεται, ὥσπερ ἦν, ἄφθαρτος ἀπ' ἀρχῆς.

Καὶ μή μοι λέγε, ὡς Εἶγε τέως ἀθάνατος ἦν, πῶς ὑπέπεσε μετὰ ταῦτα φθορᾷ καὶ θνητότητι; Ἄφες δὲ τὸ πῶς. Θεὸς ἦν ὁ εἰπών· *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.* Καὶ σὺ λέγεις, Πῶς ὁ ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός; Ἄφες τὸ πῶς. Ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῷ *εἰς τὴν ἐξορίαν* τοῦ Ἀδὰμ λόγῳ αὐτοῦ τὴν ἀπορίαν ἐπιλύσει σοι ταύτην οὕτω λέγων· *Παρέβη τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδὰμ καὶ ἔφαγεν ἀφ' οὗ παρηγγέλθη μὴ φαγεῖν, καὶ τούτου χάριν ὁ ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός.* Ἄφες τὸ πῶς, ἵνα μὴ ἐπὶ τῷδε τῷ θνητῷ σώματι πλείονι συσχεθῇς ἀπορίᾳ, Πῶς ἀναστήσεται, λέγων, ἀθάνατον ἐκ νεκρῶν, εἶγε φύσει θνητόν ἐστι καὶ φθαρτόν; Ὁ γὰρ ἀμφιβάλλων ἐπ' ἐκείνῳ, πῶς ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός, ἐξ ἀνάγκης ἀπορήσειε καὶ ἐπὶ τούτῳ, Πῶς ἀναστήσεται, λέγων, ἄφθαρτον, εἶγε φθορᾶς ὑπάρχει καὶ θνητότητος μέτοχον; Οὐκοῦν ἄφες αὐτούς, εἶγε καὶ μάλιστα τῷ οἰκείῳ παρασυρόμενοι λογισμῷ πρὸς ἴδιον ἐκλαμβάνουσι θέλημα. Ἔλεγε Παῦλος ὁ μακάριος τὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς καλῶς οὖν, ὅτι *Ὁ ψυχικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος.* Καὶ πρόσεχε, εἰ βούλῃ, τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ λόγου. Σωφρονίζων ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ ἵνα μὴ καὶ εἰς ἔτι φαντάζηται ὑπὲρ αὐτῶν, θνητὸν ἐξ ἀθανάτου, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, παραχρῆμα πεποίηκε, τὸ δοθὲν αὐτῷ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἀξίωμα καὶ πάνυ δικαίως ἀφελόμενος ἐξ αὐτοῦ καὶ τοιοῦτον ἀποκαταστήσας αὐτόν, ὁποῖος ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν οὕτω πρὸς αὐτὸν ἔλεγε· *Γῇ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.* Πρόσεχε οὖν· εἰ γὰρ καὶ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ, καθά φησι Σολομών· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν ἐπελάθετο, τοῦ ἀπηγορευμένου τε κακοβούλως ἥψατο, καὶ Θεὸς ἐκ τούτου γενέσθαι ἤλπισε τῇ τοῦ ὄφεως συμβουλῇ, ἀφῃρέθη τηνικαῦτα τὸ δοθὲν αὐτῷ τῆς ἀφθαρσίας ἀξίωμα, κατηνέχθη τε καὶ αὖθις ἐκεῖσε ὅθεν ἀνελήφθη παρὰ Θεοῦ. Βούλῃ μαθεῖν; ἡ ἁγία σε διδάξει Γραφὴ λέγουσα· *Καὶ ἔλαβε χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεὸς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον.* Ἐπεὶ γὰρ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγε· *Γῇ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ·* μάνθανε οὖν ὅτι τὸν ἀπὸ χοὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντα κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ, ἐκεῖνον ἡ φθορὰ καὶ αὖθις ἐδέξατο εἰς γῆν ἀποστραφέντα κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν. Ἐφ' ᾧ καὶ θαυμάζειν οὐκ εὔλογον, εἴπερ ἀθάνατος ὢν ὁ Ἀδὰμ θνητὸς ἐγεγόνει δι' αὐτὴν παράβασιν. Ἐπειδὴ καὶ γὰρ τὸν ἀπατεῶνα διάβολον ἀξιοπιστότερον ἡγήσατο τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν ἀπὸ χοὸς ἄφθαρτον κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ· τούτου χάριν ἐξέπεσε τῆς δοθείσης αὐτῷ ἀφθαρσίας, ἵνα μὴ καὶ εἰς ἔτι αὐτὰ φαντάζηται. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἤκουσε· *Γῇ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.* Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἀπὸ φθαρτοῦ γέγονε κατὰ χάριν ἄφθαρτον διά γε

τῆς ἐμπνευσθείσης αὐτῷ ζωτικῆς δυνάμεως, θαυμαστὸν πάντως οὐδὲν εἶγε καὶ ἐξ ἀφθάρτου φθαρτὸν ἐγεγόνει διὰ τὴν παράβασιν. Μὴ οὖν ἐπὶ πλέον ἀμφιβάλλε. Εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἀπὸ χοὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἄφθαρτον, πολλῷ μᾶλλον ἠδύνατο καὶ ἐξ ἀφθάρτου ποιῆσαι φθαρτὸν, ὡς ἤδη φθάσαντες εἴπομεν.

A conditione excidit, ne amplius hæc cogitaret. Propterea enim et illud audiit : *Terra es, et in terram abibis.* Sed quid prolixiori sermone opus est? Si enim ab ipso initio corpus Adami ex corruptioni obnoxio per afflatam ipsi vitalem virtutem Dei beneficio corruptionis expers evasit, nihil profecto mirandum si etiam ex corruptionis experte per prævaricationem corruptioni succubuit. Ne igitur amplius dubita. Si enim a principio Deus fecit de pulvere hominem corruptionis expertem, multo magis potuit ex corruptionis experte corruptioni obnoxium efficere, ut jam prævertentes ediximus.

Καὶ μή μοι λέγε ὡς Εἰ ἤδη φθορᾷ καὶ θνητότητι διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ Ἀδὰμ ἐκεῖνος ὑπέπεσε, διὰ τί μὴ καὶ ἐκπεσόντες ἄγγελοι τὰ αὐτὰ τῷ πρωτοπλάστῳ πεπόνθασι; Διὰ τί μὴ κἀκεῖνοι φθαρτοὶ γεγόνασι καὶ θνητοὶ διὰ τὴν ἔκπτωσιν; Ἄφες, εἰ βούλῃ, τοιοῦτόν τι λέγε μηδέν· ὁ γὰρ Ἀδὰμ ἐκεῖνος οὐχ ἁπλοῦς ἀλλὰ διπλοῦς ἐτύγχανε κατὰ φύσιν, ἀπό τε ψυχῆς καὶ σώματος κεκτημένος τὴν σύνθεσιν. Καὶ κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν ταῖς ἀΰλοις ὡκείωτο καὶ ἀοράτοις δυνάμεσι, κατὰ δὲ τὸ σῶμα τῷ ὑλικῷ τούτῳ κόσμῳ καὶ ὁρατῷ· ταύτῃ τοι καὶ τὴν θείαν παραβὰς ἐντολὴν θανάτῳ μὲν ὑπέπεσε κατά γε τὴν θείαν ἀπόφασιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἄμφω τὰ μέρη. Κατὰ δὲ τὸ μέρος ἐκεῖνο τὸ παρὰ Θεοῦ ληφθὲν ἀπὸ γῆς· οὕτω γὰρ ἤκουσε· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*· ἡ μέντοι ψυχὴ θνητὴ μὲν οὐ γέγονε παραπλησίως τῷ σώματι, ὅτι μηδὲ τὴν γένεσιν ἀπὸ γῆς ἔσχηκε, πάθεσι δὲ μυρίοις ὑπέπεσε, καθὰ δὴ καὶ Χρυσορρήμονι περὶ τούτου δοκεῖ. Τίνα δὲ ταῦτα; Λήθη, ἄγνοια, λύπαι, φροντίδες, ἀθυμίαι, μέριμναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὅθεν ἀμφιβάλλειν ἐπὶ πλέον οὐκ ἔπρεπε. Φαίνεται γὰρ ὡς, εἶγε καὶ ἡ τῶν ἐκπεσόντων ἀγγέλων πληθὺς σύνθετος ἦν, ἀπό τε σώματος καὶ πνεύματος κεκτημένη τὴν σύνθεσιν, τὰ αὐτὰ τῷ πρωτοπλάστῳ πέπονθεν ἄν. Μὴ λέγε λοιπὸν ὡς, Εἴπερ ἀθάνατος ἦν ὁ Ἀδὰμ, πῶς ἐγεγόνει θνητὸς, πῶς ἐγεγόνει φθαρτός; Ἄφες τὸ πῶς· ὅπου Θεὸς, ἐκεῖσε χώραν οὐκ ἔχει τὸ πῶς. Ἔπλασε μὲν γὰρ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων πάντων κατέστησε, διηνεκῆ δέδωκε τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ, καθάπερ ἄνω διεληπται, καὶ εἶχε μὲν εἰς αἰῶνας τὰ κατ' αὐτὸν οὕτως, ὅτι καὶ ἀμεταμέλητα τὰ θεῖα χαρίσματα. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἁμαρτίαν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἑώρακε ὀλισθαίνοντα, κἀντεῦθεν ἐκπίπτοντα τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης καὶ ἰσαγγέλου διαγωγῆς, παραχωρεῖ διὰ τοῦτο, καὶ λαμβάνει κατ' αὐτοῦ χώραν

Nec mihi dixeris : Si corruptioni jam et mortalitati per peccatum Adamus ille succubuit, qua de causa angeli etiam qui ceciderunt, eadem ac protoplastus perpessi non sunt? Cur non illi etiam corruptioni obnoxii et mortales per illam ruinam effecti sunt? Apage, si lubet, hujusmodi nihil eloquere. Ille enim Adamus non simplex, sed duplex erat secundum naturam, ex anima et corpore constans. Et secundum animam quidem (59) inmateriatis et inadspicuis potestatibus similis erat, secundum corpus vero materiato huic mundo et aspectabili : hinc est quod divinum transgressus mandatum morti, divina sententia, succubuit, sed non quoad utramque partem. Etenim quoad illam partem quæ a Deo de terra sumpta fuerat, hæc audiit : *Terra es, et in terram abibis;* anima vero non, prout corpus, mortalis effecta est; quia nec ortum de terra habuit; sed in sexcentas perturbationes incidit, quemadmodum aureo eloquio mananti de hoc ipso videtur. Quænam vero hæ? Oblivio, stultitia, tristitiæ, curæ, desperationes, molestiæ, et quæcunque id genus alia (60). Unde amplius dubitare non decet. Elucet enim, si angelorum etiam, qui ceciderunt, multitudo composita fuisset, et corpore et spiritu constitisset, eadem ac protoplastum passuram fuisse. Cæterum neve dicito : Si immortalis erat Adamus, quomodo mortalis evasit, quomodo obnoxius corruptioni? Apage illud *quomodo*. Quandoquidem ubi Deus, ibi locum non habet illud *quomodo*. Formavit enim hominem Deus corruptionis expertem, et principem eum terrenorum omnium constituit. Perpetuam dedit illi immortalitatem, ut supra jam dissernimus, et ejus omnia ita se habitura erant in æternum, quia irrevocabilia sunt Dei munera. Sed postquam illum vidit Deus in peccatum delapsum, et eapropter sublimi illa et angelica

(59) Angelos dæmonasque incorporeos esse censet quoque Cyrillus Alexandrinus lib. *Advers. Anthropomorphitas*, cap. 17, et Nemesius, qui laudatur etiam a Glyca nostro part. 1 *Annal.*, aliique. Cæterum veteres Patres ferme omnes corporeos esse angelos arbitrati sunt, ut Irenæus, Justinus martyr, Tatianus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Methodius, Eusebius Cæsariensis, Athanasius, Basilius Magnus, Cæsarius Gregorii Nanzianzeni frater, Joannes Thessalonicensis; quibus addere juvat Judæum historicum Josephum et Christianum philosophum Michaelem Psellum. Inter Latinos vero in hac sententia fuere Cæcilius Cyprianus, Lactantius, Hieronymus, Augustinus, Severus Sulpicius, Claudianus Mamertus, Gregorius Magnus, Bernardus abbas, Thomas Cajetanus, Jo. Bodinus; quibus recte adjunxeris Tertullianum, Hilarium, Joannem Cassianum, Faustum Regiensem, Gennadium, Paschasium Diaconum, Rupertum, Raimundum Lullum, qui angelos non tantum corpore instructos, sed totos etiam corporeos prædicarunt. Vide quæ de angelis adnotamus etiam ad epistolas 4 et 6.

(60) Augustinus lib. XIV, *De civitate Dei*, cap. 10, primos homines in paradiso nullis perturbationibus obnoxios fuisse arbitratur, et ait : *Felices erant, et nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporis lædebantur incommodis.* Sed in has incurrisse ait post peccatum. cap. 12. Cæterum hominis in paradiso tranquillitatem et felicitatem late exponit et explicat cap. 25 ejusdem libri.

conditione excidisse, adnuit hac de causa ut mors contra ipsum invalesceret, quia neque expediebat exinde perenni illum immortalitate vigere. Ita cum plantam etiam participasset, adeoque mortalis evasisset, ut linguam aureus ait, et de paradiso tunc ejicitur, et vitæ lignum attingere utiliter prohibetur. Cur? Ne peccet æternum ligni participatione et ipse æternus effectus; et hoc est quod sancta Scriptura dicit: *Et ne forte modo manum extendat, et de vitæ ligno capiat, et vivat æternum.* Isthæc vero omnino dicebat, quia immortalitatem prolapso Adamo adhuc inesse non expediebat. Concedit igitur Deus, et mors illum invadit. Etenim nisi quid hujusmodi factum esset; nisi concessio ibidem humanitatis gratia data fuisset, ne malum esset æternum, ad illum primum Adamum corruptionis expertem, ad Dei æternitatis imaginem conditum, mors utique non accessisset; non corruptioni succubuisset corpus illud, cum morte et corruptione præstantius in antecessum fuisset, ut divinus inquit Cyrillus.

Sed vide deinde, et hoc enim dignum quod sanctitas tua cognoscat. Secundum duo hæc primo homini imaginem suam Deus largitus est (61), et secundum principatum, ut aureo flumine manans Joannes ait, et secundum ipsam immortalitatem, ut Salomon in Sapientia affirmare deprehenditur. *Corruptionis* enim *expertem*, inquit, *Deus hominem creavit ad suæ æternitatis imaginem.* Si vero hæc ita habent, reliquum est ut manifeste illi errent, quicunque corruptionis experti et ad Dei æternitatis imaginem condito mortalitatem admiscent. Attende igitur. Si enim illum damnavit morte novissime, nos propter hoc indignari nefas est. Etenim ne immortali eodem permanente post transgressionem, malum etiam necessario immortale cum ipso permaneret, propterea morte, uti jam prædictum est, immortalem et inexterminabilem damnat. Immortalem vero hominem etiam post peccatum futurum fuisse, nisi quædam divina dispensatio exstitisset, ne nos quoque, quemadmodum prolapsi angeli, immortalia pateremur, divinus Gregorius Nyssenus nobis indoctis interea dat intelligere: *Postquam enim*, inquit, *primi homines interdicti fuere, et beatitate illa denudati, pelliceas tunicas, hoc est, cam quæ mutarum pecudum est, mortalitatem, naturæ ad immortalitatem conditæ certo consilio, ne malum immortale esset, imposuit.* Recte autem *certo consilio* dixit divinus hic vir. Nobis enim prospiciens Deus, ne in æternum peccaremus et ne æternum in hac tristi et laboriosa vita permaneremus, quemadmodum etiam linguam aureus dicit, concessit morti ut contra immortalem prævaleret. Et hoc modo fit mortalis qui erat immortalis, et corruptioni succumbit qui corruptionis expers pariter fuerat. Et persuadeat nos amplius magnus Basilius ita de hoc verba faciens: *Non prohibuit mortem Deus, ne im-*

(61) Vide supra not. 12.

A ὁ θάνατος, ὅτι μηδὲ συνέφερεν ἔκτοτε διηνεκῆ προσεῖναι τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ. Ταύτῃ τοι καὶ τοῦ φυτοῦ μετασχὼν καὶ γεγονὼς ἐκ τούτου θνητὸς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησι, τοῦ παραδείσου τε τηνικαῦτα ἐκβάλλεται καὶ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἅψασθαι συμφερόντως ἀπείργεται. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα μὴ ἁμαρτάνῃ ἀθάνατα τῇ μεταλήψει τοῦ ξύλου γεγονὼς καὶ αὖθις ἀθάνατος· καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἡ ἁγία λέγει Γραφὴ, *Καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα καὶ λάβῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.* Ταῦτα δὲ πάντως ἔλεγεν, ἐπειδὴ καὶ εἰς ἔτι τὰ τῆς ἀθανασίας πεπτωκότι προσεῖναι τῷ Ἀδὰμ οὐ συνέφερε· παραχωρεῖ τοιγαροῦν ὁ Θεὸς, καὶ χωρεῖ κατὰ τοῦ ἀθανάτου ὁ θάνατος. Καὶ γὰρ εἰ μὴ γέγονέ τι τοιοῦτον, εἰ μὴ συγχώρησις ἐκεῖθεν ἐδίδοτο φιλανθρωπίας ἕνεκεν, ἵνα μὴ ἀθάνατον B ᾖ τὸ κακὸν, οὐκ ἂν ἐκείνῳ τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ, τῷ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντι κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ, προσήγγισε θάνατος· οὐκ ἂν ὑπέπεσε φθορᾷ τὸ σῶμα ἐκεῖνο τὸ θανάτου καὶ φθορᾶς ἄμεινον ὑπάρχον τὸ πρότερον, ὡς ὁ θεῖος ἔλεγε Κύριλλος.

Ἀλλ' ὅρα κἀνταῦθα· καὶ τοῦτο γὰρ ἄξιον εἰδέναι τὴν σὴν ὁσιότητα. Κατὰ δύο ταῦτα ὡς πρώτῳ ἀνθρώπῳ τὸ κατ' εἰκόνα ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο, κατά γε τὸ ἄρχειν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ἀθάνατον, ὡς Σολομῶν εὕρηται λέγων ἐν τῇ Σοφίᾳ αὐτοῦ· *Ἐπ' ἀφθαρσίᾳ* γὰρ, φησὶ, *τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ.* Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, σφάλλουσι προφανῶς ἐκεῖνοι λοιπὸν ὅσοι καὶ θνητότητα παραμιγνύουσι τῷ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντι C κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ. Πρόσεχε οὖν· εἰ γὰρ καὶ θανάτῳ κατεδίκασεν αὐτὸν ὕστερον, ἀλλ' ἐπὶ τοῦτο χαλεπαίνειν ἡμᾶς οὐχ ὅσιον. Ἵνα γὰρ μὴ, ἀθανάτου μείναντος αὐτοῦ μετὰ τὴν παράβασιν, μένῃ σὺν αὐτῷ καὶ τὸ κακὸν ἐξ ἀνάγκης ἀθάνατον, διὰ τοῦτο θανάτῳ καταδικάζει, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, τὸν ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. Ὅτι δὲ ἀθάνατος ἔμελλεν εἶναι καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὴ γέγονέ τις οἰκονομία θεία, ὥστε μὴ καὶ ἡμᾶς ἀθάνατα πάσχειν κατὰ τοὺς ἐκπεσόντας ἀγγέλους, ὁ θεῖος Γρηγόριος τοῖς ἀμαθέσι δίδωσι τέως ἡμῖν ἐννοεῖν. *Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ἀπηγορευμένοις*, φησὶ, *γεγόνασιν οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, καὶ τῆς μακαριότητος ἐκείνης ἀπεγυμνώθησαν, χιτῶνας δερματίνους, ἤγουν τὴν ἀπὸ τῶν ζώων νεκρότητα, οἰκονομικῶς ἐνέθηκε τῇ εἰς ἀθανασίαν κτισθείσῃ φύσει, ἵνα μὴ τὸ κακὸν ἀθάνατον ᾖ.* Καλῶς δὲ εἶπεν *οἰκονομικῶς* ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ. Κηδόμενος γὰρ ἡμῶν ὁ Θεὸς ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν ἀθάνατα, καὶ ὥστε μὴ συμπαραμένειν εἰς αἰῶνας τῇ ἐπωδύνῳ ταύτῃ καὶ μοχθηρᾷ βιοτῇ, καθὰ δὴ καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησι, παραχωρεῖ τῷ θανάτῳ κατὰ τοῦ ἀθανάτου χωρῆσαι, καὶ γίνεται τούτῳ τῷ τρόπῳ θνητὸς ὁ ἀθάνατος, καὶ φθαρτὸς ὁμοίως ὁ ἄφθαρτος. Καὶ πεισθέτω ἡμᾶς ἐπὶ πλέον ὁ μέγας Βασίλειος οὕτω περὶ τούτου λέγων· *Οὐκ ἐκώλυσε τὸν*

θάνατον ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀθάνατον ἡμῖν τὴν ἀφ- A *mortalem nobis infirmitatem servaret.* Ad lucrum
ρωστίαν τηρήσῃ. Ἐπὶ κέρδει λοιπὸν ὁ θάνατος, καὶ ἐπ' εὐεργεσίᾳ ἡ τιμωρία δίδοται κατὰ τὸν ἐν θεολογίᾳ μέγαν Γρηγόριον· ἐφ' ᾧ καὶ σκυθρωπάζειν ἐπὶ τούτοις οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ καὶ εἰς γῆν, ὅθεν ἐλήφθημεν, ἀποστρεφόμεθα κατὰ τὴν ἀρὰν ἐκείνην τὴν λέγουσαν, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ,* ἀλλ' ἐκεῖθεν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ αὖθις ἀναλαμβανόμεθα, κἀντεῦθεν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταστοιχειούμεθα, καὶ τοιοῦτοι γενόμεθα πάλιν, οἱοῖοι καὶ πρότερον ἦμεν, ἄφθαρτοι δηλαδὴ καὶ ἀθάνατοι.

igitur et ex beneficio pœna (62) mortis data est secundum magnum illum Theologum Gregorium. Quamobrem et tristari super his est absurdum : si enim in terram, unde sumpti fuimus, revertimur juxta maledictionem illam dicentem, *Terra es, et in terram abibis :* inde etiam, ut aureo fluvio manans Joannes ait, iterum resumimur, atque hinc in melius transformamur, et tales rursus efficimur, quales antea fueramus, corruptionis expertes videlicet et immortales.

Ἀλλὰ μὴ θορυβοῦ διὰ τοῦτο, μηδὲ λέγε καὶ σὺ κατὰ τοὺς πολλοὺς, Πῶς ἀπὸ χοὸς ὑποκειμένου φθορᾷ πλάσιν ἐσχήκαμεν ἄφθαρτον; Ἔχεις, εἰ βούλῃ, καὶ πάνυ ῥᾳδίαν πρὸς αὐτοὺς ἀπάντησιν. Εἰ γὰρ ἐξ αὐτῆς, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, τῆς ἐν τῷ τάφῳ κειμένης λεπτῆς κόνεως ἄφθαρτοι ἐγειρόμεθα κατά γε τὴν ἐσχάτην ἐκείνην ἡμέραν, ὡς φασιν αἱ Γραφαὶ, θαυμαστὸν πάντως οὐδὲν εἴη κατ' ἀρχὰς ἀπὸ χοὸς χερσὶ ταῖς θείαις ἐπλάσθημεν ἄφθαρτοι. Ἀλλ' ὅρα κἀνταῦθα Δεσπότου φιλανθρωπίαν. Ἀπὸ χοὸς ἔπλασε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, ὡς ἤδη προείρηται, διὰ τί καὶ τίνος ἕνεκεν; Ὁμοῦ μὲν καὶ τὸ φύσημα καταστέλλων ἡμῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ διδοὺς ἐντεῦθεν ἀναστάσεως ἐλπίδα, καθὰ δὴ καὶ τῷ Χρυσορρήμονι περὶ τούτου διείληπται. Ἐπειδὴ γὰρ προῇδεν ὅτι τὸ ζῶον τοῦτο μέλλει τελευτᾷν καὶ εἰς χοῦν καταντᾷν, προλαβὼν ἐν τῇ δημιουργίᾳ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως δίδωσι. Λαμβάνει οὖν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ἵνα, ὅταν βλέπῃς χοῦν ἐν τάφῳ, μηδαμῶς ἀπελπίσῃς τὴν ἐκ νεκρῶν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι ὁ πλάσας ἀπὸ χοὸς τὸν ἄνθρωπον ἀπ' ἀρχῆς οὐκ ἀδύνατοί καὶ αὖθις ἀπὸ χοὸς ἀναστῆσαι αὐτόν. Πρόσεχε οὖν. Εἰ μὴ γὰρ ἄφθαρτος ἀπὸ τοῦ χοὸς ὁ πρῶτος ἐπλάττετο ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἑτοίμως οὕτω παρεδεχόμεθα τὴν ἀνάστασιν, εἴγε αὐτὴ μεταστοιχειωθήσεται, καθά φασιν αἱ Γραφαὶ, πρός γε τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον. Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐ δίκαιον, εἴγε καὶ μᾶλλον οἱ θεῖοι Πατέρες οὐδέν τι ἕτερον ἐπαγγέλλεσθαι λέγουσι τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασιν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ἡ ἐν Εὐαγγελίοις τοῦ πλανωμένου παραβολὴ καὶ ἡ τῆς ἀπολομένης ὡσαύτως δραχμῆς αὐτὴν ὑποφαίνουσι πάντως τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ πλάνην καὶ ἔκπτωσιν καὶ τὴν εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἐπιστροφὴν καὶ ἀνάκλησιν· ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ κλίνας οὐρανοὺς ὁ Θεὸς κατεβέβηκε, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονε, ποιῆσαί τε πάντα καὶ παθεῖν οὐκ ἀπηξίωσε. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα τὸν Ἀδὰμ εἰς φθορὰν ὀλισθέντα μεταστοιχειώσῃ, καὶ αὖθις πρὸς ἀφθαρσίαν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν τε καὶ πρώτην ἐπαναγάγῃ τιμήν. Ἀλλὰ μὴ ἀμφίβαλλε. Εἰ μὴ γὰρ,

Sed ne ob hoc ipsum turbator, neque tu etiam secutus multitudinem (63) dicito. Quomodo de pulvere corruptioni obnoxio, corruptionis expers figmentum habuimus? Habes enim, si vis, quo facile prorsus illis occurras. Si enim ex ipso, o sacrum caput, qui in sepulcro jacet, tenui pulvere corruptionis expertes illa extrema die resurgemus, ut Scripturæ affirmant, haud prorsus mirari subit, si a principio de pulvere divinis manibus formati sunt homines. Sed vide hinc Domini benignitatem. De pulvere finxit primum hominem, ut jam dictum est, verum ad quid, et cujus rei gratia? Simul quidem ut superbiam nostram reprimeret, et spem simul resurrectionis daret, prout jam ab aurea eloquia fundente de hoc disputatum est. Nam quia præsentiebat animal hoc esse moriturum, et in pulverem reversurum, anticipans spem dat resurrectionis in opificio. Accipit igitur pulverem de terra, ut cum pulverem in sepulcro videris, nullo modo corporum a mortuis resurrectionem desperes, probe noscens eum qui de pulvere hominem ab initio formavit, de pulvere etiam eum iterum excitandi potestate non carere (64). Nisi enim corruptionis expers de pulvere primus homo formatus fuisset, haud equidem ita prompte resurrectionem illam exspectaremus: siquidem et ipse transformabitur, quemadmodum Scripturæ dicunt, in immortalitatem et conditionem corruptionis exsortem. Dubitare igitur de his haud par est. Et eo magis quod divini Patres nihil aliud esse dicunt a mortuis resurrectionem, quam eorum qui ceciderunt in integrum restitutionem (65). Et quid multis opus est verbis, si in Evangeliis et errantis illius parabola, et illa pariter drachmæ deperditæ, hunc omnino subindicant hominis et errorem, et ruinam, et in idem iterum reversionem atque revocationem? Ad hoc enim, cum cœlos Deus inclinasset, descendit, et homo nobis similis fuit, et cuncta facere ac perpeti non est dedignatus. Cujus rei gratia? Ut Adamum in corruptionem lapsum in conditionem corruptioni minime obnoxiam transformaret, et in antiquam

(62) De pœna mortis consule egregie de more suo disserentem Augustinum lib. XIII *De civitate Dei*, ubi etiam philosophos confutat qui id negant : quanquam ex hac pœna beneficium nobis oriri minime inficiatur, et præcipue cap. 4 et 6.

(63) Seneca : *Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est.*

(64) Hæc egregie disputantur adversus incredulos a magno Augustino lib. XXII *De civit. Dei*, cap. 20.

(65) Vide supra et infra epist. 5.

prioremque illam dignitatem restituerit. At ne dubita. Nisi enim, ut jam diximus, ad priorem illam dignitatem eum qui ceciderat reduxisset; nisi regiam veluti imaginem, immortalitatis iterum luce radiantem, ostendisset (66), ut Damascenus ait, haud profecto, cum reversus esset, asotus ille audiisset : *Induite eum stola illa priori* (67).

Si vero dicant nonnulli, immortalem quidem a Deo formatum fuisse hominem, potestate vero mortalem fuisse; potuisse scilicet mortalitati succumbere, nisi datum sibi præceptum servaret (68); eorum sermonem recipiamus, quamvis, per omnia facile recipiendus non esset, quia neque ejusmodi ab initio Adamus a Deo formatus fuisse videtur iis qui olim diligenter hæc Scripturæ divinæ dicta ac pensiculate examinaverunt. Pati vero ipsum omnino, hoc est, naturali alicui perturbationi ante prævaricationem obnoxium fuisse, nullo modo recipiamus (69). Quomodo enim, si nullum sanctorum Patrum tale aliquid de primo homine affirmantem invenimus? Statim enim Damascenus Joannes summam (70) dicit habuisse apathian, ante transgressionem, hominem. Fames enim, et sitis, labor, somnus et sudor, ut hic divinus vir in capite 69 dicere reperitur, post prævaricationem in humanam vitam introiere. Sed et Sinaita divinus Anastasius in suo *De resurrectione* sermone irreprehensibiles has perturbationes malitiæ ingressum consecutas esse nobis dicebat, cum pellicea tunica homo circumamictus est. Non ita enim rationali naturæ id congenitum erat, quemadmodum expertibus ratione animantibus; sed deinde Deus hoc addidit, puniens illum qui in honore quidem fuerat, et non intellexerat, atque hinc illum in eorum bonorum, quibus excidit, recordationem adducens. Sed et aureo flumine manans Joannes excellentem primi hominis apathian insinnaturus dicebat : *Cogita mihi beatitatis excessum. Quia cum in corpore primi parentes exsisterent, ea quæ corporum propria sunt, minime sustinuere; neque enim domus, neque tecti, neque vestium, neque alicujus id genus alius indigebant* (71). Supra autem naturales perturbationes hominem fuisse, priori scilicet illo tempore, Magnus etiam Basilius in suis aseeticis operibus ostendit, ita ad verbum dicens : *Quemadmodum si in paradiso fuissemus, nec alimentorum curæ, nec agriculturæ laboris indiguissemus; ita si essemus in apathia secundum illud ante lapsum in creatione donum, nullis nos medicamentis ad consolationem indigeremus.* Si igitur in creatione, ante lapsum, apathiæ donum

(66) Vide inferius epist. 3.

(67) Adi superius not. 48.

(68) Consule, si lubet, adnotata superius sub num. 30, 31, 36, 39, 44, 46.

(69) In memoriam revocanda, quæ observavimus, superius in not. 32.

(70) Ἀπάθεια non omnes affectus generatim excludit, saltem illa quam Stoici inducere conabantur, vel nos nominibus ludunt. Consule Gellium lib. XIX *Noct. Attic.*, cap. 1. Nam dum εὐπαθείας; ap-

A ὡς ἤδη προεῖπομεν, ἐπὶ τὴν πρώτην ἀνήγαγε τὸν ἐκπεσόντα τιμήν· εἰ μὴ, βασιλικὴν ὥσπερ εἰκόνα, φωτὶ καὶ πάλιν ἀφθαρσίας ἀστράπτοντα ἔδειξεν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς εὑρηται λέγων· οὐκ ἂν ἐπιστρέψας ὁ ἄσωτος ἤκουσεν· *Ἐνδύσατε αὐτὸν τὴν πρώτην στολήν.*

Εἰ δὲ καὶ λέγουσί τινες ἀθάνατον μὲν ἀπὸ Θεοῦ πλασθῆναι τὸν ἄνθρωπον, δυνάμει δὲ καὶ θνητὸν εἶναι, τοῦτ' ἔστι δύνασθαι θνητότητι περιπεσεῖν, εἰ μή γε φύλαξ ἐσεῖται τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐντολῆς, δεχόμεθα τὸν λόγον αὐτῶν, εἰ καὶ μὴ παντάπασιν εὐπαράδεκτος, ὅτι μηδὲ τοιοῦτος ἀπ' ἀρχῆς ὁ Ἀδὰμ ὑπὸ Θεοῦ πλασθῆναι δοκεῖ τοῖς γε κατεξετάζουσι τέως ἐν ἀκριβείᾳ τὰ Γραφικὰ ταῦτα καὶ θεῖα ῥητά. B Πάσχειν δὲ ὅλως αὐτὸν, τοῦτ' ἔστιν οἱῳδήτινι φυσικῷ ὑποκεῖσθαι πάθει, πρὸ τῆς παραβάσεως, οὐδαμοῦ τοῦτο παραδεχόμεθα· πῶς γὰρ, εἴγε τινὰ τῶν Πατρῶν τοιοῦτόν τι περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου διεξιόντα οὐχ εὑρομεν; Αὐτίκα γὰρ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἄκραν ἔχειν ἀπάθειαν ἔλεγε τὸν πρὸ τῆς παραβάσεως ἄνθρωπον. Πεῖνα γὰρ καὶ δίψα, κόπος, ὕπνος, καὶ ἱδρὼς, ὡς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν ἑξηκοστῷ ἐννάτῳ κεφαλαίῳ αὐτοῦ λέγων εὕρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* λόγῳ αὐτοῦ τὰ ἀδιάβλητα ταῦτα πάθη τῇ τῆς κακίας εἰσόδῳ συνεπακολουθῆσαι ἡμῖν ἔλεγεν ἐν τῇ τοῦ δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ. Οὐδὲ C γὰρ συμπεφυκὼς οὕτως τῇ λογικῇ φύσει, καθὼς τοῖς ἀλόγοις, ἐγένετο· ἀλλ' ὕστερον ἐπετέθη κολάζων ἐκεῖνον τὸν ἐν τιμῇ μὲν ὄντα, μὴ συνιόντα δὲ· κἀντεῦθεν εἰς ὑπόμνησιν αὐτὸν ἄγων ὧν ἐξέπεσεν ἀγαθῶν. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης τὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου παριστῶν ἀπαθὲς ἔλεγεν· *Ἔννόησόν μοι μακαριότητος ὑπερβολήν· ὅτι καὶ ἐν σώματι ὄντες οἱ πρωτόπλαστοι τὰ τῶν σωμάτων οὐχ ὑπέμειναν· οὔτε γὰρ στέγης, οὔτε ὄρόφου, οὔτε ἱματίων, οὔτε ἄλλου τοιούτου τινὸς ἐδέοντο.* Ὅτι δὲ φυσικῶν παθῶν ὁ ἄνθρωπος ἀνώτερος ἦν ἐν ἐκείνῳ δηλαδὴ τῷ πρώτῳ καιρῷ, καὶ ὁ μέγας ἔδειξε Βασίλειος ἐν τοῖς Ἀσκητικοῖς αὐτοῦ κατὰ ῥῆμα διεξιὼν οὕτως· *Ὥσπερ εἰ ἦμεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, οὐκ ἂν ἐπιτοίας καὶ μόχθου* D *γεωργικοῦ προσεδεήθημεν· οὕτως εἰ ἦμεν ἐν ἀπαθείᾳ κατά γε τὸ πρὸ τοῦ παραπτώματος ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα, οὐδὲν ἂν τῶν ἐξ ἰατρικῆς πρὸς παραμυθίαν ἐχρήζομεν.* Εἴπερ οὖν ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα εἶχε πρὸ τοῦ παραπτώματος ἀπαθείας ὁ ἄνθρωπος, πῶς εἴπωμεν οἱῳδήτινι

probant, rectos saltem affectus admittunt. Adeatur Augustinus lib. XIV *De civ. Dei*, cap. 8. Igitur Apathia talis erat in primo homine ut laudatus theologus præstantissimus cap. 10 docuit; alias enim, ut recte idem cap. 9 ait, *si apathia illa dicenda est, cum animum contingere omnino non potest ullus affectus, quis hunc stuporem non omnibus vitiis judicet esse pejorem?*

(71) Consule superius not. 37.

φυσικῷ πάθει περιπίπτειν αὐτὸν ἐν τῷ τῆς ἀπαθείας ἐκείνῳ καιρῷ; Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Μάξιμος τὰ πάθη ταῦτα, λύπην, ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πρόσεστι σήμερον, ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων ἔλεγε μοίρας ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον εἰσδραμεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁμοιωθῆναι κατεδικάσθη τοῖς ἀνοητοις κτήνεσι κατὰ γένεσιν, ἐκεῖθεν ἂν ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ πάθη ταῦτα εἰς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο. Οὐδὲν γὰρ προηγουμένως συνεκτίσθη ταῦτα τῷ ἀνθρώπῳ, καθὼς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ἔλεγε, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν ἐπεισῆλθε τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς εἴπωμεν ἐν αὐτῇ τῇ τελειότητι πάσχειν ὅλως τὸν πρῶτον ἐκεῖνον ἄνθρωπον; Ἀλλὰ καὶ ὁ θειότατος Βαρσανούφιος ἐρωτηθεὶς πόθεν ἔσχε τὰ πάθη ὁ ἄνθρωπος, ἔλεγεν ὅτι καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἀπαθῆ κατ' ἀρχὰς ἔκτισεν ὁ Θεὸς, διὰ δὲ τῆς παρακοῆς εἰς πάθη ἐξέπεσε.

homo habuit, quomodo dicemus alicui illum naturali perturbationi illo apathiæ tempore succubuisse? Sed et magnus Maximus (72) perturbationes has, tristitiam, voluptatem, concupiscentiam, et quæcunque alia id genus humanæ naturæ hodie insunt, ex mutarum pecudum sorte, inquiebat, in hominem irrepsisse. Etenim quoniam condemnatus est ut similis fieret jumentis insipientibus secundum generationem, hinc utique necessario has quoque perturbationes in se ipsum attraxit; neque enim principio hæc una cum homine creata sunt, quemadmodum divinus hic vir in libris ad Thalassium dicebat, sed per casum ab illa perfectione irrationali naturæ parti adnata subintroiere (73). Si vero hæc ita se habent, quomodo dicemus in ipsa perfectione primum illum hominem his passionibus obnoxium fuisse? Sed et divinissimus Barsanuphrius (74) interrogatus unde homo perturbationes habuisset, corpus et animam perturbationibus minime obnoxiam creasse Deum a principio dixit, per inobedientiam vero in perturbationes incidisse.

Δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν ὅτι πρὸ τῆς παραβάσεως οὔῳ δή τινι φυσικῷ οὐχ ὑπέκειτο πάθει ὁ ἄνθρωπος, ἅτε δὴ τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιρῶν. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔπασχεν; Εἰ γὰρ ἔπασχε, καὶ θνητὸς ἂν ἐξ ἀνάγκης ὑπῆρχε φύσεως καὶ φθαρτῆς. Ἀλλ' ἡμᾶς οὕτω φρονεῖν ἐπὶ τούτοις κωλύει μὲν καὶ ὁ τῶν διαληφθέντων ἁγίων χορὸς· κωλύει δὲ πλέον ἡ ἐν Καρθαγένῃ συστᾶσα σύνοδος οὕτω λέγουσα· *Εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθοράν, ἤτω ἀνάθεμα.* Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ὁ θεῖος Μακάριος ὁ Αἰγύπτιος ἐν ἐπιστολαῖς αὐτοῦ δεῖξαι θέλων ὅτι παντάπασιν ἀπαθὴς ἐτύγχανε πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος, οὕτως ἔλεγε κατὰ λέξιν· *Οὐ πῦρ αὐτοῦ κατίσχυεν, οὐχ ὕδωρ αὐτὸν ἐπότιζεν, οὐ θηρίον ἐλυμαίνετο, οὐκ ἰοβόλον ἐν αὐτῷ ἐνήργει, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων αὐτὸν ἔβλαπτε. Μετὰ δὲ τὸ παραβῆναι τὴν ἐντολὴν, μετὰ τὸ τοὺς δερματίνους ἐνδυθῆναι χιτῶνας, τὴν παχυτέραν σάρκα δηλαδὴ καὶ θνητὴν καὶ ἀντίτυπον, τότε δὴ τότε μυρίοις ὑπέπεσε πάθεσιν ὑπομνήσεως ἕνεκα καὶ παιδεύσεως.* Ἀντιλέγειν οὖν ἐπὶ πλέον οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ πρόσκαιρος ἦν ὁ Ἀδὰμ, εἰ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπῆρχε θνητὸς, οὐκ ἂν ὁ πάμμεγας ἔλεγε Παῦλος, *Ὀψώνιον τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος.* Ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος ἀθάνατος ἦν. Paulus diceret : *Stipendium peccati mors.* Quibus ante peccatum (79).

Multorum igitur auctoritate demonstratum est hominem ante prævaricationem nec uni alicui naturali perturbationi obnoxium fuisse, siquidem nec ejus, quæ ex Dei gratia (75) provenit, immortalitatis exsors fuit. Et quidem si hoc erat, quomodo pati poterat? Si enim passionibus agitabatur, et mortalis necessario, et corruptioni obnoxiæ naturæ ille fuit. Sed prohibet nos ita de his sentire laudatorum Patrum chorus : prohibet insuper synodus, quæ Carthagine coacta est, ita dicens : *Si quis dixerit Adamum mortalem a Deo formatum fuisse, et non post peccatum corruptioni obnoxium evasisse, anathema sit* (76). Sed quid opus est multis? Divinus ille Macarius Ægyptius (77), cum in suis Epistolis ostendere vellet hominem ante peccatum cujusvis perturbationis expertem fuisse, ita ad verbum dicebat : *Non ignis adversus illum prævalebat, non aqua illum rigabat, non bestia perdebat, non venenatum aliquid in illo operabatur, non aliud id genus quidquam illi nocebat. Postquam vero mandatum transgressus fuit, postquam pelliceas tunicas, crassiorem videlicet carnem, et mortalem, et solidam indutus est* (78), *tunc quidem tunc sexcentis passionibus et ægritudinibus succubuit admonitionis castigationisque causa.* Absurdum igitur adhuc contradicere. Si enim caducus fuit Adamus, si mortalis exstitit ante peccatum, haud profecto maximus verbis significavit immortalem fuisse hominem

(72) Maximus Cpolitanus, natus anno 580, anno 644 jam monachus claruit, ejusque sunt *Quæstiones* LXV *in locos difficiles sacræ Scripturæ ad Thalassium monachum.* Naturæ concessit anno 657.

(73) Adi Augustinum lib. XIV *De civit. Dei*, cap. 10.

(74) Barsanuphius Ægyptius anachoreta, qui circa annum 548 claruit, ascetica quædam et Parænesin scripsit. Adeundus Caveus.

(75) Recte ex Dei gratia. Natura enim solus Deus est immortalis, *qui solus habet immortalitatem*, ut ait Apostolus. Vide Platonem in *Timæo*, et Augustinum lib. XIII *De civit. Dei*, cap. 16, et not. 30 supra.

(76) Adisis superius not. 21.

(77) Macarius Ægyptius, senior, monachus Scetensis fuit et magni Antonii discipulus. Claruit circa annum 373. Ejus Epistolæ apud scriptores hist. litter. eccles. non memorantur. Fuit et alius Macarius Ægyptius, magni Antonii pariter discipulus, qui *Junior* et Πολιτικὸς dictus est; sed nec inter ejus opera Epistolæ a viris doctis recensentur.

(78) Vide superius col. 695.

(79) Hæc eadem totidem verbis habet Glycas parte I Annalium.

Si vero hoc, et supra cæteras omnes corporales necessitates homo ejusmodi fuit, ita ut ex hoc manifestum sit, nec sensilem cibum hominem ab initio gustasse. Si enim ut ex omnibus paradisi plantis vesceretur Deus Adamo permisit, non tamen ibi sensilis cibus erat et fluxus : et hoc sermonis decursus apertius tibi demonstrabit. Si enim, ut magnus Athanasius, in *Quæstionibus ad Antiochum* ait, corruptionis expertes paradisi plantæ erant, quomodonam dentibus secabantur, quomodo edebantur? Natura enim comparatum est, ut quidquid corruptionis expers est, nec secari nec comedi possit. Si vero corruptioni obnoxia quæcunque in paradiso erant, ut quidam suspicantur, quomodo ea suum cibum faciebat Adamus? Respondeant super his. Si enim corpus, quod ille tunc habebat, facile perspirabili cute evaporatum alimenta digerebat, corruptioni siquidem et fluxæ conditioni subjectum, ut esuriret etiam necesse erat. Si vero non evaporabatur, utpote minime fluxum et corruptionis expers, quidnam illum sensiles cibos attingere compellebat? Sed quid dicant utique non habebunt. Si autem superior potius erat corporalibus omnibus necessitatibus homo, qui ad Dei imaginem conditus est, ut linguam aureus inquit; fames enim et sitis, labor, somnus, dolor, et corruptio, prout jam dictum est, post prævaricationem in humanam vitam introiere : reliquum est ut prudens caveas ne hinc inde inventis, et alia disserentibus inconsiderate aures advertas : aversare vero potius illa, et pro nihilo reputa, ac abjice; quemadmodum et nos nuper fecimus. Multa enim ejusmodi et invenimus et cognovimus, et in fabularum album misimus. Qua de causa? Quia cognovimus hæc ab orthodoxa Patrum sententia procul recedere.

Ne igitur fluxum cibum in paradiso fuisse existimato; neque adeo jejune sanctæ Scripturæ verbis inhæreto. Quandoquidem sæpius aliis per alia sancta Scriptura nos instruit. Quale profecto illud : *Cum accepisset Deus pulverem de terra, formavit hominem;* et illud : *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ;* illud etiam : *Ambulabat Deus in paradiso post meridiem.* Hæc igitur incorporali prorsus Deo inconvenientia. Loquitur vero simili ratione sancta hæc Scriptura nostræ se accommodans imbecillitati (80). Etenim, nisi res ita se haberet, multa

A Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ πασῶν λοιπῶν σωματικῶν ἀναγκῶν ὁ τοιοῦτος ὑπέρτερος, ὡς εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν ὅτι καὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἄγευστος ἦν ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς· εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἐν παραδείσῳ φυτῶν ἐπέτρεψε τῷ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐ μὲν οὖν ἐκεῖσε καὶ βρῶσις ἦν αἰσθητὴ καὶ ῥευστή· καὶ τοῦτο προϊὼν ὁ λόγος ἀριδηλότερον δείξει σοι. Εἰ γὰρ, ὡς ὁ μέγας φησὶ πρὸς Ἀντίοχον Ἀθανάσιος, ἄφθαρτά εἰσι τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ φυτὰ, καὶ πῶς ὀδοῦσι ἐτέμνοντο; πῶς ἐβιβρώσκοντο; Τὸ γὰρ ἄφθαρτον οὔτε τέμνεσθαι πέφυκεν, οὔτε βιβρώσκεσθαι. Εἰ δὲ καὶ φθαρτὰ τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ, καθά τινες ὑποπτεύουσι, καὶ πῶς αὐτὰ τροφὴν ὁ Ἀδὰμ ἐποιεῖτο; Δότωσαν ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν· εἰ γὰρ τὸ προσὸν αὐτῷ τηνικαῦτα σῶμα διαπνεόμενον ἦν, B ἅτε φθορᾷ καὶ ῥεύσει ὑποκείμενον, καὶ πεινᾷν ἐξ ἀνάγκης ἦν. Εἰ ἀδιάπνευστον ἔμενεν ὡς ἄρευστον ὑπάρχον καὶ ἄφθαρτον, καὶ τί τὸ καταναγκάζον αὐτὸν αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως; Ἀλλ' οὐκ ἔχοιεν ἄν τι καὶ λέγειν, εἴγε καὶ μᾶλλον ἀνώτερος ἦν ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησι. Πεῖνα γὰρ, καὶ δίψος, κόπος, ὕπνος, ὀδύνη καὶ φθορὰ, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν. Ὅρα λοιπὸν νουνεχῶς, καὶ μὴ τοῖς ἔνθεν κἀκεῖθεν εὑρισκομένοις καὶ ἄλλα διηγουμένοις ἀπερισκέπτως ὑπάνοιγε σὴν ἀκοήν· ἀποστρέφου δὲ μᾶλλον αὐτὰ, καὶ ὡς οὐδὲν ἡγοῦ καὶ ἀπόῤῥιπτε, καθὰ δὴ πρὸ ὀλίγου καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν. Πολλὰ γὰρ C τοιαῦτα καὶ εὕρομεν καὶ ἀνέγνωμεν καὶ μετὰ τῶν μύθων ἐτάξαμεν. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι τοῦ ὀρθοδόξου τῶν Πατρῶν φρονήματος πόῤῥω που πίπτοντα ταῦτα διέγνωμεν.

Μὴ τοίνυν ἐν παραδείσῳ βρῶσιν εἶναι ῥευστὴν ὑπολάμβανε, μηδὲ ξηρῶς οὕτω ταῖς Γραφικαῖς πρόσεχε λέξεσιν· εἴγε καὶ μᾶλλον ἕτερα δι' ἑτέρων ἡ ἁγία πολλαχοῦ διδάσκει Γραφή. Ὁποῖον δὴ καὶ τὸ, *Ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς χοῦν λαβὼν ἀπὸ γῆς*· καὶ τὸ, *Ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς*· καὶ τὸ, *Περιεπάτει ὁ Θεὸς ἐν τῷ παραδείσῳ κατὰ τὸ δειλινόν*. Ταῦτα μὲν οὖν ἀνοίκεια τῷ ἀσωμάτῳ πάντως Θεῷ· λέγει δὲ D ὅμως ἡ ἁγία αὕτη Γραφὴ ταῖς ἡμῶν ἀσθενείαις συγκαταβαίνουσα. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο δώσομεν,

[1] Rom. vi, 23.

(80) Id cum non animadvertisset Audæus, qui, Syræ gentis homo, anno circiter 325 Anthropomorphitarum hæsesim invexit, turpissime lapsus est, et Deum ἀνθρωποειδῆ fecit, ut videre est apud Nicephorum lib. XI *Histor. eccles.*, cap. 14, ut Epiphanium, Augustinum, et Theodoretum silentio transiliam. Unde sectatores Audæani dicti, L. *Ariani* Cod. *de Hæret. et Manich.*, et passim Ἀνθρωπομόρφιται, adversus quos singularem libellum scripsit Cyrillus Alexandrinus. Sopitam hanc hæresin postea denuo excitarunt Ammonius, Dioscorus, Eusebius et Euthymius, germani fratres, qui ob proceritatem corporis *Longi Monachi* sunt vocati. Eam autem originem hujus erroris fuisse quam dixi, Pelusiotes Isidorus epistola 95 libri III testatur his verbis : Ἐπειδὴ τοῖς συγκαταβατικῶς εἰρημένοις περιπλέκονται, καὶ οὐδὲν θειότερον ἐννοεῖν ἀνέχονται. *Quod videlicet eis, quæ Deus dixit condescendens ad nostrum captum, adhærescentes, nihil divinius animo concipiant.* Eadem dicit Cyrillus Alexandrinus epistola ad Calosyrium, et jam Epiphanius subindicaverat. Et quidem Scripturarum morem minus cognoscentibus mirandum videtur, quod incorporeo Deo membra et id genus alia tribuantur; quo permotus Aristobulus Judæus explanationem legis Mosaicæ in Ptolemæi Philometoris hæc requirentis

πολλὰ ἡμῖν ἐπακολουθήσει τὰ ἄτοπα. Σῶμα γὰρ αὐτῷ περιθήσομεν, χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Καὶ γὰρ εἰ μὴ χεῖρας εἶχε, πῶς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον; Εἰ μὴ στόμα, πῶς ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; Εἰ μὴ πόδας εἶχε, πῶς ἡ Γραφὴ λέγει περιπατεῖν αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ κατὰ τὸ δειλινόν; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Ἔφθασε γὰρ ὁ τῶν ἁγίων ἅπας χορὸς ἐπανελθεῖν τὰ τοιαῦτα ῥητὰ καὶ διδάξαι ἡμᾶς ὅπως ἐκλαμβάνειν αὐτὰ χρὴ, καὶ μὴ τῷ ἰδίῳ θελήματι παρασυρομένους ἄλλεσθαί τε κατὰ κρημνῶν, καὶ τῆς εὐθείας πόρρω που φέρεσθαι. Οὕτω μὲν οὖν καὶ περὶ τοῦ φυτοῦ ἐκείνου, τοῦ ξύλου δηλονότι τῆς γνώσεως, διανοεῖσθαί σε ἄξιον, εἴγε καὶ διαφωνίαν ἐπὶ τούτοις παρεμπίπτουσαν ἔχομεν. Αὐτίκα γὰρ ὁ θεῖος Ἰσίδωρος ὁ Πηλουσιώτης οὕτως εὕρηται περὶ τούτου διεξιών· *Καταρᾶται μὲν τὴν συκῆν ὁ Χριστὸς, ἵνα δείξῃ τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι καὶ κολάζειν δύναται· ἅμα δέ τις τούτῳ καὶ ἀπόῤῥητος συμπλέκεται λόγος παρὰ γερόντων σοφῶν εἰς ἡμᾶς διαφοιτήσας· ὅτι τὸ ξύλον τῆς παραβάσεως τοῦτο ἦν, οὗ καὶ τοῖς φύλλοις οἱ παραβάντες εἰς σκέπην ἐχρήσαντο, καὶ κατηράθη καθὰ Χριστοῦ φιλανθρώπως μηκέτι καρπὸν ἐνεγκεῖν αἴτιον ἁμαρτίας.* Ὁ δὲ τὰ θεῖα σοφὸς Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς βρῶσιν ἐπὶ παραδείσου τὴν θείαν εἶπεν ἐπίγνωσιν. Δίδωσι μὲν γὰρ ὁ Θεὸς ἐξουσίαν τῷ Ἀδὰμ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν, πλὴν οὐ βρώσεως ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα πρὸς αὐτὸν ἐντεῦθεν τὸν δημιουργὸν ἐπανάγηται. Ἀπὸ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ὡς πού φησι Σολομῶν, ὁ δημιουργὸς αὐτῶν ἐπιγινώσκεσθαι εἴωθε. Καὶ ὅρα πῶς ἐκλαμβάνει τὰ παραδείσου ὁ θεῖος οὗτος Ἰωάννης, καὶ τί φησιν ἐπ' αὐτοῖς, *Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσιν φάγεις.* « Διὰ πάντων, λέγων, τῶν κτισμάτων ἐπ' ἐμὲ τὸν ποιητὴν ἀναβιβάσθητι, καὶ ἕνα καρπὸν ἐκ πάντων κάρπωσαι ἐμὲ τὴν ὄντως ζωήν. » Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ἀμφιβάλλειν οὐ δέον σε. Εἰ μὴ γὰρ εἴπωμεν αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως ἐν παραδείσῳ τὸν Ἀδὰμ, οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον ἡμᾶς μὴ καὶ φθαρτῆς αὐτὸν εἶναι φύσεως ἡγεῖσθαι καὶ θνητῆς, εἴγε καὶ μᾶλλον ἀδύνατον ἄφθαρτον διαμένειν, ὡς ὁ διαληφθεὶς Ἰωάν-

nos absurda consequerentur. Os enim illi tribueremus, et manus, et pedes, et quæcunque id genus alia. Etenim nisi manus haberet, quomodo hominem finxisset? Nisi haberet os, quomodo in faciem ejus inspirasset? Nisi vero pedes, quomodo diceret Scriptura, in paradiso eum ad vesperam post meridiem ambulasse? At res aliter se habet, aliter prorsus. Prævenit enim omnis sanctorum chorus, et ejusmodi dicta relegens docuit nos quomodo illa accipere oporteret, et non propria libidine abreptos in præcipitii crepidine saltare, et a recta via aberrantes longe ferri. Ita igitur et de planta illa, ligno videlicet scientiæ, te cogitare par est, etsi dissonantiam in his interrepentem habeamus. Statim enim divinus Isidorus Pelusiota (81) ita de hoc dissertare reperitur : *Maledicit fico Christus ut punire posse Judæis ostendat. Una vero cum hoc arcanus connectitur sermo, qui ab antiquis sapientibus ad nos usque pervenit, hoc scilicet lignum* (82) *prævaricationis fuisse, cujus etiam foliis transgressores ad se tegendos usi fuerint, et misericorditer a Christo maledictum illi esse, ne fructum amplius ferret peccati causam.* Divinarum vero rerum consultissimus Joannes Damascenus, paradisi cibum divinam cognitionem fuisse dixit. Dedit enim Deus Adamo omnium plantarum quæ in paradiso erant potestatem, verumtamen non alimenti gratia, sed ut exinde ad Opificem ipsum reduceretur. A magnitudine enim et pulchritudine creaturarum, ut ait Salomon, earum opifex cognosci consuevit. Et vide quomodo accipit ea quæ in paradiso erant divinus iste Joannes et quid inquit super his : *De omni ligno quod est in paradiso vesceris.* « Per omnes creaturas, dicens, ad me Creatorem ascende, et unum ex omnibus fructum cape me, qui vere sum vita. » Sed de his ambigere te non oportet. Nisi enim dicamus sensilem cibum in paradiso Adamum attigisse, nihil est quod nos arbitrari prohibeat eum nec corruptioni obnoxiæ neque mortalis fuisse naturæ. Siquidem magis impossibile corruptionis expertem permanere, ut laudatus Joannes ait, eum qui sensilem cibum participet (83). Omnia tibi vitam fructificent, et mei participatum fac propriæ substantiæ constitutio-

gratiam conscripsit, ut tradit Eusebius lib. VIII *Προπαρασκ.*, cap. 10. Serapionis Anthropomorphitæ dictum ridiculum habes apud Cassianum, collat. X, cap. 3, ubi eadem hæreseos origo ac ab Isidoro traditur. Egregie Cyrillus Alexandrinus, lib. *adversus Anthropomorphitas*, cap. 1 : Εἰ δὲ μορίων ἤτοι μερῶν ἡ θεία Γραφὴ μέμνηται τὰ περὶ αὐτοῦ λαλοῦσα πρὸς ἡμᾶς, ἰστέον ὅτι ἐξ ὧν ἴσμεν τε, καὶ εἶναι πεφύκαμεν πρὸς ἡμᾶς διαλέγεται. Οὐ γὰρ ἑτέρῳ, ἢν ἡμᾶς δύνασθαι νοεῖν τὰ περὶ Θεοῦ, κτλ. *Si vero partium sive membrorum sacra Scriptura meminit de rebus divinis ad nos loquens, sciendum est ex iis quæ in intellectum nostrum cadunt, et ex quibus constare solemus, nobiscum loqui. Neque enim aliter fieri poterat, ut res divinas intelligeremus*, etc. Epicuret quidem, ut apud Ciceronem I *De natura deor.* videre est, deos humana forma esse docebant, et omnes alii, ut videtur, qui eos sub humana figura colebant.

(81) Lib. I, epist. 51.

(82) In hac eadem sententia est Theodoretus interrogatione XXVIII *in Genesin*; Moses Bar-Cepha aliique ab ipso laudati scriptores ecclesiastici, et inter alios Philoxenus Mabugensis.

(83) Non video quid repugnet, comedere, et esse immortalem. Dæmones comedunt, et patiuntur, et sunt immortales, secundum quosdam veteres theologos et philosophos. Augustinus etiam, ut jam in not. 36, 44, 48, observavimus, non dubitat quin homo immortalis comesturus fuisset. Hæc vero lib. II *De Genesi ad litteram*, cap. 21, addit : *Quomodo autem homo immortalis factus sit, et acceperit escam cum aliis animalibus herbam pabuli ferentem semen, et lignum fructiferum, et herbam viridem, difficile est dicere. Si enim peccato mortalis effectus est, utique ante peccatum non indigebat talibus cibis. Neque enim posset illud corpus fame corrumpi..... Sed non etiam hoc quisquam dicere audebit, ciborum indigentiam, quibus reficiebantur, nisi mortalibus esse non posse.*

nem (84). Atque ita quidem hi. Divinissimus vero Gregorius Nyssenus ita ad verbum dissertat. *Lignum illud de quo vesci interdictum fuerat, neque ficum, ut quidem affirmant, neque aliam delicatam arborem fuisse persuasi sumus.* Etsi autem de sensili cibo videatur hic loqui Dei contemplator Moses, *Ast ego,* inquit, *sanctam Scripturam audio : non solum corporalem scio cibum , sed quoddam quoque aliud novi nutrimentum , cujus fructus solam animam pervadit. Comedite enim panem meum, Sapientia esurientibus præcipit, et bibite vinum quod miscui vobis. Et Dominus salutem Samaritanorum ostendens, ait : Cibum habeo edere, quem vos nescitis. Et alibi : Qui sitit, ad me veniat, et bibat.*

A νης φησὶ, τὸν αἰσθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γενόμενον. Πάντα σοι ζωὴν καρποφορείτω, καὶ τὴν ἐμὴν μέθεξιν ποιοῦ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως σύστασιν. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως · ὁ δὲ θειότατος Γρηγόριος ὁ Νύσσης οὕτω κατὰ ῥῆμα διέξεισιν· *Ὅτι τὸ ἀπηγορευμένον ἐκεῖνο τῇ βρώσει ξύλον, οὔτε συκῆν, ὡς τινές φασιν, οὔτε τὸ ἀκροδρύον ἕτερον εἶναι πεπείσμεθα.* Εἰ δὲ καὶ περὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἐνταῦθα δοκεῖ λέγειν ὁ θεόπτης Μωσῆς· *Ἀλλ' ἐγὼ*, φησὶ, *τῆς ἁγίας ἀκούω Γραφῆς. Οὐ μόνον σωματικὴν ἐπίσταμαι βρῶσιν, ἀλλά τινα καὶ ἑτέραν οἶδα τροφὴν, ἧς ἡ ἀπόλαυσις ἐπὶ μόνην τὴν ψυχὴν διαβαίνει. Φάγετε γὰρ τὸν ἐμὸν ἄρτον, ἡ Σοφία τοῖς πεινῶσι παρακελεύεται, καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ὑμῖν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος τὴν τῶν Σαμαρειτῶν ὑποφαίνων σωτηρίαν ἔλεγε· Βρῶσιν ἔχω φαγεῖν ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε · καὶ ἀλλαχοῦ, Ὁ διψῶν ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω.*

Plantationis igitur (85) arborum quæ erant in Edem (*delicias* autem Edem significat) alium dignum fructum intelligere non convenit, nec dubitare hoc hominem fuisse nutritum, nec omnino transitorium et fluxum alimentum vitæ, quæ in paradiso agitabatur, cogitare (86). Ita igitur et divinissimus Anastasius intelligibilem fuisse vult cibum illum, non autem sensibilem et carnalem. Si enim hunc cibum divina eloquia significarunt, et carnaliter utique moriebantur qui hunc gustabant. Qui intelligibiliter igitur peccaverunt, animæ statim mortem accipiunt. Ita igitur etiam theologus Gregorius plantam illam, lignum videlicet scientiæ, contemplationem esse dixit, hoc est absolutiorem quamdam scientiam, ad quam minime tutum est ascendere iis qui avidiori sunt desiderio. Ne puta igitur hominem in paradiso sensili cibo saturari solitum , quando nullum eo opus habebat ibidem propter illam tranquillitatem perturbationibus omnibus vacuam, qua tunc gaudebat et fruebatur.

B Οὐκοῦν τῆς φυτείας τῶν ἐν Ἐδὲμ, τρυφὴ δὲ ἡ Ἐδὲμ ἑρμηνεύεται, ἄξιόν τινα τὸν καρπὸν ἐννοῆσαι προσῆκει, καὶ τρέφεσθαι διὰ τούτου μὴ ἀμφιβάλλειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ μὴ πάντως τὴν παροδικὴν καὶ ἐπίῤῥυτον ταύτην τροφὴν ἐπὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς ἐννοεῖν. Οὕτω μὲν καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος νοερὰν εἶναι βούλεται τὴν βρῶσιν ἐκείνην, οὐ μὴν αἰσθητὴν τε καὶ σαρκικήν. Εἰ γὰρ τοιαύτην ἐσήμανε βρῶσιν τὰ θεῖα ῥητὰ, καὶ σαρκικῶς ἂν ἀπέθνησκον οἱ ταύτης ἀπογευόμενοι. Νοερῶς οὖν ἡμαρτηκότες τὸν τῆς ψυχῆς αὐτίκα δέχονται θάνατον. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος τὸ φυτὸν ἐκεῖνο, τὸ ξύλον δηλονότι τῆς γνώσεως, θεωρίαν ἔφησεν εἶναι, τοῦτ' ἔστι γνῶσιν τελεωτέραν τινὰ, ἧς ἐπιβαίνειν οὐκ ἀσφαλὲς τοῖς γε λιχνοτέροις τὴν ἔφεσιν. C Μὴ τοίνυν ἐν παραδείσῳ τὸν ἄνθρωπον αἰσθητῆς ἐμφορεῖσθαι νόμιζε βρώσεως, ὅτι μηδὲν χρείαν εἶχε ταύτης ἐκεῖσε, διά γε τὴν αὐτῷ τηνικαῦτα προσοῦσαν ἀπάθειαν.

Si vero dicant quidam : Si sensilem cibum in pa-

Εἰ δὲ καὶ λέγουσί τινες ὡς, Εἴγε βρῶσιν αἰσθητὴν

(84) Ipse quidem non dubito quin verba hæc, Διὰ πάντων, λέγων, τῶν κτισμάτων ἐπ' ἐμὲ τὸν ποιητὴν ἀναβιβάσθητι, καὶ ἕνα καρπὸν ἐκ πάντων καρπώσαι ἐμὲ τὴν ὄντως ζωὴν, habuerint statim connexa et inseguentia illa, πάντα σοι καρποφορείτω, usque ad σύστασιν. Nam apte conjunguntur. Separata autem orationem confundunt, aliorumque verborum interpositu miscere omnia deprehenduntur. Igitur, nisi librarii incuria intercessisset, legendum videbatur : *Per omnes creaturas, dicens, ad me creatorem ascende, et unum ex omnibus fructum cape me, qui vere sum vita. Omnia tibi vitam fructificent, et mei participatum fac propriæ substantiæ constitutionem.* Nos autem in contextu verba illa ita disjecta disjunctaque reliquimus, ne primitivi exemplaris ms. quidquam immutaremus.

(85) Augustinus, lib. XIII *De civitate Dei*, cap. 21 : *Nonnulli totum illum paradisum ubi primi homines parentes generis humani sanctæ Scripturæ veritate fuisse narrantur, ad intelligibilia referunt, arboresque illas et ligna fructifera in virtutes vitæ moresque convertunt, tanquam visibilia et corporalia illa non fuerint, sed intelligibilium significandorum causa eo modo dicta vel scripta sint. Quasi propterea non potuerit esse paradisus corporalis, quia potest etiam spiritualis intelligi*, etc. Adi Natal. Alexandrum tom. I *Hist. Eccles.*, prim. ætat., dissert. II, artic. 1.

(86) Secus et recte, mea sententia, arbitratur magnus Augustinus lib. XIII *De civ. Dei*, cap. 20. De corpore enim post resurrectionem loquens, ait : *Non solum enim non erit tale quale nunc est in quaris optima valetudine, sed nec tale quidem quale fuit in primis hominibus ante peccatum. Qui licet morituri non essent, nisi peccassent, alimentis tamen ut homines utebantur, nondum spiritualia, sed adhuc animalia corpora terrena gestantes. Quæ licet senio non veterascerent, ut necessitate perducerentur ad mortem, qui status eis de ligno vitæ, quod in medio paradisi cum arbore vetita simul erat, mirabili Dei gratia præstabatur : tamen et alios sumebant cibos præter unam arborem, quæ fuerat interdicta.... Alebantur ergo aliis quæ sumebant, ne animalia corpora molestiæ aliquid esuriendo et sitiendo sentirent. De ligno autem vitæ propterea gustabatur ne mors eis undecunque subreperet, vel senectute confecta decursis temporum spatiis interirent ; tanquam cætera essent alimento, illud sacramento.* Consule etiam caput 23 ejusdem libri. Sed quamquam ipse Glycas superius Adamum non negat ex arboris vitæ esu fuisse immortalem, et inferius etiam concedit ex aliis paradisi plantis comesturum fuisse, tamen id vult eum modo quodam spiritali facturum fuisse.

ἐν παραδείσῳ ἐσθίειν ὁ Ἀδὰμ οὐκ ἔμελλεν, τίνος ἕνεκεν ἐπέτρεπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἀπὸ πάντων ἐσθίειν τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν; ἀνθυποφέρειν ἔχεις καὶ σὺ πρὸς αὐτούς, Εἴπερ οὐκ ἔμελλον ἐν παραδείσῳ συμπλέκεσθαι σαρκικῶς οἱ πρωτόπλαστοι, τίνος ἕνεκεν ἔλεγε πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεὸς, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν;* ἐπίγνωθι οὖν. Εἰ γὰρ ἤσθιον ἐν παραδείσῳ κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ὡς ἐκεῖνοί φασι, καὶ σαρκικῶς ἀλλήλους συνεπλέκοντο ἄν. Οὐκοῦν ἄφες αὐτούς. Οὐκ ἦν ἐν παραδείσῳ βρῶσις αἰσθητὴ καὶ ῥευστή· καὶ μὴ θαύμαζε διὰ τοῦτο. Καθάπερ γὰρ τὸ, *Αὐξάνεσθε*, καὶ τὸ, *Ἰδοὺ δέδωκα ταῦτα πάντα ὑμῖν εἰς βρῶσιν καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς*, ἔλεγε τὸ μὲν ἐν παραδείσῳ, μετὰ ταῦτα δὲ ὁμῶς ἔσχε τὸ ἔργον, μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι δηλαδὴ τοῦ παραδείσου κατὰ τὸν Καισαρείας θεῖον Ἀκάκειον· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς βρώσεως ταύτης ἐννοεῖσθαί σε ἄξιον. Οὐ γὰρ ὡς ἐνδεεῖ τηνικαῦτα ὄντι τῷ Ἀδὰμ ἀπὸ πάντων ἐσθίειν, εἴγε καὶ περὶ αἰσθητῆς τέως ἐνομοθέτει βρώσεως, ἀλλ' ὅπως εἰδέναι ἔχῃς, ἐπειδὰν ἐνδεὴς γένηται, τίνων τε χρὴ ἅπτεσθαι, καὶ τίνων οὐ χρή. Καὶ γὰρ εἰ μὴ θεία τις ἐδίδοτο συγχώρησις ἐπί τε γαμικῇ συναφείᾳ καὶ τῇ ἀπολαύσει τῶν ἐδηδομένων, οὐκ ἂν εἰς πλῆθος μετὰ ταῦτα τὸ γένος ἐλήλυθε τὸ ἀνθρώπινον. Ἀλλὰ κἀνταῦθα προσέχειν ἄξιον. Εἰ γὰρ καὶ φαγεῖν ἀπό γε τοῦ ἀπηγορευμένου ἐκείνου φυτοῦ τοὺς πρωτοπλάστους ἡ ἁγία φησὶ Γραφὴ, μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν· εἴγε καὶ φθάσας ὁ λόγος ἀριδηλότερον ἔδειξε τίς τε κατὰ φύσιν ὁ Ἀδὰμ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὁποίας ἐδέετο τηνικαῦτα βρώσεως. Εἰ γὰρ, ὡς οἱ πλείους ᾠήθησαν, αἰσθητῆς ἥψατο βρώσεως, καὶ πεινῶν ἐξ ἀνάγκης ἦν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ῥευστῆς ὁμολογουμένως φύσεως ἦν ἐκεῖνος λοιπόν. Ἀλλ' οὔτε τοῦτο ἦν, οὔτε ἐκεῖνο. Πεῖνα γὰρ καὶ δίψα, κόπος, ὕπνος, καὶ ἱδρὼς, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν. Εἴπερ οὖν ἐν παραδείσῳ πεῖνα πρὸ τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἦν, ὅτι μηδὲ σῶμα τηνικαῦτα τῷ Ἀδὰμ κενούμενον ἦν, τί ἄλλο λοιπὸν ἐτύγχανε τὸ ἀναγκάζον ἐκεῖσε τὸν ἄνθρωπον αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως; Καλῶς οὖν ὁ λόγος ἔλεγε προλαβὼν ὅτι ἕτερα δι' ἑτέρων ἡ ἁγία διδάσκει Γραφὴ, καθὰ δὴ καὶ φθάσαντες εἴπομεν. Ὅθεν οἱ πάθεσι φυσικοῖς ὑποκεῖσθαι τὸν Ἀδὰμ πρὸ τῆς παράβασεως λέγοντες, ἀπὸ πάντων ἅτε δὴ τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν ἐσθίοντα κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, οὐδέν τι παριστῶσιν ἕτερον ἢ ὅτι φθαρτὸς ἦν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Ἀδάμ. Εἰ δὲ τοιοῦτο ἦν, εὔδηλον ὅτι καὶ φύσει θνητὸς ἦν· εἰ δὲ τοῦτο, τί χρὴ καὶ λέγειν; Αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν ἀκονῶσι τὴν μάχαιραν· οὐδὲ γὰρ ἀγνοοῦσι ὁποῖα τὰ ἐπιτίμια ταῖς οὕτω φρονοῦσι περὶ τοῦ Ἀδὰμ ἡ ἀναγεγραμμένη ἁγία σύνοδος δίδωσιν. Οὐκοῦν ἀμφιβάλλειν ἐπὶ πλέον οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ αἰσθητὴν ἐν παραδείσῳ βρῶσιν ἤσθιε καὶ πρὸ τῆς

A radiso Adamus manducaturus non erat, qua de causa permisit ei Deus ex omnibus paradisi plantis comedere? e regione et tu illos interrogare potes: Si protoplasti in paradiso carnaliter commisceri non debuerant, qua de causa dixit illis Deus: *Crescite et multiplicamini et implete terram?* Intellige igitur. Si enim comedebant in paradiso juxta Domini dictum, ut illi aiunt, carnaliter quoque invicem conjungebantur profecto (87). Missos igitur illos facito. Non erat in paradiso cibus sensilis et fluxus; neque mirare propterea. Sicut enim, *Crescite et multiplicamini*, etiam illud: *Ecce dedi hæc omnia vobis in cibum, et cunctis bestiis terræ*, dictum est quidem in paradiso, postea vero actio ipsa consecuta est, postquam scilicet e paradiso expulsus B fuisset. Secundum igitur divinum Acacium Cæsariensem (88), ita de hoc cibo sentire te dignum est. Non enim Adamo, tanquam ex omnibus vesci tunc opus haberet, de sensili alimento aliquid interea præscriptum fuit; sed, ut intelligere potes, postquam ejus indigus evasisset, quæque attingere oporteret, et quæ non. Nisi enim divina quædam permissio super conjugali coitu et rerum esculentarum usu concessa fuisset, haud profecto deinde humanum genus multiplicari potuisset. Sed et hic advertere par est. Si enim etiam comedisse de vetita illa planta protoplastos sancta Scriptura ait, ne mirare propterea. Siquidem præcedens sermo manifestissime ostendit qualis natura Adamus a principio C fuerit, et qualis cibi tunc indiguerit. Si enim, ut plerique existimant, sensilem attigit cibum, necessario etiam esurivit. Si autem hoc, et ut fluxæ sine controversia naturæ ille fuerit reliquum est. Sed neque hoc erat, neque illud. Fames enim et sitis, labor, somnus et sudor, sicuti jam dictum est, post prævaricationem in humanam vitam irrepsere. Si igitur in paradiso fames ante peccatum non erat, quia neque corpus quod evacuaretur Adamo tunc erat, quid aliudnam reliquum fuit quod ibi hominem sensile alimentum attingere cogeret? Bene igitur præcedens oratio dicebat, aliis per alia sanctam nos Scripturam instruere, sicuti jam antevertentes ediximus. Unde ii qui dicunt, Adamum ante prævaricationem naturalibus perturbationibus obnoD xium fuisse, cum secundum Domini vocem ex omnibus paradisi plantis vesceretur, nihil aliud statuunt quam principio Adamum corruptioni obnoxium fuisse. Si vero ita res se habebat, patet etiam eum natura mortalem fuisse. Sed quid hoc dicere opus est? Vibrant contra se ipsi gladium. Neque enim ignorant qualia ita de Adamo sentientibus præmia sancta jam descripta synodus tribuat. Amplius igitur dubitare est absurdum. Si enim ante prævaricationem Adamus sensilem in paradiso cibum comedebat, necessarium omnino est eos etiam,

(87) Vide quæ adnotavimus inferius ad epist. 6.

(88) Acacius Cæsariensis, Eusebii discipulus, et ejus in episcopatu successor, quam religione varius et inconstans, tam ingenio et scriptis voluminibus clarus, anno 340 floruit, et circa 366 naturæ concessit.

qui a mortuis illa die (89) resurrecturi sunt, hujusmodi cibo saturandos esse : cum tamen potius resurrectio, ut sæpius diximus, nihil aliud sit quam eorum qui ceciderunt in integrum restitutio. Si autem hoc est, eos et corruptioni obnoxiæ mortalisque naturæ futuros esse quis dixerit ? Fieri enim non potest ut corruptionis expers, ut jam dictum est, ille permaneat, qui sensile alimentum participat.

Si vero hinc theologicum etiam illud dictum quidam adducunt, quod ita ad verbum habet : *Si igitur mansissemus quod eramus, et mandatum custodissemus, quod non eramus utique fuissemus, immortalitate donati et Deo proximiores :* ne turberis propterea, neque tu etiam multitudinis sermonibus abripiare. Aliunde siquidem theologici hujus dicti sententiam comprehendere potes. Si enim ambiguitatem quamdam theologicum hoc dictum præ se ferre videtur, nos interea, licet indocti, hoc tale quale est non recipimus, utpote quod omnibus fere divini Spiritus sacerdotibus adversatur. Ferendum enim non est, o sacrum caput, ut laudati sancti Patres hoc uno theologico dicto obruantur, et pro nihilo reputentur, hæc etiam Theologo alibi dicente, corpus illud, Adami videlicet, ita perturbationis expers fuisse, ita nullius indigum, ut nullo tunc munimento, nulla veste opus haberet. Hoc autem, cujusque scilicet indigentiæ privationem, ille etiam linguam aureus beatitatis excessum appellabat ; a quo amplius omnimodis etiam significatur, corpus illud corruptionis expers fuisse, quemadmodum nullius indigum et immortale. Si enim et ejusmodi quædam magnus Gregorius dixisse comperitur, ex quibus mortalitatis speciem protoplasto inducere videatur, tamen progrediens se ipse interpretatur ita ad verbum disserens : *Quoniam diaboli invidia mors in mundum ingressa est, et per fraudem hominem perdidit, propterea Deus, cum homo factus esset, nostra passione passus est.* Si igitur, vir sanctissime, invidia diaboli mors in mundum ingressa est, elucet omnino ante invidiam illam, et antequam per fraudem homo seduceretur, divinarum manuum opificium omnis corruptionis expers in immortalitate vixisse. Hac enim de causa nullius operimenti indigebat ; principio siquidem, ut sæpius diximus, immortalitatis exsors non erat. Si vero hæc ita se habent, reliquum est ut illi dicant, quidnam ante transgressionem fuerimus, et quidnam deinceps futuri fuissemus, si custodissemus mandatum. Nos enim (siquidem disputatio hæc manifestissime demonstravit) corpus illud cujuscunque corruptionis expers et immortale vere fuisse, cum nullius indigeret, intelligere omnino non possumus quid amplius quam corruptionis expers futurum esset. Quid enim corruptionis experte, magis corruptionis expers quis dixerit ? Et immortali immortalius nihil prorsus :

παραβάσεως ὁ Ἀδάμ, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τοὺς ἐκ νεκρῶν ἐγερθησομένους ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τοιαύτης ἐμφορεῖσθαι βρώσεως· εἴγε καὶ μᾶλλον ἡ ἀνάστασις, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασις. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ φθαρτῆς ἂν αὐτοὺς εἴποι τις εἶναι φύσεως καὶ θνητῆς· ἀδύνατον γὰρ ἄφθαρτον διαμένειν, ὡς ἤδη προείρηται, τὸν αἰσθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γενόμενον.

Εἰ δὲ καὶ τὸ θεολογικὸν ἐκεῖνο ῥητὸν ἐντεῦθεν παράγουσί τινες τὸ κατὰ λέξιν οὕτω διαλαμβάνον· *Εἰ μὲν οὖν ἐμείναμεν ὅπερ ἦμεν, καὶ τὴν ἐντολὴν ἐφυλάξαμεν, ἐγενόμεθα ἂν ὅπερ οὐκ ἦμεν, ἀπαθανατισθέντες καὶ τῷ Θεῷ πλησιάσαντες* · μὴ θορυβοῦ διὰ τοῦτο, μηδὲ συναρπάζου τοῖς λόγοις καὶ σὺ τῶν πολλῶν· εἴγε καὶ μᾶλλον ἀλλαχόθεν ἔχεις τὴν τοῦ θεολογικοῦ τοῦδε ῥητοῦ καταλαβέσθαι διάνοιαν. Εἰ γὰρ καὶ δοκεῖ παρ' ἑαυτῷ φέρειν ἀμφιβολίαν τινὰ τὸ τοιοῦτον ῥητὸν, ἀλλ' ἡμεῖς τέως, εἰ καὶ ἀμαθεῖς ἐσμεν, οὐ καταδεξόμεθα τοσοῦτον αὐτὸ ὥστε καὶ πᾶσι σχεδὸν ἐναντιοῦσθαι τοῖς ὑποφήταις τοῦ Πνεύματος. Ἀνένδεκτον γὰρ, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, ἀναγεγραμμένους ἁγίους Πατέρας τῷ ἑνὶ τούτῳ θεολογικῶν ῥητῶν τέλεον ἀποχρυβῆναι καὶ ὡς οὐδὲν αὐτοὺς λογισθῆναι, καὶ ταῦτα τοῦ Θεολόγου λέγοντος ἀλλαχοῦ, ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο τοσοῦτον ἦν ἀπαθὲς, τοσοῦτον ἦν ἀνενδεὲς, ὡς μηδέποτε χρῄζειν οἱουδή τινος ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος. Τοῦτο μέντοι, τὸ ἀνενδεὲς δηλαδὴ καὶ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς ὑπερβολὴν ἐκάλει μακαριότητος. Ἐφ' οὗ καὶ μᾶλλον ὑποσημαίνεται παντάπασιν εἶναι τὸ σῶμα ἐκεῖνο καὶ ἄφθαρτον ὡς ἀνενδεὲς καὶ ἀθάνατον. Εἰ γὰρ καὶ τοιαῦτά τινα λέγων ὁ μέγας εὕρηται Γρηγόριος ἀφ' ὧν εἰσφέρειν ἔοικε τῷ πρωτοπλάστῳ καὶ θνητότητος ἔμφασιν, ἀλλὰ προκατιών αὐτὸς ἑαυτὸν ἐφερμηνεύει διεξιὼν οὕτωσὶ κατὰ λέξιν· *Ἐπειδὴ φθόνῳ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ ὑφεῖλε διὰ τῆς ἁπάτης τὸν ἄνθρωπον· διὰ τοῦτο τῷ ἡμετέρῳ πάθει πάσχει θεὸς γενόμενος ἄνθρωπος.* Εἴπερ οὖν, ὁσιώτατε, φθόνῳ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, φαίνεται πάντως ὅτι πρὸ τοῦ φθόνου ἐκείνου καὶ πρὸ τοῦ κλαπῆναι δι' ἀπάτης τὸν ἄνθρωπον, ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ διῆγε τῶν θείων χειρῶν τὸ πλαστούργημα. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ οἱουδή τινος ἐπικαλύμματος οὐκ ἦν ἐνδεὲς, ἅτε δὴ τῆς κατ' ἀρχὰς ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦν, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, λεγέτωσαν ἐκεῖνοι λοιπόν τί ἄρα πρὸ τῆς παραβάσεως ἦμεν ἡμεῖς, καὶ τί γενέσθαι μετὰ ταῦτα ἐμέλλομεν, εἴγε τὴν ἐντολὴν ἐφυλάξαμεν; Ἡμεῖς γὰρ, εἴγε καὶ μᾶλλον ὁ λόγος ἀριδηλότερον ἔδειξεν, ὅτι τὸ σῶμα ἐκεῖνο καὶ ἄφθαρτον ἦν ἀληθῶς καὶ ἀθάνατον, ὡς ἀνενδεὲς ὄν, συνιδεῖν ὅλως οὐκ ἔχομεν, εἴγε καὶ γενέσθαι τι πλέον ἔμελλεν ἐπί γε τῇ ἀφθαρσίᾳ. Τοῦ γὰρ ἀφθάρτου τί ἂν ἀφθαρτότερον εἴποι τις εἶναι; Καὶ τοῦ ἀθανάτου

(89) Haud est consectarium. Nam falsum est, homines qui surrecturi sunt, non excellentioris conditionis futuros quam primus homo fuerit, ut ex Augustino sub num. 48 supra admonevimus.

ἀθανατώτερον; πάντως οὐδέν· ὅτι μηδὲ τοῦ θνητοῦ θνητότερον εὕροι τις ἄν· ἔνθεν τοι καὶ τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο τὸ λέγον, *Ἐγενόμεθα ἂν ὅπερ οὐκ ἦμεν, εἴγε τὴν ἐντολὴν ἐφυλάξαμεν*, καθ' ἕτερόν τινα λόγον ἐκλαβέσθαι προήγμεθα τῆς Γραφικῆς ἀκολουθίας, οὐ μὲν οὖν οὐ πόρρω που πίπτοντα, καθὰ δοκεῖ τοῖς ἀμαθέσι τέως ἡμῖν. Εἰ δὲ καὶ δοκοῦσί τινες εἶναί τι τοῦ ἀθανάτου ἀθανατώτερον, δεξόμεθα καὶ τοῦτο πάσης ἀντιλογίας ἐκτός· καὶ γὰρ ὅσον ἐγγίζει τις τῷ Θεῷ, τοσοῦτον ἀπαθανατίζεται καὶ θεοειδέστερος γίνεται σώματί τε καὶ πνεύματι. Δίκαιον οὖν ἐστι καὶ τὸ τὰ θεολογικὰ ῥητὰ καλοθελῶς ὑποδέξεσθαι, καὶ τὰ τῶν λοιπῶν διδασκάλων διὰ τιμῆς ἔχειν, οὐ μὴν ἀποστρέφεσθαι· τὸ γὰρ πρὸς ἄλληλα τὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ῥητὰ καλοθελῶς συμβιβάζειν ἐπαινετόν ἐστι καὶ μακάριον καὶ τὸ ὄντως θεάρεστον. Πρόσεχε οὖν. Εἰ μὲν οὖν ἐμείναμεν ὅπερ ἦμεν, καὶ τὴν ἐντολὴν ἐφυλάξαμεν, ἐγενόμεθα ὅπερ οὐκ ἦμεν, τοῦτ' ἔστιν, ἄτρεπτοι καὶ κατ' αὐτὴν τὴν προαίρεσιν· ἀλλὰ μὴ τὸν λόγον εὐθέως ἀποστραφῇς· εἴγε καὶ οἱ θειότατοι ἄγγελοι κατὰ προαίρεσιν ἄλλο τι πρότερον ὄντες, ὕστερον ὅπερ οὐκ ἦσαν ἐγένοντο. Δυσκίνητοι μὲν γὰρ ἦσαν, ἀλλ' οὐκ ἀκίνητοι πρὸς τὸ κακὸν ἀπ' ἀρχῆς. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς ἐκπεσοῦσιν ἀγγέλοις οὐδαμοῦ συνεπήχθησαν, ἅτε τῆς κακοβουλίας ἐκείνης εὑρεθέντες ἀνώτεροι, διὰ τοῦτο γεγόνασι καὶ ἀκίνητοι πρὸς τὸ κακὸν οὐ φύσει ἀλλὰ χάριτι, καθὰ δὴ καὶ τῷ Δαμασκηνῷ Ἰωάννῃ περὶ τούτου δοκεῖ.

Οὕτω μὲν οὖν, ὁσιώτατε, καὶ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐννοεῖσθαί σε χρή. Καὶ γὰρ ἐξουσίαν εἶχε μένειν καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον αὖθις ἀπὸ τοῦ καλοῦ μετατρέπεσθαι. Εἴπερ οὖν ἀνώτερος εὑρέθη κἀκεῖνος τῆς τοῦ ὄφεως συμβουλῆς, εἴπερ ἐφύλαξε τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολήν, ἐγένετο ἀπαθανατισθεὶς ὅπερ οὐκ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, τοῦτ' ἔστιν ἄτρεπτος, οὐ κατὰ φύσιν μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν προαίρεσιν. Ἀντιλέγειν δὲ ἐπὶ τούτοις οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ καὶ ἐν τῇ φύσει τὸ ἁμαρτάνειν οὐκ εἶχε κατ' ἀρχὰς ὁ ἄνθρωπος, ἅτε δὴ παρὰ Θεοῦ δημιουργηθεὶς ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ προαιρέσει, καθὰ δὴ καὶ προείπομεν, ἐξουσίαν εἶχε μένειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον αὖθις ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ μετατρέπεσθαι. Εἴπερ οὖν ἐφύλαξε τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολήν, ἐγένετο ἂν ὅπερ οὐκ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἔχων, ὡς εἴρηται, καὶ κατὰ προαίρεσιν τό τε ἄτρεπτον ὁμοῦ καὶ ἀναμάρτητον· ὁποῖος; ἐσεῖται κἀκεῖνος ὁ κατά γε τὴν τοῦ παντὸς συντέλειαν ἐγερθησόμενος ἄνθρωπος. Ἀρκεῖ τοσαῦτα· τοῖς γὰρ ἐχέφροσι κατὰ σὲ καὶ εἷς λόγος ἀρκεῖ πρός γε τὴν τοῦ κρείττονος εὕρεσιν.

quia neque mortali mortalius quidquam invenire est; et exinde dictum illud ita habens: *Fuissemus utique, quod non eramus, si mandatum custodissemus*, secundum aliam rationem, quæ ex Scriptura consequatur, nec procul cadat, ut indoctis, quemadmodum nos, videtur, accipere adducti sumus. Si autem concedunt nonnulli esse aliquid immortali immortalius, hoc etiam sine ulla contradictione recipiemus. Et enim quantum Deo quis appropinquat, tantum ad immortalitatem assurgit, et Deo persimilis corpore et spiritu evadit. Par est igitur et theologica dicta benigne accipere, et dicta reliquorum magistrorum honore prosequi, non autem aversari. Dicta enim sanctorum Patrum invicem collata benigne probare et laudabile est, et beatum, et Deo gratum omnino. Attende igitur. Si perseverassemus quod eramus, et præceptum custodissemus, quod non eramus fuissemus, hoc est, immutabiles et semper ejusdem propositi. Nec sermonem hunc statim aversare. Si enim divinissimi angeli cum secundum propositum aliquid aliud prius essent, novissime, quod non erant, evaserunt: difficulter enim mobiles erant, sed non immobiles ad malum a principio; sed quoniam cum cadentibus angelis nullo pacto devoluti sunt, utpote qui mali illorum consilii superiores contemptoresque reperti, propterea etiam immobiles ad malum evaserunt non natura, sed gratia, quemadmodum Damascenus etiam Joannes de hoc opinatur.

Ita igitur, vir sanctissime, etiam de primo homine cogitare te oportet. Etenim (90) manendi et proficiendi in bono potestatem habebat et ad pejus iterum a bono se convertendi. Si igitur et ille serpentis consilii contemptor repertus esset, si datum sibi præceptum custodisset, ad immortalitatem assurrexisset, et evasisset quod a principio non erat, hoc est immutabilis non secundum naturam tantum, sed etiam secundum ipsam voluntatem. Hisce autem contradicere, non est rationi consentaneum. Si enim peccare homo a principio in natura non habuit, a Deo siquidem corruptionis expers immortalisque creatus est, in ipsa voluntate, ut diximus, perseverandi in bono potestatem habebat, et in deterius iterum ab honesto se convertendi. Si igitur datum sibi mandatum custodisset, quod a principio non erat, utique fuisset, habens, ut dictum est, etiam secundum voluntatem et immutabilitatem et impeccabilitatem; qualis erit ille homo, qui in universitatis consummatione resurrecturus est. Et hæc quidem sufficiant. Prudentibus enim, quemadmodum tu es, et unum verbum, ut quod melius est inveniri possit, sufficit.

(90) Cyrillus Alexandrinus lib. Contra Anthropomorph., cap. 2, arbitrii libertatem homini præclare asserit.

EPISTOLA III*.

Ad eumdem. — De gloria, et claritate, qua a principio Adamus coruscavit.

Si vero, et hoc discere expetis, vir sanctissime, qua gloria scilicet et claritate primus homo per prævaricationem exciderit, vox te Dominica docebit, verbis, quæ proferimus, ita dicens : « Tunc fulgebunt justi sicut sol. » Hinc enim, si animum intendimus, quod quæritur, reperiemus, et eo magis, quo sæpius aliis per alia (92), sancta Scriptura nos instruit. Etenim cum ea, quæ speratur, gratia, non sit nisi regressus (93) ad illam primam propter quam, ut Nyssenus Gregorius ait, justi tunc æque ac sol ipse fulgebunt, manifestum omnino est et humanam ab initio naturam nihil fuisse a solis splendore diversam. Nam resurrectio nihil est aliud (94) quam eorum qui ceciderunt in integrum restitutio (95) ; ob hoc enim ipsum et eadem ætate omnes, eademque specie ac figura, juxta primi illius hominis habitum resurrecturi sunt, ut in *Quæstionibus ad Antiochum* magnus Athanasius (96) affirmat. Hæc autem ita se habere, et tanto fulgore Adamum (97) illum emicuisse a principio, quantum vox Dominica sanctis illa die fore pronuntiat, ipse Dominus noster Jesus Christus in monte Thabore (98) transfiguratus multo manifestius ostendit; quemadmodum et hymnographi illi, et divini melodi, magnus videlicet Cosmas (99), et Damascenus Joannes (1), docebunt te sapienter. Dicunt enim : « Cum Adamo additum a peccato (2) nigrorem expulisses, divina tua luce, Servator, refulsisti, et archetypam illam imaginis illius primi (scilicet, Adami)

[1] Matth. XIII, 43.

(91) Lambecius, cod. CLIX, habet καὶ περὶ τοῦ, etc.

(92) Superiori epistola, col. 703.

(93) Epistola antecedenti.

(94) Epistola superiori, col. 711.

(95) Hac ratione inducti quidam, et Pauli verbis ex alia parte in angustias coacti, putaverunt prius quidem hominem fuisse corpore animali instructum, sed cum in paradiso constitutus est, eum fuisse mutatum, sicut nos quoque in resurrectione mutabimur. Augustinus, lib. VI *De Genes. ad lit.*, cap. 20. Consule superius col. 683, not. 48.

(96) Vide superius col. 689, not. 57.

(97) Lud. Thomassinus tom. II *Theolog. Dogmat.* lib. I, cap 20 § 2 : « Beatam vitam olim egit homo, sed protoplastus tantum, non omnis : beatam vitam egere animæ primorum parentum, non omnino tamen corpore nudæ, sed immortali et quodammodo spirituali corpore succinctæ ; ut homo tum fere totus esset anima, et mens, quia et corpus in naturam animæ trahebatur. »

(98) Ubi transfiguratus fuerit Jesus incertum omnino, quemadmodum et qua die, de quo Glycas noster III parte *Annal.* Cæterum montem illum fuisse Thaborem antiqua est opinio, ut intelligitur ex Hieronymo in *Epitaphio Paulæ*. Consulendus Casaubonus *Exercit.* XV *in Baron.*, § XV. Itinerarium tamen Burdigalense Christi transfigurationem in monte Olivarum factam fuisse docet.

(99) Cosmas Jerosolymitanus, Majumæ episcopus, Joannis Damasceni præceptor, qui scripsit hymnos 13 in præcipuas anni festivitates, et metricam enarrationem psalmorum omnium, et Ἀσματικοὺς κανόνας, claruit anno 730. Vide Guil. Caveum, Lambecium, aliosque.

(1) Joannes quoque Damascenus carmina scripsit.

(2) Melius id omne de anima, et verius quam de corpore intelligitur, quod etiam Cyrillus Alexandrinus lib. *advers. Anthropomorphitas*, cap. 10, arbitratur : Ἠφάνισεν, inquit, τῆς θεοειδοῦς εἰκόνος τὸ κάλλος ἡ ἁμαρτία, καὶ ῥύπου μεστὸν τὸ λαμπρὸν τῆς ἀνθρωπότητος πρόσωπον ἀπέφηνεν ὁ Σατανᾶς. Ἀλλ' ὁ ἀνακαινιστὴς ἐπέφανεν, ὁ ἀναμορφῶν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς τὸ ᾠδικημένον, καὶ πάλιν ἡμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ μεταλλάττων εἰκόνα, ὥστε τῆς θείας φύσεως αὐτοῦ ἐμπρέπειν τοὺς χαρακτῆρας ἡμῖν δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν εὐζωίας. « Labefactavit divinæ imaginis pulchritudinem; peccatum, sordibusque opplevit splendidam humanitatis faciem Satanas. Cæterum instaurator exortus est, qui id quod depravatum erat pristinæ formæ restituit, nosque denuo in suam imaginem transformavit, ut divinæ ipsius naturæ characteres nobis conveniant per sanctificationem, et justitiam, vitamque ad virtutis normam bene compositam. »

* Joanne Lamio interprete.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'.

Τῷ αὐτῷ. — (91) *Περὶ τοῦ ὁποῖος ἦν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Ἀδὰμ κατά γε δόξαν ὁμοῦ καὶ λαμπρότητα.*

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο μαθεῖν ἐπιζητεῖς, ὁσιώτατε ἀνερ, ὁποίας ἐξέπεσε διὰ τὴν παράβασιν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος δόξης τε καὶ λαμπρότητος, ἡ Δεσποτική σε διδάξει φωνὴ κατὰ λέξιν οὕτω λέγουσα · « Τότε λάμψουσι οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος · » ἐντεῦθεν γὰρ, εἴγε προσέχομεν, τὸ ζητούμενον εὑρήσομεν · εἴγε καὶ μᾶλλον ἡ ἁγία Γραφὴ δι' ἑτέρων ἕτερα διδάσκει πολλάκις ἡμᾶς. Ἐπειδὴ καὶ γὰρ ἡ ἐλπιζομένη χάρις ἐπάνοδός ἐστι πρὸς τὴν πρώτην ἐκείνην ζωὴν, ὡς ὁ Νύσσης φησὶ Γρηγόριος λέγων τάδε · Οἱ δίκαιοι λάμψονται τότε κατὰ τὸν ἥλιον · εὔδηλον πάντως ὅτι καὶ ἡ ἀνθρωπίνη κατ' ἀρχὰς οὐσία κατ' οὐδὲν διενήνοχε τῆς τοῦ ἡλίου λαμπρότητος. Ἡ γὰρ ἀνάστασις οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασις. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡλικίᾳ μιᾷ, καὶ εἴδει ἑνὶ, καὶ σχήματι τῷ αὐτῷ κατὰ τὸν πρῶτον ἐκεῖνον ἄνθρωπον ἐγερθήσονται ἅπαντες, ὡς ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίοχον ὁ μέγας φησὶν Ἀθανάσιος. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τοσαύτη λαμπρότης τῷ Ἀδὰμ ἐκείνῳ προσῆν ἀπ' ἀρχῆς, ὅσην ἡ Δεσποτικὴ φωνὴ τοῖς ἁγίοις ἔσεσθαι λέγει κατά γε τὴν ἡμέραν ἐκείνην, αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τοῦ ὄρους Θαβὼρ μεταμορφούμενος ἀριδηλότερον ἔδειξε, καὶ πῶς, οἱ ὑμνογράφοι καὶ θεῖοι μελῳδοὶ, ὅ τε μέγας δηλαδὴ Κοσμᾶς, καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης, σοφῶς σε διδάξουσι. Λέγουσι γὰρ ὅτι « Τὴν ἐντεθεῖσαν τῷ Ἀδὰμ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀμαύρωσιν ἐδίωξας, τῷ θείῳ φωτί σου, Σῶτερ, ἐκλαμπρύνας · καὶ ὅτι τὸ ἀρχέτυπον κάλλος ἐκεῖνο τῆς εἰκόνος τοῦ πρώτου, δηλονότι Ἀδὰμ,

Ὑπερ ἐξέπεσε δι' αὐτὴν παράβασιν, ἐπειδὴ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενον ἦν, ἐν σεαυτῷ παραδόξως ὑπέδειξας. Ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ τὴν ἄφατον ἠλλοιώθης τῆς μορφῆς ἀλλοίωσιν, γνωρίσαι θέλων ἐντεῦθεν ὁποίας ἠξίωτο χάριτος πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι ταύτην αὐτῷ πάλιν μετέδωκας διὰ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως. » Εἰ γὰρ καὶ διάδηλον αὐτίκα γενέσθαι τοῦτο οὐκ ἔφθασεν, οὐδὲ ἤθελε σκάνδαλον ἑξαυτῆς ἐνιέναι τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἐπὶ ὄρους Θαβὼρ, ὡς ἤδη προείρηται, θεουργηθεῖσα ἡ φύσις ἡμῶν ἐγνώσθη διὰ τῆς θείων ἀκτίνων προχύσεως. Πρόσεχε οὖν. Εἰ γὰρ ἀστράψας ἐπὶ τοῦ ὄρους ὡς ὁ ἥλιος ὁ Σωτὴρ ἔδειξε προφανῶς ὁποῖον ἄρα καὶ τῷ Ἀδὰμ ἐκείνῳ προσενῆν ἀπ' ἀρχῆς φῶς, θαυμάζειν οὐκ εὔλογον εἶγε λάμψουσιν οἱ δίκαιοι τότε ὡς ὁ ἥλιος. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἐλπιζομένη χάρις ἐπάνοδός ἐστιν, ὡς προείρηται, πρός γε τὴν πρώτην ἐκείνην ζωὴν, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τοὺς ἀναστησομένους τοὺς δικαίους μὴ κατὰ τὸ σχῆμα καὶ τὸ εἶδος μόνον παραπλησίους ἐγερθῆναι πρώτῳ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν λαμπρότητα.

pulchritudinem qua excidit ille per transgressionem, quoniam plerisque omnibus ignota erat, in teipso mirabiliter demonstrasti. Propterea enim et ineffabili tuæ formæ mutatione immutatus es, cum velles ea ratione patefacere quali fuisset homo ante peccatum gratia dignatus, eamdemque te illi iterum per geminæ naturæ cohæsionem restituisse. » Si enim et hoc statim manifestum esse non potuit, noluit enim continuo Israeli offensionem injicere, sed supra montem Thaborem, ut jam dictum est : nostram naturam tamen divinam jam evasisse deprehensum est, quod undique divinos (3) radios effunderet. Attende igitur. Si enim Servator, tanquam sol, in monte coruscans, quali utique et Adamus ille ab initio lumine radiaret, luculenter ostendit, jam mirari non subit, si tanquam sol tunc justi fulgebunt. Etenim cum gratia, quæ speratur, regressus sit, ut jam diximus, ad primam illam vitam, consectarium quoque est et resurrecturos tunc justos, non secundum figuram et speciem tantum, surrecturos esse primo Adamo persimiles, sed et secundum ipsam claritatem (4).

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τοσαύτην λαμπρότητα τὸ τοῦ Ἀδὰμ ἀπ' ἀρχῆς ἐφαιδρύνετο πρόσωπον, ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ συγγραφείσῃ βίβλῳ, ᾗ τὸ ὄνομα Ὁδηγὸς, ἀριδηλότερον ἔδειξε διεξιὼν ἐκεῖσε κατὰ ῥῆμα καὶ τάδε· « Ποιήσας ἐν ἀρχῇ τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεὸς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ, ἐνέθηκεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, διὰ τοῦ ἐμφυσήματος, ἀκτῖνα τοῦ παναγίου Πνεύματος, καὶ χάριν, καὶ ἔλλαμψιν· ἠμαύρωσε δὲ τέλεον αὐτὸν ἡ παράβασις τῆς δοθείσης αὐτῷ θείας ἐντολῆς, ἐφ' ᾧ καὶ τῷ προσώπῳ αὐτοῦ Σὴθ ἐνέθηκε ταύτην ὕστερον ὁ Θεὸς· γνωρίσαι θέλων ἐκ τούτου καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα, τὴν δοθεῖσαν τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ δι' αὐτοῦ ἐμφυσήματος Ἔλλαμψιν. Καὶ

Hæc autem ita se habere, et tanto Adami faciem ab initio enituisse fulgore, divinus etiam Anastasius Sinaita libro a se scripto, cui *Dux viæ* titulus est, perspicue ac dilucide ostendit, disserens ibi hisce iisdem verbis ea quæ sequuntur : « Cum Adamum Deus in principio ad imaginem et similitudinem suam fecisset, ejus vultu sua inspiratione radium (5) sancti Spiritus, et gratiam, et splendorem afflavit : obfuscavit vero illum omnino, dati eidem divini præcepti transgressio ; quare et ipsius Sethi vultui eumdem fulgorem Deus posterius indidit, manifestare volens ex hoc ipso futuris mortalibus, datam a se primo homini sua inspiratione claritatem. Et audi quid de hoc dicat sanc-

(3) Id recte affirmat Glycas, nec in Hesychastarum dogma prolabitur ; illi enim perperam arbitrabantur, cœlestem illum fulgorem, quo Christus transfiguratus coruscare visus est, increatum fuisse aliquid ex divina natura profluens. Horum partes propugnarunt in primis Gregorius Palamas, Isidorus patriarcha, Philotheus metropolita Heracleensis, et postea patriarcha Constantinopolitanus, et Josephus Bryennius. Cæterum hunc errorem doctis voluminibus elucubratis impugnarunt Nicephorus Gregoras, Joannes Cyparissiotes, Demetrius Cydonius, Manuel Calecas, et ipse Joannes Cantacuzenus, cujus adversus Palamam (*a*) opus ms. in bibliotheca Laurentiana Florentiæ asservatur, quod olim publici juris facere, si Deus annuit, in animo habemus. Glycas vero radios qui ex Christi corpore emicabant, divinos appellare videtur, quod mirabiliter fulgerent, et ex divino Christi corpore procederent. Divinum est quidquid excellit, vel ad Deum quomodocunque pertinet. Hæresis Palamitarum XIV sæculo Græcam Ecclesiam infestam habuit.

(4) Consule superius not. 48.

(5) Cyrillus quoque Alexandrinus lib. *Adversus Anthropomorphit.*, opinatur illam Dei aspirationem, non nisi sancti Spiritus infusionem fuisse, nec illam vult homini in animam cessisse : Ὅτι γὰρ, inquit, οὔτε εἰς ψυχὴν ἀνθρώπῳ τὸ ἐμφυσηθὲν αὐτῷ γέγονε πνεῦμα, οὔτε μὴν εἰς νοῦν, ὡς οἴονταί τινες, ἔστιν ἐντεῦθεν ἰδεῖν, κτλ. « Spiritum enim homini insufflatum, non ipsi in animam neque etiam in mentem cessisse, ut quidam existimant, hinc videre licet, » etc. Alii tamen aliter censent, et Michael noster præsertim, cum in hisce epistolis, tum parte I *Annalium* de hominis creatione agens, ubi tamen Cyrillo ex parte saltem assentiri videtur. Augustinus lib. XIII, cap. 24 : « Unde et illud parum considerate quibusdam visum est, in eo quod legitur, « Inspiravit Deus in faciem ejus spiritum vitæ, et factus est homo in animam viventem, » non tunc animam primo homini datam, sed eam quæ jam inerat, Spiritu sancto vivificatam. Movet enim eos quod Dominus Jesus posteaquam resurrexit a mortuis, insufflavit dicens discipulis suis : « Accipite Spiritum sanctum. » Unde tale aliquid existimant factum quale tum factum est, quasi et hic secutus evangelista dixerit, *Et facti sunt in animam viventem.* » Et deinde hanc opinionem late confutat.

(*a*) Imo pro Palama adversus Barlaamum et Acindynum. In hujus opusculi analysi falsus est Baudinius, quod Lamio fucum fecit. Vide tomum CLIV, col. 693, ubi de hoc fusius egimus. EDIT.

cta Scriptura : Vixit vero Adamus ducentis et triginta annis (6), et genuit filium juxta formam et imaginem suam, hoc est, juxta eam imaginem, et splendorem quem habuit ab initio, et vocavit nomen ejus Sethum, quod dicitur, *resurrectio* : quoniam vidit renovatam mirabilem illam formam, cujus causa ipsum homines qui eo tempore vivebant (7) Deum appellavere. » Hæc eadem igitur prodere videtur etiam divinus ille Macarius Ægyptius. Etenim cum de illa gloria quam vultu suo Dei contemplator Moses coruscabat, et quam nemo poterat fixis oculis intueri, loqueretur, hæc duo etiam disseruit, qua scilicet gloria a principio Adamus fuerit insignitus, et quam novissime justorum habiturus est chorus. Audi igitur ipsissima divini hujus viri verba, quibus in suis capitulis ita infit : « Opinor autem glorificatum Mosis vultum formam esse et exemplum illius hominis, quem Deus suis manibus condidit. » Et iterum : « Beatus Moses illa divini Spiritus gloria, quæ in ejus vultu refulgebat, specimen præbuit, quomodo in resurrectione justorum, corpora Sanctorum glorificanda sint. » Bellus igitur sermo ferebat resurrectionem esse ad antiquam illam primamque vitam regressum. Præter ea vero quæ hactenus diximus, aliquid etiam aliud hujusmodi transfiguratus Servator ostendit, gloriam scilicet illam quam, cum secundo venerit, manifestabit; super quod fidem adhibe theologo Gregorio dicenti : « Veniet igitur cum corpore Christus talis qualis discipulis apparuit in monte, divinitate carnem longo intervallo superante ».

Bene igitur dicebat insuper Dominus fore ut tanquam sol justi refulgeant. Cum enim splendorem ex Dominico corpore procedentem exceperint, ita ii tunc transformabuntur, et palam apparebunt, ut corpus quoddam pellucidum splendore solis illustratum. His magnus etiam Paulus concinens dicebat, tunc a Servatore nostrum humile corpus ita transformatum iri, ut suo futurum sit corpori glorioso conforme. Quamobrem in his se ancipitem traducere haud dignum est. Si enim ab ipso initio Adamus, cum videlicet divinis fictus est manibus, tantam ex divino afflatu claritatem recepit : elucet omnino hominem etiam a mortuis resurrecturum, ejusdem fulgoris gloria, Spiritus

A ἄκουε τί περὶ τούτου φησὶν ἡ ἁγία Γραφή· Ἔζησε δὲ Ἀδὰμ ἔτη διακόσια πρὸς τοῖς τριάκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱὸν κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν, οἵαν εἶχεν ἀπ' ἀρχῆς εἰκόνα καὶ ἔλαμψιν, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σήθ, ὃ λέγεται *ἐξανάστασις*· ἐπειδὴ εἶδεν ἀνακαινισθεῖσαν τὴν παράδοξον ἐκείνην μορφήν, ἧς ἕνεκα καὶ Θεὸν αὐτὸν οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τυγχάνοντες ἄνθρωποι προσηγόρευσαν. » Ταῦτα μὲν οὖν ὑπεμφαίνειν ἔοικε καὶ ὁ θεῖος ἐκεῖνος Μακάριος ὁ Αἰγύπτιος. Διὰ γὰρ τῆς δόξης ἐκείνης τῆς ἐπιλαμπούσης τότε τῷ προσώπῳ τοῦ θεόπτου Μωσέως εἰς ἣν οὐδεὶς ἀτενίσαι ἠδύνατο, καὶ μὴν ἔμφω ταῦτα παρέστησε, καὶ ἣν εἶχε δηλαδὴ δόξαν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἣν ἐς ὕστερον ὁ τῶν δικαίων ἕξει χορός. B Καὶ ἄκουε τί κατὰ ῥῆμά φησιν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν κεφαλαίοις αὐτοῦ. « Δοκῶ τὸ δεδοξασμένον πρόσωπον Μωσέως τύπον εἶναι καὶ ὑπόδειγμα τοῦ πρώτου διὰ χειρῶν Θεοῦ δημιουργηθέντος ἀνθρώπου. » Καὶ αὖθις, « Μωσῆς ὁ μακάριος ὑπέδειξε τύπον διὰ τῆς τῷ προσώπῳ αὐτοῦ ἐπιλαμπούσης τοῦ Πνεύματος δόξης, πῶς ἐν τῇ τῶν δικαίων ἀναστάσει τὰ τῶν ἁγίων δοξασθήσεται σώματα. » Καλὸς οὖν ὁ λόγος ἔλεγε ἀνάστασιν ἐπάνοδον εἶναι πρός γε τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καὶ πρώτην ζωήν. Ἐπὶ μέντοι τοῖς ἤδη προειρημένοις καὶ ἕτερόν τι μεταμορφούμενος ἔδειξεν ὁ Σωτήρ. Τί τοῦτο; Τὴν δόξαν ἐκείνην ἣν μέλλει κατά γε τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν ἐνδείξασθαι. Καὶ πείθου τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ λέγοντι· C « Ἥξει μὲν οὖν μετὰ τοῦ σώματος ὁ Χριστὸς τοιοῦτος ὁποῖος ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τοῦ ὄρους, ὑπερνικώσης τὸ σαρκίον τῆς θεότητος. »

Καλῶς οὖν ἐπὶ τούτοις ἔλεγε τοὺς δικαίους ὁ Κύριος κατ' αὐτὸν ἀστράψαι τὸν ἥλιον. Τὴν γὰρ ἀπὸ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος ἐκπηδῶσαν αἴγλην ὑποδεξάμενοι μεταστοιχειωθήσονται τηνικαῦτα, καίπερ ὀφθήσονται ἀντικρυς καθάπερ τι σῶμα διαφανὲς μαρμαρυγὴν ἡλίου δεχόμενον. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ πάμμεγας ἔλεγε Παῦλος ὅτι μετασχηματίσει τότε τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ὁ Σωτὴρ εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ· ταύτῃ τοι καὶ ἀμφιβάλλειν ἐπὶ τούτοις οὐκ ἄξιον· εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ὁ Ἀδὰμ, ἡνίκα δηλαδὴ θείαις ἐπλάσθη χερσὶ, τοσαύτην ἐδέξατο διά γε τοῦ θείου D ἐμφυσήματος τὴν φαιδρότητα, φαίνεται πάντως ὅτι ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστησόμενος ἄνθρωπος τῆς αὐτῆς

(6) Græcus contextus juxta LXX habet, τριάκοντα καὶ διακόσια ἔτη.

(7) De Enos id tradit Cyrillus Alexandrinus lib. *adver. Anthropomorphitas*, cap. 17 : Ἐνὼς, ὃς διὰ πολλὴν ἄγαν δικαιοσύνην ὠνόμασται παρὰ τοῖς τὸ τηνικαῦτα Θεός.. « Enos qui ob eximiam justitiam vocatus est ab illius temporis hominibus Deus. » Fidunt autem hi illo Geneseos loco de Enos : Ἤλπισε ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ. Vulgata habet : « Iste cœpit invocare nomen Domini. » Vulgata antiquior : « Cœptum est invocari nomen Domini. » Alii vertunt : Cœptum est profanari nomen Dei. Cæterum de ipso Setho Glycas noster parte II *Annalium*, hæc habet : Ὁ μέντοι Σὴθ ἔτη ζήσας ἐννεακόσια δώδεκα τελευτᾷ, Θεὸς εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῷ νομιζόμενος, καὶ διὰ τὸ πρῶτος εὑρηκέναι τὰ Ἑβραϊκὰ γράμματα καὶ τὰς τῶν ἀστέρων ὀνομασίας. Οὗτος ὁ Σὴθ γεννᾷ τὸν Ἐνὼς, καὶ αὐτὸν διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ νομιζόμενον Θεόν. Hic Sethus cum annos 912 vixisset, propter virtutem pro Deo habitus, quod Hebraicas litteras et appellationes siderum primus invenisset, Procreavit autem Enosum, qui et ipse pro Deo virtutis nomine haberi meruit. » Cæterum hæc quæ de Setho Glycas habet, ex apocryphis et hæreticorum libris deducta videntur, ex quibus petiit etiam vetus chronicon quod narrat, Sethum in cœlum translatum, inde micanti vultu, instar Moysis post colloquium cum Domino rediisse.

ἂν ἠξιώθη λαμπρότητος διὰ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύ- A
ματος χάριτος. Καὶ πείθου τῷ μακαρίῳ Δαβὶδ οὕτω
περὶ τούτου λέγοντι· « Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά
σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινίσεις τὸ πρόσω-
πον τῆς γῆς. » Πρόσεχε οὖν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπὶ τοῦ
ὄρους ἔδειξεν ὁ Σωτὴρ ἐν ἑαυτῷ μεταμορφούμενος
οἷον εἶχε κάλλος ἀπ' ἀρχῆς ὁ Ἀδάμ, καὶ οἷον οἱ δί-
καιοι μέλλουσι τότε λαβεῖν, διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεῖος
Γρηγόριος ὁ Νύσσης, ἐπίσης ἔλεγε παρ' ἑαυτοῖς τὴν
θείαν εἰκόνα φορεῖν, τόν τε πρὸ τῆς παραβάσεως
ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἐκ νεκρῶν ἐφ' ὕστερον ἀναστη-
σόμενον.

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι ἐπάνοδός ἐστι
πρός γε τὴν πρώτην ζωὴν ἡ ἐλπιζομένη χάρις, ὡς
πολλάκις εἰρήκαμεν, αὐτὸς ἔδειξε πρὸ τῶν ἄλλων ὁ
Κύριος. Ἡνίκα γὰρ ἐπιστρέφοντα τὸν ἄσωτον ἠγκα- B
λίζετο, καὶ τάδε πρὸς τοὺς ἄλλους ἔλεγε· « Ἐνδύ-
σατε αὐτὸν τὴν πρώτην στολήν. » Μὴ οὖν ἐπὶ πλέον
ἀμφίβαλλε. Στολὴν γὰρ τὴν πρώτην εἰπών, ἔδειξε
προφανῶς μηδὲν ἄλλο τὴν ἀνάστασιν εἶναι ἢ πρὸς
τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασιν.

Hæc autem omnia ita se habere, et gratia quæ speratur ad primam illam, ut sæpius diximus, vitam esse regressum, ipse præ aliis Dominus ostendit. Cum enim redeuntem prodigum obviis ulnis excepisset, et hæc insuper inquiebat: « Induite eum stola illa priori (8). » Ne igitur amplius dubita: priorem enim stolam dicens, dilucide significavit, nihil aliud esse resurrectionem quam eorum qui ceciderunt, in pristinum statum restitutionem (9).

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Δ'.

Τῷ αὐτῷ. — Τίνος ἕνεκεν ὁ διάβολος διὰ τοῦ ὄφεως καὶ οὐ δι' ἑτέρου τῶν ζώων προσέβαλε τῷ Ἀδάμ, (10) *καὶ πέως πόθεν δῆλον, ὅτι διὰ τοῦ ὄφεως προσέβαλε τῷ Ἀδάμ, τῆς Γραφῆς ὁπουδήποτε μὴ σαφῶς οὕτω λεγούσης· καὶ εἰ ἀληθῶς τινος ἕνεκεν ἡ Γραφὴ τοῦτο τέλεον ἔκρυψεν.*

EPISTOLA IV*.

Ad eumdem. — Qua de causa diabolus per serpentem, et non per aliud animal Adamum incesserit, et ex quo tandem constet, Adamum ab eo per serpentem oppugnatum fuisse, cum Scriptura id manifeste non dicat: et an aliqua vere de causa Scriptura isthuc ipsum omnino celaverit.

Ἐπειδὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν
Εὐαγγελίοις ἠκούσατε λέγοντος, « Ἐχθροὶ τοῦ ἀν-
θρώπου οἰκειακοὶ αὐτοῦ, » καὶ ὅτι διὰ τῶν τοιούτων
καὶ βασιλεῖς καὶ ἕτεροί τινες ἐπιβουλεύονται ἀνθρώ-
ποις, οὐ τοσοῦτον ἐπαπορεῖν ἄξιον, εἴγε καὶ αὐτὸς
ὁ πολυμήχανος δράκων ὀργάνῳ τῷ ὄφει χρησάμενος
τὸν πρῶτον ἠπάτησε ἄνθρωπον. Κατὰ γὰρ τὸν θειό-

Quoniam Servatorem nostrum Jesum Christum audistis in Evangeliis dicentem: « Inimici hominis domestici ejus[1], » quin ejusmodi hominum opera, et reges, et alii mortales adpetantur insidiis, dubitare non decet; siquidem et ipse callidus draco, serpentis instrumento (11) usus, hominem primum decepit. Etenim, juxta divinissimum Chry-

[1] Matth. x, 36.

(8) Epistola superiori.

(9) Ea omnia quæ in hac epistola Glycas dissertat languida et frigidiúscula sunt, atque etiam falsa manifeste. Falsum enim resurrectionem fore in eum tantummodo statum in quo primus homo fuerat ante peccatum, restitutionem. Egregie de more Augustinus id demonstravit, ut supra quidem (not. 48) videre est. Verum audiamus illum ad rem pariter disserentem lib. VI *De Genes. ad litteram*: « Hic occurrit, inquit, alia quæstio, quomodo renovemur, si non ad hoc per Christum renovamur quod in Adam prius eramus? Quanquam enim multa non in pristinum, sed in melius renoventur, ab inferiore tamen statu, quam quo erant antea, renovantur. Unde ergo ille filius mortuus erat et revixit, perierat et inventus est? Unde illi profertur stola prima, si non immortalitatem recipit, quam perdidit in Adam? Quomodo autem perdidit immortalitatem, si corpus habuit animale? Neque enim animale corpus, sed spirituale erit, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem. . . . . Quomodo ergo, inquiunt, renovari dicimur, si non hoc recipimus quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recipimus secundum quemdam modum. Non itaque immortalitatem spiritalis corporis recipimus, quam nondum habuit homo, sed recipimus justitiam, ex qua per peccatum lapsus est homo. Renovabimur ergo a vetustate peccati, non in pristinum corpus animale, in quo fuit Adam; sed in melius, id est, in corpus spirituale, cum efficiemur æquales angelis Dei, apti cœlesti habitationi, ubi esca quæ corrumpitur non egebimus. Renovabimur ergo spiritu mentis nostræ secundum imaginem ejus qui fecit nos, quam Adam perdidit. Renovabimur autem carne, cum hoc corruptibile induet incorruptionem, ut sit spirituale corpus, in quod nondum mutatus, sed mutandus erat Adam, nisi mortem etiam corporis animalis peccando meruisset, » etc. Cæterum Lud. Thomassinus, ut vidimus not. 97, corpus prope spirituale protoplasto Adamo vindicavit, et, quod omnem fidem exsuperat, claram apertamque in paradiso Dei visionem, ut videre est tom. II *Theolog. dogm.* cap. 7 et seqq.; unde ea Adami gloria decusque, et beatitas processisset, quam verbis explicare non est.

(10) Quod sequitur usque ad Ἀδὰμ deest apud Lambecium *Cod. theolog.* CLIX.

(11) Hac de causa diabolus serpens antiquus in sacris Litteris appellatur, ut Apoc Iyps. XII, XX.

* Eodem interprete.

sostomum (12), et Damascenum Joannem, erat a principio serpens Adami familiaris (13), et omnibus ei adblandientibus proximior, jucundis cum illo motibus congrediens, et omnem hinc delectationem excogitans. Si enim illum nunc (14) abominamur, et quantum possumus fugimus, non tamen hujusmodi erat serpens a principio, nec ejus tunc, quemadmodum in præsentia (15), evitabatur aspectus. Si enim isthuc ipsum forte fuisset, ipsa etiam Eva tunc temporis, colloquium exhorrescens, sese ab eo penitus abscondisset, et non ita leniter ejus confabulationem admisisset (16) Reliquum igitur est ut Adamo serpens fuerit ab initio familiaris (17), et omnibus qui ei adularentur proximior. Inimicum enim illum, nec aliud quidquam, fecit vox divina, cum dixit : « Inimicitiam ponam inter te et mulierem. » Cæterum hæc inimicitia omnia amicitiæ fœdera dissolvit. Adami erat a principio serpens amicus, et ideo diabolo visus est instrumentum aptissimum (18). Vidit Adamum serpentis familiaritate gaudentem, et illum adulantem, multaque eorum quæ ab hominibus fieri consuerunt, imitantem, et eapropter per ipsum locutus est. Ita pariter qui dolos adversus aliquem meditantur, domesticos conveniunt, et sic nulla domi suspicionis causa existente, insidias obumbrant ac tegunt. Loquitur (19) igitur per ipsum, ut hinc suspicetur Adamus, cum prudens esset serpens, quod et Scriptura ipsa de illo testificatur, et ipsam hominis vocem imitari se potuisse (20), et Dominis, ut benevolum, ea quæ

A τατον Χρυσόστομον καὶ τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην συνήθης ἦν ἀπ' ἀρχῆς ὁ ὄφις τῷ Ἀδάμ, καὶ τῶν ὑποσαινόντων αὐτὸν πλησιέστερος, τερπνοῖς αὐτῷ προσομιλῶν τοῖς κινήμασι, καὶ ψυχαγωγίαν πᾶσαν ἐντεῦθεν ὑπονοούμενος. Εἰ γὰρ καὶ νῦν αὐτὸν βδελυττόμεθα καὶ ὡς δύναμις φεύγομεν, ἀλλ' οὐκ ἦν ἀπ' ἀρχῆς τοιοῦτος ὁ ὄφις, οὐδὲ φευκτέα τότε καθάπερ καὶ νῦν ἡ ὄψις αὐτοῦ. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν καὶ αὐτὴ ἡ Εὔα τηνικαῦτα τὴν ἐκείνου καταπλαγεῖσα ὁμιλίαν ἐκρύβη τέλεον ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἂν ἡμέρως οὕτω τὴν αὐτοῦ διάλεξιν προσεδέξατο. Συνήθης ἦν λοιπὸν ὁ ὄφις ἀπ' ἀρχῆς τῷ Ἀδάμ, καὶ τῶν ὑποσαινόντων αὐτὸν ἐγγύτερος. Ἔχθρὸν γὰρ αὐτὸν, οὐδὲν ἄλλο πεποίηκεν, ἡ δὲ εἰποῦσα θεία φωνὴ, « Ἔχθραν θήσω ἀναμέσον σου καὶ τῆς γυ-
B ναικός· » ἡ τοιαύτη λοιπὸν ἔχθρα τὰ τῆς φιλίας παντάπασιν ἔλυσε. Φίλος ἦν ὁ ὄφις ἀπ' ἀρχῆς τῷ Ἀδάμ, κἀντεῦθεν ὤφθη τῷ διαβόλῳ ἐπιτηδειότατον ὄργανον. Εἶδε τὸν Ἀδὰμ χαίροντα ἐπὶ τῷ ὄφει, κἀκεῖνον ὑποσαίνοντα καὶ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων μιμούμενον, κἀντεῦθεν λαλεῖ δι' αὐτοῦ. Οὕτω καὶ οἱ δόλους κατά τινων πλέκοντες τοὺς οἰκείους μετέρχονται, καὶ οὕτω τὴν οἰκείαν ἀνυπόπτως ἐπιβουλὴν συσκιάζουσι. Λαλεῖ τοιγαροῦν δι' αὐτοῦ, ἵν' ἐντεῦθεν ὑπονοήσῃ ὁ Ἀδὰμ ὅτι φρόνιμος ὁ ὄφις ὤν, τοῦτο καὶ ἡ Γραφὴ προσμαρτυρεῖ αὐτῷ, κατώρθωσε καὶ τὸ μιμήσασθαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου φωνὴν, καὶ ὅτι τοῖς δεσπόταις ὡς εὔνους; τὰ δέοντα ὑποτίθεται. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν προσῆν ὡς αὐτοῖς διελέ-
C γετο· οὐκ ἂν ἡμέρως οὕτω τὴν αὐτοῦ βουλὴν προσ-

(12) *Homilia* IX *in Genesim.*

(13) Isidorus Pelusiota, epist. 93 lib. III, pulchre disserit quo pacto initio omnes feræ Adamo subjectæ fuerint, ideoque etiam nomina eis imposuerit; posteaquam vero divinum mandatum transgressus est, ipsius imperium mutilatum merito fuit. Vide superius epist. 2 Glycæ, not. 43. Augustinus lib. XIV *De civit. Dei*, cap. 11, de dæmone loquens ait : « Malesuada versutia in hominis sensus serpere affectans, cui utique stanti, quoniam ipse ceciderat, invidebat, colubrum in paradiso corporali, ubi cum duobus illis hominibus, masculo et femina, animalia etiam terrestria cætera subdita et innoxia versabantur, animal scilicet lubricum et intortuosis anfractibus mobile, operi suo congruum, per quem loqueretur, elegit, » etc.

(14) Hujus rei rationem hanc affert Theodoretus interrogatione XXXIV *in Genesim :* « Sed et ipsum animal quoque ad hominum utilitatem maledictionem recepit. Itaque videntes serpentem repere ac volutari super terram, maledictionis antiquæ recordamur, et discimus quanta mala peccatum arcessat, non solum his qui illud admittunt, sed et illis qui subserviunt. »

(15) Basilius homilia *de paradiso* : « Serpens tum non erat horrendus, sed mitis ac mansuetus, » etc.

(16) Eo magis autem id credibile videtur, quod etiamnum serpentes ab aliquibus circumferantur et circumferantur. Quod si veterum historiarum monumenta evolvere luberet, exemplorum copia lectorem obruere possem. Consulendi Pignorius *De mensa Isiaca.*, Spanhemius *De usu et præst. veter. numism.*, et mea dissertat. *De cistis mysticis.*

(17) Pseudo-Abdias lib. VI : « Livor autem angelo hinc natus est, quia vidit imaginem Dei in homine exstitisse : et quoniam homini possibile esset, ut in hac regione beata cum cunctis animantibus loqueretur. Hinc angelus qui ex se concepit invidiam, per potentiam angelicam serpentem ingressus, » etc. Sic Plato quoque scripsit in *Politico*, aureo sæculo, cum rerum Saturnus potiretur, etiam cum bestiis homines colloquia habuisse, quod et Eusebius refert lib. XII Προπαρασκευῆς, cap. 9.

(18) Cajetanus asserit tentationem Evæ interna tantum suggestione peractam a dæmone, qui serpentis nomine a Mose metaphorice significetur. In singularem vero aliam sententiam abiens Cyrillus Alexandrinus lib. III contra Julianum, opinatur, speciem duntaxat, et simulacrum serpentis Evæ a diabolo exhibitum fuisse, non veri serpentis corpus
D ad tentationem assumptum. At veri serpentis organo in tentatione mulieris diabolum esse usum, reliqui Patres docent, ut Basilius et Chrysostomus Homiliis in Genesin, Theodoretus interrog. 32; Aug. lib. II *De Genes. ad litteram*, cap. 27; lib. XIV *De civ. Dei*, cap. 11 ; Joannes Damascenus, lib. II *De fide orthodoxa*, cap. 10, ut de Beda, Ruperto, Thoma aliisque taceam.

(19) Recte quidem ; sed perperam Talmudistæ, qui fabulantur diabolum, accedentem ad Evam, ut eam falleret, inequitasse serpenti, qui magnitudine camelum æquaret. Maimonides in *More Nevochim.*

(20) Id magis, quam illud quod Josephus I Ἀρχαιολογ. tradit, serpentem scilicet a principio voce usum et pedibus instructum fuisse, his autem a Deo in ipsum irato privatum deinde et ejus linguæ venenum inditum. Serpentem pedibus gradientem et mitem lenemque fuisse etiam Basilius homilia *De paradiso* affirmat, Josephi, et libri qui Ἑπτὴ

εδέχοντο. Αὕτη οὖν ἡ αἰτία κατὰ τοὺς διαληφθέντας ἄνωθεν Πατέρας καὶ διδασκάλους ἡμῶν, δι' ἣν ὀργάνῳ τῷ ὄφει καὶ οὐχ ἑτέρῳ τινὶ χρησάμενος ὁ παμπόνηρος τοὺς πρωτοπλάστους ἠπάτησε.

A oportet suggerere. Nisi enim ita res se habuisset, haud profecto cum eis blande confabulatus fuisset, neque ita leniter illi ejus consilium admisissent. Hæc igitur causa fuit, juxta superius laudatorum Patrum et magistrorum nostrorum opinionem, propter quam Malus ille (21) serpente et non aliquo alio usus est instrumento ut protoplastos deciperet (22).

Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ὁ διάβολος ἐν τῷ ὄφει ἐλάλησε, τῆς Γραφῆς ὁπουδήποτε τοῦτο μὴ λεγούσης; Ἴδε γὰρ ὅτι καὶ ὁ Παῦλος ὄφεως μνημονεύει λέγων· « Φοβοῦμαι μήπως ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ. » Πόθεν οὖν δῆλον ὅτι ὁ διάβολος λαλεῖ διὰ τοῦ ὄφεως? Αὐτὸς ὁ Δεσπότης ὑπεσαφήνισε τὴν ἀπορίαν, ἵνα μή τις ἐπὶ τὸν ὄφιν καὶ μόνον ἀνενέγκῃ τὴν ἁμαρτίαν. Πρὸς γὰρ τοὺς Ἰουδαίους, ἡνίκα εἶπον αὐτῷ, « Ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν, » ἔλεγεν· « Εἰ ἦτε ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐποιεῖτε ἄν. Νῦν ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἐστε τοῦ διαβόλου. Ἐκεῖνος ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος ἦν. » Ἐντεῦθεν οὖν σαφῶς ἐπιδείκνυται ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ ὄφει λαλήσας ὁ διάβολος θανάτῳ τὸν ἄνθρωπον ὑποπεσεῖν κατεσκεύασεν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐγεγόνει θνητὸς ὁ ἀθάνατος. Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς λεγομένοις, τῷ σοφῷ Σολομῶντι πείσθητι λέγοντι· « Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε. Φθόνῳ δὲ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. » Εὔδηλον οὖν ὡς αὐτὸς ἐλάλησε διὰ τοῦ ὄφεως ὁ παμπόνηρος. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτὸν ὁ Κύριος ἀνθρωποκτόνον ἐκάλεσε. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, τίνος ἕνεκεν μνημονεύουσα ἡ Γραφὴ τοῦ ὄφεως μόνου τὰ κατὰ τὸν διάβολον τέλεον ἀπεσιώπησε? Διὰ τὴν Ἰουδαίων εἰδωλομανίαν; Ἵνα γὰρ μὴ μαθόντες, ὥς φησιν ὁ Συναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος, καί τινας εἶναι φύσεις ἀΰλους, κἀντεῦθεν ταύτας θεοποιήσωσιν, οὔτε περὶ δαιμόνων, οὔτε περὶ φύσεως ἀγγέλων ἡ Μωσαϊκὴ βίβλος διεῖληφεν. Εἰ γὰρ καὶ μετὰ τοσαῦτα θαύματα τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου Θεὸν ἀνηγόρευσαν, τί οὐκ ἂν ἔδρασαν εἴγε τῶν ἀοράτων φύσεων τὴν γνῶσιν ἐδέξαντο; Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, δῆλον ἐξ ὧν

At unde liquet, diabolum in serpente esse locutum, cum id ullibi Scriptura non dicat? Vide enim et Paulum ipsum, cum serpentis meminisset, dicentem : « Timeo ne forte, ut serpens Evam sua calliditate seduxit [1]. » Unde igitur constat diabolum per serpentem ipsum esse locutum? Ipse Dominus e medio perplexitatem sustulit, ne quis peccatum in serpentem, et quidem solum, rejiciat. Judæis enim, cum illi dixerunt. « Ex Deo sumus, » B dicebat : « Si ex Deo essetis, Dei certe voluntatem faceretis : nunc autem ex patre vestro diabolo estis : ille erat homicida ab initio [2]. » Hinc igitur aperte constitit, cum diabolus in ipso serpente locutus esset, id contexuisse ut morti homo succumberet (23). Nisi enim res ita se habuisset, nunquam ille, qui immortalis fuerat, mortalis evasisset. Et si minus his quæ dicuntur, fidem adhibe sapienti Salomoni, cum dicit : « Deus mortem non fecit, sed hominem in incorruptione creavit : invidia autem diaboli mors intravit in mundum [3]. » Manifestissimum est igitur malum illum per serpentem ipsum esse locutum : nisi enim ita esset, illum Dominus homicidam non appellasset. Et C quandoquidem hæc ita se habent, qua de causa Scriptura solius serpentis mentionem faciens, ea quæ diabolum attinent, omnino reticuit? Propter inexpletam Judæorum idololatriæ inhiantium insaniam. Etenim ne cum didicissent, ut divinus Anastasius Sinaita ait, esse quasdam naturas (24) materia minime constantes, hasce exinde divinis honoribus prosequerentur, neque de dæmonum, neque de angelorum natura Mosaicus liber disseruit (25). Si enim post tanta etiam miracula, vituli

[1] II Cor. xi, 3. [2] Joan. viii, 44. [3] Sap. ii, 24.

Γένεσις inscribitur sententiam secutus, quam tamen confutat Glycas noster parte I *Annalium*, Chrysostomi sententiam amplexus, qui censet serpentem olim orbibus quibusdam factarum inferius convolutionum erectum extenso pectore velut inequitasse.

(21) Malus κατ' ἐξοχήν a multis appellatus est diabolus, et sunt qui censeant hunc indicari, ubi in Oratione Dominica dicitur : *Libera nos a malo*. Paulinus, poem. XVI :

Non tulit hæc Malus ille diu, sed inhorruit atris
Crinibus, et rabidis inflavit colla venenis, etc.

Itaque et a Glyca Παμπόνηρος nuncupatur.

(22) Memoriam hujus serpentis fraudis sunt qui velint apud ethnicos ipsos remansisse, adeoque in antiquis Græcorum mysteriis *Eva* vel *Evoæ* acclamatum, et serpentem ostensum, ut tradit Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, et constat etiam ex Plutarcho in *Alexandro*, Demosthene Περὶ στεφάν., Euripide in *Bacchantibus*, Catullo, Virgilio, Nonno, Chalcidio, etc. Consule Phil. Bonarotium *Dissert. in num. max. moduli*, et Dissertation. meam *De cistis mysticis*. Sed et Pherecydes Syrius, dum suum Ὀφιονέα, serpentem mali auctorem, commemorat, qui adversas acies in cœlo instruxerit, eadem exhibere videtur. Nam ita scribit Origenes D lib. VI *contra Celsum* : « Vide, an non iste, qui nobis impium errorem impingit ut ænigmata male intelligentibus, ipse manifeste fallatur, non intelligens quod Mosaicæ litteræ, multo antiquiores vel Heraclito, vel Pherecyde, vel Homero etiam, narrant de Malo illo qui de cœlo expulsus est. Nam serpens ille a quo Pherecydes suum denominavit Ophionem, qui fuit in causa ut primus homo ex Dei paradiso ejiceretur, » etc.

(23) Vide superius epist. 2.

(24) Vide superius epist. 2, not. 59.

(25) Eamdem rationem affert Michael noster parte I *Annalium*. Sunt autem qui autument ideo Mosen productionis angelorum non meminisse, quod ii ante mundum materiatum et aspectabilem creati fuissent; nam hæc sententia arridet Origeni, *homil.* I *in Genesim*, et X *in Matthæum*; Basilio homil. I *in Hexaemeron*; Gregorio Nazianzeno, *Oratione* XXXVIII et XLII; Severiano Gabalitano, orat. IV, *De mundi opificio*; Cæsario, *dialog.* I, interr. 61.

Imaginem Deum appellaverunt, quid non utique fecissent, si invisibilium etiam naturarum cognitionem habuissent? Hæc autem ita se habere liquet ex iis quæ Deus per prophetam Oseam ipsi Israeli locutus est: « Ego Dominus Deus tuus, firmans cœlum, et creans terram: cujus manus militiam cœli creaverunt, et illud non revelavi tibi, ut ambulares post illa. » Ob hoc ipsum et duorum lignorum in paradiso plantatorum differentiam atque naturam Spiritus sanctus reticuit : quare et sanctorum Patrum discors fuit de hisce iisdem disquisitio.

A ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ὠσηὲ πρὸς αὐτὸν ἐλάλησε τὸν Ἰσραήλ· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου ὁ στερεῶν οὐρανὸν καὶ κτίζων γῆν, οὗ αἱ χεῖρες ἔκτισαν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἀπεκάλυψά σοι αὐτὸν τοῦ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτῶν. » Κατὰ τοῦτο καὶ ἡ τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτευθέντων δύο ξύλων διαφορά τε καὶ φύσις τῷ παναγίῳ σεσίγηται Πνεύματι· ἐφ' ᾧ καὶ τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἀσύμφωνος γέγονεν ἡ περὶ τούτων ἐξέτασις.

EPISTOLA V*.

Ad honorabilem monachum dominum Joannem Aspioten. — Quali natura hominum corpora a mortuis resurrectura sint, et an sensilem cibum tunc manducatura, ut quidam perhibent (26).

B

Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius et Deus, ille qui carnem propter ineffabilem suam misericordiam circumtulit, homo nostri instar effectus; qui propter nostram salutem ea omnia fecit et perpessus est quæ evangelica narrat historia; qui in crucem actus mortem obiit, et tertia die a mortuis resurrexit, illæ eorum qui dormierunt primitiæ, cum primogenitus mortuorum exstitisset, manifeste in semetipso demonstravit qualia nostra corpora in illa resurrectione suscitanda sint (27). Quare de his disputare non decet. Clarum siquidem animum intendere volentibus exemplum perspicuumque proponitur. Vere enim corruptionis expertia, neque operimenti, neque cibi, neque potionis, neque rei ejusmodi alicujus, indiga resurgent (28). Prudenter siquidem animadvertere est, et ipsum Domini corpus ejusmodi, ut evangelica historia prodit, e sepulcro resurrexisse, omnibus ibidem relictis sepulcralibus exuviis. Si vero, prout dictum est, nudum e sepulcro Domini cor-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Ἀσπιώτῃ — Περὶ τοῦ ὁποῖα τῇ φύσει τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα ἐκ νεκρῶν ἐγερθήσονται, καὶ εἰ βρῶσιν αἰσθητὴν ἐσθίειν ἐκείσε μέλλουσιν, ὥς τινες ἐπιφέρουσιν.

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ὁ σάρκα φορήσας δι' ἄφατον ἔλεος, καὶ καθ' ἡμᾶς χρηματίσας ἄνθρωπος, ὁ διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν καὶ ποιήσας πάντα καὶ παθὼν ὅσαπερ ἐν Εὐαγγελίοις ἱστόρηται, ὁ διὰ σταυροῦ καταδεξάμενος θάνατον, ὁ τριήμερος ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, κἀντεῦθεν τὴν τελευταίαν ἀνάστασιν δωρησάμενος ἅπασιν, ἡ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γεγονὼς, ἀριδήλως ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἐπετύπωσεν, ὁποῖα τὰ ἡμέτερα σώματα κατὰ ἐκείνην ἀνάστασιν ἐγερθήσονται. Ὅθεν καὶ περὶ τούτων ἐξετάζειν οὐκ εὔλογον· ὅτι καὶ σαφὲς τοῖς προσέχειν ἐθέλουσιν τὸ ὑπόδειγμα πρόκειται. Ἄφθαρτα μὲν γὰρ ἀληθῶς ἀναστήσονται μήτε σκέπης δεόμενα, μήτε βρώσεως καὶ πόσεως, μήτε ἄλλου τοιούτου τινός. Ὅρα γὰρ νουνεχῶς, ὅτι καὶ τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα τοιοῦτον ἐκ τάφου ἐγήγερται κατὰ αὐτὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν ἐκεῖσε πάντα καταλιπὸν τὰ ἐντάφια. Εἰ δὲ, καθάπερ εἴρηται, γυμνὸν ἐκ τάφου τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα ἐξέθορεν, εὔδηλον πάντως ὡς

C

et *dialog.* III, interrog. 123; Anastasio Sinaitæ, libro VI *Hexaemeronis*, et cap. 4 *Ὁδηγοῦ*; Zachariæ Mityleuæo *De mundi opificio*, Joanni Damasceno, lib. II *De fide orthodoxa*, cap. 3, et lib. IV, cap. 14. Ex Patribus Latinis in eadem sententia sunt Ambrosius lib. *in Hexaemeron*, cap. 5. et Præfat. in Psalmos; Hieronymus in cap. I *Epistolæ ad Titum*; Cassianus collat. VIII, cap. 3. Et quidem si cavisset Moses angelorum creationem reticendo ne idololatriæ occasionem Judæis præberet, nunquam naturæ angelicæ in suis voluminibus meminisset, quod quidem non facit. Epiphanius quidem hæresi LXV, Theodoretus interrogatione III *in Genes.*; Basilius Seleuciensis *orat.* I; Procopius Gazæus *Commentario in Genesin*, Augustinus lib. XXII *contra Faustum*, cap. 10; lib. II *De Genesi ad litteram* cap 8, et lib. XI *De civitate Dei*, cap. 19. Sed et Julius Africanus, lib. II, cap. 2; auctor Commentarii in Genesin sancto Eucherio ascripti; Gregorius Magnus lib. XXXVIII *Moral.*, cap. 12; Rupertus abbas lib. I *De Trinitate*, cap. 10, et lib. III *De glorificatione Trinitatis*, cap. 3; Gennadius Massiliensis lib. *De dogmatibus ecclesiasticis*, cap. 10; auctor Commentariorum in Psalmos, inter opera D. Hieronymi editorum, *in Psalmum* CXXVII; Ansbertus *in Apocalypsim*, lib. V, cap. 12. Hugo Victorinus, tract. II *Summæ sententiarum*; Thomas Aquinas, 1, 1, Q. LXI, art. 3, angelos una cum mundo conditos fuisse existimant. Ipse quidem hanc litem meam non facio, Deo enim universitatem efficienti non aderam utpote qui sero ab eodem in lucem eductus; sed si hæc posterior sententia probabilior est, ut Thomas etiam arbitratur, ipse crediderim potius, ideo Mosen de angelis initio Geneseos mentionem non fecisse, quod sibi tantummodo aspectabilis et materiati generationem describere proposuisset. Quod si quis in controversiam vocet, et dubitet, an angeli prorsus incorporei sint, opponere possem hanc opinionem jam fere ab omnibus hodie approbatam mihi quoque probari, quamvis tota fere antiquitas repugnare videatur, ut superius ostendimus (not. 59). Sed si Augustini sententiæ inhærendum esset, angelorum sub lucis nomine mentionem a Mose fieri affirmare possemus, ut in ejus laudatis operibus et in *Confessionibus* etiam videre est; et hanc secutus est quoque Rupertus abbas in citato opere.

D

(26) Horum multa disputat Glycas etiam part. I *Annalium*.

(27) Vide supra Epist. 3.

(28) Vide supra Epist. 2.

* Eodem interprete.

οὐκ ἔτι σκέπης τοιαύτης τινὸς, καθὰ καὶ πρότερον, ἐχρῆζεν, ὁποῖον ἄρα κἀκεῖνο τὸ πρὸ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ σῶμα ἐτύγχανεν, εἴτε τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦν. Ἄφθαρτοι μὲν οὖν ἀνίστανται ἅπαντες ἡλικίᾳ τε πρὸς ἀλλήλους καὶ εἴδει κατ' οὐδὲν διαφέροντες. Καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε, μηδὲ ξένον τὸ πρᾶγμα ἡγοῦ. Εἰ γὰρ ἀκριβῶς ἐννοήσεις ὅπως ὁ οὐκ εὐμήκης τοῦ σίτου κόκκος καὶ ὁ πάνυ σμικρὸς, ἐπειδὰν τῇ γῇ καταβληθῶσιν, ἴσους τε καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀναδιδόασι στάχυας, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἀπορήσαις, εἴπερ ὁ προβεβηκὼς καὶ ὁ ἐν σπαργάνοις τὴν ψυχὴν ἀφεὶς ἀκμάζοντες ἐν τῇ ἀναστάσει ἐγείρονται κατὰ τὸν πρῶτον ἐκεῖνον Ἀδὰμ, τὸν πρὸ τῆς παραβάσεως δηλαδή. Ἡ γὰρ ἀνάστασις οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασις, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ τοῦ σίτου κόκκος χωννύμενος τῇ γῇ καὶ σηπόμενος, εἰς αὐτὸν ἐπανέρχεται τὸν στάχυν, ὅθεν δηλονότι πέπτωκε. Καὶ εἰ μὴ πείθει τοῖς λεγομένοις, τῷ μακαρίῳ Παύλῳ πείσθητι λέγοντι, « Σπείρονται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρονται ἐν δυνάμει. » Τί τούτου παραδοξότερον; *Ἐν δυνάμει* γὰρ εἰπὼν, ἔδειξε προφανῶς ὅτι κατ' ἐκείνην τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν, « Ἐξαποστελεῖς » γάρ, φησὶ, « τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, » τέλειοι πάντως ἐγείρονται.

pus exsilivit, perspicuum omnino est illud amplius cujuscunque ejusmodi operimenti, prout (29) in antecessum, non indiguisse : quale utique et illud corpus erat quo ante prævaricationem Adamus instructus fuit. Si vero neque expers fuit illius, quæ divino munere conceditur, immortalitatis, corruptionis igitur expertes resurgent omnes, nihil ætate invicem et specie differentes (30). Neque hac de causa mirare, neque rem absurdam arbitrare : si enim diligenter expenderis quomodo brevia tritici grana, et exigua admodum, postquam terræ mandata fuerunt, æquales spicas, et omnino similes proferunt, haud utique tanta de re dubitabis, an ille scilicet qui maturis annis, et ille qui in incunabulis ante diem naturæ concessit, florenti æque integraque ætate in resurrectione revicturi sint secundum primum illum Adamum (31), qualis fuit ante transgressionem videlicet. Resurrectio enim nihil est aliud quam eorum qui ceciderunt, in integrum restitutio (31'), quemadmodum etiam tritici granum (32) terra obrutum et putrescens, in eamdem spicam iterum vertitur, unde scilicet excidit. Et si minus his quæ dicuntur fidem habes, crede beato Paulo dicenti : « Seminantur in infirmitate, resurgunt in virtute[1]. » Quid hoc mirabilius? *In virtute* enim dicens dilucide ostendit spiritali illa ætate, « Emittes, enim inquit, spiritum tuum et creabuntur[2] », perfectos (33) omnino omnes resurrecturos.

Ἄφθαρτοι μὲν οὖν ἀνίστανται ἅπαντες, μήτε βρώσει, μήτε πόσει, καθάπερ εἴρηται, χρώμενοι. Ἀλλὰ μὴ ἀπίστει τοῖς λεγομένοις. Εἰ γὰρ ἔτι τοῖς φυσικοῖς ὑπέκειντο πάθεσι, πείνῃ λέγω καὶ δίψει, καὶ τοῖς ἄλλοις ἁπλῶς οἷς ὑποπεσεῖν κατεκρίθη μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος, οὐ μὲν οὖν αὐτοὺς ἀφθάρτους ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι εἴποι τις ἄν. Κατὰ γὰρ τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην, ἀμήχανον ἄφθαρτον διαμένειν τὸν αἰσθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γενόμενον. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι φθορᾶς ἀνώτεροι ἐγείρονται πάντες

Incorruptibiles igitur omnes resurgent, neque alimento, neque potione, ut diximus, utentes. Sed ne fidem abroga his quæ dicuntur : si enim adhuc naturalibus passionibus subjicerentur, fami, inquam, ac siti, et aliis (34), ut uno verbo dicam, quibus homo ob peccatum succumbere condemnatus est, igitur incorruptibiles a mortuis non esse resurrecturos jure quis dicat. Juxta enim Damascenum Joannem, impossibile est incorruptibilem permanere eum qui sensile alimentum participat (35). Sed res profecto haud ita se habet (36).

[1] I Cor. xv, 43. [2] Psal. cm, 30.

(29) Judæi tamen somniant homines vestibus, cum quibus sepulti fuere, vel a Deo receus creatis, indutos, resurrecturos esse, ut in tract. *Sanhedrin*, R. Jonathan in *Cohel. Rubba*, Talmud. Jerosol. Chilai cap. 9 videre est.

(30) Vide Augustinum a nobis inferius advocatum.

(31) Vide superius epist. 2 et 3.

(31') Superius col. 715 A.

(32) Celeberrima comparatio a Paulo apostolo primum usurpata, et deinde ab omnibus ecclesiasticis scriptoribus, et præcipue Athenagora *De resurrectione*, Tertulliano item *De resurrect.*, Rufino *in Symbolum*, et Joan. Damasceno pariter *De resurrectione*.

(33) De perfectione et decore corporum justorum post resurrectionem, vide quæ late disputat Tertullianus *De resurrectione carnis*, Augustinus lib. XXII *De civ. Dei*, cap. 19 et 20, et *Enchirid.* cap. 90.

(34) Vide superius, epist. 2.

(35) Vide adnotata inferius.

(36) In aliam it sententiam magnus Augustinus lib. XIII *De civit. Dei*, cap. 22 : « Corpora ergo justorum quæ in resurrectione futura sunt, neque ullo ligno indigebunt, quo fiat, ut nullo morbo vel senectute inveterata moriantur : neque ullis aliis corporalibus alimentis, quibus esuriendi ac sitiendi qualiscunque molestia devitetur : quoniam certo, et omni modo inviolabili munere immortalitatis inducntur, ut nonnisi velint possibilitate, non necessitate vescantur. Quod angeli quoque visibiliter et tractabiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia volebant et poterant, ut homin bus congruerent, sui ministerii quadam humanitate fecerunt. Neque enim in phantasmate angelos edisse credendum est, quando homines eos hospitio susceperunt, quamvis utrum angeli essent ignorantibus consimili nobis indigentia vesci viderentur. Unde est quod ait angelus in libro Tobiæ : « Videbatis me manducare, sed vestro visu me videbatis, » id est necessitate corporis reficiendi sicut vos facitis, me cibum sumere putabatis. Sed si forte de angelis aliud credibilius disputari potest, certe fides Christiana de ipso Salvatore non dubitat, qui etiam post resurrectionem, jam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit.

Si enim credimus universos homines corruptione superiores esse resurrecturos, responde jam, quidnam futurum sit, quod eos sensilem cibum sumere compellat (37)? Si vero secundum etiam angelorum similitudinem, ut divus Gregorius Nyssenus ait, vivet in resurrectione homo (inquit enim: Et erunt omnes ut angeli Dei), quomodo ipsum cibi et potionis indigentem affirmamus? Impossibile hoc omnino, impossibile. Si enim alimentis utimur in præsentiarum, ex eo est quod naturam ipsam habemus quæ nos compellit; sed, quemadmodum Nyssenus inquit, hoc tum ministerio liberabitur homo, et æque ac angeli se habebit, sicut in Evangelio Dominus dicit. Sed Joannes quoque Damascenus in suo capite centesimo *De resurrectione* ita dicit ad verbum : « Seminatur corpus animale, crassum videlicet et mortale : resurgit corpus spirituale, quale fuit Domini corpus post resurrectionem, clausas januas pervadens, indefatigabile, nutrimenti, somni et potionis haud indigum. Vitam enim æqualem angelis in omnibus homo tunc vivet, juxta eum qui dicit : Et erunt omnes ut angeli Dei (38). »

Sed quid multis opus est verbis? Si Christum ipsum præ cunctis habere debemus, qui bona illa accepturi sunt, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, aliam vivendi rationem, ut arbitror, participare nunquam compellentur. Beatitatem vero illam, non sensiles epulas (39) esse, sed intelligibilem potius ex ipsa visione lætitiam in sanctis excitatam, ipse Dominus demonstravit cum ita dixit : « Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, etiam illi sint mecum, ut meam gloriam contemplentur. » Attende igitur : non dixit, « ut participent, » sed, « ut contemplentur gloriam meam. » Inde igitur demonstravit, ut aurea verba fundens Joannes ait tale divinum dictum enarrans, omnem hanc requiem in Dei Filii contemplatione consistere (40). Uti enim ii qui solis radios speculantur, aereque fruuntur, tenuissimam ex aspectu habent delectationem, ita quoque tunc erit. Etenim intelligibilis ibi ex contemplatione lætitia in sanctis, ut dictum est, excitabitur. Hoc ipsum utique consultum stabilit etiam divinissimus Joannes Damascenus de intemeratis Christi mysteriis verba faciens, et ea quæ sequuntur dicit : « Sancta hæc sacramenta simulacra futurorum dicuntur, non quia vere non

(37) Superius col. 702.

(38) Tertullianus. *De resur. carn.* « Transituri in statum angelicum per indumentum illud incorruptibilitatis, per substantiæ resuscitatæ tamen demutationem. » Rufinus *Expos. in Symbol.* : « Resurrectionis ergo virtus angelicum hominibus confert statum, ut qui de terra resurrexerunt, non iterum in terra cum quadrupedibus, sed in cœlo cum angelis vivant. »

(39) Perperam igitur theologi quidam pertendunt gustus tactusque voluptatibus et ejusmodi deliciis beatos in cœlo etiam fruituros : et hinc exculcatur Cerinthi hæresis, et eorum Chiliastarum, qui homines postquam resurrexerint cum Christo in hoc mundo regnaturos, deliciis omnibus et voluptatibus affluentes, affirmant, de quibus vide Eusebium Cæsariensem lib. III *Histor. eccles.*, cap. 21 et 50, et lib. VII, cap. 21, et Augustinum lib. XIX *De civit. Dei*, cap. 7, ut reliquos omittam.

(40) Illinc recte vir doctus Avicenna justorum secundum obitum felicitatem juxta Muhammedis placita exponens, in una Dei contemplatione eam collocat, et ἀλληγορικῶς interpretatur, quæ ψευδοπροφήτης ille de sensibilibus voluptatibus videtur ingerere. Vide ejus opus de *Almahad*.

A οἱ ἄνθρωποι, τί τὸ καταναγκάζον αὐτοὺς αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως ; Δὸς ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. Εἰ δὲ καὶ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγγέλων, ὡς ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος, ἐν τῇ ἀναστάσει ζήσεται ἄνθρωπος (Καὶ ἔσονται γάρ, φησί, πάντες ὡς ἄγγελοι Θεοῦ), πῶς αὐτὸν ἐνδεᾶ βρώσεως καὶ πόσεως εἴπωμεν; Ἀμήχανον τοῦτο· πάντως, ἀμήχανον. Εἰ γὰρ καὶ βρώσεσι χρώμεθα σήμερον, ἅτε τὴν φύσιν αὐτὴν ἔχοντες ἀναγκάζουσαν, ἀλλὰ, καθάπερ ὁ Νύσσης φησί, τῆς λειτουργίας ταύτης ἀπαλλαγήσεται τότε ὁ ἄνθρωπος καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐξ ἴσου διατεθήσεται, καθὼς ἐν Εὐαγγελίοις ἔφη ὁ Κύριος. Ἀλλὰ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* ἑκατοστῷ κεφαλαίῳ αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτω φησίν· « Σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἤγουν παχύ τε καὶ θνητόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν, οἷον τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα μετὰ τὴν ἀνάστασιν, κεκλεισμένων ὄντων θυρῶν διερχόμενον, ἀκοπίαστον, τροφῆς, ὕπνου καὶ πόσεως ἀνενδεές. Βίον γὰρ ἰσάγγελον ἐπὶ πᾶσι τότε ζήσεται ἄνθρωπος κατὰ τὸν εἰπόντα, Καὶ ἔσονται πάντες ὡς ἄγγελοι Θεοῦ. »

B

Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ τὸν Χριστὸν αὐτὸν ἀντὶ πάντων ἔχειν ὀφείλοντες οἱ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἀπολαβεῖν μέλλοντες ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, διαίτης ἑτέρας, ὡς οἶμαι, μετασχεῖν οὐκ ἄν ποτε προαχθήσονται. Ὅτι δὲ ἡ μακαριότης ἐκείνη οὐ βρῶσις αἰσθητή ἐστιν, ἀλλ' ἡ νοητὴ μᾶλλον C εὐφροσύνη διὰ θέας ἐγγινομένη τοῖς ἁγίοις, αὐτὸς ὁ Κύριος ἔδειξεν ἐν οἷς οὕτως ἔλεγε· « Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν. » Πρόσεχε οὖν· οὐκ εἶπεν, « ἵνα μετέχωσιν, » ἀλλ' « ἵνα θεωρῶσι τῆν δόξαν τὴν ἐμήν. » Ἔδειξεν οὖν ἐντεῦθεν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ τὸ τοιοῦτον ἐπεξηγούμενος θεῖον ῥητὸν, ὅτι πᾶσα ἀνάπαυσις αὕτη ἐστὶν εἰς τὸ θεωρεῖν εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ὥσπερ γὰρ οἱ πρὸς τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου θεωροῦντες καὶ ἀέρος ἀπολαύοντες λεπτοτάτην ἀπὸ τῆς ὄψεως ἔχουσι τὴν ἀπόλαυσιν, οὕτως ἔσται καὶ τότε. Νοητὴ καὶ γὰρ εὐφροσύνη ἐκεῖσε διὰ θέας ἐγγινομένη τοῖς ἁγίοις, ὡς εἴρηται. Τοῦτο μέντοι τὸ δόγμα D συνίστησι καὶ ὁ θειότατος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς περὶ τῶν ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ τάδε φησί· « Τὰ ἅγια ταῦτα μυστήρια τῶν μελλόντων ἀντίτυπα λέγεται οὐχ ὅτι

σῶμα καὶ αἷμα οὐκ εἰσὶν ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας. » Καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* κεφαλαίῳ αὐτοῦ τοιαῖσδε περὶ τούτου κέχρηται συλλαβαῖς· « Οἱ δὲ τἀγαθὰ πράξαντες ἐκλάμψουσιν ὥσπερ ὁ ἥλιος ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὁρῶντες αὐτὸν καὶ ὁρώμενοι, καὶ ἄληκτον τὴν ἀπ' αὐτοῦ εὐφροσύνην καρπούμενοι. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι βρῶσι; καὶ πόσις αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι κόρον ἐκεῖσε οὐχ ἕξουσιν οἱ ἐσθίοντες αὐτὸν, αὐτὸς ἔδειξε διὰ τοῦ προφήτου ὁ Κύριος οὕτως εἰπών· « Οἱ τρώγοντές με πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με διψήσουσι. »

Μὴ περὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἀμφισβήτει καὶ πόσεως. Εἰ γὰρ καὶ φαγεῖν τὸν Χριστὸν καὶ πιεῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν αἱ θεῖαι Βίβλοι διαγορεύουσιν, ἀλλ' ἐπὶ τούτοις διαταράττεσθαι τὴν οὐ δέον ἀγχίνοιαν. Οὐδὲ γὰρ νόμῳ φύσεως ἔφαγε διαπνευσθείσης αὐτῷ τῆς σαρκὸς, καὶ τὸ ἐνδέον ζητούσης ἀναπληρῶσαι, καθάπερ καὶ πρότερον· χάριν δὲ πάντως τοῦ τὴν τελείαν τοὺς ἀποστόλους πληροφορίαν λαβεῖν περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεως αὐτοῦ. Ἔτι γὰρ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγε. Μὴ οὖν ἐπὶ τούτοις ἀμφίβαλλε· μηδὲ λογισμοῖς τὸ πᾶν ἐπίτρεπε, Πῶς ἔφαγε, λέγων, ποῦ δὲ καὶ τὰ βρωθέντα κεχώρηκε; Τοιοῦτόν τι λέγε μηδὲν, ἀκριβῶς εἰδὼς; ὅπως οἱ ξενισθέντες ἐκεῖνοι παρὰ τῷ θείῳ Ἀβραὰμ θειότατοι ἄγγελοι τὰ παρατεθέντα δεδαπανήκασι βρώματα. Ὅθεν καὶ πρὸς ἀφθαρσίαν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα μεταποιηθὲν παραδόξως οὕτως ἐγήγερται, καὶ τοῦ λίθου τῷ τάφῳ ἐπικειμένου καὶ τῶν σφραγίδων ἐκεῖσε ἀπηωρημένων. Ἀλλὰ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων τοῖς ἀποστόλοις ἐφίσταται. Παχύτητος γὰρ πάσης ἐκτὸς γεγονὼς οὐδαμῶς ἐκώλυτο παρά τινων εἰσερχόμενός τε καὶ ἐξερχόμενος. Ὥστε εἰ καὶ τύπους ἐδείκνυε τῶν ἥλων, εἰ καὶ θνητῇ χειρὶ πολυπραγμονούμενος ἦν, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο θαυμάζειν σε ἄξιον. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐπαπορούμενος οἷον ἐπὶ τούτοις, πρὸς δὲ καὶ ἐπιλύων τὸ τοιοῦτον ἀπόρημά φησιν, ὅτι συγκαταβάσεως ἦν τὸ γινόμενον. Τὸ γὰρ οὕτω λεπτὸν καὶ κοῦφον ὡς κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἰσελθεῖν, ὠτειλὰς ἐν αὐτῷ φέρειν οὐκ ἔπρεπεν, ὅτι καὶ παχύτητος πάσης ἀπήλλακτο. Τούτοις καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος ἐν τῷ *Περὶ ἀνα-*

sint Christi corpus et sanguis (41), sed quia nunc per illa Christi divinitatem participamus, tunc vero intelligibiter per solum intuitum. » Et in suo eodem capite *De resurrectione*, talibus super hoc syllabis usus est : « Qui autem bona fecerint, fulgebunt sicut sol in ipso Domino nostro Jesu Christo, videntes ipsum, et visi, et indeficientis ex ipso lætitiæ fructum colligentes. » Hæc autem ita se habere, et cibum et potionem ipsum esse Christum, et nullam ibi satietatem, qui ea comedunt, habituros, ipse Dominus per prophetam ostendit ita dicens : « Qui comedunt me, esurient; et qui bibunt me, sitient [1]. »

Ne igitur in sensili alimento et poculo ancipiteni te traducito. Si enim comedisse Christum et bibisse post resurrectionem divini libri testantur, non opus est ut super his torqueatur ingenium. Non enim naturæ lege comedebat, cum ejus caro jam spiritalis effecta esset (42), nec necessario quæreret, quemadmodum prius, saturari; sed ea tantum de causa profecto ut apostoli certum et indubitatum suæ a mortuis resurrectionis argumentum acciperent. Adhuc enim iis ex gaudio non credentibus, cum cibum sumpsisset coram illis manducavit. Ne igitur de his dubita : neque ratiocinationibus totum concede, Quomodo comedit, dicens, vel quo comesa secessere? Nihil hujusmodi dicito, cum exacte noveris quomodo illi a divino Abrahamo hospitio excepti divinissimi angeli appositas epulas absumpsere. Unde et ad incorruptionem Domini corpus translatum mirabiliter ita resurrexit, et lapide adhuc sepulcro super imposito, et sigillis ibidem suspensis, sed et clausis januis apostolis apparuit : crassitudine enim omni deposita, nulla re unquam ne ingrederetur vel egrederetur, prohibebatur. Si vero formas clavorum ostendit, vel mortali manu contrectatus est, non tamen ob hoc ipsum admiratione te percelli par est. Vide enim quomodo et aureo eloquio manans Joannes de his ipsis dubitans, et ejusmodi insuper difficultatem dissolvens ait, hoc ipsum factum esse ut aliorum infirmitati consuleretur. Tam subtile enim ac leve ut januis clausis intraret (43), cicatrices in se ferre dedecebat, utpote quod et quacunque erat crassitudine liberum. Hisce et divi-

[1] Eccli. xxiv, 29.

(41) Observa Damasceni et Glycæ fidem de vera Christi in pane eucharistico præsentia.

(42) Glycas noster parte III *Annal.* : Κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, τοὺς μαθητὰς ἐπιστηρίξαι βουλόμενος ἡμέρας ἐντεῦθα ποιεῖ μ' ὀπτανόμενος αὐτοῖς ἔστιν ὅτε καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην διαλεγόμενος, ὠτειλὰς ἐν τῷ θεοειδεῖ δεικνύων ἐκείνῳ σώματι, συνεσθίων αὐτοῖς ἅμα καὶ πίνων, οὐχ ὡς τροφῆς δεόμενος, ἀλλὰ πιστούμενος, καὶ τἄλλα πάντα ποιῶν ὅσαπερ εἴωθε τοὺς ἀσθενεῖς ἀσφαλίζεσθαι, etc. « Nam de magni Athanasii sententia, propterea dies in terris XL commoratus est Dominus, quod discipulos confirmare vellet. Idcirco se conspiciendum eis interdum præbet, amice pacificeque cum eis loquitur, cicatrices in corpore divino commonstrat : comedit atque bibit una, cætera denique facit omnia quæ ad confirmandos imbecilles aliquid afferre momenti possent. Sed vide quæ nos paulo superius ex magno Augustino protulimus.

(43) Non tamen ob subtilitatem intrabat, sed ob divinam virtutem : intelligi enim non potest quomodo sine partium disjunctione, subtile corpus, corpus aliud densum ac solidum penetrare possit. Adde quod eadem modo ex Virginis matris utero clauso egressus est, licet crasso corpore circumdatus, adeoque non corporis natura, sed divina virtute, id fieri credendum est.

nissimus Anastasius astipulatur, in suo *De resurrectione* libello ita ad verbum dissertans : « Clausis januis ingressus est Dominus, et discipulis manus ostendit : et illud quidem secundum naturam fecit. Natura enim comparatum est, ut spiritale corpus solida quæque, nullo prohibente, pervadat; hoc vero secundum dispensationem ostenditur, ut corpus, quod perpessum fuerat, resurrexisse jam crederent. » Reliquum est igitur ut hæc facta fuerint, quemadmodum laudati divini Patres affirmant, ut resurrectio crederetur, et ut illum ipsum qui crucifixus fuerat, et non alium, resurrexisse intelligerent. His concinens et Dominus ipse discipulis inquiebat : « Videte manus meas, quia ego sum. » Si hæc autem ita se habent, absurdum omnino est proprio nos ratiocinio persuasos aliter evangelica et divina dicta accipere; siquidem talia et eos ipsos in primis sancto Spiritu afflatos edisserentes habemus. Sed quid multis hæc diducere oportet? Nisi, secundum aurea eloquentiæ flumina fundentem Joannem, dicimus clavorum formas discipulorum gratia certo consilio ostensas fuisse, necessarium omnino est affirmare, fore ut ex mortuis resurrecturi, quorum ipse Christus primogenitus fuit, tunc ita resurgant quemadmodum et terra defossi sunt in antecessum, sive nocumentum habentes, sive alio modo corpora detruncata ferentes (44). Et spiritus quidem non erat Domini corpus, ut trepidi discipuli existimabant, secus enim coram illis non manducasset; non mulieres illæ ejus pedes exosculatæ essent; non ipse Dominus dixisset : « Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere[1]. » Quamobrem spiritus quidem Domini corpus non erat, subtile vero pariter, et leve, et spiritale, utpote a sanctissimo Spiritu (45) gubernatum. Nisi enim res ita se habuisset, haud equidem unius horæ spatio in diversis locis apparuisset; non heri visum et cognitum, inadspicuum hodie ignotumque fuisset. Cum enim, ut diximus, incorruptibile evasisset, corruptibilibus oculis facile nec videbatur nec cognoscebatur, sed quando tantum ipse volebat, quemadmodum cum discipulis concedebat ut ipsum intuerentur. Et isthuc ipsum est quod evangelista Joannes dicebat : « Manifestavit Jesus semetipsum discipulis suis, cum a mortuis resurrexisset. » *Manifestavit* enim dicens aperte ostendit, cum a discipulis non aliter post resurrectionem visum fuisse quam si indulgentia quadam in eos uteretur, quam si in aliam (46)

A στάσεως αὐτοῦ λόγῳ κατὰ λέξιν οὕτω διέξεισιν· « Εἰσῆλθεν ὁ Κύριος τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ τὰς χεῖρας ὑπέδειξε τοῖς μαθηταῖς, τὸ μὲν κατὰ φύσιν ποιήσας, πέφυκε γὰρ τὸ πνευματικὸν σῶμα διὰ τῶν στεγανῶν ἀκωλύτως διέρχεσθαι· τὸ δὲ κατ' οἰκονομίαν, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι τὸ πεπονθὸς ἀνέστη σῶμα, δείκνυται. » Ταῦτα λοιπὸν, ὡς οἱ διαληφθέντες θεῖοι Πατέρες φασὶν, ὥστε πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὥστε μαθεῖν ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ σταυρωθεὶς, καὶ οὐκ ἄλλος ἂν τούτου ἀνέστη. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς, « Ἴδετε τὰς χεῖράς μου, ὅτι ἐγώ εἰμι. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πάντως οὐκ εὔλογον τῷ ἰδίῳ λογισμῷ πειθομένους ἡμᾶς ἑτέρως ἐκλαμβάνειν τὰ εὐαγγελικὰ καὶ θεῖα ῥητά· εἴ γε τὰ τοιαῦτα καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἔχομεν ἐπεξηγουμέ- B νους τῷ Πνεύματι. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν ; Εἰ μὴ κατὰ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην οἰκονομικῶς εἴπωμεν τοὺς τύπους τῶν ἥλων ὑποδεικνύεσθαι χάριν τῶν μαθητῶν, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τοὺς ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένους, ὧν γέγονε πρωτότοκος αὐτὸς Χριστὸς, οὕτως ἐγερθῆναι τότε, καθὼς ἄρα καὶ τῇ γῇ καταληφθῆναι ἐφθάκεισαν, εἴτε λώβην ἔχοντες εἴτε καὶ ἄλλως πως ἠκρωτηριασμένα τὰ σώματα φέροντες. Καὶ πνεῦμα μὲν οὐκ ἦν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, καθάπερ οἱ μαθηταὶ πτοούμενοι ὑπελάμβανον. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν, οὐκ ἂν αἱ γυναῖκες ἐκεῖναι τοὺς πόδας αὐτοῦ κατησπάζοντο, οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Κύριος ἔλεγεν ὅτι « Τὸ πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. » Ὅθεν πνεῦμα μὲν οὐκ ἦν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα· C λεπτὸν δὲ ὅμως καὶ κοῦφον καὶ πνευματικὸν ὡς τῷ παναγίῳ Πνεύματι διοικούμενον. Εἰ δὲ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐν μιᾷ ὥρᾳ κατὰ διαφόρους τόπους ἐφαίνετο, οὐκ ἂν τὸ χθὲς ὁρώμενόν τε καὶ γνωριζόμενον ἀόρατόν τε σήμερον καὶ ἄγνωστον ἦν. Ἄφθαρτον γὰρ, ὡς εἴρηται, γεγονὸς, φθαρτοῖς ὄμμασιν εὐχερῶς οὐ μὲν οὖν ἐβλέπετό τε καὶ ἐγνωρίζετο, ἀλλ' ἡνίκα πάντως ἤθελε, καὶ καθὼς αὐτὸς συνεχώρει τοῖς μαθηταῖς αὐτὸν καθορᾶν. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἔλεγεν· « Ἐφανέρωσεν ὁ Ἰησοῦς ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. » Τὸ γὰρ « ἐφανέρωσεν » εἰπὼν, ἐδειξε προφανῶς ὡς οὐκ ἂν ἑώρων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ μετ' αὐτὴν ἀνάστασιν, εἰ μὴ συγκαταβάσει χρώμενος ἦν, εἰ D μὴ πρὸς ἑτέραν ἠλλοιοῦτο μορφήν. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ εὐαγγελικὴ φησιν ἱστορία ὅτι ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ. Δείκνυσι γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι τὸ πνευματικὸν σῶμα σαρκὸς ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, εἰ μὴ πρὸς ἑτέραν ἀλλοιωθῇ παραδόξως μορφήν. Ἀλλοιοῦται καὶ γὰρ κατὰ πρόθεσιν τῆς κεχρημένης

[1] Luc. XXIV, 39.

(44) Integra omnino et perfecta justorum hominum corpora suscitanda e terra esse, docent præter alios, Tertull., *De resurr. carn.*, et August., in lib. *De civit. Dei.*

(45) Secus et melius Augustinus lib. XIII *De civ. Dei*, cap. 20 : « Caro spiritui serviens recte appellatur spiritualis, non quod in spiritum convertatur, sicut nonnulli putant, ex eo quod scriptum est, « Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale; » sed quia spiritui summa et mirabili obtemperandi facilitate subdetur usque ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimam voluntatem, omni molestiæ sensu, omni corruptibilitate et tarditate, detracta. »

(46) Non in aliam formam « conversus Deus. Vide Hieronymum et Platonem. Quod si humanam

αὐτῷ ψυχῆς, ὦ, ὁ τὰ θεῖα φησὶν σοφὸς Ἀναστάσιος, πρός γε τὴν κατεπείγουσαν οἰκονομίαν. Εἰ δὲ τὸ παναγίου τοῦ Χριστοῦ σῶμα τοιοῦτον ἦν, ἀφ' οὗ καὶ πᾶσι ταῖς ἡμετέροις σώμασιν ἡ τῆς ἀναστάσεως χάρις κεχάρισται, (καὶ πῶς γὰρ οὐ κεχάρισται, εἴγε διὰ νεφελῶν ἁρπαγήσονται πρὸς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα;) περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος ἐπαπορεῖν σε πλέον οὐκ ἄξιον, εἴγε τοῦ μεγάλου Παύλου καὶ μᾶλλον οὕτως ἤκουσας λέγοντος· « Μετασχηματίσει τότε τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ὁ Σωτὴρ, εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῆς δόξης αὐτοῦ. »

A formam converteretur. Secundum enim hoc ipsum evangelica historia ait apparuisse discipulis alia forma. Ostendit enim exinde spirituale corpus carnis oculis videri non posse, nisi in aliam formam mirabiliter convertatur. Immutatur enim ad animæ, quæ eo utitur, arbitrium, ut divinarum rerum consultissimus Anastasius affirmat, et ad necessitatem dispensationem. Si vero Christi sanctissimi corpus ejusmodi erat, a quo et omnibus nostris corporibus illa resurrectionis (47) gratia donata est, (et profecto quomodo donata non est, si in occursum Domini per medias nubes rapientur in aera?) de proposita quæstione te amplius dubitare dignum non est; et eo magis quod magnum Paulum ita dicentem audisti: « Transformabit tunc nostrum humile corpus Servator, adeo ut ejus glorioso corpori conforme prorsus evadat. »

Τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦτο, θεοείκελε ἄνερ, ὃ νῦν περικείμεθα, ψυχικόν ἐστιν, ἤγουν παχύ τε καὶ θνητόν, ταῖς φυσικαῖς καὶ ψυχικαῖς ποιότησι καὶ δυνάμεσι διοικούμενόν τε καὶ ζωογονούμενον τῇ ζωτικῇ, ἥτις ἐν τῇ καρδίᾳ θεωρεῖται, διά γε τῶν ἀρτηριῶν ἐσαγουσῶν καὶ ἐξαγουσῶν συνέχουσαν ἡμῶν τὴν ζωήν, καὶ τῇ κατὰ τὸ ἧπαρ φυσικῇ, ἥτις καὶ θρεπτικὴ λέγεται διὰ τῶν ἐκφυομένων ἐκεῖ φλεβῶν ὅλον ἐπαρδεύουσά τε σῶμα, καὶ τρέφουσα, καὶ

B Corpus enim hoc, divine vir, quo nunc circumdamur, animale est, crassum scilicet et mortale, et naturalibus atque animalibus qualitatibus (48) et potentiis gubernatum, et vitali quidem vivificatum, quæ in corde conspicitur, et per arterias inducentes (49) et educentes nostram continens vitam; et naturali, quæ in jecinore est, et quæ etiam nutritiva dicitur, quæque ob nascentes ibidem venas (50) totum irrigat corpus ac nutrit;

naturam assumpsit, forma tamen Dei usque remansit: nec Christus unquam, post carnem assumptam, formam mentitus esse in evangelica historia legitur.

(47) Consule Augustinum lib. XIII *De civ. Dei*, cap. 23.

(48) Hanc eamdem doctrinam Glycas noster parte I *Annal.* ingerit, Platonis sententiæ, ut videtur, inhærens; ita enim scribit: Πρὸς τούτοις εἰδέναι καὶ τοῦτό σε βούλομαι, ὅτι τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς τῷ ἥπατι ἐγκαθίδρυται, τὸ δὲ θυμικὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ποιεῖται τὴν οἴκησιν, τὸ δὲ λογικὸν ἐν αὐτῷ τῷ ἐγκεφάλῳ. « Præter hæc etiam illud te scire volo partem eam animi, quæ appetendi facultatem continet, in jecinore sedem suam obtinere; alteram, qua irascendi vis continetur in corde; rationis denique domicilium in cerebro esse. » Et *Annal.* pariter parte I cum unam tantum esse animam demonstrasset, diversis eam facultatibus præditam recte ac sapienter affirmat, easque ita distribuit: Αὐτίκα γὰρ τὸ μὲν θυμικὸν αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ λέγουσι ποιεῖσθαι τὴν οἴκησιν· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ὁμοίως ἐν τῷ ἥπατι. Ἡ δὲ λογικὴ αὐτοῦ καθαπτομένη τοῦ ἐγκεφάλου, δι' αὐτοῦ τοῖς πᾶσιν ἐπιλάμπαται καὶ δείκνυται. « Ac pars quidem ejus illa, quæ vim irascendi continet, sedem in corde fertur obtinere; altera vero, qua concupiscimus, in jecinore; tertia, quæ rationis facultas est, in cerebro sita, per id omnibus sese declarat. » Hæc quidem Platonis sententia, quam exponit lib. VI *De Repub.* et de qua Cicero I *Tuscul. Quæst.*, et eleganter Claudianus *De IV consulatu Honorii*, ut Platonis enarratores omittam. Reprehendit in eodem loco Michael Apollinarium, Laodiceæ antistitem, quasi duas animas in homine collocarit et partem brutam ac rationis expertem a rationali aut intelligente separaverit; Plotinumque simul damnat quod hominem mente, anima, et corpore, constare dixerit. Sed si probe res expendatur, eorum sententia verbis tantum, non re, a nostra discrepat, et multi etiam veterum Patrum idem ac illi sensere: non enim plures animas inducebant, sed plures animæ partes vel facultates, quod et ipse Michael fatetur. Vult tamen hic animam per omnia membra diffusam toto corpore contineri, nec in aliqua tantum peculiari corporis parte residere, contra Aristotelem, qui eam in corde, et Platonem, qui in capite certisque sedibus posuit. Michael insuper Platonis vehiculum seu substantiam mediam corpoream admittere in homine videtur; de qua tam multi legi possunt apud Platonicos et veteres Ecclesiæ Patres, ut Origenem, Hieronymum, aliosque, quos modo recensere non vacat.

(49) Recte admodum ac sapienter Glycas noster arteriarum originem ex corde deducit, ut videre est apud Thomam Bartholinum libell. II *De arteriis*. Quod autem eas ἐξαγούσας, *educentes*, et ἐσαγούσας, *inducentes*, dicat, humorum circulum quemdam inducere videtur, id quod multis ex antiquioribus quoque persuasum fuit, ut auctori lib. I *De victus ratione*; Hippocrati in medio libelli *De ossium natura*, et in fine libri *De natura humana*; auctori libri *De alimento*; Diogeni Apolloniati apud Aristotelem lib. III *Histor. Animal.*, cap. 2, et lib. *De somno*, cap. 3, et Platoni in *Timæo*. Et id quidem de sanguine præcipue intelligendum esse censet Jo. Walæus *Epistola de motu chyli et sanguinis, ad Thom. Bartholinum*. Cæterum mirari subit, cum hi omnes auctores aliquali, ut quibusdam videtur, motus sanguinis circularis cognitioni præluxissent, adeo per multa sæcula hanc hominem coctos latuisse, ut proximiore ætate tantum, Michaele Serveto, Paulo Servita, Cæsalpino, Columbo, Guil. Harvæio tandem ducibus, in eam prospero quodam fato devenerint, et rem verissimam perspicue ac dilucide comprehenderint, ut laudata epistola Jo. Walæus et Jo. Bapt. Morgagnius V. C. epistola I memoriæ prodiderunt.

(50) Non mirandum quidem si Glycas noster initia venarum ex hepate deducit; id enim antiquorum multis persuasum fuit, et inter nostræ ætati proximiores Th. Bartholino libello *De venis*, cap. I. Et quidem quoad venam portæ et cavam, ex qua cava omnes prope aliæ venæ per corpus propagantur, Paulo Barbettæ *Anatom. pract.* cap. 8; Jo. Munnicks *De re anatom.*, et Mangeto, ut Wallæum, Heurnium aliosque omittam. Nisi mirum videatur Glycam Aristotelis repugnare voluisse,

et ea quæ in cerebro, quæque etiam animalis appellatur, quod per nervos et musculos sensum omnium et motum suppeditet corpori (51). Per ejusmodi enim animales virtutes omnis nostra vita consistit. Animale autem corpus, quemadmodum narravimus, se habere, atque ita ex iis constare, quæ præcedens sermo manifestavit, liquet etiam ex ipsis operibus, neque minus ex ea comprehendentibus in Evangelio secundum Marcum legitimis præceptis. « Diliges enim, inquit, Dominum Deum tuum, ex tota mente tua, » etc. Cor enim dicens, et animam, et mentem, differentes animæ virtutes manifestavit : et illam vitalem, quam per cor indicavit; et illam naturalem, quam significavit per animam; et rationalem illam, quam per mentem sermo repræsentavit. Jubet enim omnibus animalibus potentiis diligere Deum. Ita nunc corpus nostrum vivificatur, quamobrem animale etiam dicitur. Tunc vero hisce omnibus liberum, ut illud quod nulli corruptioni obnoxium jam evasit, spiritale omnino erit, ineffabili modo a sanctissimo Spiritu gubernatum atque dispositum. Inde etiam Paulus dicebat : « Seminatur corpus animale, resurgit corpus spiritale. » Attende igitur : « Seminatur corpus animale, » crassum videlicet et mortale : « resurgit corpus spiritale, » hoc est, tenue et leve, et ætherium, et crassitie omni ac pondere liberatum, sed et a solo divino Spiritu gubernatum, ut divus Isidorus Pelusiota ait. Nunc enim, etsi nobis Spiritus sanctus assistit, anima tamen actionum dominium possidet; tunc vero hæc omnia aget juxta divini Spiritus leges, et hoc est quod Paulus dicebat : « Seminatur corpus animale, resurgit corpus spiritale. » Non enim deinceps animalibus potentiis regetur, animale enim

τῇ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἥτις καὶ ψυχικὴ λέγεται, διά γε τῶν νεύρων καὶ τῶν μυῶν αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν ὅλων χορηγοῦσα τῷ σώματι. Διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ψυχικῶν δυνάμεων πᾶσα συνίσταται ἡμῶν ἡ ζωή. Ὅτι δὲ τὸ ψυχικὸν σῶμα τοιαύτην ἔκφασιν κέκτηται καὶ οὕτως ἐκεῖθεν συνίσταται, καθ' ἃ καὶ φθάσας ὁ λόγος ἐγνώρισε, δῆλον μὲν καὶ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐμπεριεχομένων κατὰ Μάρκον εὐαγγελικῶν νομικῶν παραγγελμάτων. « Ἀγαπήσεις γάρ, φησὶ, Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, » κ. τ. λ. Καρδίαν γὰρ εἰπὼν, καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν, τὰς διαφόρους τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐδήλωσε, τήν τε ζωώδη ἣν διὰ καρδίας ἐνέφηνε, καὶ τὴν φυσικὴν ἣν διὰ τῆς ψυχῆς ὑπεσήμανε, καὶ τὴν λογικὴν ἣν διὰ τῆς διανοίας ὁ λόγος παρέστησε. Παρακελεύεται γὰρ διὰ πασῶν τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἀγαπᾷν τὸν Θεόν. Καὶ νῦν μὲν οὕτω ζωογονεῖται τὸ σῶμα ἡμῶν, ἐφ' ᾧ καὶ ψυχικὸν λέγεται· τότε δὲ τούτων ἁπάντων ἀπαλλαγὲν, ὡς ἄφθαρτον γεγονὸς, ἔσται πάντως πνευματικὸν ἀῤῥήτῳ τρόπῳ τῷ παναγίῳ Πνεύματι διοικούμενόν τε καὶ οἰκονομούμενον. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. » Πρόσεχε οὖν. « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, » ἤγουν παχύ τε καὶ θνητόν· « ἐγείρεται σῶμα πνευματικὸν, » τοῦτ' ἔστι λεπτὸν καὶ κοῦφον καὶ αἰθέριον, πάντως τε πάχους καὶ βάρους ἀπηλλαγμένον· ἀλλὰ καὶ μόνῳ τῷ Πνεύματι διοικούμενον, ὡς ὁ Πηλουσιώτης φησὶν θεῖος Ἰσίδωρος. Νῦν μὲν γὰρ, εἰ καὶ πάρεστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἡ ψυχὴ τὸ κῦρος τῶν πραττομένων κέκτηται· τότε δὲ ἐσεῖται καὶ αὕτη τὰ πάντα διαπραττομένη κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Πνεύματος· καὶ τοῦτ' ἔστιν ὅπερ ὁ Παῦλος ἔλεγε· « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. »

qui lib. II *De part. animal.*, cap. 4, aperte docet venas ex corde tanquam fonte et principio derivari. At Glycas Aristotelis vestigiis ubique insistere sibi non proposuit, et Platoni frequentius inhærere videtur. Unum tantum insuper observandum majori proprietate quem dicturum fuisse *venas e singulis corporis partibus etiam remotissimis ortum suum ducere, et ad cor usque pertingere*, quæ verba sunt doctissimi Vieussens *De sanguine et corde* in tom. I *Bibliothecæ anatomicæ* Clerici et Mangeti. Cæterum fallitur etiam Glycas antiquorum fidem secutus, dum per venas sanguinem deferentes nutritionem fieri dicit; secus enim res se habere medici neoterici evicerunt, ut videre est apud laudatum Bartholinum *De venis*, cap. 1.

(51) Quam recte de nervis eorumque officio locutus sit Glycas, ostendunt ea quæ habet de eorum origine et usu Thom. Bartholinus libello *De nervis*, cap. 1 : « Principium, inquit, dispersationis, vel pars unde origo nervorum immediata, est medulla oblongata, pront partim est intra cranium, partim extra, in spina. Intra cranium oriuntur, quæ vulgo dicuntur a cerebro oriri, septem nervorum paria; in spina vero, triginta. Et hæc verissima sententia non tantum ex similitudine substantiarum, medullaris et nervalis, verum etiam oculari experientia confirmatur. Aristoteles voluit a corde oriri, quem sequuntur Alexander, Averroes et Aponensis, qui tamen dicunt fieri hoc mediante cerebro. Alii voluerunt nervos nihil esse aliud quam venas et arterias continuatas, et in nervos degenerantes, ut olim Praxagoras, et nostro sæculo Cæsalpinus, Reusnerus, Hofmannus et Martianus, sed minus bene :

« Cum I. in cerebro arteriarum nervorumque nulla appareat per anastomoses conjunctio.

« II. Læsa vel secta in capite arteria convulsionem non excitet.

« III. Distinctus nervorum in cerebro exortus, ut arteriarum in corde, videatur.

« Erasistratus putavit a dura matre prodire.

« Hodie cum Galeno statuunt medici complures, alios nervos oriri a cerebro, alios a medulla spinali. Quos omnes refutat αὐτοψία.

« Finis et usus est, facultatem animalem cum spiritu animali a cerebro acceptam instar canalium afferre ad partes :

« I. Sensorias, ut oculos, aures; etc.

« II. Motorias, ut musculos ad motum.

« III. Ad omnes fere partes, ut in genere sentiant et dignoscant quæ dolorem afferunt.

« Itaque nervi partibus inserti dant his vel solum sensum, vel solum motum, vel utrumque; nec ullus motus voluntarius aut sensus absque nervi fit opera; unde nervo inciso statim privatur illa pars sensu et motu, etc. » Atque ita quidem ille.

Οὐδὲ γὰρ ταῖς ψυχικαῖς ἔκτοτε διοικεῖται δυνάμεσιν· καὶ γὰρ ἂν ψυχικὸν ἐλέγετο καὶ μετ' ἀνάστασιν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Ἐφ' ᾧ καὶ « Πνευματικὸν ἐγείρεται τότε » λέγεται, ἅτε μόνῳ τῷ παναγίῳ διοικούμενον Πνεύματι.

Ἄλλος λοιπὸν ἔσται τρόπος ζωῆς ἀῤῥήτός τε καὶ ἀνεπινόητος, οὐ διὰ τῶν ἀρτηριῶν, ὡς ἄνωθεν εἰρηται, συνιστάμενος, ὅτι μηδὲ περὶ τὴν καρδίαν ἡμῶν ἔμφυτον τότε θερμὸν, ὡς ἐντεῦθεν ἀναῤῥιπίσεώς τε καὶ ἀναψύξεως δέεσθαι. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν καὶ νόσος ἐπηκολούθει καὶ θάνατος, ἅτε τῆς ἐκπνοῆς παραβλαβείσης ὀψέ ποτε. Ἀλλ' οὐδέν τι τοιοῦτον ἐκεῖ, τῆς καταστάσεως ἐκείνης καινοπρεπούσης παντάπασι. Καὶ πειθέτω σε τὸ τοῦ κόκκου παράδειγμα ᾧ Παῦλος ἐχρήσατο, δεῖξαι θέλων ἐντεῦθεν ὁποία τ' ἐστὶ τότε τῶν σωμάτων ἡμῶν ἡ κατάστασις. Καταδύεται γὰρ ὁ κόκκος τῇ γῇ σίτου τυχὸν ἢ κριθῆς, καὶ οὐκέτι κόκκον ὁρᾷς, ἀλλ' εὐμεγέθη καλάμην, ἀλλὰ στάχυας, ἀλλ' αὖ θέρικας· ἄλλο εἶδος, ἄλλη φύσις, ἕτερον ὄνομα, ἐκ τοῦ κόκκου μὲν ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, ἄλλα δὲ ὅμως παρὰ τὸν κόκκον ὑπάρχοντα. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν ἔσται ἰδεῖν. Σπείρονται γὰρ ἐν φθορᾷ, ἐν ἀσθενείᾳ, ἐν ἀτιμίᾳ, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἐγείρονται δὲ ἐν δόξῃ, ἐν δυνάμει, ἐν ἀφθαρσίᾳ, κεκτημένα μὲν ἐντεῦθεν τὴν ὕπαρξιν, ἄλλης δὲ παρὰ ταῦτα χρηματίζοντα ποιότητός τε καὶ κράσεως. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπιβεβαιοῖ καὶ ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Ἀναστάσιος ἐν τῷ διαληφθέντι λόγῳ αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτω διεξιών· « Καὶ τὴν μὲν οὐσίαν αὐτοῦ τοῦ ἀνισταμένου σώματος διαβεβαιούμενοί φαμεν εἶναι τὴν αὐτὴν, τὴν δὲ κρᾶσιν οὐδαμῶς. » Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ μακάριος Παῦλός φησι· « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. » Ἄλλο καὶ γὰρ ἀληθῶς κατὰ ποιότητα τότε ἐγερθησόμενον σῶμα, ὥσπερ ἄλλο κατὰ ποιότητα ὅ τε κόκκος καὶ ὁ στάχυς.

Καὶ ὅτι μὲν ἐγείρονται πνευματικὰ τότε σώματα εἴδαμεν· ὁποία δὲ ἡ τούτων διάπλασις ὡς, ὁ διαληφθεὶς ἔφη θεῖος ἀνὴρ, οὐκ οἴδαμεν. Καὶ θαυμάζειν

A etiam post resurrectionem diceretur (52). Sed res aliter habet, aliter omnino. Quamobrem illud « Spiritale tunc resurget » dicitur. Siquidem a solo sanctissimo Spiritu gubernabitur.

Cæterum alius erit vitæ modus et ineffabilis, et qui ipsam intelligentiam exsuperat; non propter arterias, ut superius diximus, consistens, quia neque circa cor nostrum ingenitus erit tunc calor, ita ut propterea fomenti et refrigerationis indigeat. Si enim hoc esset, morbus etiam fortassis, atque mors ipsa consequeretur, siquidem hæc non sunt nisi respirationis vitia. Sed nihil hujusmodi ibi, nova illa constitutione undequaque conveniente. Et persuadeat te illud grani exemplum, B quo et Paulus usus est, cum exinde ostendere velit qualis erit tunc nostrorum corporum constitutio. Obruitur enim terra tritici vel hordei granum, nec amplius granum vides, sed longum calamum, sed spicas, sed messes. Alia forma est, alia natura, aliud nomen. Quæ quidem omnia ex grano duxerunt originem, alia vero sunt pariter atque illud granum. Ita igitur et quoad corpora nostra videre erit: seminantur enim in corruptione, et in infirmitate, et in contumelia, ut ait Apostolus, resurgunt vero in gloria, in virtute, in incorruptione. Et cum exinde essentiam possideant, alio tamen insuper nomine quoad qualitatem temperiemque censentur. Hæc igitur quidem confirmat etiam ille divinarum rerum peritus C Anastasius hisce iisdem verbis in laudato libro dissertans: « Et naturam quidem ipsius corporis resurgentis affirmate dicimus esse eamdem, temperiem autem nullo modo. » Et constat ex iis quæ beatus Paulus dicit: « Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. » Etenim aliud vere est secundum qualitatem et granum, et spica.

Jam spiritalia tunc resurrectura esse corpora novimus; qualis vero horum figura (53) erit, ut vir divinus laudatus ait, ignoramus. Nec tamen ob

(52) De his longe aliter disserit Tertullianus *De resurrect. carn.*: « Præscribens, inquit, enim adhuc easdem passiones obituram carnem, si eadem resurrectura dicatur, naturam adversus Dominum suum temere defendis, legem adversus gratiam impie asserens, quasi Domino non liceat et mutare naturam, et sine lege servare. Quomodo ergo legimus: *Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deum?* et: *Stulta mundi elegit Deus, ut sapientia mundi confundat?* Oro te si famulum tuum libertate mutaveris: quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis, et compedibus, et stigmatibus obnoxiæ retro fuerant, ideoccone illa eadem pati oportebit? Non opinor. Atqui et vestis albæ ultore, et aurei annuli honore, et patroni nomine, ac tribu mensaque honoratur. Permitte hanc et Deo potestatem per vim demutationis illius conditionem, non naturam reformandi, dum et passiones auferuntur et munitiones conferuntur. Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem, eatenus passibilis qua ipsa, qua eadem, ea tamen impassibilis, quia in hoc ipsum manumissa a Domino, ne ultra pati possit. » His astipulatur D πάνυ in libris *De civitate Dei*, ut intelligere est ex illis quæ sparsim ex eo protulimus: qui tamen lib. XXII, cap. 23, id quod de Spiritu vivificante ait Glycas, et ipse confirmat ex his verbis: Si autem Spiritus ejus qui suscitavit Christum a mortuis habitat in nobis, qui suscitavit Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Tunc ergo erit corpus in Spiritum vivificantem, quod nunc est in animam viventem.

(53) Non videtur Glycas sentire corpora eadem, ac modo sunt, figura resurrectura esse. Error Origenis fuit, eam futuram orbiculatam. Sed aliter sentiunt theologi eminentissimi, inter quos Tertullianus lib. *De resurrect. carn.*, de demutatione agens quæ in resurrectione futura est: « Sic et Stephanus angelicum jam fastigium induerat, sed non alia genua in lapidatione succiderant. Dominus quoque in secessu montis etiam vestimenta luce mutaverat, sed lineamenta Petro agnoscibilia servaverat. Ubi etiam Moyses et Elias, alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate nondum defunctæ, eamdem tamen habitudinem corporis etiam in gloria, perseverare docuerunt. »

hoc ipsum mirari subit. Si enim a sanctissimo Spiritu ea quæ nostram vitam attinent, constituentur (*Emittes* enim, dicit, *Spiritum tuum et creabuntur*), reliquum est ut nullius omnino talis instrumenti, quali hodie instruimur et vivificamur, egeamus. Si enim res ita se haberet, nostrum pariter corpus animale etiam post resurrectionem appellaretur, ut ex præcedenti sermone jam constitit (54). Sed nemo unquam isthuc ipsum dixerit, quicunque, quoad fieri potest, in penitam sanctarum Scripturarum intelligentiam descenderit. Vide enim quomodo Paulus, cum corpus illud spirituale vocasset, etiam admirabile eo quod animale futurum sit specie et figura, omnino manifestius indicavit in iis quæ ita disseruit: « At dicet quis, Quali corpore mortui resurgent? Stulte, numquid quod seminas, corpus seminas, quod nascetur, et non nudum quodcunque tritici granum, vel alicujus alterius ejusmodi? Deus autem dat ipsi corpus, quemadmodum illi placuit. »

Si quod aliud igitur quam id quod nunc seritur, tunc corpus excitabitur (etenim ipsum tunc Servator transformabit, ut Paulus inquit), ne quære ejus natura qualis futura sit. Nemo enim novit spiritalis corporis qualitatem atque temperiem. Et quid multis verbis opus est? Si enim e signato sepulcro Domini corpus exivit, et clausis januis intravit, nefas est ulterius de his vana animi contentione perquirere. Fieri enim non potest, ut nos qui crassiori circumamicimur, tenuitatem illius vel conjectura saltem assequamur. Ita quidem inutilia quoque sunt illa membra quibus humanum genus multiplicatur (55). Quoniam enim neque nuptiæ ibi, secundum Domini effatum, neque usus ullus alius homines excitans etiam invitos ad id quod gravat deponendum, cuinam rei hæc unquam et qua ratione inservient? Atque ista quidem Pauli videntur esse dicentis, figuram hujus mundi præterire, atque inde nobis significantis ea quæ propter transgressionem fabricata fuere, ad extremum transitura (56). Hæc fabulosa tibi nequaquam

[1] I Cor. xv, 35-38.

A ἐπὶ τούτοις οὐκ ἄξιον. Εἰ γὰρ τῷ παναγίῳ Πνεύματι τὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν τηνικαῦτα συνίσταται (Ἐξαποστελεῖς γάρ, φησὶ, *τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται*), τοιούτου λοιπὸν ὀργάνου τινὸς δι' οὗ σήμερον συγκροτούμεθά τε καὶ ζωογονούμεθα, χρείαν ἐκεῖσε πάντως οὐκ ἔχομεν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, καὶ ψυχικὸν ἀνελέγετο τὸ ἡμέτερον σῶμα καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ὡς ἤδη φθάσας ὁ λόγος ἐγνώρισεν. Ἀλλ' οὐκ ἄν τις εἴποι τοῦτό ποτε ταῖς ἁγίαις ὡς ἡ δύναμις ἐμβαθύνων Γραφαῖς. Ὅρα γὰρ ὅτι πνευματικὸν ἐκεῖνο τὸ σῶμα καλέσας ὁ Παῦλος, ἀλλ' ὅτι παράδοξον παρὰ τὸ ψυχικὸν εἶναι καὶ εἶδει καὶ σχήματι, πάντως ἐνέφηνε καὶ τοῦτο σαφέστερον ἐν οἷς οὕτως ἔλεγεν· « Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Ποίῳ σώματι ἐγείρονται οἱ νεκροί; Ἄφρον, ὃ σπείρεις οὐ τὸ σῶμα τὸ γεννησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν εἰ τύχῃ κόκκον σίτου ἢ ἑτέρου τῶν τοιούτων τινός; Ὁ δὲ Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα, καθὼς ἠθέλησεν. » Εἴπερ οὖν ἄλλο τι παρὰ τὸ σπειρόμενον νῦν ἐγείρεται τότε σῶμα (μετασχηματίσει καὶ γὰρ αὐτὸ τηνικαῦτα ὁ Σωτὴρ, καθώς φησιν ὁ Παῦλος), μὴ ζήτει τὴν αὐτοῦ φύσιν, ὁποία τίς ἐστιν. Πνευματικοῦ γὰρ σώματος ποιότητα καὶ κρᾶσιν οἶδεν οὐδείς. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ γὰρ ἐσφραγισμένου τοῦ τάφου τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα ἐξῆλθε, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθε, πολυπραγμονεῖν ἐπὶ πλέον οὐχ ὅσιον. Ἀμήχανον γὰρ ἡμᾶς, ὅτι καὶ παχύτερον διακείμεθα, τῆς ἐκείνου καταστοχασθῆναι λεπτότητος. Οὕτω μὲν ἄπρακτα κἀκεῖνα τυγχάνει τὰ μόρια, δι' ὧν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος εἰς πλῆθος ἐπαύξεται. Ἐπειδὴ γὰρ οὔτε γάμος ἐκεῖσε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, οὔτε χρεία τις ἑτέρα τοὺς ἀνθρώπους ἐγείρουσα τὸ βαρύνον ἀποθέσθαι καὶ ἄκοντας, τίνι ταῦτα καὶ πότε, καὶ ποίῳ τρόπῳ καθυπουργήσουσι; καὶ ταῦτα τοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου παράγει, κἀντεῦθεν ἡμῖν ὑπεμφαίνοντος ὅτι τὰ ἐπιτεχνηθέντα διὰ τὴν παράβασιν ὀψέ ποτε παρελεύσονται. Ἀλλὰ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα· καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ θεῖος Ἀναστάσιος τὸ δόγμα τοῦτο παρίστησι λέγων, ὅτι πᾶν μὲν ἀλλότριον τὸ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑπεισελθὸν ἀποθή-

B

C

(54) Adversus hæc omnia præclariter sapienterque disputat Tertullianus lib. *De resurrect. carnis*; cum enim hujusmodi objecta sibi opposuisset, respondet: « Ad hæc ergo præstruximus non oportere committi futurorum atque præsentium dispositiones, intercessura cum demutatione: et nunc superstruimus, officia ista membrorum necessitatibus vitæ hujus eo usque consistere, donec et ipsa vita transferatur a temporalitate in æternitatem, sicut animale corpus in spiritale, dum mortale istud induit immortalitatem et corruptivum istud incorruptelam: et ipsa autem liberata tum vita a necessitatibus, liberabuntur et membra ab officiis. Nec ideo non erunt necessaria; licet enim officiis liberentur, sed judiciis retinentur, ut quis referat per corpus prout gessit. Salvum eum hominem tribunal Dei exigit. Salvum vero sine membris non liquet eum, ex quorum non officiis, sed substantiis constat, etc. » Dignissima sunt quæ legantur, et quæ præceduut, et quæ subsequuntur: nos enim ea brevitati consulentes omittimus.

D

(55) Vide infra epist. 6. Hæc profecto talia sunt, qualia, ut resurrectionis veritatem impugnarent, hæretici interrogabant apud Tertullianum *De resurrect. Carn.*: « Adeone autem eadem sperabitur, quæ intercidit? ut claudus et luscus, cæcus et leprosus et paralyticus revertantur, ut redisse non libeat ad pristinum integri? Ut iterum talia pati timeant? Quid tum de consequentiis carnis? Rursusne omnia necessaria illi, et in primis pabula atque potacula, et pulmonibus natandum, et intestinis æstuandum, et pudendis non pudendum, et omnibus membris laborandum? Rursus ulcera, et vulnera, et febris, et podagra, et mors redoptanda? Nimirum hæc erunt vota carnis recuperandæ, iterum cupere de ea evadere. »

(56) Consule epistolam 6, ubi ostendere nequidquam contendit, inter alia sexuum discrimen propter peccatum inductum fuisse.

σώμεθα. Μὴ ζητεῖν δὲ ἐν ὁποίῳ σώματι ἀνεστησόμεθα. Καὶ σχήματα γὰρ καὶ διάπλασιν ἀφθάρτου καὶ πνευματικοῦ σώματος οἶδεν οὐδείς. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τοὺς τὰ τοιαῦτα περιεργαζομένους εὐμεθόδως ἀποπαύων, ἄλλο μὲν ἔλεγε καταβαλέσθαι τῇ γῇ, ἄλλο δὲ παραδόξως ἐκεῖθεν ἀνίστασθαι, καθὼς ὁ Θεὸς πάντως ἠθέλησεν· « Ἄφρον γὰρ, φησὶν, ὃ σπείρεις οὐ τὸ σῶμα τὸ γεννησόμενον σπείρεις, » καὶ τὰ ἑξῆς.

A videantur. Et ipse enim divinus Anastasius consultum hoc infert dicens, omne nos alienum, quod propter peccatum sulrepsit, deposituros esse. Ne quære vero quali corpore resurgemus; figuram enim et formam incorruptibilis et spiritalis corporis nemo novit. Hac enim de causa beatus etiam Paulus eos qui hujusmodi curiose sectantur, optima ratione quiescere faciens, Aliud quidem, dicebat, terræ mandatur, aliud vero exinde mirabiliter surgit (57), quemadmodum Deus omnino voluit. « Stulte enim, inquit, quod seminas non corpus quod nasciturum est, seminas, » et quæ sequuntur.

Ἄλλος λοιπὸν ἐκεῖσε τρόπος ζωῆς, ἀῤῥητός τε καὶ ἀνεπινόητος. Οὐ χρεία τότε ἥπατος καὶ κοιλης φλεβὸς, ἀφ' ὧν καὶ δι' ὧν τὸ αἷμα σήμερον ἐπὶ πάντα τὰ μέλη καὶ μέρη τοῦ σώματος κατασπείρεται· ὅτι μηδὲ σὰρξ τοιαύτη τοῖς ἀνθρώποις τότε πρόσεστι, παχεῖα δηλαδὴ καὶ ῥευστὴ, καὶ ἐκ τεσσάρων χυμῶν τὴν σύστασιν ἔχουσα. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὕτω τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε· « Τὸ πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα· » μὴ θορυβοῦ καθ' ἑαυτόν· εἴ γε καὶ μᾶλλον ὁ Κύριος συγκαταβαίνων ἦν ἁπανταχοῦ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς. Εἰ γὰρ καὶ σάρκα φορεῖν ἔλεγε μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀλλ' ὁ μακάριος Παῦλος εἰπών· « Οὐκέτι νοοῦμεν τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα, » ἔδειξε προφανῶς ὅτι συγκαταβατικῶς ὁ Κύριος καὶ ἔλεγε τὰ πλείω καὶ ἔπραττεν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐν οὕτω λεπτῷ καὶ πνευματικῷ σώματι τὰς ὠτειλὰς ὑπεδείκνυεν. Ἀλλ' ἐρωτᾷς, Τίς ἡ τοσαύτη συγκατάβασις; Ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἐδόκουν οἱ μαθηταὶ πνεῦμα θεωρεῖν· ἵνα οὖν μὴ χώραν ἐκ τούτου λαβὼν ὁ Σατανᾶς ἐνσπείρῃ ὅτι Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται ἀληθῶς· εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, οὐδὲ τῶν σωμάτων ἀνάστασις; ἔσται· διὰ τοῦτο καὶ ἔφαγεν ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ ὠτειλὰς ἐν ἀφθάρτῳ σώματι ὑπεδείκνυεν, ὥστε καὶ σὰρξ ἐν ἀληθείᾳ μὴ ὢν, σὰρξ εἶναι ἐδόκει τοῖς οὕτω θέλουσιν αὐτὸν κατιδεῖν. « Ἐὰν μὴ ἴδω γὰρ, φησὶν, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, οὐ μὴ πιστεύσω. » Πρόσεχε οὖν. Εἰ μὴ συγκαταβὰς, ὡς ἤδη προείρηται, σὰρξ ὤφθη τοῖς μαθηταῖς, οὐκ ἂν αὐτοῖς τὸν τύπον τῶν ἥλων

Cæterum alius erit ibi vitæ modus, et ineffabilis, et humanæ intelligentiæ incomprehensibilis. Nullus erit tunc usus jecinoris et venæ cavæ, a quibus et per quæ nunc sanguis in omnia membra ac partes B corporis disseminatur (58): quia neque homines tunc hujusmodi carne constabunt, crassa et fluxa, videlicet et ex quatuor humoribus conflata. Si enim et Dominus cum a mortuis resurrexisset discipulis ita dicebat: « Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere, » ne turberis in temetipso, siquidem Dominus potius discipulis suis ubique condescendebat. Si enim post resurrectionem a mortuis carnem se ferre dicebat, cum beatus Paulus pronuntiaverit: « Amplius Christum secundum carnem non intelligimus; » manifesto demonstravit plura Dominum dixisse et fecisse (59), ut aliis condescenderet. Nisi enim res ita se habuisset, haudquaquam certe in adeo tenui et spiritali corpore cicatrices ostendisset. Sed interrogabis: Quorsum isthæc indulgentia? Cum ipse a C mortuis resurrexisset, Spiritum discipuli se videre opinabantur; prohibere igitur voluit ne Satanas ex hoc occasionem arripiens, Christum vere a mortuis non resurrexisse insinuaret. Si vero Christus non resurrexit, neque ulla erit corporum resurrectio, et propterea coram discipulis suis comedebat, et in corpore corruptioni non obnoxio cicatrices ostendebat, ita ut, cum reipsa caro non esset, caro esse, eum ita videre cupientibus, videretur. « Nisi enim videro, inquit, in ejus manibus formam clavorum, non credam [1]. » Attende igitur.

[1] Joan. xx, 25.

(57) Ex Pauli verbis multo melius Tertullianus dissertat. lib. *De resurrect. carnis:* « Hoc ergo jam de exemplo seminis constet, non aliam vivificari carnem, quam ipsam quæ erit mortua. Et ita sequentia relucebunt. Nihil enim adversus regulam exempli licebit intelligi, ne quia sequitur: *Quod seminas, non corpus quod futurum est seminas*, idcirco aliud resurrecturum corpus, quam quod moriendo seminatur, existimes. Cæterum excidisti ab exemplo, neque enim frumento seminato, et in terra dissoluto, hordeum erumpit, et non idipsum genus grani, eademque natura, et qualitas, et forma. Denique unde si non idipsum? Et corruptela enim ipsum est, dum ipsum est. Non enim, et suggerit quomodo, Non quod futurum est corpus seminatur, dicens, sed nudum granum, si forte frumenti vel alicujus hujusmodi. Deus autem dat illi corpus prout vult, certe ei grano quod nudum seminari ait. Certe, inquis. Ergo salvum est cui dare habet Deus corpus. Quomodo autem salvum est, D si nusquam est, si non resurgit, si non idipsum resurgit? Si non resurgit, salvum non est. Si non est, et salvum accipere corpus a Deo non potest. Sedenim salvum omni modo constat. Ad quid ergo dabit illi Deus, prout vult corpus, habenti utique proprium corpus illud nudum, nisi ut jam non nudum resurgat? Ergo additum erit quod corpori superstruitur: nec exterminatur illud cui superstruitur, sed augetur. Salvum est autem quod augetur. Seritur enim solummodo granum sine folliculi veste, sine fundamento spicæ, sine munimento aristæ, sine superbia culmi. Exsurgit autem copia feneratum, compagine ædificatum, ordine strutum, cultu munitum et usquequaque vestitum. Hæc sunt ei corpus a Deo aliud, in quod non abolitione, sed ampliatione, mutatur. »

(58) Vide superius not. 48, col. 737.

(59) Observa Glycam in Origenis erroris dogmata pene prolabentem.

Nisi condescendens, ut jam dictum est, caro discipulis visus fuisset, haud utique ipsis clavorum formam ostendisset, non eos incredulos curavisset. Itaque corpus quidem erat Dominus cum a mortuis resurrexisset, caro vero nequaquam (60). Non enim statim ac aliquid est corpus, caro etiam est, ut liquet ex sole, et luna, et reliquo stellarum choro; corpora enim sunt, caro vero nequaquam (61). Participavit enim vere ad terrestre solum delapsus carnem et sanguinem, cum vere homo effectus esset; sed adhuc carnem, ut Theologus Gregorius ait, nullus amplius Christum videbit, sed neque etiam incorporeum, iis divinioris corporis rationibus, quas ipse novit; et ut videatur ab iis qui eum compunxerunt, et Deus extra crassitudinem maneat. Alia tum vitæ ratio nec dictu enarrabilis nec captu comprehensibilis. Nisi enim talis esset qualem jam divina eloquia pronuntiant, fas etiam necessario esset et animalium cæterorum resurrectionem exspectare, terrestrium videlicet et marinorum, et quæ volucrem naturam participant. Sed res haud ita se habet, haud profecto. Neque enim ciborum appetentiæ tunc perturbabunt, ita ut exinde divinam vocem liceat ita dicentem audire: « Comedite omnia tanquam olera feni. » Si enim, vir sanctissime, ubi fluxa est nostra natura, adeo quidam ad divinam præstantiam accedere conati sunt, ut in perpetua prope a cibis abstinentia vitam suam omnem transegerint, quanto magis id in illa vita continget, in qua, juxta Dominum, nullum omnino locum corruptio habet, et secundum quam homo angelis honore æquiparatur, et secundum quam ipse Dominus justis et sedes, et mensa, et dapes, et potio, et omne erit, si quod aliud suave condimentum est. Non onera ibi ferre necessarium, neque semina terræ committere, ut exinde mulis et arantibus bobus opus sit. Etenim iis, ut semel dicam, omnibus, quæcunque ad præsentis vitæ absolutionem conferunt, vita illa libera

ὑπέδειξεν, οὐκ ἀπιστοῦντας αὐτοὺς ἐθεράπευσεν· ὥστε σῶμα μὲν ἦν ὁ Κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, σὰρξ οὐδαμῶς. Οὐδὲ γὰρ εἰ τὸ σῶμα, τοῦτο καὶ σὰρξ. καὶ ὅῆλον ἔκ τε τοῦ ἡλίου, καὶ τῆς σελήνης, καὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἀστέρων χοροῦ· σώματα μέν εἰσι, σὰρξ δὲ οὐδαμῶς. Κεκοινώνηκε μὲν γὰρ πρὸς τὰ παιδία σαρκὸς καὶ αἵματος ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος· ἀλλ' ἐκεῖ σάρκα μέν, ὡς ὁ Θεολόγος φησὶν Γρηγόριος, οὐκέτι τὸν Χριστὸν ἴδοι τις, οὐ μὴν δὲ καὶ ἀσώματον, οἷς οἵδε λόγοι; θεοειδεστέρου σώματος, ἵνα καὶ ὀφθῇ ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων, καὶ μείνῃ Θεὸς ἔξω παχύτητος. Εἰ μὴ γὰρ τοιοῦτος ἦν ὁποῖον ἤδη τὰ θεῖα παρίστησι λόγια, καὶ ζώων ἂν ἐξ ἀνάγκης ἀνάστασιν προσδέχεσθαι δίκαιον ἦν, χερσαίων δηλαδὴ καὶ θαλαττίων καὶ τῶν ὅσα πτηνῆς μετεῖληχε φύσεως. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Οὐδὲ γὰρ ἐπιθυμίαι βρωμάτων ἐκεῖσε διενοχλοῦσιν, ὡς ἐντεῦθεν θείας ἀκοῦσαι φωνῆς οὕτω λεγούσης, « Φάγεσθε πάντα ὡς λάχανα χόρτου. » Εἰ γὰρ ἐνταῦθα, θειότατε ἀνερ, ἔνθα ῥοώδης ἡμῶν ἡ φύσις ἐστὶ, τοσοῦτο ἀποθεωθῆναί τινες ἴσχυσαν ὡς ἐν ἀσιτίᾳ σχεδὸν ἀνύσαι τὸν βίον αὐτῶν ἅπαντα, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἐκείνῃ τῇ ζωῇ κατὰ Κύριον οὐκ ἔχει χώραν ὅλως τὰ τῆς φθορᾶς, καθ' ἣν ἰσότιμος τοῖς ἀγγέλοις ὁ ἄνθρωπος, καθ' ἣν τοῖς δικαίοις ὁ Κύριος καὶ θρόνοι καὶ τράπεζα, βρῶσίς τε καὶ πόσις καὶ πᾶν, εἴ τι ἕτερον ἡδυσμα. Οὐ φόρτους ἐκεῖ μετακομίζειν ἐπάναγκες, οὐδὲ σπέρματα τῇ γῇ καταβάλλειν, ὡς ἐντεῦθεν, ἡμιόνων δεῖσθαι καὶ ἀροτριώντων βοῶν· πάντων γὰρ καὶ ἁπλῶς τῶν ὅσα τῇ παρούσῃ ζωῇ συντελοῦσιν, ὁ βίος ἐκεῖνος ἐλεύθερος. Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἐν τοῖς Ἀσκητικοῖς αὐτοῦ λέγοντι· Ὥσπερ εἰ ἦμεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, οὐκ ἂν ἐπινοίας καὶ μόχθου γεωργικοῦ προσεδεήθημεν· εἰ γὰρ ἐν ἰδρῶτι τοῦ προσώπου μετὰ παράβασιν ἐσθίειν τὸν ἄρτον κατεδικάσθη ὁ ἄνθρωπος, εὔδηλον πάντως ὅτι πρὸ τῆς παρακοῆς καμάτου, καὶ ἱδρώτων, καὶ πάσης ἄλλης ὀδύνης ἄνω ἄνθρωπος ἦν. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Παῦλος

(60) Caro erat et corpus. Ita ratiocinari poterat etiam Origenes. Contra hos Tertullianus *De resurrect. carn.* : « Viderit unus aliquis Lucanus, nec huic quidem substantiæ parcens, quam secundum Aristotelem dissolvens, aliud quid pro ea subjicit : tertium quiddam resurrecturum, neque animam neque caro, id est, non homo, sed ursus, forsitan tanquam Lucanus. » Nam, ut recte dissertat ibidem Carthaginiensis theologus ad illud Isaiæ, *Ego occidam et vivificabo*, « caro est quæ occiditur per mortem, caro itaque et vivificabitur per resurrectionem, etc. » Et hæc vera sententia est, quæ et in symbolo exprimitur, et omnes veri theologi tuentur. Itaque prosequitur egregie idem Tertullianus : « Sed quoniam et hic de interpretatione corporis quæstio cavillatur, ego corpus hominis non aliud intelligam quam omnem istam molem carnis, quoquo genere materiarum conditam atque variatur, quod videtur, quod tenetur, quod denique ab hominibus occiditur. Sic et parietis corpus non aliud admittam quam cementa, quam saxa, quam lateres. Si quis arcanum aliquod corpus inducit, ostendat, revelet, probet ipsum esse etiam, quod occidatur ab homine, et de illo erit dictum. » Augustinus, lib. XIII, *De civ. Dei*, cap. 23 : « Tunc jam non terrenus, sed cœlestis homo erit, non quia corpus quod de terra factum est, non ipsum erit, sed quia domo cœlesti jam tale erit, ut etiam cœlo incolendo non amissa natura, sed mutata qualitate conveniat. » Et lib. XXII, cap. 21 : « Erit ergo spiritui subdita caro spiritualis, sed tantum caro, non spiritus ; sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen spiritus, non caro. » Et mox : « Quæ sit autem et quam magna corporis spiritualis gratia, quæ nondum venit in experimentum, vereor ne temerarium sit omne quod de illa profertur eloquium. « Quod autem Glycas ait explicari recte potest et modo quo simile dictum effert laudatus Augustinus *Enchirid.* cap. 80. Alias enim prope ὠριγενίζειν videretur, contra quod Gennadius lib. *De diffinit. fidei orthodoxæ*, cap. 6 : « Si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurgit sicut in veritate cadit, et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est aliud novum corpus carne : sed eadem caro corruptibilis quæ cadit, tam justorum quam injustorum, incorruptibilis resurget, » etc.

(61) O admirabilis scientiæ virum, et judicio acerrimo præditum !

εἰδὼς ὅτι πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καὶ πρώτην ἀναδραμεῖται διαγωγὴν, ἔλεγεν, ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου παράγοιτο, διὰ τὴν παράβασιν δηλονότι. Τῷ γὰρ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ παλαιωθέντι συνεπαλαιώθη καὶ τὰ τῆς κτίσεως. Ἀμήχανον γὰρ ἐν ἀφθάρτῳ διάγειν τὸν ἐξ ἀβουλίας εἰς φθορὰν ὀλισθήσαντα. Ὅθεν ἀνακαινιζομένης τῆς ἀνθρωπότητος ἀκολούθως καὶ τὰ τοῦ κόσμου τούτου συνανακαινισθήσεται. « Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία, φησὶ, τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται.[1] » Ἀλλ' ἡ τοίνυν ἐκεῖσε κατάστασις, ἣν παραστῆσαι λόγος οὐ δύναται· καὶ γὰρ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου, ἡνίκα τὰ τῆς καινῆς ἀλλοιώσεως ὑπεσήμανε, πρὸς τὸν Θεὸν οὕτως ἤκουσας λέγοντος· « Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, Ἐνερημωθήσῃ, καὶ πάντας τοὺς ποταμούς ξηρανῶ· » καὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου ἐν τῇ Ἀποκαλύψει αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτω διεξιόντος· « Εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινὴν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι·[2] » πρὸς δὲ τοῦ κορυφαίου Πέτρου ἐν τῇ Καθολικῇ αὐτοῦ Ἐπιστολῇ λέγοντος· « Οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαυθήσονται·[3] » τοῦ Δαβὶδ ὁμοίως· « Ἀνακαινίσεις τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.[4] » Τί χρὴ καὶ λέγειν περὶ τῆς καταστάσεως ἐκείνης, ἐν ᾗ τὰ σύμπαντα πρὸς τὸ βέλτιον μεταμείβονται; Πῶς δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα τηνικαῦτα διακείσεται σώματα, ἡνίκα μὲν θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι, κατὰ τὸν θειότατον Ἰωάννην· ἡνίκα τὰ ὕδατα πάντα ξηραίνεται κατὰ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· ἡνίκα τὰ ἐν τῇ γῇ πάντα καυθήσεται, κατὰ τὸν κορυφαῖον Πέτρον; Ἅτε τοῦ ἡλίου, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, ἐκνικήσαντος, καὶ πάντα πάντη τότε κατατεφρώσαντος· ἄλλος τρόπος τότε ζωῆς, ἄρρητός τε καὶ ἀνεπινόητος. Τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο τῆς φυσικῆς ἀσθενείας ἣ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν περιέπεσε παντοίως ἀπαλλαγὲν, « Δεῖ γὰρ, φησὶ, τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, » οὔτε θαλάττης οὔτε φωστήρων, οὔτε στοιχείων ἑτέρων τινῶν χρείαν ἕξει ποτέ. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, καὶ ἀπαριθμεῖν τὰ καθ' ἕκαστον; Ἡμέρα καὶ νὺξ οὐκ ἔστιν κατὰ τὴν κυκλικὴν ταύτην τοῦ ἡλίου περίο-

A est. Fidem autem habe magno Basilio in suis Asceticis dicenti, si in deliciarum paradiso essemus, artificii amplius et laboris, quo terra exercetur, minime indigos futuros. Si enim post prævaricationem ad panem in sudore vultus comedendum condemnatus est homo, patet omnino eum ante inobedientiam supra laborem, et sudores, et omnem alium dolorem constitutum fuisse (62). Inde etiam Paulus, sciens eum ad antiquam illam et priorem vitæ rationem reversurum, dicebat, figuram hujus mundi transire, per transgressionem videlicet. Una enim cum homine illo inveterato cætera omnia creata inveterata sunt. Fieri enim non potest ut corruptioni minime obnoxius vivat, qui ob stoliditatem in corruptionem delapsus est. Unde B renovata hominis natura hic quoque orbis universus una consequenter renovabitur. « Anxia enim creaturæ exspectatio, inquit, filiorum Dei revelationem exspectat[1]. » Cæterum ea ibi erit constitutio, quam exhibere sermo non potest. Audisti enim prophetam Isaiam, cum novam immutationem significaret, Deo ita dicentem: « Qui dicit abysso, Deserta eris, et omnia flumina exsiccabo (63); » et evangelistam Joannem in sua Apocalypsi ita ad verbum disserentem: « Video cœlum novum, et terram novam, et mare non est amplius[2]; » insuper et principem Petrum in sua catholica Epistola pronuntiantem[3]: « Cœli quidem cum magno impetu acclinabuntur ad terram, et quæ in ea sunt opera comburentur. » et Davidem pariter: « Re- C novabis faciem terræ[4]. » Et quid jam de illa rerum constitutione dicere oportet, in qua omnia commutabuntur in melius? Et quomodo nostra tunc corpora se habebunt, cum ne mare quidem erit, amplius juxta divinissimum Joannem? cum aquæ omnes exsiccabuntur, secundum prophetam Isaiam? cum terrena omnia exurentur, secundum principem Petrum? Siquidem cum sol, juxta magnum Basilium, prævaluerit, et omnia penitus tunc inflammaverit, alia tunc vitæ ratio, et ineffabilis, et intelligentia (64) minime comprehensibilis. Corpus

[1] I Cor. I, 7. [2] Apoc. XXI, 1. [3] II Petr. III, 7. [4] Psal. CIII, 30.

(62) An si Adamus non peccasset, tamen terram culturus fuisset, quæstio est. Et quidem affirmat magnus Augustinus lib. VIII, *De Genes. ad litt.*, cap. 8: « Videamus, inquit, itaque quid sit quod dictum est, Ut operaretur et custodiret. Numquid forte agriculturam Dominus voluit operari primum hominum? An non est credibile quod eum ante peccatum damnaverit ad laborem? Ita sane arbitraremur nisi videremus voluptate animi agricolare quosdam, ut eis magna pœna sit inde ad aliud avocari. Quidquid ergo deliciarum habet agricultura, tunc utique longe amplius erat, quando nihil acciderat adversi, vel terra, vel cœlo. Non enim erat laboris afflictio exhilaratio voluntatis, cum ea quæ Deus creaverat humani operis adjutorio, lætius feratiusque provenirent, unde Creator ipse uberius laudaretur, quia animæ in corpore animali constitutæ rationem dedisset operandi ac facultatem quantum animo volenti satis esset, non quantum invitum indigentia corporis cogeret, etc. » Vide quæ sequuntur, admiranda quidem et lectu digna.

D (63) Michael noster, parte I *Annalium*, hunc eumdem Isaiæ locum de mundi incendio extremo intelligit: Ἔσται μέν τοι ὅτε καὶ πάντα καταφρυγήσεται τῷ πυρὶ, ὡς ὁ προφήτης Ἡσαΐας φησὶν, ἐν οἷς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν διαλέγεται· Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, Ἐρημωθήσῃ· καὶ πάντας ποταμούς σου ξηρανῶ. « Et erit aliquando tempus cum ab igne cuncta exurentur, quemadmodum vates noster Isaias inquit, cum universitatis hujusce Deo quasi colloquens: Qui ad abyssum ait, Deserta esto, cunctique fluvii tui exarescant. » De mundi hac conflagratione et renovatione consule τὸν πάνυ lib. XX *De civ. Dei*, cap. 18 et 20. Eadem accredita fuit etiam ethnicis, ut stoicis, et Ovidio I *Metam*.

(64) De hisce omnibus consule egregie disputantem, et varias Patrum et theologorum sententias afferentem Calmetium dissert. *De fine mundi*, ex quo innumera erui possunt unde Glycas noster illustretur.

enim hoc naturali infirmitate, in quam incidit post peccatum, omnino liberatum: « Oportet enim, inquit, corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem; » neque maris, neque luminarium, neque aliorum quorumlibet elementorum tunc illi opus erit. Et quid multa dicere necesse est, et omnia singillatim enumerare? Dies et nox juxta circularem hanc solis conversionem tunc non erit (65); neque enim noctis propter requiem corpus hoc unquam indigebit, neque iterum diei ad operationis susceptionem, siquidem omnibus, ut dictum est, quæ ei post peccatum contigere, liberum erit. Nisi enim hæc ita se haberent, haud equidem apud ipsum Paulum animale quidem seminari diceretur, spiritale vero deinde resurgere. Unde cum adeo purum resurrexerit, et sicut sol ob ineffabilem gloriam omnino fulgebit, et magis quam illa mirum in modum splendescens. Neque ob hoc ipsum mirere. Si enim vas vitreum, postquam solari radio impletum fuerit, totum statim vehementior ignis efficitur, et cum prope astantibus flammam communicat, quid dicendum erit de illis purissimis corporibus quando ex Dominico corpore procedentem splendorem mirabiliter excipient (66), et plusquam sol ipse prorsus fulgebunt? Neque insolitam omnino rem hanc existima. Si enim in crasso hoc et luteo corpore sanctorum non pauci ignis palam apparuere, quod illud « ad imaginem » servavissent, et illæsum exinde ad primi illius cum et spiritualia illa, et tenuia, et levia, et ætheria, corpora excipient, plus quam sol ipse omninó sanctorum chorus tunc radiabit. Et crede magno Paulo ad verbum ita disserenti: « Transformabit tunc humile corpus nostrum Servator, ut suo evadat corpori glorioso conforme. »

Et hæc quidem de iis qui vitam Deo gratam hic vixere, sufficienter oratio demonstravit. De iis autem qui tales non fuere, quid dicere oportet? Omnes igitur corruptionis expertes resurgent (67), sive justos dicas sive peccatores, tenuia, et levia, et spiritalia, corpora gestantes, quia communiter pro omnibus mortuus est Christus. Different vero pariter ad invicem ex diametro. Et quid multis verbis opus est? Sicuti in quibuslibet tritici vel hordei seminibus videre est: obruuntur enim æqualiter utraque terra, et spicæ exinde decentes pullulant: per qualitatem autem pariter differunt, non enim in tritici granum hordeum convertitur; sic et in corporibus ipsis manifeste quis videat. Omnes enim corruptionis expertes resurgent (68), quia omnibus communiter incorruptio data est: differentiam vero pariter, et non quamlibet qui-

(65) Petrus Lombardus, lib. IV, Distinct. XLVIII.
(66) Vide supra *Epist.* III.
(67) Fulgentius lib. *De fide ad Petrum:* « Erit enim etiam iniquorum resurrectio, sed sine immutatione, quam solis fidelibus et ex fide juste viventibus daturus est Deus. Hoc est enim quod ait apostolus Paulus: « Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Ostendens autem justos divino munere commutandos, ait: « Et nos immutabimur. » Habebunt ergo iniqui cum justis resurrectionem carnis communam; immutationis tamen gratiam non habebunt, quæ dabitur justis.

A δον· οὔτε γὰρ νυκτὸς εἰς ἀνάπαυσιν τὸ σῶμα τοῦτο δέεταί ποτε, οὔτε πάλιν ἡμέρας εἰς ἐργασίας ἀντίληψιν· εἴγε πάντων, ὡς εἴρηται, τῶν μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπήλλακται. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτῷ παρὰ τῷ Παύλῳ ψυχικὸν μὲν ἐλέγετο σπείρεσθαι, πνευματικὸν δὲ αὖθις ἐγείρεσθαι. Ὅθεν τοιοῦτον καθαρὸν ἐγειρόμενον, καὶ λάμψει πάντως κατὰ τὸν ἥλιον ἐκ τῆς ἀῤῥήτου δόξης καὶ μᾶλλον ἐκείνης ὑπερφυῶς ἐλλαμπόμενον. Καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν. Εἰ γὰρ σκεῦος ὑέλινον, ἐπειδὰν τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἐμφορηθείη, σφοδρότερον πῦρ τε ὅλον αὐτίκα γίνεται καὶ τοῖς παρατυχοῦσι φλογὸς μεταδίδωσι, τί χρὴ καὶ λέγειν περὶ τῶν καθαρωτάτων ἐκείνων σωμάτων, ἡνίκα ἐκ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος ἐκπηδῶσαν αἴγλην παραδόξως εἰσδέξονται, καὶ
B ὑπὲρ αὐτὴν ἀστράψουσι πάντως τὸν ἥλιον; Καὶ μὴ ξένον τὸ πρᾶγμα ἡγοῦ. Εἰ γὰρ ἐν τῷ παχεῖ τούτῳ καὶ πηλίνῳ σώματι τῶν ὁσίων οὐκ ὀλίγοι πῦρ ὤφθησαν ἄντικρυς, ἅτε δὴ τὸ κατ' εἰκόνα τηρήσαντες ἀδιαλύβητον, κἀντεῦθεν εἰς τὰ μέτρια φθάσαντες τοῦ πρώτου ἐκείνου Ἀδάμ, πολλῷ μᾶλλον ἡνίκα καὶ πνευματικὰ ἐκεῖνα καὶ λεπτὰ καὶ κοῦφα, καὶ αἰθέρια δέξονται σώματα, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ὄντως ὁ τῶν ἁγίων ἀστράψει τότε χορός. Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Παύλῳ κατὰ λέξιν οὕτω διεξιόντι· « Μετασχηματίσει τότε τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ὁ Σωτὴρ εἰς γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. »

Adami mensuras præoccupassent; multo magis

C Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν θεαρέστως ἐνταῦθα πολιτευσαμένων ἱκανῶς ὁ λόγος ἀπέδειξε· περὶ δὲ τῶν μὴ τοιούτων τί χρὴ καὶ λέγειν; Ἄφθαρτοι μὲν οὖν ἀνίστανται ἅπαντες, εἴτε δικαίους εἴπῃς, εἴτε ἁμαρτωλούς, λεπτὰ καὶ κοῦφα καὶ πνευματικὰ σώματα φέροντας, ὅτι καὶ κοινῶς ὑπὲρ πάντων ὁ Χριστὸς ἀπέθανε· πρὸς ἀλλήλους δὲ ὅμως ἐκ διαμέτρου διενηνόχασι. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Καθάπερ ἐπὶ τῶν σπερμάτων σίτου τυχὸν ἢ κριθῆς ἔστιν ἰδεῖν· καταβάλλονται μὲν γὰρ ἐπίσης καὶ ἀμφω τῇ γῇ, καὶ στάχυες ἐκεῖθεν εὐπρεπεῖς ἀναδίδονται, κατ' αὐτὴν δὲ ὅμως διαφέρουσι τὴν ποιότητα· οὐδὲ γὰρ εἰς σίτου κόκκον μεταβάλλεται ἡ κριθή, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἴδῃ τις ἄντικρυς. Ἄφθαρτοι μὲν γὰρ ἀνίστανται ἅπαντες, ὅτι καὶ
D πᾶσι κοινῶς ἡ ἀφθαρσία κεχάρισται, διαφορὰν δὲ ὅλως οὐ τὴν τυχοῦσαν κεκαθαρμένοι ἀλλήλους εὐ-

Quoniam a corporibus impiorum non auferetur corruptio, et ignobilitas, et infirmitas, in quibus seminantur. »

(68) Judæis quibusdam persuasum fuit, non omnes homines resurrecturos esse, sed justos tantum bonosque Israelitas, ut Kimchi, Maimonidi, Abarbaneli, etc., qui suam sententiam juvari putant ex Ps. I, 6, et II Machab. VII, 14. Millenarii autem impios, saltem a prima resurrectione, excludebant, post quam justi mille annis cum Christo super terram regnaturi erant.

ρίσκονται. Οἱ μὲν γὰρ φωτὸς ἔργα διαπραξάμενοι A πλήρεις φωτὸς ἐξανίστανται· οἱ δὲ σκότους ἔργα θησαυρίσαντες ἑαυτοῖς σκότου τηνικαῦτα μεστοί, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τοιοῦτοι κατὰ τὴν κρίσιν ἀνίστανται ἅπαντες ὁποῖοι τῇ γῇ κατεβλήθησαν ἐν τῷ τῆς ἐξόδου καιρῷ. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ πάμμεγας Παῦλος ἔλεγεν· « Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι ἀναστήσεται. » Ἀρκεῖ τοσαῦτα. Τοῖς γὰρ ἐχέφροσι κατὰ σὲ καὶ εἷς λόγος ἀρκεῖ πρὸς τὴν κρείττονος εὕρεσιν. Κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Σολομῶντα, « Δίδου σοφῷ ἀφορμήν, καὶ σοφώτερος ἔσται. »

dem, ii qui mundati fuerint, habere comperientur. Illi enim qui lucis opera egerint, luce pleni excitabuntur; qui autem tenebrarum opera sibi congesserint, tenebris tunc obsiti erunt. Et, ut uno verbo dicam, tales judicii die omnes resurgent, quales tempore obitus terra sepulti fuerint. Et hoc manifestans maximus Paulus dicebat : « Unusquisque in suo ordine resurget [1]. » Talia ac tanta sufficiunt. Prudentibus enim viris, qualis tu es, et unum verbum ad ejus, quod sufficit, inventionem satis est. Juxta enim sapientem Salomonem, « Da causam sapienti, et sapientior erit (69). »

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ϛ'.

Τῷ αὐτῷ Ἰωάννῃ τῷ Ἀσπιώτῃ — Ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ ἄρσεν καὶ θῆλυ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγερθήσονται σώματα. B

Ἐφ' οἷς ἠπόρησας, ὦ ὁσιώτατε ἀνερ, Πῶς ἐκ νεκρῶν ἀναστήσονται τὰ τῶν ἀνθρώπων, λέγων, σώματα, καὶ ποίῳ σχήματι; καὶ εἰ ἔστι διαφορὰ ἄρρενός τε καὶ θήλεος· ἀμηχανία καὶ ἡμᾶς οὐ μικρὰ πολὺν ἤδη κατέχει καιρὸν· ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς ἰσχύος οὐκ ἔχομεν εὐχερῶς; ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν δοῦναί σοι. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Συναΐτης τε θεῖος Ἀναστάσιος, ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος, καὶ τῶν ἁγίων ἕτεροι ἐπιλύειν ἐοίκασι τὸ παρὰ σοῦ σήμερον ἐπαπορούμενον, ἀλλὰ καὶ οὕτως ὀκνηρότερον διακείμεθα πρός γε τὸ τὰ τοιαῦτα κατεξετάζειν καὶ ὑπὲρ τῶν τοιούτων μάχεσθαι. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι παρὰ πᾶσιν σχεδὸν ἀμφιβάλλεται ταῦτα, τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἄτε δὴ παραδόσεως ἔξω φέρεσθαι λογιζόμενα. Ἀλλ' ἐπειδὴ καταναγκάζεις τέως ἡμᾶς ἐπὶ μέσου προθεῖναί σοι τὰ τῶν διαληφθέντων ἁγίων ῥητὰ, ὡς ἐντεῦθεν ἐπιγνῶναί σε τί; τε ἡ δύναμις αὐτῶν καὶ ὅπως λαμβάνειν αὐτὰ χρή, καὶ τί τὸ συναγόμενον ἐκεῖθεν ἡμῖν, ἰδοὺ καταπειθεῖ; ἔχεις πρὸς τοῦτο καὶ μὴ βουλομένους ἡμᾶς. Καὶ εἰ βούλῃ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτῷ τῷ θειοτάτῳ πρόσσχες Ἀθανασίῳ. Ἐν γὰρ τοῖς *πρὸς Ἀντίοχον Κεφαλαίοις* οὕτω λέγων εὕρηται· « Ὥσπερ ἕνα ἄνθρωπον ἐποίησεν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς, οὕτως ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ πάντες εἷς ἄνθρωπος ἀνιστάμεθα· » τοῦτ' ἔστι, πᾶσα ἀνθρώπου εἰκὼν ὁμοία ἔσται τότε τῆς τοῦ Ἀδὰμ εἰκόνος καὶ πλάσεως καὶ μεγέθους καὶ σχήματος. Διὸ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀναστάσει ἄρσεν καὶ θῆλυ, καὶ μικρὸς καὶ μέ- D

EPISTOLA VI.

Ad eumdem Joannem Aspiotam. — Adhuc et hoc quæritur, an cum maris et feminæ discrimine hominum corpora resurrectura sint.

Circa ea de quibus, vir sanctissime, dubitasti, quomodo, quærens, a mortuis corpora hominum resurrectura sint, et quali figura, et an masculi et feminæ discrimen in iis futurum sit, diu est quod hæsitatio non modica et inopia consilii nos torquent, quandoquidem eæ nobis vires non suppetunt, ut facile tibi super his respondere valeamus. Si enim et magnus ipse Athanasius, et divinus ille Anastasius Sinaites, et divinus Gregorius Nyssenus, et sanctorum reliqui controversiam quæ hodie a te proponitur, resolvere viderentur, tamen ejusmodi scrutari et super talibus concurrere pigraremur. Cur? Quia fere ab omnibus de his ambigitur quæ extra ecclesiasticæ traditionis fines evagari reputantur. Sed quia nos interim laudatorum sanctorum dicta in medium tibi proferre cogis, ut quæ eorum vis, et quomodo ea accipienda sint, et quid nos ex illis colligamus, exinde cognoscas, ecce nos, licet inviti, morem in hoc tibi gerimus. Et, si vis, ipsi in primis divinissimo Athanasio aurem præbe; in *Capitibus* enim *ad Antiochum* ita dicere deprehenditur : « Quemadmodum Deus ab initio unum tantum hominem fecit, ita in regeneratione unus homo omnes resurgemus; » hoc est cuncta hominis imago similis erit tunc imaginis, et fictionis, et magnitudinis, et figuræ Adami. Propterea mas et femina, parvus et magnus, niger et flavus, in resurrectione non erunt, nec facierum figurarumque discrimen (70).

[1] I Cor. xv, 23.

(69) Idem finis ac epistolæ 2.

A catis similiter habet nostra generatio progressum, perturbatione videlicet eam antevertente; quamobrem ægrotam eam et servam esse ille Theologus dixit. Confirmat hæc divinus etiam David ita dicens: « In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. » Si enim haud ita res se habebat, si non animalem hanc vidit, et irritationalem generationem ad quam ille, qui ad Dei imaginem factus fuerat, per prævaricationem deductus est, non utique adeo lamentaretur dicens: « Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis. » Si vero hæc ita se habent, quid opus est dicere utrum antequam femina produceretur, antequam permitterentur nuptiæ, alia quædam fuerit B vitæ institutio, et altera eo lem modo corporis structura illi universitatis constitutioni, quæ prius fuit, conveniens, secundum quam angelis honore homo erat æqualis. Hæc autem ita se habuisse ante lapsum res ipsæ pro sermone te doceant. Cur enim Paulus virginibus et viduis ita manere permisit, si ab initio Deus masculum et feminam fecit? Quomodo conjuges nuptias interdum voluntarie solventes ab invicem separantur? Cur inedia se quidam affligunt, et cætero corporis neglectu? cum sexcenta hæc edulia Deus, ut iis fruemur, produxerit? Liquet igitur cum ad antiquam illam vitam homines respiciant, et virginitatem servare, et nuptias interdum solvere, et inediam C amplecti, et omnem aliam afflictionem sustinere. Femina enim, ut dictum est, et nuptiarum nexus a principio non erat, cum Deus videlicet illum hominem ad imaginem suam produxit. Si hæc vero non aderant, neque omnino erat figurarum differentia. Quomodo enim si post imaginis constructionem ut Nyssenus ait, hæc postremum figmento superædificata est? Attende igitur. Neque enim principio, ut diximus, ejusmodi differentiam Deus fecit, sed ipse sibi eam primus Adamus, cum perfectione jam excidisset, novissime conciliavit. Etenim nisi transgressurus fuisset, nisi in corruptionem cadere periclitatus esset, haud utique, ut jam superius affirmatum est, figurarum, maris scilicet feminæque, discrimen locum habuisset.

D Opus erat igitur, o vir sanctissime, ut plerique tradunt, ut Adami ruina prius contingeret, et tunc femina produceretur, ut hinc ea, quæ dicuntur, facile recipienda videantur. Non est tamen ignorandum Evæ ex Adami latere productionem hominis in peccatum lapso necessariam omnino fuisse. Cujus rei gratia? Ne scilicet ipsa alterius naturæ censeretur propter figuræ diversitatem, et ut genera ad consensionem et concordiam adduceret, et naturalem quemdam amorem eis inderet (81). Erat

(81) Glycas noster *Annalium* part. I: Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν μὴ τὴν Εὔαν ἀπὸ γῆς προελθεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀδὰμ, ὡς ἐντεῦθεν φίλτρον ἐντεθῆναι τοῖς ὁμοζύγοις. Augustinus, lib. IX *De Genes. ad liter.* cap. 13: *Quid ergo sibi vult etiam illud, quod mulier viri de latere facta est? Verum esto, propter ipsius conjunctionis vim commendandam hoc ita fieri oportuisse credamus.* Cæterum Cajetanus hanc Evæ ex Adami costa productionem totam ἀλληγορικῶς interpretatur et explicat, con-

insuper necessarium ut benedictionem ipsi participarent, ut natura potens reperiretur, quando nuptiæ principium habuere. Quoniam igitur talis Evæ ædificatio festinabat, ut dictum est, Deus eam etiam antequam Adamus caderet, præveniens effecit. Post ejus enim lapsum creandi tempus amplius non erat; sed maledictio, et ira, dolor et mœror, vultus sudor in afflicta vita, pellicearum tunicarum amictus, et in terram reversio. Tali vero tempore costam auferre, Evam fabricare, et eis benedicere, haud satis, ut arbitror, erat opportunum. Neque enim tunc benedictionis tempus, sed iræ et maledictionis, et aversionis, et mortis. « Terra enim, inquit, es, et in terram abibis. » Propterea et antequam Adamus caderet, ex ejus costa Evam produxit, secundum veniam tamen omnino, ut superius dictum est. Etenim, nisi ita res se habuisset, non maximus ille Paulus dixisset : « Bonum est mulierem non attingere. » Et quid opus est prolixiori sermone uti, quandoquidem qui a principio produxit, ille in Paulo loquebatur, et nisi secundum veniam feminam tunc produxisset, haud posterius equidem per Paulum mulierem minime attingere suasisset? Hinc enim ostendit ante feminæ productionem aliam quamdam sublimem et angelicæ conditioni parem vitam fuisse. Propterea enim alibi illam adducens dixit : « Qui potest capere capiat. » Hæc autem ita se habere, et sublimem angelicæque parem vitam ante feminæ productionem fuisse, constitutio illa, quæ sperator, manifestius ostendit. Neque admirere propterea : si cælibatum in futura vita Dominus promittit : Erunt, inquit, omnes ut angeli Dei (82). Quapropter Nyssenus ait, eam esse ad antiquam et priorem illam vitam regressum; quid pluribus deducere oportet primum hominem, et ejus vitæ institutionem æquali fuisse honore cum angelis, et vitam angelicam vixisse, quemadmodum superius dictum est? Animum adverte igitur. Qualis enim Adami illius constitutio fuerit gratia, quam exspectamus, aperte demonstrat, utpote quæ profecto ad priorem illam regressus est, ut jam prædiximus. Si enim et nuptiarum lege ligamur hodie, non utique ab ipso principio hæc lex data est, sed per indulgentiam posterius propter lapsum a perfectione. Quamobrem et coronis privatur ut linguam aureus ait. Si igitur ut dictum est, per indulgentiam ipsum femineus sexus inductus est, et nuptiæ datæ sunt, necessarium omnino est et præterire aliquando hæc omnia, et tales inveniri tunc ex mortuis resurgentes, qualis erat primus ille Adam, ut magnus Athanasius ad Antiochum inquit. Sed et divinissimus Anastasius ita de his loqui deprehenditur. « Omne alienum quod per peccatum in nos irrepsit, tunc deponemus. » Si vero hæc ita se habent de femina ipsa quid dicere oportet? Si propter hoc

μετασχεῖν αὐτοὺς εὐλογίαν ἀναγκαῖον ἦν. Ὡς ἐνδύναμον ἐντεῦθεν εὑρεθῆναι τὴν φύσιν ὅπη γε κατὰ τοῦ γάμου λάβῃ ἀρχήν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ τοιαύτη τῆς Εὔας οἰκοδομὴ κατεπείγουσα ἦν, ὡς προείρηται, προφθάνει ποιήσας αὐτὴν ὁ Θεὸς καὶ πρὸ τοῦ πεσεῖν τὸν Ἀδάμ· μετὰ γὰρ τὸ πεσεῖν αὐτὸν οὐκ ἔτι δημιουργίας ὑπῆρχε καιρὸς, ἀλλά τι κατάρα καὶ ὀργὴ, ὀδύνη καὶ λύπη, προσώπου ἱδρὼς, ἐπώδυνος βιοτὴ, χιτώνων δερματίνων περιβολὴ, καὶ πρὸς * ἀποστροφήν. Ἐν τοιούτῳ τοίνυν καιρῷ πλευρὰν ἀφαιρεῖν, Εὔαν οἰκοδομεῖν καὶ εὐεργετεῖν αὐτοὺς ἀπρόσδεκτον, ὡς οἶμαι, καὶ λίαν ἐτύγχανεν. Οὐδὲ γὰρ εὐλογίας τηνικαῦτα καιρὸς, ἀλλ' ὀργῆς καὶ ἀρᾶς, καὶ ἀποστροφῆς καὶ θανάτου. « Γῆ γὰρ, φησὶν, εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσει. » Διὰ τί τοῦτο καὶ πρὸ τοῦ πεσεῖν τὸν Ἀδὰμ ἐκ πλευρᾶς αὐτοῦ τὴν Εὔαν παρήγαγεν; Κατὰ συγχώρησιν δὲ πάντως, ὡς ἄνωθεν εἴρηται. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ πάμμεγας ἔλεγε Παῦλος· « Καλὸν μὴ ἅπτεσθαι γυναικός. » Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, ὅτι θῆλυ παρήγαγεν, οὐκ ἂν ὕστερον διὰ τοῦ Παύλου μὴ ἅπτεσθαι γυναικὸς συνεβούλευε. Παραγαγὼν ἐξ ἀρχῆς ἐκεῖνος ἦν ἐν τῷ Παύλῳ λαλῶν, καὶ εἰ μὴ κατὰ συγγνώμην τότε τὸ θῆλυ παρήγαγεν. Δείκνυσι γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι πρὸ τῆς τοῦ θήλεος παραγωγῆς ἑτέρα ζωή τις ἦν ὑψηλὴ καὶ ἰσάγγελος. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ πρὸς ἐκείνην ἀνάγων, ἔλεγεν· « Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι πρὸ τῆς παραγωγῆς τοῦ θήλεος ὑψηλὴ καὶ ἰσάγγελος ἦν ἡ ζωὴ, δείκνυσι τοῦτο σαφέστερον ἡ ἐλπιζομένη ἐκείνη κατάστασις. Καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν. Εἰ γὰρ ἐπαγγέλλεται μὲν ἀγάμιον ὁ Κύριος ἔν τε τῇ μελλούσῃ ζωῇ· « Καὶ ἔσονται, γὰρ, φησὶ, « πάντες ὡς ἄγγελοι Θεοῦ· » λέγει δὲ ταύτῃ ὁ Νύσσης, ἐπάνοδον εἶναι πρός γε τὴν ἀρχαίαν καὶ πρώτην ζωήν· τί χρὴ καὶ λέγειν ἐπί γε τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ καὶ τῇ αὐτοῦ διαγωγῇ ἣ ὅτι τοῖς ἀγγέλοις ὁμότιμος ἦν, καὶ ὅτι βίον ἰσάγγελον εἶχε, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται; Πρόσεχε οὖν. Τὴν γὰρ τοῦ Ἀδὰμ ἐκείνου κατάστασιν ὁποία τις ἦν ἡ προσδοκωμένη χάρις ἀριδήλως παρίστησιν· ἅτε δὴ πρὸς τὴν πρώτην ἐκείνην ἐπάνοδος οὖσα, ὡς ἤδη προείρηται. Εἰ γὰρ καὶ νόμῳ γάμου δεδέμεθα σήμερον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ὁ νόμος οὗτος ἐδίδοτο. Κατὰ δὲ συγχώρησιν ὕστερον διά γε τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν, ἐφ' ᾧ καὶ στεφάνων ἐστέρηται, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησιν. Εἴπερ οὖν, ὡς εἴρηται, κατά γε συγχώρησιν αὐτό τε τὸ θῆλυ παρήγετο, καὶ ὁ γάμος ἐδίδοτε, ἀνάγκη πᾶσα, καὶ παρελθεῖν ὁψέ ποτε ταῦτα πάντα, καὶ τοιούτους εὑρεθῆναι τότε τοὺς ἐκ νεκρῶν ἐγερθησομένους ὁποῖος ἦν ὁ πρῶτος ἐκεῖνος Ἀδὰμ, ὡς ὁ μέγας φησὶν πρὸς Ἀντίοχον Ἀθανάσιος. Ἀλλὰ καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος οὕτω περὶ τούτων εὕρηται λέγων· « Πᾶν ἀλλότριον τὸ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡμῖν ὑπεισελθὸν ἀποθησόμεθα τότε. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει περὶ

tra quem egregie disputat Natal. Alexander, tom. I. *Histor. Eccles. Prim. Ætat*, dissert. III, art. 2.

(82) Quid hæc verba significent exponit Augustinus, lib. XXII *De Civit. Dei*, cap. 17.

τοῦ θήλεος αὐτοῦ τί χρὴ καὶ λέγειν; εἴγε διὰ τοῦτο παρῆχθη, διὰ τὸ παραβαίνειν ἤδη τὸν ἄνθρωπον καὶ φθορᾷ ὑποπίπτειν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησί, πάντως οὐδὲν ἕτερον ἢ ὅτι τὸ σχῆμα τοῦτο παρελεύσεται, ἐπεὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑπεισῆλθεν ἡμῖν καὶ τοιούτους ἐγερθῆναι ἅπαντας ὁποῖος ἦν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ὁ κατ' εἰκόνα δηλαδὴ γεγενημένος Θεοῦ. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ Νύσσης ἐπάνοδον εἶναι ἔλεγε πρός γε τὴν ἀρχαίαν καὶ πρώτην ζωὴν τὴν ἐλπιζομένην ἐκείνην κατάστασιν.

Δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν ὅτι τοῖς ἀγγέλοις ὁμότιμον ἔπλασε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, καὶ κατ' ἐκείνους αὐτὸν πληθύνεσθαι ἤθελε· διά γε τὴν παρεκτροπὴν ἣν ἑκὼν ὑπέστη, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ἡ τοιαύτη παρῆχθη κατάκρισις, ἢ τῶν ἀλόγων δηλαδὴ ζώων ὁμοίωσις. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ Δαυὶδ ὀδυρόμενος, « Οἴμοι, » ἔλεγεν, « ὅτι ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε. Παρασυνεβλήθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Καὶ ὅρα πρὸς αὐτὸν, εἰ βούλει, τὸν πρῶτον ἄνθρωπον. Εἰ μὴ γὰρ ὡμοιώθη διὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῖς κτήνεσιν· εἰ μὴ διὰ τὴν παρακοὴν τὸ τῆς ἀλόγου κατασκεῦης ἰδίωμα πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο· εἰ μὴ τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην στολὴν ἑαυτὸν εἶδεν ἀπεκδυθέντα, κἀντεῦθεν ἄλλον ἐξ ἄλλου παραχρῆμα γεγονότα, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἠσχύνθη· οὐκ ἂν ἐῤῥάψε φύλλα συκῆς· οὐκ ἂν ἀπὸ Θεοῦ τηνικαῦτα ἐκρύβη· καὶ πῶς γὰρ οὐ κρυβῆναι ἐμελλεν ἴσασι πάντες οἱ ἐξ ἐκείνου τὸ γένος κατάγοντες τῆς αἰσχύνης ἐκείνης ὅσον τὸ μέγεθος. Οὐκοῦν ἐκ κατακρίσεως ἡ ἄλογος αὕτη κατασκευή· καὶ διὰ τοῦτο τὰ τῆς αἰσχύνης ἐν αὐτῇ καὶ μόνῃ συμπεριέστατο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ ἁμαρτία προὐξένησε. Ἐπεὶ δὲ πρὸ τῆς ἐκπτώσεως, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐδήλωσεν, ἀγγελικῆς μεγαλοφυΐας περίπλεος (83) ὁ πρῶτος ἐκεῖνος ἄνθρωπος, ὁ κατ' εἰκόνα δηλαδὴ γεγενημένος Θεοῦ, εὔδηλον πάντως ὅτι καὶ κατά γε τὴν τοῦ παντὸς συντέλειαν γενησόμενος τοιοῦτος ἐκ νεκρῶν ἐγερθήσεται. Ἡ γὰρ τῆς ἀναστάσεως χάρις οὐδὲν ἡμῖν ἐπαγγέλλεται ἕτερον ἢ τὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασιν.

producta est, propterea videlicet, quod homo jam transgressus fuerat, et corruptioni subjectus, ut Damascenus Joannes ait, omnino nihil aliud, quam quia habitus hic præteribit, quia per peccatum in nos irrepsit, et tales omnes resurgent, qualis erat primus homo, ille videlicet qui ad imaginem Dei factus fuit. Etenim nisi id fuisset, haud certe Nyssenus regressum esse dixisset ad antiquam et priorem vitam, illam constitutionem quam speramus.

Ostensum est igitur ex multis Deum æquali honore cum angelis primum hominem finxisse, qui volebat etiam eum eodem modo ac illos multiplicari. Propter transgressionem, quam sponte subiit, ut superius dictum est, talis inducta est condemnatio, mutarum scilicet pecudum similitudo. Nisi enim id fuisset, haud utique David lamentans: « Hei mihi, dixisset, homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis. » Et respice, sodes, ad ipsum primum hominem. Nisi enim assimilatus fuisset per peccatum jumentis; nisi per inobedientiam irrationalis constitutionis proprietatem ad se ipsum attraxisset; nisi angelico illo indumento se exutum vidisset, et alium ex alio statim factum, haud utique tantum erubuisset; haud utique folia ficus consuisset; haud utique a Deo ita se abscondisset. Et quomodo enim se non celaturus fuisset? Sciunt omnes, qui ex illo genus deducunt, quanta verecundiæ illius fuerit magnitudo. Itaque ex condemnatione irrationalis hæc constitutio; et per hoc in ipsa etiam sola pudoris census circumstetit. Sed hæc quidem peccatum conciliavit. Quoniam vero ante lapsum, sermo jam antevertens declaravit angelicæ magnificentiæ proximum primum illum hominem fuisse, qui ad imaginem videlicet Dei factus erat, exploratum omnino perspectumque est etiam in universitatis consummatione talem futurum a mortuis excitatum. Resurrectionis enim gratia nihil nobis aliud pollicetur, quam eorum qui ceciderunt in pristinum statum resurrectionem.

Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις καὶ τὸν θειότατον ἔχομεν Ἀναστάσιον περὶ τούτων οὕτω κατὰ ῥῆμα διεξιόντα· « Ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τῷ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένῳ οὐκ ἦν ἡ διαίρεσις αὕτη, ἤγουν τὸ ἄρσεν καὶ τὸ θῆλυ, οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ εἰκόνι τοιοῦτόν τι ἐπινενόηται· οὐδὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν λοιπὸν τοιοῦτόν τι χρὴ ἐπιζητεῖν, ὅτι μετασχηματίσει τότε τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ὁ Σωτήρ. Εἰ γὰρ ὁ τῆς Νύσσης φησὶ, Τὸ σχῆμα τῆς ἀλόγου φύσεως ἐνέδυσε μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἀφ' οὗ μίξις καὶ σύλληψις, τόκος καὶ ῥύπος, θῆλυ καὶ τροφὴ, καὶ ἡ κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὸ τέλειον αὔξησις, ἀκμή τε καὶ γῆρας, νόσος καὶ θάνατος· εὔδηλον πάντως ὅτι μετασχηματίσει πάλιν ἡμᾶς τὸν εἰδεχθῆ καὶ ἄλογον ἀπεκδύσας χιτῶνα,

Præter autem dicta etiam divinissimum Anastasium habemus his verbis disserentem: « Quoniam igitur in eo, qui ad imaginem Dei factus fuerat, non erat discrimen hoc, masculus videlicet et femina: neque enim in divina et beata imagine hujusmodi aliquid concipitur: neque post resurrectionem tale aliquid reliquum requirere oportet; quoniam transformabit tunc corpus humilitatis nostræ Servator. Si enim Nyssenus ait, Habitum irrationalis naturæ induit post peccatum nos Deus, ex quo coitus et conceptio; partio, et sordes; femina et nutrimentum, et tacitum ad perfectionem augmentum; florens ætas, et senectus; morbus et mors: manifestum omnino est nos esse iterum transformaturum, cum superinductam et irrationalem tuni-

(83) Forte παραπλήσιος.

Hic igitur divinus hic vir perspicue demonstravit, A ut nobis indoctis videtur, eo quod unus homo a principio productus est, in quo figurarum differentia nulla erat ; ad illum vero, quæ resurrectionem attinent, respiciunt, ut jam dictum est ; propterea nullum figurarum et facierum futurum esse in resurrectione discrimen.

Hæc autem ita se habere, et unum principio hominem a Deo productum fuisse, et ideo feminam postea invectam, quod Adamus a sua perfectione excidisset, divinus Gregorius Nyssenus manifestius ostendit, dum ita vir ille divinus dubitat disseritque : « Si ad Dei imaginem homo creatus est, quomodo eos masculum femineamque produxit? » Deinde vero hanc dubitationem resolvens, qua figura nostra corpora resurrectura sint subindicare videtur. Ait enim maris et feminæ discrimen non a principio ipso, cum scilicet primus ille homo productus est, sed tandem post imaginis conditum opificio superinductum fuisse, quod quidem non Divinitati, sed ipsi est mutarum pecudum naturæ persimile. Qua vero de causa hæc facta, et quomodo illi a Deo adjutor datus ; et cur maris et feminæ discrimen, quod quidem ad animalia ratione carentia similitudine accedit, illatum sit, laudatus hic vir luculentissime te docebit, hisce iisdem verbis ita dissertans : « Fingens Deus hominem, generaliter scilicet naturam, rem Deo similem, non numero paulatim crescentem esse C volebat, sed una cum illius productione omne humanum genus intuebatur, etiam non post multum futuram hominis transgressionem, et e sublimi illa et angelica æquali vita cum esse casurum. » Ne igitur humanarum animarum multitudo, cum excidisset ab primo illo, secundum quem similiter et angeli in multitudinem excreverant, mutilaretur, curam augmenti naturæ illorum invicem imposuit, cum in peccatum prolapsi essent, pro præstanti illa angelica conditione, jumentorum proprium et irrationalem successionis ex invicem modum humanæ naturæ inserens. Nam quia non ignoravit, ut dictum est, suum opificium, cum ex illa æquali cum angelis dignitate defluxisset, cum humilibus rebus communionem habiturum esse, D propterea et propriæ imagini (71) aliquid irrationalis admiscuit. In divina enim et beata natura nullum est maris femineque discrimen. Irrationalis igitur structuræ proprietatem in hominem inferens, non secundum nostræ creationis sublimitatem superabundantiam generi elargitur. Neque enim cum ad imaginem hominem produxit, tunc, qua cresceret

γας, οὐ μέλας καὶ ξανθὸς, οὐ διάφορα πρόσωπά τε καὶ σχήματα. Σαφῶς μὲν οὖν ἐνταῦθα θεῖος οὗτος ἔδειξεν ἀνὴρ, ὡς δοκεῖ τοῖς ἀμαθέσι τέως ἡμῖν, ὅτι διὰ τὸ ἕνα παραχθῆναι καταρχὰς ἄνθρωπον, ἐν ᾧ διαφορὰ σχημάτων οὐκ ἦν· ἀφορᾷ δὲ τὰ τῆς ἀναστάσεως πρὸς αὐτὸν, ὡς ἤδη προείρηται· τούτου χάριν ἐν τῇ ἀναστάσει διαφορὰ σχημάτων καὶ προσώπων οὐκ ἔστιν.

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι ἕνα παρήγαγε κατ' ἀρχὰς ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, καὶ ὅτι τὸ θῆλυ διὰ τοῦτο μετὰ ταῦτα εἰσένηγκε, διὰ τὸ τὸν Ἀδὰμ ἐκπίπτειν τῆς τελειότητος, ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος ἀριδηλότερον ἔδειξεν ἐπαπορούμενος ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ· « Εἰ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος ἔκτισται, πῶς ἄρσεν καὶ θῆλυ παράγει αὐτούς; » B Πρὸς δὲ καὶ ἐπιλύων τὸ τοιοῦτον ἀπόρημα, ὑπεμφαίνειν ἔοικεν, ὁποίῳ σχήματι ἐγείρονται τὰ ἡμέτερα σώματα. Λέγει γὰρ ὅτι τὴν κατὰ τὸ ἄρσεν καὶ θῆλυ διαφορὰν οὐκ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς, ἡνίκα δηλαδὴ τὸν πρῶτον ἐκεῖνον παρήγαγεν ἄνθρωπον, ἀλλὰ μετὰ τὴν τῆς εἰκόνος κατασκευὴν τελευταῖον ἐπιτεχνᾶται τῷ πλάσματι· ἤτις; οὐ πρὸς τὸ Θεῖον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν ἄρα τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ἔχει τὴν ὁμοιότητα. Διὰ τί δὲ ταῦτα γέγονε, καὶ πῶς αὐτῷ βοηθὸς παρεδίδοτο· καὶ τίνος ἕνεκεν ἡ κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφορὰ παρεισήγετο, ἡ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα φέρουσα τὴν ὁμοίωσιν, ὁ διαληφθεὶς οὗτος ἀνὴρ ἀριδηλότατά σε διδάξει, κατὰ ῥῆμα διεξιὼν οὕτως· « Πλάττων ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καθόλου δηλαδὴ φύσιν, τὸ θειοείκελον χρῆμα, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν C ἐκαστέραις προσθήκαις, ἀλλ' ἅμα τῇ αὐτοῦ παραγωγῇ τὸ ἀνθρώπινον ἅπαν ἐώρα γένος, ὁπόσον ἂν εἴη κατ' ἀριθμόν· ἐώρα δὴ καὶ τὴν γενησομένην μετ' οὐ πολὺ τοῦ ἀνθρώπου παρεκτροπὴν, καὶ ὅτι τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης ἐκπεσεῖται καὶ ἰσαγγέλου ζωῆς. » Ὡς ἂν οὖν μὴ κολοβοῦσθαι τὸ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν πλῆθος ἐκπεσὸν ἐκείνου τοῦ πρώτου, καθ' ὃν ἄρα καὶ οἱ ἄγγελοι πρὸς πλῆθος ηὐξήνθησαν, ἐπίνοιαν αὐξήσεως ἐγκατασκευάζει τῇ φύσει κατάλληλον τοῖς εἰς ἁμαρτίαν κατολισθήσασιν, ἀντὶ τῆς ἀγγελικῆς μεγαλοφυΐας τὸν κτηνώδη καὶ ἄλογον τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς τρόπον ἐμφυτεύσας τῇ ἀνθρωπότητι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἠγνόησεν, ὡς προείρηται, ὅτι τὸ πλάσμα τῆς πρὸς τοὺς ἀγγέλους ὁμοτιμίας ἀποῤῥὰν, τὴν πρὸς τὸ ταπεινὸν κοινωνίαν προσοικειώσεται, διὰ τοῦτο παρέμιξέ τι καὶ τοῦ ἀλόγου τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι· οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ φύσει ἡ κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφορά. Τῆς οὖν ἀλόγου κατασκευῆς ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐνεγκὼν τὸ ἰδίωμα, οὐ κατὰ τὸ ὑψηλὸν τῆς κτίσεως ἡμῶν τὸν πλεονασμὸν τῷ γένει χαρίζεται. Οὐδὲ γὰρ ὅτε τὸν κατ' εἰκόνα παρήγαγε, τότε τὴν τοῦ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι δύναμιν τῷ

erram, quamvis et in delinquentibus manserit, tamen antequam delinquerent data est, ut cognosceretur procreationem liliorum ad gloriam cennubii, non ad pœnam pertinere peccati. » Vide omnino alia capita in quibus ostendit quomodo sine libidine conjugale opus exerceri posset. Vide etiam quæ inferius adnotabimus.

(71) Homo non est imago Dei quoad corpus, ut Cyrillus Alexandrinus *contra anthropomorphitas*, et Isidorus Pelusiotes docent, etsi imago Dei alibi sita etiam in corpus quodammodo redundare cognoscatur, ut indicat Augustinus. Tertullianus eam lib. *De resurrect. carn.* in vivacitate reponit, Augustinus lib. XII. *De civ. Dei*, cap. 23, in ratione atque intelligentia, sicuti lib. III, *De Genes. ad litteram*, cap. 20.

ἀνθρώπῳ προσέθηκεν· ἀλλ' ἡνίκα διέκρινε τὴν κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφοράν. Ὡς εἴγε πρὸ τοῦ ἐπιβαλεῖν τῇ φύσει τὴν τοιαύτην διαφοράν, « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, » ἔλεγεν, οὐκ ἂν τοῦ τοιούτου τῆς γενέσεως εἴδους προεδεήθημεν, δι' οὗ γεννᾶται τὰ ἄλογα. Ταύτῃ τοι καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου καταθρηνῶν ὁ Δαβὶδ ἀθλιότητα, « Οἴμοι, ἔλεγεν, ὅτι ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε. Παρασυνεβλήθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Τὴν γὰρ ζωώδη ταύτην γένεσιν τῇ φύσει παραδεξάμενος διὰ τὴν πρὸς τὸ ὑλῶδες ροπὴν, κτηνώδης ὄντως γέγονεν ὁ τοῖς ἀγγέλοις πρότερον ὁμότιμος ὤν.

A et multiplicaretur, virtutem homini adjecit, sed cum maris et feminæ differentiam discrevit. Ut si antequam tale naturæ discrimen imponeret: « Crescite, dixit, et multiplicamini, » haud utique ejusmodi generationis forma indigebamus, per quam bruta animantia generantur. Propterea David etiam, hominis miseriam querens, « Hei mihi, dicebat, quod homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [1] (72). » Cum enim animalem hanc generationem natura accepisset, propter illam ad res materiatas proclivitatem, belluinus prorsus evasit, cum angelis antea æqualis honore fuisset.

Ταῦτα μὲν οὖν, ὁσιώτατε, καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐπιβεβαιοῦν ἔοικε περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου καὶ τάδε διεξιών· « Εἰδὼς δὲ ὁ προγνώστης Θεὸς ὅτι ἐν παραβάσει γενήσεται, καὶ ὅτι φθορὰ ἐπιπεσεῖται, παράγει τὸ θῆλυ ἐξ αὐτοῦ βοηθὸν αὐτῷ κατ' αὐτὸν πρός γε τὴν τοῦ γένους ἐκ διαδοχῆς μετὰ τὴν παράβασιν σύστασιν. » Τὰ αὐτὰ τοῖς διαληφθεῖσι καὶ τῷ χρυσορρήμονι Ἰωάννῃ διείληπται. Ἐν οἷς γὰρ ἐξέθετο κεφαλαίοις *Περὶ τε γάμου καὶ παρθενίας*, καὶ τάδε περὶ τούτου διέξεισι· « Πλάσας ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἔθετο ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ γάμου λόγος οὐδεὶς ἦν· ἔδέησεν αὐτῷ γενέσθαι βοηθὸν, καὶ ἐγένετο· καὶ οὐδὲ οὕτως· ὁ γάμος ἀναγκαῖος εἶναι ἐδόκει. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν ἀπὸ τοῦ θανάτου φθορὰν ἐδέξαντο καὶ τὴν ὀδύνην καὶ τὴν ἀρὰν καὶ τὸν ἐπίπονον βίον, τότε καὶ ὁ γάμος ἐπεισέρχεται. » Ὁρᾷς πόθεν ἐς τὴν ἀρχὴν ὁ γάμος ἀναγκαῖος ἔδειξεν εἶναι; Ἀπὸ τῆς παρακοῆς, ἀπὸ τῆς ἀρᾶς, ἀπὸ τοῦ θανάτου. Ὅπου γὰρ θάνατος, ἐκεῖ γάμος. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐπεισῆλθεν ὁ γάμος, ὡς εἴγε ἔμενεν ὑπακούων ὁ Ἀδὰμ, οὐκ ἂν ἐδέησε τοιούτου. Καὶ τούτου γὰρ ἄνευ ἡ τῶν ἀνθρώπων πληθὺς προελθεῖν οὐκ ἐκωλύετο. Εἰ γὰρ μύριαι μυριάδες ἀγγέλων λειτουργοῦσι τῷ Θεῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἀρχαγγέλων παρεστῶσιν αὐτῷ, καὶ οὐδεὶς τούτων ἐκ διαδοχῆς γέγονε καὶ τόκων, καὶ

Hæc quidem igitur, vir sanctissime, Damascenus etiam Joannes confirmare videtur, disserens de primo homine ea quæ sequuntur: « Cum vidisset Deus, qui omnia præsentit, mandatum eum esse transgressurum et corruptioni futurum obnoxium, produxit ex ipso feminam, adjutorium simile ei, ad successivam generis post peccatum propagationem. » Eadem cum his quæ protulimus, et aureo eloquentiæ fluvio manans Joannes dissertat. Capitibus enim, in quibus de nuptiis et virginitate egit, etiam hæc de hoc ipso loquitur: « Cum formasset Deus hominem, posuit eum in paradiso, et nulla erat nuptiarum ratio. Oportuit adjutorem ipsi fieri, et factus est, et neque sic nuptiæ necessariæ esse videbantur. Sed postquam mortis corruptionem excepere, et dolorem, et maledictionem, et laboriosam vitam, tunc nuptiæ supervenere. » Vides ex quo nuptias esse cœpisse necessarias ostendit? Ex inobedientia scilicet, ex maledictione, ex morte (73). Ubi enim mors, ibi et nuptiæ. Propterea igitur novissime nuptiæ introiere ita ut si obediens Adamus permansisset, harum usus nullus fuisset. Etenim et sine his hominum multitudo prodire non prohiberetur (74). Si enim centum millia millium angelorum Deo ministrant, et mille millium archangelorum eidem assistunt, et horum nemo

[1] Psal. XLVIII, 13.

(72) Qualis fuerit primi hominis conditio egregie docet Augustinus lib. XII, *De civ. Dei*, cap. 21: « Hominem vero, cujus naturam quodammodo mediam inter angelos bestiamque condebat; ut si Creatori suo tanquam vero Domino subditus præceptum ejus pia obedientia custodiret, in consortium transiret angelicum, sine morte media beatam immortalitatem sine ullo termino consecutus; si autem Dominum Deum suum libera voluntate superbe ac inobedienter usus offenderet, morti addictus bestialiter viveret libidinis servus æternoque post mortem supplicio destinatus. » Hæc omnia mores vivendique rationem, non exteriorem figuram respiciunt, quod perperam censet Glycas.

(73) Frigida prope videtur Manichæis suffundi, quos inter Leucius Charinus conjugia legitima improbans, omnem generationem malam et a malo esse affirmavit. in *Actis Petri, Andreæ, Joannis, Thomæ* et *Pauli*, apud Photium cod. CXIV. Conjugia etiam reprobavit Marcion, ut scribit Tertullianus I, *adversus Marcionem*.

(74) Hæc opinio magno Augustino ne in mentem quidem venerit, dum lib. XIV, *De civit. Dei*, c. 23, ita scribit: « Quisquis autem dicit non fuisse coituros nec generaturos nisi peccassent, quid dicit nisi propter numerositatem sanctorum necessarium hominis fuisse peccatum? » Nec Ambrosio quidem *De Paradis.*, cap. 10: « Et ideo quia ex viro solo poterat humani esse generis propagatio, pronuntiavit Dominus non esse bonum solum esse hominem. » Libro tamen VII, *De Genes. ad litter.*, cap. 21, ita scripsit Hipponensis præsul: « Nam illud quod dictum est, *Crescite et multiplicamini, et implete terram*, quanquam nisi per concubitum maris et feminæ fieri non posse videatur, unde hic quoque mortalium corporum exstitit indicium, potest tamen dici alium modum esse potuisse in corporibus immortalibus, ut solo piæ charitatis affectu nulla corruptionis concupiscentia filii nascerentur, etc. » Eadem habet libro *De bono conjugii*, cap. 1. Sed quantum non dubitet Augustinus, hominem, etsi justus permansisset, nuptiarum tamen fecunditate propagandum fuisse, quamque aliter sentientes exsibilet, aperte constat ex iis quæ late disputat lib. IX, *De Genes. ad litt.*, capp. 3, 4, 5, 7, 8, 9.

ex successione, genitoribus, et parturitione, et conceptione natus est, multo magis homines sine conjugio fecisset, quemadmodum et illos primos, unde omnes homines descenderunt, effecit. Ita igitur laudati hi divinissimi viri ad verbum hæc disserentes nobis affirmare visi sunt, non secus ac divinissimos angelos hominum multitudinem processuram fuisse, nisi ab illa honoris cum angelis æqualitate homo voluntarie aberrasset, et longe se expulisset. Si vero illa ratione multiplicandi erant, reliquum est ut nuptiis a principio, quemadmodum dictum est, opus non fuerit. Quomodo enim, si post maledictionem hæc, et post eam quæ ex morte procedit, corruptionem, introiere, ut linguam aureus affirmat? Si vero nuptiis opus non erat, reliquum est ut nec ea quæ ad nuptiarum consummationem confert, formatione. Quomodo enim, siquidem, ut Nyssenus ait, belluinus hic nuptiarum modus novissime humanæ naturæ additus fuit? Et quomodo non belluinus, si per ipsum cum mutis animantibus similitudinem gerimus?

A ὠδίνων καὶ συλλήψεως· πολλῷ μᾶλλον ἀνθρώπους ἐποίησε γάμου χωρίς. Ὥσπερ οὖν ἐποίησε τοὺς πρώτους ὅθεν ἅπαντες ἄνθρωποι, οὕτω μὲν οὖν οἱ διαληφθέντες οὗτοι θειότατοι ἄνδρες κατὰ ῥῆμα ταῦτα διεξιόντες ὑπεμφαίνειν ἡμῖν ἐοίκασιν, ὅτι κατὰ τοὺς θειοτάτους ἀγγέλους καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων πλῆθὺς ἔμελλε προελθεῖν, εἰ μή γε παρεκτροπὴν καὶ ἔκστασιν ἀπὸ τῆς πρὸς ἀγγέλους ὁμοτιμίας ἑκὼν ὑπέστη ὁ ἄνθρωπος. Εἰ δὲ κατ' ἐκεῖνον ἔμελλον προελθεῖν, οὐδὲ γάμου χρεία λοιπὸν ἀπ' ἀρχῆς, ὡς προείρηται, ἦν· πῶς καὶ γάρ, εἴγε μετὰ τὴν ἀρὰν οὗτος εἰσῆλθε καὶ τὴν ἀπὸ θανάτου φθοράν, ὡς χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησιν; Εἰ δὲ μὴ γάμου χρεία ἦν, οὐδὲ τῆς τῷ γάμῳ λοιπὸν συντελούσης κατασκευῆς. Πῶς καὶ γάρ, εἴπερ, ὡς ὁ Νύσσης φησὶ, τελευταῖον ὁ κτηνώδης οὗτος τοῦ γάμου τρόπος ἐγκατεσκευάσθη τῇ ἀνθρωπότητι; Καὶ πῶς γὰρ οὐ ὁ κτηνώδης, εἴγε χάριν αὐτοῦ αὐτῷ πρὸς τὰ ἄλογα τὴν ὁμοίωσιν φέρομεν;

B

Neque mihi hunc sermonem gravem arbitrator. Habes enim divinum Isidorum Pelusiotam in suis Epistolis ita ad verbum disserentem: « Si castitatem quidem spectes, angelis homo similis est; si vero conjugium, nihil differt a bestiis, quibus concubitus necessarius est, atque ita generis successionem excogitare. » Bene igitur David hominis miseriam despicit. Brutis enim, ut dictum est, animantibus in eo quod generationem attinet, similis factus est, et perturbationes has, tristitiam, voluptatem, concupiscentiam, et quæcunque id genus alia, inde ad se ipsum attraxit (75). Neque enim ipso initio hæc una cum ipsa humana natura creata fuere, quemadmodum in libris ad Thalassium magnus Maximus asserit; sed eo quod perfectione exciderit, hæc, quæ parti naturæ ratione magis experti adnascuntur, superinducta sunt. Verum ad hæc animum intendere par est. Elucet enim, cum primum illum hominem Deus produxit, neque conjugii rationem, neque quæ conjugium perficit, structuram fuisse (76). Si enim principio Deus per nuptias hominem multiplicari voluisset, quomodonam David isthuc ipsum quereretur, « ilei mihi, dicens, quod homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis? » Vel si, ut angeli, multiplicari volebat eum, quem paulo minus ab angelis minuit, quidnam erat, quod eum cum hujusmodi structura produci compelleret, siquidem ad mutarum pecudum similitudinem produci tunc homo haudquaquam debebat. Qua de causa? Et ut divina in hoc intentio operibus ipsis manifestaretur, et homo pariter ipse culpari pos-

C

Καὶ μή μοι τὸν λόγον ἡγοῦ φορτικὸν τουτονί. Ἔχεις γὰρ τὸν Πηλουσιώτην Θεῖον Ἰσίδωρον ἐν Ἐπιστολαῖς αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτω διεξιόντα· « Κατὰ μὲν τὴν ἁγνείαν τοῖς ἀγγέλοις ὁμοιοῦται ὁ ἄνθρωπος· κατὰ δὲ τὸν γάμον τῶν θηρίων οὐδὲν διενήνοχεν, οἷς ἀναγκαία ἡ συνουσία ἐστὶ καὶ δοκεῖν τὴν τοῦ γένους μηχανᾶσθαι διαδοχήν. » Καλῶς οὖν ὁ Δαβὶδ τὴν τοῦ ἀνθρώπου καταφρονεῖ ἀθλιότητα· τοῖς γὰρ ἀλόγοις, ὡς εἴρηται, κατὰ γένεσιν ὁμοιωθεὶς καὶ τὰ πάθη ταῦτα λύπην, ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πρὸς ἑαυτὸν ἐκεῖθεν ἐφείλκυσεν· οὐδὲ γὰρ προηγουμένως τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ταῦτα συνεκτίσθησαν, ὡς ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ὁ μέγας φησὶ Μάξιμος· ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν, ὕστερον ἐπεισήχθη ταῦτα τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις προσέχειν σε ἄξιον· φαίνεται γὰρ ὡς ἠνίκα τὸν πρῶτον ἐκεῖνον παρήγαγεν ἄνθρωπον, οὔτε γάμου λόγος ἦν, οὔτε τῆς τῷ γάμῳ λοιπὸν συντελούσης κατασκευῆς. Εἰ γὰρ ἐβούλετο κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς διὰ γάμου προσελθεῖν εἰς πλῆθος τὸν ἄνθρωπον, καὶ πῶς ὁ Δαβὶδ ἐποδύρεται τούτου ἕνεκεν, « Οἴμοι, λέγων, ὅτι ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρεσυνεβλήθη ἀνοήτοις κτήνεσι καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς; » Πῶς κατὰ τοὺς ἀγγέλους πληθύνεσθαι ἤθελε τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον, καὶ τί τὸ καταναγκάζον μετὰ τοιαύτης αὐτὸν προαχθῆναι κατασκευῆς εἴγε καὶ μᾶλλον οὐκ ἔπρεπε καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀλόγων τὴν τοῦ ἀνθρώπου τηνικαῦτα γενέσθαι παραγωγήν; Τίνος ἕνεκεν; Ὥστε καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ θεῖον σκοπὸν ἔργοις αὐτοῖς γενέσθαι κατάδηλον, καὶ αὐτὸν αὖθις αἰτιᾶσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἴποτε τῇ ψυχῆς ἐκπεσὼν λήξεως ἐπὶ τὴν ζωώδη ταύτην κατ-

D

(75) Superius epist. 3. Hæc eadem quoque disputat et affirmat part. I, *Annal.*, ubi περὶ χιτώνων δερματίνων. Cur voluptas concubitu et comestioni a Deo admista sit egregie disserit Cyrillus apud nostrum Glycam loco proxime laudato, id omnino necessarium ostendens, ut homines ad seipsos servandos genusque propagandum blanda quadam illecebra potenter attraherentur.

(76) Eos qui censent concubitum propter peccatum inductum fuisse, egregie confutat ὁ πάνυ lib. IX, *De Genes. ad litt. cap.* 9.

ιὶ ἄλογον γένεσιν. Εἰ γὰρ ἅμα τῇ παρ- A
'Αδὰμ καὶ ἡ ἄλογος αὕτη συμπαρήγετο
θύραν ἀντιλογίας ἦν ἐντεῦθεν ἀνεφγμέ-
τ' αὐτὸν γὰρ τὸν Θεὸν ἡ αἰτίασις διέ-
ὡς μετὰ τοιαύτης παραγαγόντα κατα-
'Αδάμ· ἐφ' ᾧ οὐκ ἔδει τηνικαῦτα συμ-
αὐτὴν, ὥς γε δοκεῖ τέως ἡμῖν.

τοῦτο προτείνουσί τινες, ὅτι κατὰ τὴν
γνωσιν ὁ Θεὸς τὴν τοιαύτην δέδωκε τῷ
ιτασκευὴν ἀπ' ἀρχῆς, καλῶς τοῦτο προ-
ὶ δεχόμεθα τὸν λόγον αὐτῶν· εὐπαρά-
'Αλλ' εὐθὺς ἀνθυποφέρομεν οὕτω καὶ
τε,· Εἰ κατὰ θείαν πρόγνωσιν ἡ κτηνώ-
ταασκευὴ τῷ 'Αδὰμ ἐδίδοτο καταρχὰς, ἵνα B
ητὸν αὐτὸν ἔπλασε, καὶ φθορᾷ ὑποκείμενον,
ᾷ καὶ θνητότητι περιπίπτοντα τοῦτον ἐώρα
; ἵνα τί μὴ καὶ τὴν Εὔαν αὐτίκα παρήγα-
ῳ γάμου συνέζευξεν αὐτοὺς, ἐπειδήπερ
τὸ συμβησόμενον; ἵνα τί μὴ καὶ σάρκα
δυσεν αὐτοὺς ἐξ ἀρχῆς, καὶ τὰ λοιπὰ
ἤγαγεν, ἐν οἷς αὐτοὺς κατεδίκασεν ὕστε-
ώδέν τι τοιοῦτον ἐποίησε, δόξαι θέλων
οῖον εἶναι ἐβούλετο τὸ τῶν χειρῶν αὐ-
γημα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μόνον αὐτὸν
καὶ ἀφθαρσίᾳ τετίμηκε καὶ κατὰ τοὺς
λιθύνεσθαι ἠθελε· διὰ τοῦτο καὶ ψυχῆς
ωκε νοερᾶς, βουλόμενος αὐτὸν εἶναι καὶ
ς τὸ διηνεκὲς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν C
οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλέα τῶν
ἄντων κατέστησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός.
τι καὶ λέων αὐτῷ καὶ πάρδαλις ὑπετάσ-
ὰ λοιπὰ πάντα θηρία δουλικῷ παρίσταν-
. « Καὶ ἤγαγε γάρ, φησὶ, τὰ ζῶα πρὸς
οῦ ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά. » Οὕτω μὲν
ρχῆς ἠθελε καὶ εἶναι καὶ διάγειν τὸν ἄν-
ιεός· ἀλλ' ἐξ ἀβουλίας ἐκεῖνος ὑποτέμνει
ρχῆς, σχημάτων ὑποπίπτει διαφορᾷ,
ἐξ ἄλλου γίνεται. Καὶ τοῦτο Δαβὶδ ὁ
ραίνων ἔλεγεν· « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ
ρασυνεβλήθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι, καὶ
ὁτοῖς. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πάντως
ον ἀπερισκέπτως οὕτω καὶ συναρπά-
λόγοις, ὅτι ἐκ προγνώσεως ὁ Θεὸς μετὰ D
ατασκευῆς παρήγαγε τὸν Ἀδὰμ ἀπ' ἀρ-
καὶ μᾶλλον ὁ Συναΐτης Θεῖος Ἀναστάσιος
ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε κατὰ
ν εὕρηται· « Διπλῆ τίς ἐστιν ἡ τῆς φύ-
κατασκευὴ, ἥ τε πρὸς τὸ Θεῖον ὁμοιω-
πρὸς τὴν διαφορὰν ταύτην τῶν σχημά-

set, si unquam ab animæ quiete excidens ad belluinam hanc et irrationalem generationem devoveretur. Si enim una cum Adami productione et structura ipsa irrationalis producta fuisset, contradictionis portam inde apertam videre erat (77). In ipsum enim Deum culpa refunderetur, utpote illum, qui Adamum ita constructum produxisset. Quamobrem hanc tunc structuram una cum illo produci non oportebat, ut nobis quidem videtur.

Si qui vero, eo quod omnia præsenserit Deus, ita hominem a principio construxisse pertendunt, recte hæc pertendunt, et eorum sermonem recipimus; dignus enim est, qui facile recipiatur; sed statim contra subinferimus, ita nos etiam dicentes: Si secundum divinam præsensionem belluina hæc structura Adamo a principio data est, eumnam mortalem etiam ipsum, et corruptioni obnoxium Deus non formavit, quando corruptioni et mortalitati paulo post hunc subjiciendum intuebatur? Quidnam et Evam non statim produxit, eosque nuptiarum lege conjugavit, siquidem quod eventurum esset, non ignorabat? Cur et crassa carne eos a principio non induit, et cetera omnia produxit, ad quæ eos postea damnavit? Sed nihil hujusmodi fecit, ostendere exinde volens, quale manuum suarum opificium esse vellet. Propterea enim et solum ipsum produxit, et immortalitate honoravit, et angelorum instar multiplicari volebat. Propterea et animam ipsi, quæ intelligentia præstaret, tribuit, immortalem eum in perpetuum esse volens, quemadmodum aurea lingua conspicuus affirmat. Et non ista tantum, verum etiam terrenorum omnium regem Deus hominem constituit (78). Vide enim et leonem, et pardalin ei subjectos fuisse, et reliquas immanes bestias ipsi servili figura astitisse. « Adduxit enim, inquit, animalia ad Adam, ut videret quomodo ea vocaret. » Ita igitur a principio et esse et vivere hominem Deus volebat. Sed propter imprudentiam et temeritatem, principatus ille dignitatem præcidit, figurarum discrimini subjacet, et ex alio alius evadit. Et hoc divinus David significans dicebat: « Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis. » Si vero hæc ita se habent, absurdum omnino est tam inconsiderate illis sermonibus abripi, ex præsensione videlicet Deum hujusmodi forma instructum Adamum a principio produxisse; siquidem divinus ille Anastasius Sinaites, in suo *De resurrectione* libro, et hæc ipsa ad verbum dicere comperitur: « Du-

o quidem Glycæ opinio, sexum ullum n Adamo fuisse negantis, e regione stat obinorum, Samuel in *Bereschit Rabbah*, en-Israel *Conciliation. in Genesim*, Mai- *More Nevochim*, part. II, cap. 30, qui ndrogynum faciunt, asseruntque quod Eva creati sunt sicut unus, ex tergo vel uncti. Postea vero a Deo divisi sunt, qui partem accepit, et fuit Eva, et adducta est ad ipsum. » Hæc sententia ex Platone in *Symposio* petita esse videtur, cui perperam assensum præstitit Eugubinus in *Cosmopœa*; quanquam Platonis fabellam ab divina historia non multum abludere censet Eusebius libro XII τῆς Προπαρασκ., *cap.* 12.

(78) Vide Isidorum Pelusiotam *Epistola* XCV L.b. III. Vide *Epist.* II et *Epist.* IV nostri *Glycæ*.

plex est naturæ nostræ constructio, et hæc quidem cum Deo similitudinem habet; illa vero hoc figurarum discrimine distincta, quod tandem opificio superinductum est. » Et non hæc tantum, verum etiam sanctam Scripturam vir hic divinus adducit, ut consultum hoc manifestius efficiat. Ait enim : « Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum. Secunda vero effectio : « Masculum et feminam fecit eos. » Hæc autem ita se habere ex ipsis verbis liquido constat. Cum enim ibi ille dixit : « Ad imaginem Dei fecit *illum*, » et hic dixit, « Masculum et feminam fecit *eos*, » perspicue ostendit, aliam illam, aliam hanc effectionem fuisse; illam quidem, quæ opificis liberalitatem exhibebat : Ad imaginem Dei fecit illum; hanc vero, quæ figurarum discrimen inferebat : Masculum et feminam fecit eos. Gravis hic quidem sermo videtur, sed eis, qui proprium ratiocinium sequuntur : sacras enim Patrum scripturas scrutantibus dignus qui omnino recipiatur, quandoquidem clarus hic apertusque est. Et audi quid dicat divinarum rerum consultissimus Anastasius. Prædictis enim et hæc insuper subdit multis declarare volens id, quod dicimus : « Secunda creatio maris et feminæ est, superaddita opificio illi, quod primo conditum fuerat; ei videlicet quod ad Dei erat imaginem, in quo figurarum differentia non erat, quia neque in divina et beata imagine hujusmodi aliquid intelligitur. » Si vero hæc ita habent, rationi consentaneum non est dicere, ex præsensione Deum Adamum ejusmodi a principio construxisse. Siquidem secundæ creationis est hæc figurarum differentia, quam post primam effectionem, ut dictum est, Deus induxit : non enim quod eventurum esset ignorabat. Et attende, si vis, Joanni Damasceno de primo homine ita dicenti : « Cum videret, qui omnia præsentit, Deus, mandatum eum transgressurum, et corruptioni obnoxium futurum, propterea feminam ex eo produxit; » ita ut nisi angelica vita excidisset, nunquam hæc profecto figurarum differentia superinducta fuisset, quia neque hac opus habuit, qui ad Dei imaginem factus fuerat, ad successivam generis propagationem, cum ad instar angelorum esset multiplicandus.

Hujusmodi igitur formavit hominem Deus a principio, et talem ipsi sublimem et angelicæ parem sortem largitus est. Nec divina certe gratia mutata est : quia non sunt obnoxia pœnitentiæ divina munera. Sed, quæ postea evenit hominis transgressio, et inducta per hanc condemnatio, ut jumentis ille insipientibus similis esset, effecit. Etenim nisi hoc fuisset, nisi talem condemnationem habuisset, eo quod angelos dignitate æquiparans non intellexit, haud profecto ob hoc ipsum David lamentaretur, non magnus Maximus diceret juste humanam naturam puniri per irrationalia illa insignia, quæ ad se scienter attraxit. Hæc igitur belluina insignia divinissimus etiam Anastasius ait pellicæ tunicæ integumentum consecuta esse. Non enim erat hoc

A των διηρημένη τελευταῖον κατασκευασθεῖσα τῷ πλάσματι. » Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἁγίαν ἐπιφέρει Γραφὴν ὁ θεῖος, ὥστε τὸ δόγμα τοῦτο γενέσθαι σαφέστερον. Λέγει γάρ, « Καὶ εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Δευτέρα δὲ ποίησις· Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει δῆλον ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῶν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ εἰπὲν αὐτὸν, « Κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· » ἐνταῦθα δὲ εἶπεν αὐτούς. « Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· » ἔδειξε προφανῶς ὅτι ἄλλη ποίησις ἐκείνη καὶ ἑτέρα ποίησις αὕτη· ἡ μὲν τὸ τοῦ Δημιουργοῦ παριστῶσα φιλοτιμον. Κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἡ δὲ τὴν τῶν σχημάτων ὑπεμφαίνουσα διαφοράν· Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Δοκεῖ μὲν οὖν ὁ λόγος οὑτωτὶ φορτικὸς, B ἀλλὰ τοῖς ἑπομένοις τῷ ἰδίῳ λογισμῷ· τοῖς γὰρ ἐκζητοῦσι τὰς ἱερὰς τῶν Πατρῶν γραφὰς καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι καὶ σαφὴς οὗτός ἐστι. Καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Ἀναστάσιος. Τοῖς γὰρ προειρημένοις καὶ τάδε προσέθετο, σαφηνίσαι θέλων ἐκ πολλῶν τῶν λεγομένων· « Δευτέρα κτίσις ἐστὶ τοῦ τε ἄῤῥενος καὶ τοῦ θήλεος προσκατασκευασθεῖσα τῷ πλάσματι τῷ κατὰ τὴν πρώτην, δηλονότι γενομένῳ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἐν ᾧ διαφορὰ σχημάτων οὐκ ἦν, ὅτι μηδὲ ἐν τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ εἰκόνι τοιοῦτον ἐπινενόηταί τι. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, λέγειν οὐκ εὔλογον ὅτι ἐκ προγνώσεως ὁ Θεὸς τοιαύτην ἀπ' ἀρχῆς δέδωκε κατασκευὴν τῷ Ἀδάμ· εἴγε τῆς δευτέρας ἐστὶ κτίσεως ἡ τοιαύτη C τῶν σχημάτων διαφορὰ, ἣν δὴ καὶ ἀναγκαίως ἐπήγαγε μετὰ τὴν πρώτην, ὡς εἴρηται, ποίησιν. Οὐδὲ γὰρ ἠγνόει τὸ συμβησόμενον. Καὶ πρόσχες, εἰ βούλει, τῷ Δαμασκηνῷ Ἰωάννῃ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου λέγοντι· « Εἰδὼς δὲ ὁ προγνώστης Θεὸς ὅτι ἐν παραβάσει γενήσεται, καὶ ὅτι φθορᾷ ὑποπεσεῖται, διὰ τοῦτο παρήγαγε τὸ θῆλυ ἐξ αὐτοῦ· » ὥστε εἰ μὴ τῆς ἀγγελικῆς ἐξέπιπτε βιοτῆς, οὐκ ἂν ἡ τῶν σχημάτων αὕτη προκατεσκεύαστο διαφορὰ, ὅτι μηδὲ χρείαν εἶχε ταύτης ὁ κατ' εἰκόνα γεγενημένος Θεοῦ πρός γε τὴν ἐκ διαδοχῆς τοῦ γένους σύστασιν, ἅτε κατὰ τοὺς ἀγγέλους, ὡς ἄνω διείληπται, μέλλων πληθύνεσθαι.

Τοιοῦτον μὲν οὖν ἔπλασεν τὸν ἄνθρωπον ἀπ' ἀρ D χῆς ὁ Θεὸς, καὶ τοιαύτην αὐτῷ δέδωκε λῆξιν ὀφηλὶ καὶ ἰσαγγελικήν· καὶ οὐκ ἂν ἡ θεία χάρις μετέπεσε ὅτι καὶ ἀμεταμέλητα τὰ θεῖα χαρίσματα. Ἀλλ' γεγονυῖα μετὰ ταῦτα τοῦ ἀνθρώπου παρεκτροπ καὶ ἡ διὰ ταύτης ἐπενεχθεῖσα κατάκρισις, τοῖς ἀν τοις αὐτὸν ὁμοιωθῆναι παρεσκεύασε κτήνεσι· γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ τοιαύτην ἔσχε κατά σιν, ἐπειδὴ τοῖς ἀγγέλοις ὁμότιμος ὢν οὐ συνῆ οὐκ ἂν ἐθρήνει τούτου ἕνεκεν ὁ Δαβὶδ, οὐκ μέγας Μάξιμος εὐδίκως ἔλεγε τὴν ἀνθρωπείαν σιν κολάζεσθαι δι' ὧν ἀλόγων γνωρισμάτων μικῶς ἐπεσπάσατο. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ κτ γνωρίσματα καὶ ὁ θειότατός φησιν Ἀναστάσ τῆς κακίας εἰσόδῳ συνεπακολουθῆσαι ἐν τ

δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ· οὐδὲ γὰρ συμπεφυκὼς οὕτος τῇ νοερᾷ φύσει καθὰ τοῖς ἀλόγοις ἐγένετο· ἀλλ' ὕστερον ἐπετίθη κολάζων τὸν μὴ συνιέντα, τίς τε πρότερον ἦν, καὶ οἵας ἀρχῆθεν ἠξίωτο παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμῆς. Ἀλλὰ κἀνταῦθα προσέχειν ἄξιον. Εἰ γὰρ ἐξ ἀβουλίας ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ὡς ὁ λόγος ἔδειξε, τὴν πρὸς τὰ ἄλογα ζῶα κατεκρίθη ὁμοίωσιν, πῶς λοιπὸν ἀπ' ἀρχῆς προεῖναι ταύτην ἐκείνῳ εἴπωμεν, τῷ κατ' εἰκόνα δηλαδὴ γεγενημένῳ Θεοῦ, συνιδεῖν ὅλως οὐκ ἔχομεν· εἴγε καὶ μᾶλλον οὐ θέλει κατακρίνειν ἐκ προγνώσεως ὁ Θεός. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὅλως ἔπλασε τὸν Ἀδάμ, οὐκ ἂν αὐτῷ προητοίμασε τὸν παράδεισον· ἅτε δὴ καὶ ἐκ προγνώσεως ὁρῶν αὐτὸν εἰς ἁμαρτίαν κατολισθαίνοντα.

Δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος θειότερόν τι χρῆμα καὶ ὑψηλότερον ἦν· ὅτι καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ παραχθῆναι αὐτὸν ἡ ἁγία διδάσκει Γραφή· μετὰ δὲ ταῦτα, ἡνίκα δηλαδὴ τῆς πρὸς τοὺς ἀγγέλους ὁμοτιμίας ἐξέστη, τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσιν ὅμοιος γέγονε· καὶ τούτου χάριν ὁ μακάριος ἐθρήνει Δαβίδ, «Οἴμοι,» λέγων, «ὅτι ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε. Παρασυνεβλήθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.»

Ἀλλὰ φορτικὰ ταῦτά τινες ἡγοῦνται καὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου πόῤῥω που πίπτοντα. Καλῶς ἐπὶ τούτῳ ποιοῦσι· πλὴν ἀξιοῦμεν αὐτοὺς εἰπεῖν τίς ἡ κατὰ τὸ ἄρσεν καὶ θῆλυ διαφορὰ, καὶ πῶς αὐτὴν, ἐκ τοῦ ἀλόγου μέρους ὑπάρχουσαν, ὡς ὁ Νύσσης φησὶ, τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι κατέμιξεν ὕστερον· τί τὸ ὑψηλὸν τῆς κτίσεως, ὅπερ εἶχε πρότερον ὁ Ἀδάμ· καὶ τίς ὁ κτηνώδης καὶ ἄλογος τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς τρόπος ὁ ἐμφυτευθεὶς μετὰ ταῦτα τῇ ἀνθρωπότητι· τίς ἡ ἀγγελικὴ μεγαλοφυΐα ἣν εἶχε πρότερον ὁ κατ' εἰκόνα γεγενημένος Θεοῦ· καὶ τί τὸ τῆς ἀλόγου κατασκευῆς ἰδίωμα τὸ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐνεχθέν; Τίς ἡ τιμὴ ἐκείνη δι' ἣν ὀδύρεται ὁ Δαβίδ, καὶ κατὰ τί τοῖς ἀνοήτοις ὡμοιώθη κτήνεσι πεσὼν ἐκεῖθεν ὁ ἄνθρωπος; Ἔτι λεγέτωσαν ἡμῖν τίς ἡ αἰτία δι' ἣν ὁ Θεὸς μετὰ τὸ παραγαγεῖν, ὡς εἴρηται, τὸν κατ' εἰκόνα τὴν τῶν σχημάτων ὑπῆνεγκε διαφοράν. Τοῦτο ἀξιοῦμεν μαθεῖν, ὅτι τῆς ἀκολουθίας ἐκπίπτειν ἔοικε, κατὰ τὸ δοκοῦν τέως ἡμῖν. Εἰ γὰρ ἄγαμον ἐβούλετο κατὰ τοὺς ἀγγέλους ἔχον τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τίνος ἕνεκεν εἰσάγει τὸ θῆλυ, καὶ βοηθὸν αὐτὸν ἐπονομάζει; Ἢ παραπλησίως τοῖς κτήνεσι καὶ αὐτὸν ἤθελε διάγειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ πῶς λοιπὸν ἔπλαττε μόνον αὐτὸν κατ' ἀρχὰς, καὶ τοῦτο πλάσιν ὑψηλὴν καὶ ἰσάγγελον; Πῶς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος πρὸς τὸ τέλειον ἐνάγων τὸν ἄνθρωπον, «Ἄφες τὰ πάντα,» φησὶ, «καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι;» Τίς ἡ τελειότης ἐκείνη; Καὶ ποῖος ὁ ταύτης καιρός; Εὔδηλον οὖν ὅτι πρὸ τῆς τοῦ θήλεος παραγωγῆς ὑψηλοτέρα τις ἦν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ζωή. Εἰ γὰρ ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἐποίησε αὐτοὺς, πῶς ἡ Εὔα παρῆγε τὸ ὕστερον, μετὰ τὸ πλασθῆναι δηλαδὴ τὸν Ἀδάμ, μετὰ τὸ καθίσαι βασιλέα, μετὰ τὸ ἀγαγεῖν τὸν Θεὸν τὰ ζῶα πάντα πρὸς

A intelligenti naturæ ita cognatum, quemadmodum ratione carentibus animalibus. Sed novissime ea Deus addidit, puniens eum, qui quisnam antea esset, et quali a principio honore a Deo dignatus fuerat, non intellexit. Sed propterea animus intendendus est. Si enim primus homo, ut jam nostra demonstravit oratio, propter temeritatem et stultitiam similitudine cum brutis animantibus damnatus est, quomodo reliquum sit, ut hanc illi a principio affuisse dicamus, illi videlicet qui ad Dei imaginem conditus fuerat, intelligere omnino non possumus. Et eo magis, quod præscientia Deus condemnare non vult. Si enim res ita se haberet, omnino utique non formasset Adamum, non ei utique paradisum præparasset, ut ille qui sua præ-

B scientia eum in peccatum prolabentem videbat.

Ostensum est igitur multimodis, ante peccatum hominem divinius quiddam, sublimiusque fuisse; et quia ad Dei etiam imaginem ipsum productum fuisse sancta Scriptura nos docet. Postea vero cum ex æquali cum angelis honore dejectus est, jumentis evasit insipientibus similis. Et hac de causa beatus David lamentabatur, «Ilei mihi! dicens, quod homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.»

Sed gravia hæc quidam existimant, et quæ procul a recta ratione ferantur. Bene insuper faciunt; verumtamen eos, ut dicant, rogamus, quodnam est maris et feminæ discrimen, et quo-

C modo illud ex irrationali parte constans, ut Nyssenus ait, propriæ imagini novissime admiscuit? quæ conditionis sublimitas quam prius Adamus habebat? quis belluinus et irrationalis successionis ex invicem modus qui postea humanæ naturæ insitus est? quæ angelica excellentia, quam prius habebat ille, qui ad Dei imaginem factus fuerat? et quæ irrationalis structuræ proprietas quæ homini deinceps inducta fuit? quis honor ille de quo David queritur, et secundum quid jumentis insipientibus similis evasit, qui inde excidit homo? Dicant insuper nobis quid in causa fuerit, cur Deus, postquam hominem ad imaginem suam, ut dictum est, produxisset, hoc figurarum discrimen subintroduxerit. Hæc discere volumus. Consectaria enim

D existere non videntur, ut et nos quidem opinamur. Si enim volebat Deus ut angelorum instar genus humanum sine nuptiis permaneret, qua de causa feminam induxit, et adjutorium illam nominavit? Si vero simili cum jumentis ratione ipsum hominem degere volebat, quidnam solum ipsum ab initio formavit, et conditione quidem sublimi et angelis pari? Quomodo vero et ipse Dominus ad perfectionem id ducens, «Dimitte omnia, inquit, et veniens sequere me.» Quænam est illa perfectio? et quale hujus tempus? Patet igitur ante feminæ productionem, sublimiorem quamdam vitam hominem vixisse. Si enim ab ipso initio masculum et feminam fecit eos, cur Eva novissime processit, postquam Adamus videlicet formatus fuerat; post-

quam rex consederat; postquam anima in omnia Deus ad ipsum adduxerat; postquam hæc eidem subjecta fuerant; postquam ab ipso sua nomina acceperant? Quomodo post hæc omnia dixit: « Faciamus ei adjutorium (79), » si quidem femina a principio aderat? In quonam Adamo auxiliari voluisset, si animæ quiete et tranquillitate minime excideret? Quando enim perfectio valere ab ipso jussa est, tunc ei adjutorium a Deo datum est. Qua de causa? Ut hominum exinde genus multiplicaretur. Cæterum elucet, si obediens Adamus permansisset, si ex pari cum angelis honore non se dejecisset, fore ut feminæ adjutorio minime indigeret. Indiguit vero ut ille, qui ea ratione jam exciderat, qua angeli multiplicati sunt. Et hoc est, quod superius Nyssenus dicebat: Propterea irrationalis aliquid propriæ imagini Deus admiscuit, hoc est, masculum et feminam fecit eos. Hoc enim sortis esse irrationalis divino Patri videtur, quandoquidem nihil tale in illa divina et beata natura reperitur, ut aliquam cum illa similitudinem homo ex hoc ferre possit. Si igitur propter a recto tramite errorem, maris et feminæ differentia (80) a Deo propriæ imagini admista est, elucet omnino hanc imaginem hoc discrimine liberam a principio fuisse. Si vero ita crasso modo sacra Littera dicit, Deum id ab initio fecisse, non hinc tamen, ut arbitror, hac sermonis indulgentia ad defensionem abutendum est. Vide enim sermonem ad Judæos habuisse Dominum, cum attendentes ad illum interrogaverunt an liceret viro quacunque de causa suam uxorem dimittere, atque eosdem ejusmodi minime sentire docentem dixisse: « Masculum et feminam fecit a principio Deus; » et: « Quos Deus conjunxit, homo non separet. » Condescensionis hæc, ut arbitror, verba sunt. Nisi enim ita esset, si secundum primam intentionem femina a Deo producta esset, non ipse Dominus deinde separationem ab illa quæsivisset. Quod enim principio permisit, quomodo recte novissime vetuit, *Dimitte omnia*, dicens, *et tollens crucem me sequere*. Secundum veniam igitur feminæ productio, secundum veniam nuptiæ, quare laude privatæ sunt, ut linguam aurea ait. Præter ea vero quæ dicta sunt, divinissimus etiam Cyrillus dicebat: « Si secundum veniam nuptiæ, ut beatus Paulus inquit, quomodo virtus esse potest quod venia curatum est? » Jure igitur nuptiæ non laudantur, quia virtus non sunt, siquidem ex venia. Neque hunc sermonem abjicito. Vide enim Theologum etiam Gregorium nostram ex nuptiis generationem nocturnam, et servam, et ægrotam nominare, nec propterea ipsi contradicimus. Si enim honorabiles nuptiæ fuere, utpote quæ propter sobolis susceptionem a Deo benedictæ fuere; si res est juxta eum qui ita loquitur, inculpabilis. Si vero et uxorem duxeris, non peccasti, sed in pec-

(79) Manes et Aquila Deum in hoc fuisse mendacem inpte dixerunt, quod non adjutrix deinde, sed insidiatrix hominis femina fuerit, illum in peccatum inducens. (GLYCAS, part. 1 *Annal.*)

(80) Eadem Glycas, sed pressius brevisque disserit part. 1 *Annal.*

αὐτὸν, μετὰ τὸ ὑποταγῆναι ταῦτα αὐτῷ, μετὰ τὸ A
λαχεῖν ἐξ αὐτοῦ τὰς ἐπονομασίας αὐτῶν; πῶς ἔλεγε
μετὰ ταῦτα πάντα, « Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν; »
Ἀλλὰ μὴ ἔνθεν κἀκεῖθεν περιπλανάσθω σου ἡ διάνοια· μὴ παράδεισος ἄλλος ἀσυντάκτως οὕτω ζητείσθω σοι· ὃν γὰρ ἡ τοῦ πρωτοπλάστου παράβασις ἔκλεισε, τοῦτον ἡ τοῦ λῃστοῦ μετάνοια παραδόξως ἀνέῳξε· τηνικαῦτα καὶ ἡ φλογίνη ῥομφαία στρεφομένη τε ἦν ἀληθῶς καὶ τοῖς ἀφικομένοις ἐκεῖσε παρέχουσα πάροδον· ἅμα τε γὰρ κατὰ πλευρᾶς ὁ Κύριος τὴν ῥομφαίαν ἐδέχετο, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, καὶ ἅμα στρεφομένη ἐφαίνετο ἡ φλογίνη ῥομφαία, τὰ νῶτα πᾶσιν ἐδείκνυεν ἡ κατὰ πρόσωπον ἀπαντῶσα τὸ πρῶτον. Μὴ τοίνυν ἐν οὐρανοῖς παράδεισον ἕτερον φύτευε· μηδὲ τὸν λῃστὴν ἐκεῖσε παράπεμπε, κεκλεισμένον ἐκεῖνον ἀφεὶς τῇ φλογίνῃ ῥομφαίᾳ πεφυλαγμένον καθ' ὃν ἡ παράβασις γέγονεν. Ἐκεῖ καὶ γὰρ εἰσῆλθε λῃστὴς ὅθεν Ἀδὰμ ἐξελήλυθε. Ὡς ἐντεῦθεν, εἴγε χρὴ καὶ μικρόν τι χαριεντίσασθαι, τὸ παροιμιῶδες ἐκεῖνο πέρας ἐπὶ τῷ διαβόλῳ τὸ λέγον· « Ὃ ποιήσεις, ἐκεῖνο πάντως καὶ πάθῃς. » Ἔφθασε μὲν γὰρ ἐν παραδείσῳ ποιῆσαι τὴν κλοπὴν τοῦ Ἀδάμ· ἀλλ' ἔπαθεν ὕστερον τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ λῃστοῦ· κατὰ γὰρ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἐδέθη μὲν ὁ ἰσχυρὸς τὰ σκεύη, καὶ αὐτοῦ διάρπαγμα γέγονεν. Ὅθεν οὖν τὸν Ἀδὰμ ἐκπεσεῖν ἐποίησε διὰ τῆς παρακοῆς, ἐκεῖ διὰ μετανοίας ὁ Κύριος εἰσήγαγε τὸν λῃστήν. Μηκέτι λοιπὸν ἀμφίβαλλε περὶ τούτου· μηδὲ λογισμοῖς ἀλόγοις ἐπόμενος ἀποφάσει μόνῃ νόμιζε τὸν λῃστὴν τοῦ παραδείσου γενέσθαι οἰκήτορα, καὶ πείθου τῷ χρυσορρήμονι περὶ τῶν ἄλλων Ἰωάννῃ ἐν τῷ εἰς τὴν μεγάλην Παρασκευὴν λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτω διαλαμβάνοντι· « Δύο σήμερον θαύματα ὁ Κύριος ἐκάλεσε πράγματα· καὶ τὸν παράδεισον ἀνέῳξε, καὶ τὸν λῃστὴν εἰσήγαγε σήμερον. » Πρόσεχε οὖν· τὸ γὰρ *σήμερον* δὶς εἰπὼν, ἔδειξε προφανῶς, ὅτι τὸν παράδεισον οὕτως εὗρεν ἀληθῶς ὁ λῃστὴς ὥσπερ ἀληθῶς αὐτὸν ἀπώλεσεν ὁ Ἀδάμ.

Ἔκτοτε οὖν ἀκωλύτως οἱ δίκαιοι πρὸς αὐτὸν εἰσάγονται τὸν παράδεισον· οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸν λῃστὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πᾶσαν ἁγίου ψυχὴν διεβιβάσθη ἡ λέγουσα θεία φωνή· « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. » Καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε. Καθάπερ γὰρ ἡ ἀρχαία ἐκείνη κατάρα πρὸς αὐτὸν μὲν ἀπελύετο τὸν πρῶτον ἄνθρωπον· « Γῆ γάρ, φησὶν, εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· » ἀλλ' ὅμως τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν λαβοῦσα κατὰ παντὸς ἐχώρει τοῦ γένους ἡμῶν· οὕτω καὶ ἡ πρὸς τὸν παράδεισον εἰσάγουσα θεία φωνὴ ἐπ' αὐτοῦ μὲν τοῦ λῃστοῦ λαμβάνει τὴν ἀρχήν· δι' αὐτοῦ δὲ πρὸς πᾶσαν ἁγίου διαβαίνει ψυχήν. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἀπόφασις ἐτύγχανε μόνον ἐκεῖνα δὴ τὰ κατὰ τοῦ Ἀδάμ, ἀλλ' ἐπηκολούθει τῷ λόγῳ καὶ τὰ τῆς μάστιγος, οὕτως οὐ λόγοι μόνον ψιλοὶ ταῦτα δὴ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ λῃστοῦ. Εἰ γὰρ τοῦτο δώσομεν, καὶ ἄδικος ἂν ὁ δίκαιος εὑρεθείη Θεός· εἴγε τὸν μὲν Ἀδὰμ ἁμαρτήσαντα τηνικαῦτα

τοῦ παραδείσου ἐξήγαγε, τὸν δὲ λῃστὴν ὁμολογήσαντα μετὰ χρόνους εἰσάξειν ἐκεῖσε ὑπέσχετο. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ὅτι καὶ δίκαιος ὁ Θεὸς καὶ φιλάνθρωπος. Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς λεγομένοις, αὐτῷ τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ καὶ τῷ ἁγίῳ Γρηγορίῳ τῷ Διαλόγῳ πείσθητι· λέγουσι γὰρ μὴ μόνον ἐν τῷ παραδείσῳ τὴν τοῦ λῃστοῦ διάγειν ψυχήν, ἀλλὰ καὶ πάσας ὁμοῦ τὰς τῶν λοιπῶν ἁγίων ψυχάς. Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐκ εὔλογον. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ τὸν παράδεισον ᾤκησε παρευθὺς ὁ λῃστής, οὐκ ἂν ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης καὶ ἐν ᾅδου μετὰ τῆς ψυχῆς ἔλεγεν εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ ἐν παραδείσῳ διάγειν μετ' αὐτοῦ τοῦ λῃστοῦ, καθὼς ἐκεῖνος ἔφη πρὸς αὐτόν· « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. » Ἔκτοτε οὖν ἀκωλύτως οἱ ἅγιοι πρὸς αὐτὸν, ὡς προείπομεν, εἰσάγονται τὸν παράδεισον· ἀλλὰ καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἀνάγεσθαι οὐκ ἀπείργονται. Καὶ ταύτην γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτὸς ὑπέδειξεν ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ὁ ἐκεῖσε πρόδρομος εἰσελθών.

Ἔτι εἰ φθαρτὸς ἦν ὁ παράδεισος, πῶς ἐν αὐτῷ τὸν Ἀδὰμ ἄφθαρτον ὄντα κατ' ἀρχὰς ἔθετο ὁ Θεός; Διὰ τί δὲ καὶ προσεκρουκότα, κἀντεῦθεν φθορᾷ περιπεσόντα διατρίβειν αὐτὸν ἐν αὐτῷ οὐκ ἐᾷ; Πῶς δὲ καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἔκπτωσιν οἷον ἀποκλαιόμενος ὁ Θεολόγος Γρηγόριος καὶ τὸ χωρίον ἀποσεμνύνων ἐκεῖνο, καὶ τάδε φησὶ, « Ὁ Ἀδὰμ τῆς ἐντολῆς ἐπιλαθόμενος, ἅμα τοῦ τε ξύλου τῆς ζωῆς καὶ τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ Θεοῦ ἐξόριστος γίνεται; » Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οὔτε φθαρτὸς ἔκτιστο κατ' ἀρχὰς, οὔτε φθαρέντι συνεφθάρη τῷ Ἀδὰμ, καθάπερ ὁρωμένη αὐτῇ κτίσις· εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκεῖθεν ὁ Ἀδὰμ ἡμαρτηκὼς ἀπερρίπτετο, οὐκ ἂν ἡ φλογίνη ῥομφαία φυλάττειν ἐκεῖνον ἐτάσσετο. Διὰ τί δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν οὐ συνεφθάρη τῇ κτίσει ταύτῃ καὶ αὐτὸς ὁ παράδεισος; Ἵνα πρὸς αὐτὸν ἀφορῶμεν ἀεὶ, ἵνα διηνεκῆ τὰ δάκρυα φέρωμεν, κἀντεῦθεν τὴν ἁμαρτίαν ἐκφεύγωμεν, δι' ἣν τῆς μακαρίας ζωῆς ἐκείνης ῥιφῆναι πόῤῥω κατεδικάσθημεν. Ματαιάζει λοιπὸν τὸ γράμμα, ὅπερ ἐμφανίζει; ἡμῖν. Εἰ γὰρ, ὡς αὐτὸ περιέχει, τοῦ παραδείσου τούτου καθ' ὃν ἡ παράβασις γέγονε, χρείαν ἄρτι οὐκ ἔχομεν, ἅτε πρὸς ἕτερον οἰκητήριον ἐν οὐρανῷ διαβιβάζόμενοι, τροπικῶς οὕτω παράδεισον ὀνομαζόμενον· πῶς εἰς αὐτὸν ἀτενίζοντες, ὡς οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ διωρίσαντο, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἡμῶν ὥσπερ ἐπικαλούμενοι πατρίδα, πρὸς ἀνατολὰς ποιούμεθα τὴν προσκύνησιν; Δὸς ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. Ἔτι εἰ φθαρτὸς ἦν ὁ παράδεισος, καὶ ἀλλοίωσιν ἂν τῷ χρόνῳ ἐδέχετο, καὶ σηπεδόνι ὑπέκειτο· φθαρτοῖς τε ὀφθαλμοῖς καθεωρᾶτο, καὶ βατὸς ἦν ὅτε τοῖς παροδεύουσιν ἦν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ὅτι καὶ ἄγνωστος τοιοῦτος παντάπασιν. Ὃν γὰρ τρόπον ἐπὶ τοῦ δικαίου ἐκείνου Ἐνὼχ ἔστιν ἰδεῖν· μετατεθῆναι μὲν γὰρ αὐτὸν ἀκούομεν, ποῦ δὲ καὶ ποίῳ τρόπῳ καὶ ὅπως ἔχει σήμερον [οὐ] γινώσκομεν, ὅτι καὶ σεσίγηται τῇ Γραφῇ· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ παραδείσου χρὴ σε νοεῖν. Φυτευθῆναι μὲν γὰρ ἀκούομεν κατ' ἀνατολὰς· ποῦ δὲ καὶ τίνα τρόπον, καὶ ὅπως; ἔχει θέσεως καὶ

peccasset, tunc e paradiso eduxit; latronem vero, cum confessus sit, post multum temporis illuc inducere sustinebat. Sed non ita res habet, non ita; quia et justus Deus, et benignus erga homines. Et si his, quæ dicuntur, non persuaderis, ipsi magno Athanasio et sancto Gregorio Dialogo fidem adhibe. Dicunt enim non solum in paradiso latronis animam degere, sed et omnes pariter cæterorum sanctorum animas. Ambigunm igitur in his se amplius traducere rationi consonum non est. Nisi enim hoc esset; nisi paradisum statim latro incoluisset, non utique Damascenus Joannes, et in inferno cum anima diceret esse Deum, et in paradiso degere cum ipso latrone, sicut ille ei dixit: « Hodie mecum eris in paradiso. » Ex tunc igitur sine ullo impedimento sancti in ipsum, ut superius diximus, paradisum inferuntur; sed et ad cœlos adduci non prohibentur, et hanc enim viam ipse Christus ostendit, juxta beatum Paulum, qui illuc præcursor ingressus est.

Insuper si corruptioni obnoxius paradisus est, quomodo in ipso Adamum corruptionis expertem ab initio Deus collocavit? Cur vero et transgressum propterèaque in corruptionem incidentem versari illum in eo non sivit? Quomodo vero illum ex eo lapsum veluti deplorans Gregorius Theologus, loci illius recordatus et hæc dicit: « Adamus præcepti oblitus, simulque ligni vitæ, et paradisi, et Dei, exsul fit? » Manifestum igitur hinc, neque corruptibilem a principio creatum esse, neque una cum corrupto Adamo corruptum fuisse, sicut ipsa creatura, quæ videtur. Si enim hoc esset, non utique inde Adamus, cum peccasset, ejiceretur; non flammeus gladius custodire illum juberetur. Cur autem et cujus rei gratia non corrumpitur una cum hac creatura et ipse paradisus? Ut ad ipsum perpetuo respiciamus, ut continuas lacrymas feramus, et inde peccatum fugiamus, propter quod a beata illa vita longe projici condemnati fuimus. Supervacanea est reliqua littera, quam nobis ostendis. Si enim id continet, paradisi hujus in quo transgressio facta est, usum adhuc nullum nos habere, siquidem in alterum habitaculum in cœlo ascendentes, ita figurate paradisum nominatum, quomodo in ipsum intuentes, ut Christi discipuli definierunt, et antiquam nostram veluti invocantes patriam, ad orientem versi orationem fundimus? Da super his responsum. Insuper si corruptibilis erat paradisus, et mutationem in tempore excipiebat, et putredini obnoxius erat; et corruptibilibus oculis videbatur, et pervius erat prætereuntibus. At non est hoc, non est. Quia et ignotus hujusmodi erat omnino. Quomodo enim videre est in justo illo Enoch: translatum enim eum esse audimus, quo vero, et qua ratione, et quomodo hodie habet, non cognoscimus, quia et a Scriptura tacetur: ita et de paradiso oportet te cogitare. Plantatum enim esse audimus in oriente; ubi vero, et quomodo, qualiterque se habeat, quoad positum habitumque, nemini

eorum, qui hucusque vixere, ut arbitror, cognitum est, quia et sanctissimus Spiritus hæc reticuit. Si corruptioni obnoxius erat paradisus, non utique justum latronem in ipsum Servator vocasset dicens : « Hodie mecum eris in paradiso. » Quæ etenim retributio confessionis hujuscemodi ab eo in cruce factæ, in fluxum paradisum induci? Si corruptibilis erat paradisus, quomodo raptus in ipsum Paulus admirans, ibi edoctum arcane se esse ineffabilia illa verba pronuntiavit? Disce igitur et hic ut a contradictione cesses, corruptione superiorem paradisum fuisse. Nisi enim hoc erat, non utique justus Agonothetes, ut ait Theodoretus, his qui in virtutibus certant, præmium paradisum ita proposuisset. Non utique victrices martyrum animas post tot ac tantos labores, ut requiescant ipse reciperet. Corruptione autem superiorem esse paradisum et ipse magnus Athanasius in Quæstionibus ad Antiochum ita ait : « Respectu fructuum autem qui apud nos sunt et paradisorum, ille corruptione omni sublimior est; respectu vero gloriæ futurorum bonorum, quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt, omnino minor est. » Sed et hymnographus magnus Cosmas ita dicens, « Lignum cum gustasset primus mortalium corruptioni inhæsit, » perspicue demonstravit corruptionis expertem esse paradisum. Si enim, sicuti dictum est, corruptioni, postquam lignum gustasset, Adamus inhæsit, manifestum omnino est, ante hujusmodi libationem in immortalibus locis domicilium habuisse.

Supra corruptionem igitur paradisus est, et ejus fructus omnes. Nisi enim ita res se haberet, non utique divini Patres semper virentes dixissent ejus plantas et immortales. Si vero fructus incorruptibiles, etiam præstantiores omnino sunt, quam ut edi possint. Si enim et sanctam Scripturam ita dicentem audisti : « Ex omni ligno, quod in paradiso est, manducabis; » et non propterea offendere par est in hac Scripturæ indulgentia et crassitie; neque sensilem manducationem divinis verbis hic significari putandum est. Cur enim fluxa mensa apponatur, si juxta aurea verba fundentem Joannem protoplasti rebus omnibus corporalibus superiores erant? Si enim corruptibilis creatus est a principio Adamus, et fluxi necessario indigebat alimenti, vel secundum cunctam sanctam Scripturam, incorruptibilis productus est, neque ulla erat omnino indigentia fluxorum fructuum, cum neque corruptibili uti mensa incorruptibilem rationi consonum sit. Ne igitur consitum Dei manibus paradisum fluxum existimato; neque secundum litteram tantum divina verba adi. Attente enim vide alios quosdam idipsum facientes in absurda ratiocinia delapsos fuisse. Hi enim corporalem esse Deum quemadmodum nos censuerunt; alii vero anima rationali bruta esse prædita opinati sunt, Deum scilicet audientes volucribus et piscibus benedixisse. Manichæi vero post protoplastos, viros et feminas in

ἕξεως οὐδενὶ τῶν ἀπ' αἰῶνος, ὡς οἶμαι, διέγνωσται· ὅτι καὶ τῷ παναγίῳ ταῦτα σεσίγηται Πνεύματι. Εἰ φθαρτὸς ἦν ὁ παράδεισος, οὐκ ἂν τὸν δίκαιον λῃστὴν εἰς αὐτὸν ὁ Σωτὴρ ἐκάλει λέγων· « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. » Ποῖα γὰρ ἀντίδοσις τῆς ἐπὶ σταυροῦ τοιαύτης ὁμολογίας αὐτοῦ, τὸ εἰς ῥευστὸν εἰσαχθῆναι παράδεισον; Εἰ φθαρτὸς ἦν ὁ παράδεισος, πῶς τὴν ἐν αὐτῷ θαυμάζων ὁ Ἡσῦλος ἁρπαγὴν ἐκεῖ μυσταγωγηθῆναι τὰ ἄῤῥητα ἐκεῖνα ἔλεγε ῥήματα; Μάνθανε οὖν κἀντεῦθεν ὡς ἀνάπαυσις ἀντιλογίας κρείττων ῥεύσεως ὁ παράδεισος. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ δίκαιος Ἀγωνοθέτης, ὥς πού φησι Θεοδώρητος, τοῖς ὑπὲρ ἀρετῶν ἀγωνιζομένοις ἔπαθλον ὥσπερ προὔθηκε τὸν παράδεισον· οὐκ ἂν τὰς καλλινίκους τῶν μαρτύρων ψυχὰς μετὰ τοσούτους καμάτους ἀναπαύσεως ἕνεκεν αὐτὸς διεδέχετο. Ὅτι φθορᾶς ἀνώτερος ὁ παράδεισος, καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίοχον οὕτω φησίν· « Πρὸς μὲν τοὺς παρ' ἡμῖν καρποὺς τε καὶ παραδείσους πάσης φθορᾶς ἐστιν ὑψηλότερος· πρὸς δὲ τὴν δόξαν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, καὶ πάνυ ἐλάσσων ἐστίν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ ὑμνογράφος μέγας Κοσμᾶς οὕτω λέγων, « Ξύλου γευσάμενος ὁ πρῶτος ἐν βροτοῖς φθορᾷ παρέκυσεν, » ἀριδήλως ἐνέφηνε τὸν παράδεισον ἄφθαρτον. Εἰ γὰρ, καθάπερ εἴρηται, φθορὰ μετὰ τὴν τοῦ ξύλου γεῦσιν ὁ Ἀδὰμ ἐκεῖνος παρέκυσεν, εὔλογον πάντως ὅτι πρὸ τῆς τοιαύτης γεύσεως ἐν ἀφθάρτοις χωρίοις ἐποιεῖτο τὴν οἴκησιν.

Φθορᾶς μὲν οὖν ὕπερθεν ὁ παράδεισος, καὶ αἱ ἐν αὐτῷ πάντες καρποί· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οἱ θεῖοι Πατέρες ἀειθαλῆ ἔλεγον εἶναι τὰ ἐν αὐτῷ φυτὰ καὶ ἀθάνατα. Εἰ δὲ τὰ τῶν καρπῶν ἄφθαρτα, καὶ τοῦ βρωθῆναι πάντως ἀνώτερα. Εἰ γὰρ καὶ τῆς ἁγίας Γραφῆς οὕτω λεγούσης ἤκουσας· « Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃς· » ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο καὶ προσκόπτειν ἄξιον τῇ Γραφικῇ ταύτῃ συγκαταβάσει τε καὶ παχύτητι, οὐδὲ βρῶσιν αἰσθητὴν ἐντεῦθεν οἴεσθαι κατασημαίνειν τὰ θεῖα ῥητά. Τίνι καὶ γὰρ ἡ ῥευστὴ τράπεζα προὔκειτο, εἴγε κατὰ τὸν χρυσορῥήμονα Ἰωάννην, ἀνώτεροι ἦσαν πάντων τῶν σωματικῶν οἱ πρωτόπλαστοι; Εἰ γὰρ φθαρτὸς ἐκτίζετο κατ' ἀρχὰς ὁ Ἀδὰμ, καὶ ῥευστῆς ἐξ ἀνάγκης ἐδεῖτο τροφῆς· ἢ κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφὴν πᾶσαν ἄφθαρτος ἐκεῖνος παρήγετο, καὶ χρεία καρπῶν οὐ μὲν ἦν πάντως ῥευστῶν, ὅτι μηδὲ φθαρτῇ κεχρῆσθαι τραπέζῃ τὸν ἄφθαρτον εὔλογον. Μὴ τοίνυν τὸν χερσὶ Θεοῦ πεφυτευμένον παράδεισον ῥευστὸν ὑπολάμβανε· μηδὲ κατὰ τὸ γράμμα μόνον ἐπέρχου τὰ θεῖα ῥητά· ὅρα γὰρ νουνεχῶς ὅτι καί τινες ἕτεροι τοῦτο παθόντες εἰς λογισμοὺς ἀτόπους ἐξεβλήθησαν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνσώματον εἶναι τὸν Θεὸν καθ' ἡμᾶς ἐδογμάτισαν· ἕτεροι δὲ καὶ τὰ θηρία νοερὰν ἔχειν ψυχὴν ὑπειλήφασι, τοῦ Θεοῦ ὅθεν ἀκούσαντες τὰ πετεινὰ καὶ τοὺς ἰχθύας εὐλογοῦντος. Μανιχαῖοι δὲ μετὰ τοὺς πρωτοπλάστους ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας ἐν ἐκκλησίαις γυμνοὺς συν-

ἄγεσθαι οὐ παρῃτήσαντο. Καὶ ἄλλοι δὲ ἄλλα τοιαῦτα κακοβούλως ἐφρόνησαν. Ἔνθεν τοι καὶ οἱ ἀρχαιότεροι τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐξηγητῶν, Φίλων τε ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν ἀποστόλων ὁμόχρονος Παπίας Ἱεραπολίτης, Εἰρηναῖος ὁ Λουγδουνεὺς, Ἰουστῖνος ὁ μάρτυρ καὶ φιλόσοφος, Κλήμης τε ὁ γραμματεὺς (86), καὶ οἱ Καππάδοκες θεῖοι Γρηγόριοι, ἀνατρέψαι μὲν καὶ τὰ αἴσχιστα βουληθέντες ταῦτα φρονήματα, ἐπεντρανίσαι δὲ ὅμως καὶ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, καθάπερ Παῦλος παρακελεύεται, τὰ περὶ τοῦ παραδείσου πάντα πνευματικῶς ἐθεώρησαν, οἰκονομικῶς αὐτῷ ὄντι τὰ ἑαυτῶν συντάγματα μεταχειρισάμενοι.

Ἀλλὰ τὸν μέγαν ἴσως παράγεις Βασίλειον, τὸν χρυσορρήμονα καὶ θεῖον Ἰωάννην, τὸν μακάριον Ἐπιφάνιον, καὶ τὸν θειότατον Κύριλλον, καὶ λέγεις ὅτι κατὰ γράμμα τὰ ἐν παραδείσῳ πάντα διῆλθον. Οἴδαμεν τοῦτο καὶ ἡμεῖς, καὶ οὐκ ἂν ἀρνησαίμεθα. Ἀλλ' ὅρα τὴν τῶν θείων θεοφρόνων Πατέρων οἰκονομίαν· ὅρα τὸ Δαβιτικὸν ἐκεῖνο ῥητὸν πέρας ἐπ' αὐτοῖς λαμβάνον, τὸ λέγον· « Σοφὸς ἀνὴρ οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει. » Τὸν γὰρ κατάρατον εὑρόντες Ὠριγένην εἰς μυθικὰς τραγῳδίας πᾶσαν ἀλληγορήσαντα τὴν Ἑξαήμερον, μηδέν τι κατὰ τὸ γράμμα νοήσαντα· τόν τε γὰρ Ἀδὰμ καὶ τὸν παράδεισον ἀσωμάτους ἐκενολόγησε, τὰ λοιπὰ δὲ πάντα νοητῶς ἐξελάβετο· τὰς ἀλληγορίας ἀφέντες τὰ εἰς τὴν Ἑξαήμερον αὐτῶν συντάγματα κατὰ τὸ γράμμα καὶ πάνυ σοφῶς ἐκλαβέσθαι διενοήσαντο. Καὶ γὰρ τὴν συκῆν οὐκ ἂν συκῆν ἐκάλεσαν, καὶ σῦκον αὖθις τὸ ξύλον τῆς βρώσεως, εἴπερ τινὸς ἤκουσαν ξύλου βρώσεως τὴν πρώτην ἐκείνην γυναῖκα ματαιολογήσαντος. Ὅτι δὲ βρῶσιν αἰσθητὴν οὐκ ἤσθιεν ὁ Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ, καὶ αὐτὸς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης, ὁ συγκαταβάσει τοσαύτῃ χρησάμενος, ἐπὶ ταῖς εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλίαις αὐτοῦ προφανῶς ἔδειξεν, οὕτως εἰπών· « Βίον εἶχε θαυμαστὸν ὁ Ἀδάμ· καθάπερ γὰρ ἄγγελός τις, οὕτως ἐπὶ τῆς γῆς διέτριβεν ὁ ἄνθρωπος, σῶμα μὲν περικείμενος, ἔξω δὲ τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν ὑπάρχων. » Εἰ τοίνυν τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν ἀνώτερος ἦν, πῶς ἢ τίνα τρόπον εἰς βρῶσιν ἐφείλκετο, μήτε διαπνεόμενος τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, μήτε παρὰ τῆς φύσεως αὐτῆς βιαζόμενος, ὡς ἄκραν ἔχων ἀπάθειαν; Φαίνεται οὖν ἐντεῦθεν ὡς ἄλλη τις ἡ βρῶσις ἐκείνη ἐτύγχανεν, ἣν τὰ ἐν παραδείσῳ φυτὰ παρεῖχον τῷ Ἀδὰμ, εἴπερ ἡ αἰσθητὴ βρῶσις αὐτὴ τοῦ ὑπεχρεύσαντός ἐστιν ἀναπλήρωσις. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχει τὸν τρόπον. Οὐδὲ μὴ παροδιτικῶς τὴν θείαν ἐπέρχου Γραφὴν, μηδὲ τοῖς μὲν τῶν διδασκάλων προσέχειν αἱροῦ, τοὺς δὲ παροράν ἀπερισκέπτως καὶ ἀποστρέφεσθαι· τοῦτο καὶ γὰρ οὐκ ἀκίνδυνον· ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ σπούδαζε συμβιβάζειν καλοθελῶς ὡς ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ λαλήσαντας Πνεύματι. Εἰ δὲ διαφωνεῖν ἴσως πρὸς ἀλλήλους δοκοῦσι, μὴ τοὺς διδασκάλους αὐτοὺς, ἀλλὰ τοὺς καιροὺς αἰτιῶ καὶ τὰ πράγματα. Κερδῆσαι γὰρ καὶ οὗτοι κατὰ τὸν μακά-

ecclesiis nudos congregari non detrectarunt; alii vero alia hujusmodi malo consilio fecere. Hinc et vetustiores ecclesiasticorum expositorum, Philoque philosophus, et apostolis contemporalis Papias Hierapolitanus, Irenæus Lugdunensis, Justinus martyr et philosophus, Clemensque Stromateus, et Cappadoces divini Gregorii, cum vellent evertere turpissimas has cogitationes, et respicere simul in divinitus inspiratam Scripturam, sicut Paulus jubet, ea quæ paradisum attinent, omnia spiritaliter contemplati sunt, vere œconomice sua opera aggredientes.

Sed magnum forte producis Basilium, aurea verba fundentem et divinum Joannem, beatum Epiphanium, et divinissimum Cyrillum, et dicis ad litteram omnia de paradiso exposuisse. Scimus hoc etiam nos, et non negamus. Sed vide divorum divinaque cogitantium Patrum œconomiam. Considera Davidicum illud dictum terminum in ipsis recipiens, quod ait: « Sapiens vir disponet sermones suos in judicio. » Cum enim reperissent exsecrabilissimum Origenem in fabulosas tragœdias Hexaemeron per allegorias convertisse, et nihil ad litteram intellexisse, et Adamum et paradisum incorporales dixisse, reliqua vero omnia spiritaliter accepisse; allegorias valere jubentes suas in Hexaemeron lucubrationes secundum litteram, et sapienter omnino, accipere deliberaverunt. Etenim ficum non ficum vocaverant, et ficum iterum lignum comestionis, si quod audierunt lignum comestionis, in primam illam feminam inani interpretatione converterant. Cibum autem sensilem ab Adamo manducatum non fuisse in paradiso, et ipse aurea verba fundens Joannes, qui tanta indulgentia usus est, in suis homiliis in Hexaemeron manifeste ostendit, ita dicens: « Vitam habuit mirabilem Adamus; sicuti enim angelus aliquis, ita in terra versatus est homo; corpore quidem circumdatus, extra vero corporales necessitates exsistens. » Si igitur corporalibus necessitatibus superior erat, quomodo et qua ratione ad cibum transibat, neque per transpirationem suam carnem exhalans, neque ab ipsa natura compulsus, ut summam habens passionum vacuitatem? Patet igitur hinc alium quemdam cibum illum fuisse, quem paradisi plantæ præbebant Adamo, siquidem sensilis cibus ipso ejus, quod occulte effluit, repletio est. Et hæc quidem ita habent. Ne vero obiter ad divinam Scripturam accedas, neque elige attendere his magistris, illos vero inconsulte despicere et aversari. Id enim periculo non caret. Sed omnes æque stude conciliare bona voluntate, ut eos qui uno eodemque Spiritu locuti sunt. Si vero et dissentire forte videntur, non doctores ipsos, sed tempora et res causare. Lucrari enim et hi, juxta beatum Paulum, cunctos contendentes, per dispensatio-

(86) Legendum videtur ὁ Στρωματεύς.

rebus ipsis deferebantur. Attende igitur. Antiquiores quidem expositores, ut ait divinissimus, spiritaliter ea, quæ paradisum attinent, consideravere, eos qui fluxum paradisum dixere, et omnino sapienter, e medio tollentes. Deiferi vero Patres, qui eis successere, sua opera secundum litteram exposuere, stulti Origenis ineptias evertentes. Alii vero doctores mediam quamdam viam inierunt; et neque omnino fluxum et sensilem paradisum putavere: si enim hujusmodi erat, non utique Dominus vitam in eo degere, tanquam aliquid eximium latroni, qui confessus erat, donavisset; neque rursus secundum futuram illam incorruptibilitatem et immortalitatem, materiæ expertem, et spiritalem in totum, illum censuere: si enim tale quid erat, non utique inde esse Niloticæ Euphraticæque aquæ dicerentur. Indeque duplicem divini Patres induxere paradisum, sensilem simul et spiritalem: et spiritalem quidem, qui justum latronem et beatum Paulum pariter excepit; sensilem vero iterum, quod serpentem, plantasque, et aquas, Adamumque et Evam, in se continuisse, vere Mosaicus liber memoriæ prodidit. Eadem igitur est causa, propter quam Patres duplicem, ut dictum est, paradisum arbitrantur. Hoc quidem placitum etiam Joannes Damascenus, in capite *De paradiso*, recepisse videtur. Ad verbum enim ita ibi disserit: « Quidam certe paradisum sensilem imaginati sunt, alii vero intelligibilem. Verumtamen mihi videtur quod, sicuti homo sensilis simul et intelligibilis conditus est, ita et hujus sacratissimus lucus sensilem simul et intelligibilem et duplicem aspectum habeat. » Attende igitur dil genter; quia et divinus hic vir unum et eumdem paradisum sensibilem simul et intelligibilem, et aspectum habere duplicem, dicit.

Talia igitur et tanta de paradiso laudatis superius Patribus disputata sunt. An vero incorruptibilis hujusmodi fuerit, vel non, tuæ magnæ intelligentiæ considerandum relinquo, cum tantum iis de more descripserim, qui hæc ignorant.

EPISTOLA X (87).

Cur in ultimis temporibus Dominus incarnatus sit, et non multo prius in mundum venerit; si enim prius fecisset hoc, non utique ex ignorantia immensus ille populus in impietate vitam finiisset.

De hoc etiam invicto et sancto imperatore (88) nostro dubitante, atque ita dicente (89): Si propter hominum salutem, humanam Dei Verbum naturam adsumpsit, qua de causa non multo ante id factum est, ut et illi omnes, qui ex ignorantia vitam

ρίων Παῦλον ἅπαντας μηχανώμενοι οἰκονομικῶς τοῖς πράγμασι μετεφέροντο. Πρόσεχε οὖν. Οἱ μὲν ἀρχαιότεροι τῶν ἐξηγητῶν, ὡς πού φησιν ὁ θειότατος, πνευματικῶς τὰ περὶ παραδείσου ἐθεωρήθησαν, τοὺς ῥευστὸν φρονήσαντας τὸν παράδεισον καὶ πάνυ σοφῶς ἐκ μέσου ποιούμενοι· οἱ δὲ μετ' ἐκείνους θεοφόροι Πατέρες τὰ ἑαυτῶν συντάγματα κατὰ τὸ γράμμα ἐξέθεντο, τὰ τοῦ ματαιόφρονος Ὠριγένους ἀνατρέποντες ληρωδήματα· ἕτεροι δὲ τῶν διδασκάλων μέσην τινὰ τάξιν ἐβάδισαν, καὶ οὔτε διύλου ῥευστόν τε καὶ αἰσθητὸν ἐδόξασαν τὸν παράδεισον. Εἰ γὰρ τοιοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ Κύριος τὴν ἐν αὐτῷ διαγωγὴν, ὥσπερ τι ἐξαίρετον, τῷ λῃστῇ ὁμολογήσαντι ἐδωρήσατο· οὔτε πάλιν κατὰ τὴν μέλλουσαν ἐκείνην ἀφθαρσίαν τε καὶ ἀθανασίαν ἄῦλόν τε καὶ πνευματικὸν εἰς ἅπαν ἐκεῖνον ἐφρόνησαν. Εἰ γὰρ τοιοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκεῖθεν ἐλέγοντο τὰ Νειλῷά τε καὶ Εὐφρατήσια ὕδατα· ἐνθένδε καὶ διπλοῦν οἱ θεῖοι Πατέρες προῆχθησαν εἰκεῖν τὸν παράδεισον αἰσθητὸν ἅμα καὶ πνευματικόν· καὶ πνευματικὸν μὲν, ὅτι τὸν δίκαιον λῃστὴν καὶ τὸν μακάριον Παῦλον ὡμοίτως ἐδέξατο· αἰσθητὸν δὲ πάλιν, ὅτι τὸν ὄφιν, τὰ φυτά τε καὶ τὰ ὕδατα, τὸν Ἀδάμ τε καὶ τὴν Εὔαν ἐν αὐτῷ τυγχάνειν ἀληθῶς ἡ Μωσαϊκὴ βίβλος ἱστόρησεν. Αὐτὴ οὖν καὶ αἰτία δι' ἣν οἱ Πατέρες διπλοῦν, ὡς εἴρηται, δοξάζουσι τὸν παράδεισον. Τοῦτο μὲν τὸ δόγμα καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν τῷ *περὶ παραδείσου* κεφαλαίῳ καταδεχόμενος φαίνεται· κατὰ ῥῆμα καὶ γὰρ οὕτως ἐκεῖσε διέξεισι· « Τινὲς μὲν τὸν παράδεισον αἰσθητὸν ἐφαντάσθησαν, ἕτεροι δὲ νοητόν. Πλὴν ἔμοιγε δοκεῖ, ὅτι ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος αἰσθητὸς ἅμα καὶ νοητὸς δεδημιούργητο, οὕτω καὶ τὸ ἱερώτατον τούτου τέμενος αἰσθητὸν ἅμα καὶ νοητὸν καὶ διπλοῦν ἔχον ἔμφασιν. » Πρόσεχε οὖν ἀκριβῶς, ὅτι καὶ ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα παράδεισον αἰσθητὸν ἅμα λέγει καὶ νοητὸν καὶ διπλοῦν ἔχοντα ἔμφασιν.

Τοιαῦτα μὲν οὖν καὶ τοσαῦτα περὶ παραδείσου τοῖς διαληφθεῖσιν ἄνωθεν Πατράσι διείληπται· εἴτε δὲ ἄφθαρτος ὁ τοιοῦτος, εἴτε καὶ μὴ, τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ διασκέψασθαι τὰ περὶ τούτων ἀφίημι, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ὡς ἔθος ὑποτυπώσας.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ι'.

Τίνος ἕνεκεν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐσαρκώθη ὁ Κύριος, καὶ διὰ τί μὴ πολλῷ πρότερον εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθε· καὶ γὰρ εἰ προλαβὼν ἐποίησε τοῦτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀγνοίας ὁ ἀπειρόκλητος ἐκεῖνος λαὸς ἐν ἀσεβείᾳ κατέλυσε τὴν ζωήν.

Καὶ τοῦτο τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως ἐπαποροῦντος, οὕτω καὶ λέγοντος· Ἐὰν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἡ τοῦ θείου Λόγου γέγονεν ἐνανθρώπησις, διὰ τί μὴ πολλῷ πρότερον αὐτὴ ἐγένετο, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐκείνους ἐπιγνῶναι τὸν

(87) Hæc Epistola ex Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino et Joanne Damasceno conflata est. Vulcanius cum codicem harum Epistolarum recenti manu scriptum valde corruptum habuisset, huic Epistolæ suas castigationes et conjecturas adjecit.

(88) Hic imperator esse potuit Manuel Palæologus, seu ejus successores Joannes vel Constantinus Palæologus; nam his temporibus floruisse Glycas mihi cum Allatio et Oudino videtur.

(89) Vide Thomasinum, tom. III *Theol. Dogmat.* tract. v, ubi hanc eamdem quæstionem tractat.

Κύριον ὅσοι δι' ἄγνοιαν ἐν ἀσεβείᾳ τὸν βίον κατέστρεψαν; τοιαύτην ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσαμεν λέγοντες·

(90) Ἐπ' ἐσχάτων μὲν οὖν (91) ὁ θεῖος Λόγος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἀληθῶς ἐνανθρώπησεν· ἐφ' ᾧ καὶ ἀπορήσειεν ἄν τις, Ἵνα τί, λέγων, μὴ κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους τὰ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας (92) ἐγένετο, ὡς ἐντεῦθεν ἅπαντας τὸ κατὰ Χριστὸν ἐπιγνῶναι μυστήριον; Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ Κυρίου ἐν Εὐαγγελίοις ἠκούσαμεν λέγοντος· « Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, » τουτέστιν ὁ προσήκων καιρός, ὁ καὶ πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων προωρισμένος (εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν εἶπεν· « Ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει κατὰ τὸν (93) ὡρισμένον »), τίς ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτῷ τεθάρρηκεν, ὡς οὕτω φανερῶς ἀντιπίπτειν, ἐν οἷς ἂν αὐτὸς (94) ὁ Κύριος ἀποφαίνηται; Προσήκων δὲ ὁ καιρὸς οὗτος ἐφαίνετο, καὶ πρός γε τὸ θεῖον βούλημα εὔθετος, ὅτι ἡ Πάναγνος ἡ τῷ κατὰ Χριστὸν μυστηρίῳ ὑπηρετήσουσα τότε παρήχθη τῷ κόσμῳ, καὶ ὅτι τηνικαῦτα ἡ τῆς κακίας νόσος παρήκμαζε (κατὰ τὸν Νυσσαέα θεῖον Γρηγόριον), ἡ ἀρχῆθεν ἐνσκήψασα τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος. Εἰ γὰρ προλαβὼν ἐνηνθρώπησεν, οὐκ ἂν ἐνδομυχοῦσα ἡ κακία εὐπετῶς τοῖς φαρμάκοις ὑπέπιπτεν· οὐκ ἂν τὰ ἔθνη τηνικαῦτα καλούμενα ἤκουσεν· οὐ γὰρ ἐνδιδοῖ ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος, καθά τις ἔφη σοφὸς, τουτέστιν, εἰς βάθος ὁ διεφθορὼς χυμὸς ἡδρασμένος ὢν ταῖς ὁλκαῖς τῶν φαρμάκων οὐ ῥᾳδίως ἀφέλκεται.

in impietate finierunt, agnoscerent Dominum? talem coram ipso responsionem dedimus, atque ita disseruimus:

Novissimis quidem temporibus divinum Verbum pro salute hominum humanam vere naturam adsumpsit, eaque de causa etiam dubitaverit aliquis, dicens: Quare in prioribus temporibus hæc humanæ carnis assumptio non contigit, ut hinc omnes Christi mysterium cognoscerent? Cæterum cum Dominum in Evangeliis dicentem audiverimus: « Pater, venit hora, » hoc est, conveniens tempus quod ante constitutionem mundi pro salute hominum est præfinitum (nisi enim hoc ita esset, non diuisset: Filius quidem hominis vadit secundum tempus præfinitum), quisnam tantum sibi ipsi est confisus, ut ita manifeste reluctetur iis (95) quæ ipse Dominus affirmat? Conveniens autem tempus hoc visum est, et divinæ voluntati accommodatum, quod et purissima illa Virgo quæ Christi mysterio inservitura erat, tunc temporis mundo producta est, et quod tunc nequitiæ morbus [quemadmodum divinus ille Gregorius Nyssenus ait (95)] deferbuerat, qui ab initio naturæ humanitatis inhæserat. Si enim anticipato hoc tempore incarnatus fuisset, malitia quæ intus insederat non facile medicamentis cessisset, neque gentes tunc vocatæ audissent; neque enim cedit crudus exsistens vitiosus affectus, quemadmodum doctus quidam ait, hoc est, malum alte humoribus impactum, attractionibus medicamentorum non facile evellitur.

(90) Hucusque in codice Bonaventuræ Vulcanii initium hujus Epistolæ decorat, quod ipse ex codice Riccardiano supplevi, et interpretatus sum.

(91) Ἐπ' ἐσχάτων μὲν οὖν. Vulcanius ita corrigit: Pro οὖν lege καιρῶν. Sed codex Riccardianus, quo utor, eodem modo habet, quo codex ille Vulcanii. Quare quidquam mutandum esse non censeo.

(92) Τὰ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. Vox οἰκονομία ab ecclesiasticis scriptoribus varie accipitur. Modo enim ἐνανθρώπησιν ἤτοι ἐνσάρκωσιν τοῦ Μονογενοῦς, *Humanationem*, ut ita dicam, *et Incarnationem Unigeniti* significat; modo consilium divinum, et dispensationem, atque administrationem, qua Deus usus est in generis humani instauratione; ut passim apud eos videre est, et præcipue apud Isidorum Pelusiotam, et Cyrillum Alexandrinum. Adverbium quoque οἰκονομικῶς apud Isidorum laudatum, epist. 407 libri 1, *certo consilio* interpretandum esse videtur; quemadmodum apud nostrum Michaelem Glycam in *Epist.* Porro notandum est vocem οἰκονομία a Tertulliano Contra *Praxean* de divina Trinitate agente pro Divinitatis in tres personas distributione usurpari. « Custodietur, inquit, οἰκονομίας sacramentum, quæ unitatem in Trinitatem disponit, tres dirigens, Patrem et Filium, et Spiritum sanctum. » Et mox: « Non intelligentes unicum quidem, sed cum sua οἰκονομίᾳ esse credendum, expavescunt ad οἰκονομίαν. »

(93) Κατὰ τὸν ὡρισμένον. Vulcanius censet locum esse corruptum, et forte esse legendum καιρὸν πρόωρισμένον. Attamen ita etiam habet Codex Riccardianus; quare nihil mutandum.

(94) Ἀντιπίπτειν ἐν οἷς αὐτὸς, etc. Vulcanius vult, τὸ ἐν παρέλκειν. Sed ita etiam habet codex, quo nos usi sumus.

(95) Aliter sensisse videtur Isidorus Pelusiota Epist. CCCXXIX. Scribit enim: Ὅτε οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες μετὰ τοῦ στρατηγοῦντος αὐτοῖς διαβόλου οὐδὲν εἶασαν ἐν τάξει μένειν, ἀλλὰ πάσης ἀδικίας καὶ πλεονεξίας ἐμφορούμενοι καὶ ὕβρεως κόρον οὐκ εἰδότες, ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν παθῶν τοὺς ἀνθρώπους ἀπήλασαν· τότε δὴ, τότε ὁ τῶν ἁπάντων βασιλεὺς ὁ Πατρὸς Λόγος, τῶν μὲν μισήσας τὴν τυραννίδα, τῶν δὲ οἰκτείρας τὰς συμφοράς, ἀνθρωπείαν ὑποδὺς φύσιν, ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἔστη· Τρόπαια τοιγαροῦν τὰ μὲν εἱστήκει, τὰ δὲ ἠγείρατο, τὰ μὲν ἦν ἐν ἐλπίσι. Καὶ τὸ μὲν βάρβαρον τῶν δαιμόνων στῖφος μετὰ τοῦ στρατηγοῦ τὰς συμφορὰς ἔστενεν· ἡ φύσις δὲ ἀνθρωπεία εἰς ἐλευθερίαν ἀνέτρεχε. « Cum scelerati dæmones cum duce suo diabolo nihil in ordine manere siverant, verum omni iniquitatis et violentiæ genere se ingurgitantes, nullaque injuria et protervia se exsatiantes, homines ad extrema mala relegissent: tum vero omnium rex ille Patris Serino, et illorum tyrannidem exosus, et horum ærumnas miseratus, humanam subiens naturam in aciem prodiit. Quocirca tropæa partim quidem fixa sunt, partim erecta, partim speranda manserunt: et atrox quidem illud dæmonum agmen cum duce suo malo accepto doluit: humana vero natura in libertatem denuo est asserta. » Cyrillus quoque Alexandrinus libro *adversus Anthropomorphitas* cap. 24 late disserit, atque affirmat, tunc a Verbo divino humanam naturam assumptam fuisse, cum ad mensuram summam nequitiæ caligo excrevisset, et superabundasset peccatum. Ipse etiam medici exemplo utitur, sed plane ad contrarium insinuandum. Cæterum Gycas hæc eadem disseruit III parte *Annalium*.

Tempestive itaque in terram, ut dictum est, descendit Deus. « Cum enim, inquit Paulus, venit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum, » atque opportune remedia adhibet. Neque enim magno cum apparatu atque auctoritate Deus ad nos venit, neque divina potentia est usus, ita ut etiam invitas ad se traxerit gentes, quod neque arbitrii nostri libertatem ullo modo labefactare voluerit. Si enim hoc ita esset, fortasse prioribus temporibus homo factus fuisset, atque ita pro sua auctoritate salutem nostram operatus fuisset.

At ne idcirco mihi dixeris omnes, qui ante Christum fuere, culpa vacare : si enim anticipato hoc tempore factum fuisset, non ita ex ignorantia periissent, qui expertes fidei ex hac vita decesserunt. Nihil tale dixeris. Quotquot enim, ut Joannes Damascenus ait, vitam laboriosissimam in exercitio pietatis duxerunt, etiam si imprudentes circa fidem aberrarunt, quique animo erant adeo obediente et grato, ut si vidissent atque audissent prompti paratique ad credendum fuissent ; illi, crede, non perierunt. Nec immensos illorum labores Deus suo fructu destitui permittet. Idcirco cum etiam in infernum ipse descendisset, et amplexi sunt hi prædicationem, et crediderunt. Qui vero cæcutientia ex malitia laborant, non solum manifeste obtueri non potuerunt, verum etiam tandem excæcati sunt, intellectuali illo sole, ut diximus, illic coruscante. Hoc ipsum excellens ille in rebus divinis Gregorius Magnus subindicans dixit : « Quocirca Dominus cum in inferno apparuit, omnes servavit, vel etiam illic non credentes, ad credendum tamen paratos. » Non hæc autem solum, sed et magnus Epiphanius in quodam suo sermone, cujus initium : « Quid hoc? silentium multum, » et hæc ad verbum disserit : « Quid igitur? omnes simpliciter salvat Deus præsens? Non, sed eos qui et ibi crediderunt. Quid vero? deiis qui crediderunt vel omnino vita in impietate excessere, ad credendum autem parati erant : Neque hac de causa dubita. Habes enim præ aliis etiam ipsum principem apostolorum ita de hoc dicentem : « Et his, qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando. » Hinc itaque etiam magnus ille Cyrillus impulsus dixit : « Quemadmodum itaque cum iis qui in carne erant, cum carne versatus est Deus : ita etiam animabus in inferno prædicavit, proprium habens gestamen unitam sibi animam. » Neque vero secius de his statuit divinissimus Damascenus, dicens : « Quemadmodum iis qui in terra erant, annuntiavit pacem, atque iis quidem

(96) Deerat γὰρ in Codice *Vulcanii*, sed ipse ex conjectura supplevit. Codex Riccardianus habet ὅσοι καὶ γάρ.

(97) In Vulcanii editione deerat οὐ ταῦτα usque ad καὶ τούτου ἕνεκεν, quod nos ex codice Riccardiano supplevimus.

(98) Codex Vulcanii legebat : φρόνημα. Ipse recte emendans posuit : Φόρημα, cum animadvertisset hunc locum mutuo acceptum fuisse a Cyrillo libro *De Incarnatione Unigeniti*, qui in Latina editione sic habet : « Perinde atque iis qui adhuc in carne versantur ; ita etiam animabus in inferno prædicavit proprium suum gestamen habens animam sibi unitam. » Tamen codex etiam Riccardianus φρόνημα habet.

Εὐκαίρως οὖν ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς εἴρηται, κάτεισιν ὁ Θεός. « Ὅτε γάρ, φησὶ Παῦλος, ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ · » εὐκαίρως λοιπὸν καὶ τὰ τῆς θεραπείας μεταχειρίζεται. Οὐ γὰρ προδήλως ἡμῖν ὡς Θεὸς ἐνεδήμησεν, οὐδὲ θείᾳ δυναστείᾳ ἐχρήσατο, ὥστε καὶ ἄκοντα τὰ ἔθνη πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι, ὅτι μηδὲ τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν ὅπως δήποτε λυμήνασθαι ἠθελεν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν καὶ κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους ἐνανθρωπήσας, αὐθεντικῶς οὕτω τὴν ἡμῶν σωτηρίαν εἰργάσατο.

Καὶ μή μοι λέγε, ὡς ἀνεύθυνοι λοιπὸν οἱ πρὸ τοῦ Χριστοῦ πάντες εἰσίν· εἰ γὰρ προλαβὼν ἐνηνθρώπησεν, οὐκ ἂν οὕτως ἐξ ἀγνοίας ἀπώλοντο οἱ ἐν ἀπιστίᾳ τὴν ζωὴν καταλύσαντες. Τοιοῦτόν τι λέγε μηδέν. Ὅσοι καὶ γὰρ(96), ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶ, βίον ἀσκητικώτατον ἔσχον, εἰ καὶ λανθάνοντες περὶ τὴν πίστιν ἀπεπλανήθησαν, ψυχῆς τε τοσοῦτον ἦσαν εὐπειθοῦς καὶ εὐγνώμονος, ὡς ἰδόντες τε καὶ ἀκούσαντες ἑτοίμως πιστεῦσαι, ἐκεῖνοι, πίστευε, οὐκ ἀπώλοντο. Οὐδὲ γὰρ ὁ φύσει ἀγαθὸς Θεὸς τὴν ἀγαθήν τε αὐτῶν προαίρεσιν καὶ τὸ τῶν καμάτων ἄπειρον εἰς κενὸν ἀποβῆναι ἠνέσχετο. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς τὸν ᾅδην νόμῳ φύσεως κατιόντος αὐτοῦ κἀκεῖσε κηρύξαντος καὶ προσεδέξαντο οὗτοι τὸ κήρυγμα καὶ ἐπίστευσαν. Οἱ δέ γε ἀμβλυωπίαν ἐκ πονηρίας νοσοῦντες οὐ μόνον ἐπεντρανίσαι οὐκ ἴσχυσαν, ἀλλὰ καὶ τέλεον ἀπετυφλώθησαν τοῦ νοητοῦ ἡλίου, ὡς ἔφημεν, ἐκεῖθεν ἀστράψαντος. Αὐτὸ τοῦτο καὶ ὁ ἐν θεολογίᾳ διαπρέψας μέγας Γρηγόριος ὑπεμφαίνων ἔλεγεν· « Ἆρα πάντας ἔσωσεν ἐπιφανεὶς ὁ Κύριος, ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας· » καὶ οὐ ταῦτα (97) δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἔν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων, οὗ ἡ ἀρχή· « Τί τοῦτο; σιγὴ πολλή, » καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισι· « Τί οὖν; πάντας ἁπλῶς σώζει ἐπιφανεὶς ὁ Θεός ; Οὔκ, ἀλλὰ κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας. Τίνες δὲ, οἱ πιστεύσαντες, ἢ πάντως οἱ ἐν ἀσεβείᾳ μὲν τὴν ζωὴν διαλύσαντες, πιστεῦσαι δὲ ὅμως ἑτοίμον ἔχοντες ; Καὶ τούτου ἕνεκεν μὴ ἀμφιβάλλε. Ἔχεις γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων κορυφαῖον Πέτρον οὕτω περὶ τούτου λέγοντα· « Καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ἀπειθήσασί ποτέ. » Ἐντεῦθεν οὖν καὶ ὁ μέγας ὁρμώμενος Κύριλλος ἔλεγεν· « Ὥσπερ οὖν τοῖς ἐν σαρκὶ μετὰ σαρκὸς συνεστράφη ὁ Θεὸς, οὕτω καὶ ταῖς ἐν ᾅδῃ ψυχαῖς διεκήρυξεν, ἴδιον ἔχων φρόνημα (98) τὴν ἐνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχήν. » Οὐχ ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου καὶ ὁ θειότατος διεῖληφε Δαμασκηνὸς, λέγων· « Ὥσπερ τις ἐν γῇ εὐηγγελίσατο εἰρήνην, καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασι σωτηρίας γέγονεν αἴτιος, τοῖς δὲ ἀπειθήσασιν ἀπιστίας ἔλεγχος· οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ. » Οὐκοῦν εὐμεθόδως τὰ πάντα οἰκονομῶν, ὡς

μήτε τοὺς ἀγαθοὺς ἐξ ἀγνοίας ἀπολέσῃ τὴν αὐτῶν ἀγαθότητα, μήτε τοὺς πονηροὺς οἷον δή τινα ἔχειν πρόφασιν λέγοντας, Εἰ εἴδομεν, ἐπιστεύσαμεν ἄν. κηρύττει καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ᾅδῃ, ὡς εἴρηται, παραπλησίως τοῖς ἄνω· κἀντεῦθεν ἐπισπᾶται τοὺς ἐπιτηδείους ἑλόντας ἕλκεσθαι· καὶ οἷά τις λαμπρὸς ἀριστεὺς σὺν αὐτοῖς ἐκεῖθεν ἐπάνεισιν. Εἰ γὰρ καὶ πᾶσι κοινῶς ἐχαρίσαντο ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν τὴν τελευταίαν ἐκείνην ἀνάστασιν, ἀλλ' οὐχὶ πάντες αὐτῷ συνανῆλθον ἐξ ᾅδου ἀνερχομένῳ, μόνοι δὲ οἱ πιστεύσαντες, ὡς ὁ θεολόγος ἔφη Γρηγόριος. Ἐντεῦθεν οὖν ἀποδέδεικται, ὅτι καὶ κατὰ καιρὸν ἐνηνθρώπησε τὸν προσήκοντα, καὶ ὡς οὐδεὶς ἐξ ἀγνοίας ἀπώλετο, εἴγε πάντες, ὡς εἴπομεν, κατήκοοι γέγονασι τοῦ θείου κηρύγματος. Καὶ ἡμεῖς μὲν τοιαύτην ἐπὶ τῷ ἀπορήματι δεδώκαμεν τὴν ἀπόκρισιν· ὁ δὲ πλήρης πάσης συνέσεως βασιλεὺς οὐκ ἐπὶ πλέον ἀντέπεσε, μᾶλλον μὲν οὖν ὑπερηγάσατο τοῦ Θεοῦ τοῦτο καθ' οὓς οἶδε τρόπους οἰκονομήσαντος.

qui crediderunt salutis auctor extitit: inobœdientes vero incredulitatis arguit; ita etiam iis qui sunt in inferno. » Optimo itaque ordine omnia dispensans, ita ut neque bonis per ignorantiam bonitas ipsorum pereat, neque mali ullam omnino excusationem habeant, dicentes: « Si scivissemus, credidissemus utique, » prædicat etiam in inferno, ut diximus, similiter atque iis qui in terris degunt; atque hinc extrahit, qui apti sunt beneque comparati ad trahendum, et veluti illustris quidam princeps cum eis illinc ascendit. Tametsi enim etiam omnibus communiter largitus est, suscitatus e mortuis, extremam illam resurrectionem, non tamen etiam omnes cum ipso venerunt ex inferno redeunte, soli vero qui crediderunt, ut inquit Gregorius Theologus. Ex his itaque demonstratum est, quod et convenienti tempore homo factus sit, quodque nemo per ignorantiam perierit, siquidem, ut diximus, divinæ prædicationi obedientes fuerint (99). Et nos quidem tale ad quæstionem sive dubium responsum dedimus. Imperator vero omni prudentia plenus non ultra est refragatus, quin potius summopere admiratus est Deum hoc rationibus ac modis ipsi cognitis dispensare.

Sequentes epistolas 11, 12, 13 et 14 edidit Franciscus Fontanus, in *Novis Eruditorum Deliciis*, Florentiæ, 1785. Duæ jam lucem viderant, altera ope Lamii tom. VIII Operum Meursii, p. 261; altera opera Dominici Becuccii, præpositi ecclesiæ S. Felicis ad Imam, qui eam una cum *Orthodoxis doctrinis quæ SS. Apostoli exposuerunt* vulgaverat Florentiæ, anno 1786.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΑ'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Γρηγορίῳ τῷ Ἀκροπολίτῃ.— Περὶ τοῦ εἴτε σφαιροειδὴς ἐστι καὶ ἀκίνητος ὁ οὐρανὸς, εἴτε καὶ μή, κατὰ τὸν θεῖον Χρυσόστομον.

Ὅτι μὲν οὖν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς καὶ θεῖος Ἰωάννης, τὰς ἀφορμὰς ὅθεν λαβὼν ἔκ τε τοῦ προφήτου Ἡσαΐου λέγοντος, « Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, » καὶ ἐξ αὐτοῦ ὡσαύτως τοῦ μεγάλου Παύλου, *σκηνὴν* καλοῦντος τὸν οὐρανὸν, εἶτα καὶ λέγοντος, « Ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, » ἀκίνητον λέγει πάντα τὸν οὐρανόν· καὶ τοῦτο μόνον εἶναι τὸ φαινόμενον ἄνωθεν ἡμισφαί-

EPISTOLA XI.

Admodum honorando Patri domino Gregorio Acropolitæ. — Utrum cœlum rotundum sit et immobile, necne, juxta D. Chrysostomum (1).

Lingua aureum igitur, divinumque Joannem, occasione quasi sumpta, et a propheta Isaia dicente: « Qui suspendit cœlum quasi fornicem; » et ab ipso quoque magno Paulo, qui *tabernaculum* prius appellat cœlum, et deinde dicit: « Quod fixit Dominus, et non homo; » immobile omne cœlum dicere, et hoc solum esse, quod desuper apparet, hemisphærium (2), neque ipsum sphæri-

(99) Hanc eamdem sententiam Glycas defendit ac sustinet, III part. *Annal.* auctoritatibus Petri apostoli, Gregorii Nazianzeni et Joannis Damasceni in medium adductis, sed Petrus et Gregorius ei concinere non videntur.

(1) Exsibilanda fortasse videbitur hujusmodi quæstio nonnullis, quorum mos est naso omnia suspendere acuto, nihilque rectum putare nisi quod ipsorum studiis ac γνώμαις convenit: attamen hi si didicerint non eadem semper ab omnibus probata fuisse philosophiæ scita, neque a SS. Ecclesiæ Patribus physica dogmata, verum moralia exquirenda esse, non admirabuntur eorum placita de cœlo absona prorsus a nostris.

(2) Uno hemisphærio tantum cœlum constare, terramque nostram planam, non sphæricam esse, omnes contenderunt penes antiquos, qui nullos antipodas esse censuerunt, veluti Eratosthenes, Polybius, Strabo, Tzetzes in Chiliad., et Plutarchus in Dial. *De facie in orbe lunæ*, qui σπουδῇ transversos agit antipodas asserentes, hisce verbis: Ἦ τί παράδοξον οὐκ ἔνεστιν; οὐχὶ τὴν γῆν σφαῖραν εἶναι, τηλικαῦτα βάθη καὶ ὕψη καὶ ἀνωμαλίας ἔχουσαν; οὐκ ἀντίποδας οἰκεῖν, ὥσπερ θρίπας, ἢ γαλεώτας, τραπέντα ἄνω τὰ κάτω τῇ γῇ προϊσχομένους ... τοῦτο γάρ ἐστι τὰ ἄνω κάτω· κἂν πάντα τραπέντα πάλιν εἶναι τῶν ἄχρι τοῦ μέσου κάτω, τῶν δὲ ὑπὸ τὸ μέσον αὖ πάλιν ἄνω γενομένων. « Cui quid non inest absurdi? nonne sequitur terram esse globum, quæ tot altitudines, profunda, inæqualitates habet? nonne habitari eam ab antipodibus, qui instar teredinum, aut stellionum imis corporum partibus sursum obversis terræ adhærescant?..... Hoc vero est inferiora facere superiora, et omnia invertere, et quæ sunt usque ad centrum deorsum, quæ infra illud, sursum ponere. » Præstat audire etiam Lucretium hac de re ita canentem lib. I *in fin.*:

Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,
In medium summæ (quod dicunt) omnia niti:
Atque adeo mundi naturam stare sine ullis.

* Joanne Lamio interprete.

cum esse, neque, dum suum dici noctisque iter peragit, circulatim ex oriente ingredi, et in occidentem quiescere, ita ut exinde celeri hujus latione sol ipse commoveatur; a nullo prorsus, qui sacris ipsius libris operam navarit, ignoratum est. Verumtamen non sine consilio, ut mihi videtur, ab aurea fundente verba hæc de cœlo exarata sunt; quamobrem ne mireris. Si enim maximus Paulus hic ait: « Si circumcidamini, Christus nihil vobis profuit: » illic vero Timotheum circumcidens cernitur: et aliquando quidem inter Judæos ut Judæus, aliquando inter legis expertes ut legis sit expers, et alibi se Romanum cognominabat, cum ex Judaico genere vere derivaretur: quid novi, si divinissimus Joannes quosdam cœlorum motui attendentes, et ex adverso de universitate ratiocinantes, corrigens, cœlum semisectum dicat et immobile (5)? Non sine consilio igitur sermo hic, uti diximus, a laudato Patre habitus fuit; doctoris enim more, etiam hic ad Apostoli exemplum omnes ad divinam cognitionem perducere cupiens Chrysostomus, talem non habuit exacte orationis et sententiæ curam, qualem sane et in productione magni luminaris adhibuit, et in factura et fictione Adami, atque in ipsis intemeratis Christi mysteriis. Hico enim dicit, luminare hoc productum esse, ut diem lucidiorem efficiat; dicit, hominis corpus esse anima antiquius; sanctificationum autem mysticum sacrificium per vinum tantum fidelibus tradens videtur, ut exinde impii Armenii in sua ipsorum, ut aiunt, hæresi validius confirmentur.

Sed hæc quidem œconomice ab aureis verbis fluente dicta esse confirmamus. Cur? Quia cæterorum sanctorum Patrum concilium hæc admit-

A ριον· οὐ μὴν αὐτὸν εἶναι σφαιροειδῆ, οὐδὲ κυκλικῶς τὴν αὐτοῦ περίοδον διὰ νυχθημέρου ποιούμενον ἐξ ἀνατολῶν ἄρχεσθαι, καὶ εἰς ἀνατολὰς καταλήγειν· ὡς ἐντεῦθεν τῇ ὀξείᾳ τούτου φορᾷ καὶ αὐτὸν συγκινεῖσθαι τὸν ἥλιον· οὐδενὶ πάντως τῶν ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ βίβλοις ἐνασχολούμενον ἠγνόηται. Πλὴν οἰκονομικῶς, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, τὰ περὶ τούτου τῷ χρυσορρήμονι ἐτεχνάσατο. Καὶ τούτων χάριν μὴ θαύμαζε. Εἰ γὰρ ὁ πάμμεγας Παῦλος τοῦ μὲν ἔλεγε· « Ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει· » τοῦ δὲ περιτέμνων τὸν Τιμόθεον φαίνεται· καὶ ποτὲ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ποτὲ δὲ τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος γίνεται, καὶ ἀλλαχοῦ Ῥωμαῖον ἑαυτὸν ἐπωνόμαζεν, ἐκ γένους καὶ ταῦτα Ἰουδαϊκοῦ καταγόμενος· τί καινὸν εἰ καί τινα; ὁ B θειότατος Ἰωάννης ἐπανορθούμενος, τῇ τῶν οὐρανῶν κινήσει προσέχοντας, καὶ ἀντιλογιζομένους τὸ πᾶν, ἀκίνητον λέγει τὸν οὐρανὸν καὶ ἡμίτομον; Οἰκονομικῶς οὖν οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἔφημεν, τῷ διαληφθέντι περιεσχεδίασται· διδασκαλικῷ γὰρ τρόπῳ καὶ οὗτος κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Χρυσόστομος ἅπαντας πρὸς θείαν ἐπίγνωσιν ἑλκύσαι θέλων οὕτω τοσοῦτον ἔστιν ὅτε τῆς ἀκριβείας ἐφρόντιζεν, ὁπόσον δὴ καὶ ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τοῦ μεγάλου φωστῆρος πεποίηκεν, ἐπὶ τῇ ποιήσει τε καὶ πλάσει τοῦ Ἀδάμ, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἀχράντοις τοῦ Χριστοῦ μυστηρίοις· αὐτίκα καὶ γὰρ λέγει τὸν φωστῆρα τοῦτον παραχθῆναι, ἵνα τὴν ἡμέραν λαμπροτέραν ἐργάζηται· λέγει τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου πρεσβύτερον εἶναι τῆς ψυχῆς· τὴν δὲ τῶν ἁγιασμάτων μυστικὴν C τελετὴν δι' οἴνου καὶ μόνου φαίνεται παραδιδοὺς τοῖς πιστοῖς, ὡς ἐντεῦθεν τοὺς δυσσεβεῖς Ἀρμενίους ἐπιπλέον κρατῦναι τὴν ἑαυτῶν, ὥς φασιν, αἵρεσιν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἰκονομικῶς λέγομεν εἰρῆσθαι τῷ χρυσορρήμονι. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι ἄλλων τῶν ἁγίων Πατέρων ὁ σύλλογος οὐ μὲν οὖν εὕρηται

Latibus alternis : neque quoquam posse resolvi
Summa atque ima, quod in medium sint omnia nixa,
Ipsum si quidquam posse in se sistere credis :
Et quæ pondera sunt sub terris, omnia sursum
Niti, in terraque retro requiesse reposta.
Ut per aquas quæ nunc rerum simulacra videmus,
Et simili ratione animalia cuncta vagari
Contendunt : neque posse e terris in loca cœli
Recidere inferiora magis, quam corpora nostra
Sponte sua possint in cœli templa volare.
Illi cum videant solem, nos sidera noctis
Cernere, et alternis nobiscum tempora cœli
Dividere, et nocteis pariteis agitare diebus.
Sed vanus stolidis hæc omnia parturit error.

(5) Non unus Chrysostomus semisectum cœlum asseruit, verum et martyr Justinus, qui in lib. *Quæst. et Respons. ad orthodox.*, cum quæstione 59 sibi objecisset : Εἰ ἐν τῇ νυκτὶ ὁ ἥλιος ἀποκρύπτεται, πῶς οὐ σφαῖρα ὁ οὐρανὸς ἀποδείκνυται; id est : *Si nocte sol occultatur, quomodo cœlum non probatur globus esse?* ἀναρμόστως respondet id intervalli longitudine fieri, atque oculorum vitio. Εἰ ὁμολογουμένως πολλὰ ἔστιν ἕτερα τὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἴσῳ ἐπιπέδῳ ὄντα, καὶ διὰ τὸ μῆκος τοῦ διαστήματος κεκρυμμένα ὄντα τῆς ὄψεως, ὡς τὰ πλοῖα τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ ὑπὸ ἀλλήλων μὴ ὁρώμενα, τοῦ πλάτους τῇ τῶν ὑδάτων ἐπιφανείᾳ περιγράφοντος τὴν ὄψιν περαιτέρω μὴ ἀποτείνεσθαι τοῦ ὁρίζοντος, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐπὶ τῶν φωστήρων γίνεται ἡ ἐπίκρυψις διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν; Hoc est: « Si citra controversiam multa alia sunt quæ in eadem et æquali planitie, propter intervalli longitudinem, oculorum effugiunt obtutum, velut navigia in mari, quorum alterum ab altero non cernitur, latitudine per summas aquas quasi circulo quodam visum circumscribente, quominus ultra circumscribentem intendatur : quid mirum, si occultatio stellarum per eamdem causam fiat? » Atque in solutione quæstionis 130, instar cameræ se habere cœlum contendit contra Græcorum philosophorum scita, et ab aquis quodammodo fulciri dicens : Βαστάζει οὖν τὸν μὲν οὐρανὸν τὰ ὕδατα, τὰ δὲ ὕδατα ἡ γῆ, τὴν δὲ γῆν τὸ θεῖον πρόσταγμα. Scilicet : « Sustinent igitur cœlum aquæ, aquas autem terra, terram porro præceptum divinum. » Quæ omnia ut physicis pugnent nemo est qui non noverit. Consulto prætereo Latinos Patres qui in eamdem sententiam pedibus ierunt, atque adeo Antipodas sustulerunt, inter quos Augustinus, *De civit. Dei*, l.b. xvi, cap. 9; Lactantius, *De falsa sapient. philosoph.*, cap. 24, ac permulti alii, quorum paradoxa satis superque refutasse visus est Macrobius lib. i, *in Somn. Scip.*, ubi adversam certamque sententiam tutatur.

ταῦτα καταβαλόμενος. Ἀλλὰ πάμμεγας Ἰωάννης εὐμεθόδως τὰ πάντα μετεχειρίζετο, πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἀεὶ ἐνιστάμενος. Ἄλλως τε εἰ μὴ τοιαύτῃ συγκαταβάσει τὸν μακάριον Ἰωάννην ἐπὶ τούτοις χρήσασθαι φήσομεν, ποῦ θήσομεν τὰς ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῶν λοιπῶν ἑκατέρωθι ἐκφωνηθείσας φωνάς, ἢ πῶς αὐτὰς ἐκδεξόμεθα; Ἆρ' οὖν ἐναντιοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους εἴποιμεν τοὺς ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ λαλήσαντας Πνεύματι; Θὸ μὲν οὖν πάντως, οὐ μὴν οὖν. Καὶ εἰ βούλει τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρὸ τῶν ἄλλων ἄκουε· ἐπεξηγούμενος γὰρ τὸ Μωσαϊκὸν ἐκεῖνο τὸ λέγον, « Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ πρωΐ, ἡμέρα μία, » καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισι· « Τὸ τῶν εἴκοσι τεσσάρων ὡρῶν μέτρον μιᾶς ἡμέρας ἐστὶ διάστημα· ἦγουν ἡ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ γίνεται. » Μηδεὶς οὖν τῷ ἰδίῳ χαριζόμενος λογισμῷ, κατὰ φιλοσόφους ταῦτα τὸν μέγαν λεγέτω διεξιέναι Βασίλειον, καὶ ἐντεῦθεν οὐκ ἐναργῆ περιφέρειν τὴν διδασκαλίαν τοῦ Πνεύματος. Ὁ γὰρ Θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ ταύτην ἔλυσε προλαβὼν τὴν ὑπόνοιαν· ἐν γὰρ τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον ἕκτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ, καὶ τάδε φησίν· « Ἐπειδὴ πρόκειται ἡμῖν εἰς τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν ἐξέτασις καὶ θεωρία τοῦ παντός, οὐκ ἐκ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας τὰς ἀρχὰς ἔχουσα, ἀλλ' ἐξ ὧν τὸν ἑαυτοῦ θεράποντα ὁ Θεὸς ἐξεπαίδευσεν, ἐν εἴδει λαλήσας αὐτῷ, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων, ἀνάγκη πάντως μὴ ἀγύμναστον ἔχειν τὸν νοῦν πρὸς τὴν τῶν ὑποκειμένων ἡμῖν κατανόησιν. » Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ ὁ ἐν θεολογίᾳ διατρίψας; μέγας Γρηγόριος τότε γινώσκειν κτίσεως λόγους ἔλεγε, καὶ μετὰ τοῦ Κτίστου συνεῖναι, ἡνίκα τὴν τοιαύτην ἑξαήμερον μετεχειρίζετο, καὶ διὰ γλώττης ταύτην ἔφερε· τίς ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτὸν τεθάρρηκεν, ὥστε καὶ πλεῖόν τι τοῦ διαληφθέντος ἀνδρὸς καὶ φρονεῖν ἅμα καὶ ἀποφαίνεσθαι; Μὴ οὖν ἀντιπίπτωμεν ἀκριβῶς εἰδότες, ὅθεν καὶ ὅπως τὰ τοῦ μεγάλου πονήματα συγκέκριται. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ θειοτάτου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης ἄκουε λέγοντος, ὅτι « Περιέσχεν ἐν κύκλῳ τὰ πάντα τὸ οὐράνιον σῶμα, τὴν δὲ μέσην τοῦ παντὸς ἀπέλαβε χώραν τὰ βαρέα καὶ καταφερῆ τῶν σωμάτων· γῆ τε καὶ ὕδωρ ἀλλήλοις διακρατούμενα· καὶ ἡ μὲν κυκλοφορουμένη οὐσία διὰ τῆς ὀξείας κινήσεως τὸν ἀστὸν τῆς γῆς ἐν κύκλῳ περισφίγγει· καὶ οὔτε ἡ γῆ τῆς ἰδίας βάσεως μετατίθεται, οὔτε οὐρανός ποτε τὸ σφοδρὸν ἐνδίδωσι καὶ ὑποχαλᾷ τῆς κινήσεως. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τὴν μέσην ἀπέλαβε χώραν τοῦ παντὸς ἡ γῆ, καὶ ὁ θειότατος Ἰωάννης Δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ γῆς κεφαλαίῳ σαφέστατα ἔδειξεν, οὕτως εἰπών· « Ἥττων δὲ ἡ γῆ, καὶ πάνυ σμικροτέρα ἐστὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὥσπερ τις στιγμὴ ἐν μέσῳ τούτου κρεμαμένη. » Καὶ τούτου χάριν ἀμφιβάλλειν οὐκ εὔλογον· ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἐξήρτηται· ἐν γὰρ τῇ διαληφθείσῃ ὁμιλίᾳ καὶ τάδε περὶ τούτου φησίν· « Τῷ δὲ ἡλίῳ οὐδεὶς ἐστιν ἐγγυτέρω, καὶ οὐδεὶς ἐστι πορρωτέρω, ἀλλ' ἐξίσου τοῦ διαστήματος τοῖς κατὰ πᾶν μέρος τῆς γῆς ὡκισμένοις προσβάλλει. » Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν,

D arbitratu duntaxat, qui certum tributum penderent, » in quibus ipsum Herodem? Præterea et quem latent Romanæ victoriæ de Judæis jam ante relatæ, Pompeiumque Hierosolyma occupata, Judæos Romanæ reip. vectigales fecisse, uti præ cæteris Josephus ipse lib. I, *De bello Judaico* fusius ostendit? A vero itaque longe aberrant qui ut videantur nodum in scirpo quærere inania effutiunt ut sibi quodammodo fucum faciant, nec animadvertentes quod aliquando K[illegible]ων ἐπὶ δεσμά, uti Græcorum adagium monet, tenetur. Nec Bodinus nobis, lib. v *De abditis rerum sublimium arcanis* objiciat neminem coactum fuisse censendi causa loca mutare, adeoque omni procul dubio S. Josephum, et Mariam Matrem Christi iter non arripuisse ut dicto Cæsaris parerent, quemadmodum evangelista testatur; namque in Romanis censibus professio omnino sequi debuit locum originis, ut colligitur ex l. *Forma* § 2 D. *De censibus*, et ex Ulpiano, lib. III, de censibus scribente: « Is vero qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in qua ager est: agri enim tributum eam civitatem debet levare, in cujus territorio possidetur; » idque satis astruitur testimonio Livii lib. XXXVIII, cap. 27, et lib. XLII, cap. 9, narrantis Valerio Messala et Livio Salinatore coss. Campanos ex S. C. Romæ censeri coactos fuisse, cum incertum esset ubi antea censerentur; atque item C. Popilio Lænate, et P. Ælio Ligure coss. cum Q. Fulvius Flaccus, et Aulus Posthumius Albidus censores lustrum conderent, minorem aliquanto invenisse numerum, « quia Posthumius cos. pro concione edixerat, qui sociorum Latini nominis ex edicto Claudii Cæsaris redire in civitates suas debuissent, ne quis eorum Romæ, sed omnes in civitatibus suis censerentur. » Blaterant igitur et somniant qui luce clariora tenebris conantur inepte offundere; census enim Romani imperii habitos esse ab Augusto Suetonius Tabullæque Ancyranæ testantur; testatur in hoc indubiæ sane fidei Josephus, *Antiq. Judaic.* lib. XVIII, cap. 1, ubi ait: Κυρήνιος δὲ ἐπὶ Συρίας παρῆν ὑπὸ Καίσαρος, δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος. «Cyrenius interea a Cæsare in Syriam mittitur, ut jura populis redderet, facultatesque omnium censeret,» idque Deus fieri voluit, ne de Servatoris universorum adventu ambigeretur, ejus in censuales tabulas, ut moris erat, in publicum relato nomine, ut S. Justinus martyr, Tertullianus et Chrysostomus innuerunt. Plura de hoc censu et de censendi ritu vide penes Danielem Huetium, *Demonstrationis evangelicæ* cap. 9.

τῷ Γαλιλαίῳ συμβέβηκε; Καλῶς ἐκεῖνος ἔλεγε· « Καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Ὅρα τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς πῶς οὐ καθ' ἑαυτοὺς ἡσύχασαν· πῶς οὐ φυγάδες ᾖχοντο· πῶς οὐκ ἄλλως ἐπ' ἄλλην ὁδὸν ἐτράποντο, τὰ ἐκείνου ἀφέντες ὡς μάταια. Δῶμεν ὡς ἀληθῶς οὐκ ἀνέστη, ἀλλὰ νυκτὸς ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἔκλεψαν αὐτὸν, καὶ οἷα ψιλὸς ἄνθρωπος νεκρὸς μεμένηκε. Τίς δὲ ὁ πανσόφους τοὺς ἁλιεῖς καὶ ἰδιώτας ποιήσας, καὶ μυρίαις γλώσσαις αὐτοὺς καθοπλίσας; Πῶς οὐ πιστεύετε, μάταιοι, τὰ τῶν προφητῶν ὁρῶντες αὐτοῖς τοῖς πράγμασι σύνδρομα; « Ἐκχεῶ γὰρ, φησὶν Ἰωὴλ, ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, » δηλαδὴ τὴν πιστεύσασαν· οὐδὲ γὰρ οἱ μαθηταὶ μόνοι τὸ τῶν γλωσσῶν ἐσχήκασι χάρισμα, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ παρ' αὐτῶν φωτιζόμενοι. Λέγε τίς ὁ ποιήσας δι' αὐτῶν τοιαῦτα θαυμάσια; τίς ὁ ἐνισχύσας αὐτοὺς

A lilæo (12) : optime enim dictum erat : « Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, » Vide ejus discipulos quomodo non sibimetipsis acquieverunt, quomodo non fugitivi abierunt, quomodo non alias per aliam viam recesserunt, quæ ejus erant, veluti vana relinquentes. Demus illum vere non resurrexisse, sed noctu venientes discipulos ejus illum furtim sustulisse, et tanquam purum hominem mortuum mansisse. Quis vero omniscios piscatores et idiotas fecit, ipsosque innumeris linguis instruxit? Quomodo inepti nimium non creditis, videntes prophetarum dicta rebus ipsis omnimode consona? « Effundam enim, ait Joel, de spiritu meo super omnem carnem, » quæ videlicet crediderit; non enim tantum discipuli linguarum dono B affecti sunt, verum et omnes qui ab illis veritatis lumine (13) sunt illustrati. Dic, quis per ipsos hu-

(12) De Theuda hoc, et de Juda Galaunite, quorum hic meminit noster Glycas, et in Judæorum concilio Gamaliel legum doctor, uti habetur Actor. cap. v, præstat audire Josephum de altero lib. xx, *Antiq. Judaic.* cap. 2, in fin. ita narrantem, de altero vero lib. xviii, cap. 1 et seq. Φάδου δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, γόης τις ἀνὴρ Θευδᾶς ὀνόματι πείθει τὸν πλεῖστον ὄχλον ἀναλαβόντα τὰς κτήσεις ἕπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν αὐτῷ. Προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ προστάγματι τὸν ποταμὸν σχίσας, ὁδὸν ἔφη παρέξειν αὐτοῖς ῥᾳδίαν. Καὶ ταῦτα λέγων, πολλοὺς ἠπάτησεν. Οὐ μὴν ἔφασεν αὐτοὺς τῆς ἀφροσύνης Φάδος, ἀλλ' ἐξέπεμψεν ἴλην ἱππέων ἐπ' αὐτοὺς, ἥτις ἀπροσδόκητος ἐπιπεσοῦσα, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν αὐτόν τε τὸν Θευδᾶν ζωγρήσαντες, ἀποτέμνουσι τὴν κεφαλὴν, καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. « Phado vero Judæam procurante, præstigiator quidam nomine Theudas, collecta ingenti hominum multitudine, suasit illis, ut asportatis opibus, ducem se ad Jordanem usque flumen sequerentur : quippe se prophetam esse aiebat, diremptisque imperio suo aquis fluminis, facilem se transitum ipsis præstiturum. Hujusmodi sermonibus plurimos decepit, sed Phadus vesaniam illorum brevi compressit, missis adversus eos equitum turmis, qui ex improviso illos adorti, partim occiderunt, partim vivos comprehenderunt, ipseque etiam Theudas ab iisdem est captus, ejusque præcisum caput Hierosolymam retulerunt. » Eamdem hanc historiam ex Josepho refert Eusebius Pamphil. *Histor. Eccles.* lib. II, cap. 11, qui dire vapulat a Scaligero, lib. VI *De emend. temp.* quod Theudam illum de quo Lucas, eumdem esse putaverit ac Theudas fuit, de quo Josephus, adeoque ad Claudii imperatoris ætatem revocarit. Henricus tamen Valesius in notis ad Eusebium, pag. 31 et seq. sententiam Scaligeri, et pene cognatam Casauboni expendit, atque ad trutinam revocans verba ipsa B. Lucæ ostendit nulla posse adduci ratione ut duos credat exstitisse Theudas, qui se prophetas esse mentiti, eodem prorsus uterque modo et decem annorum spatio, Judæos ad spem novarum rerum concitaverint. Male itaque et Menochius et Tirinus qui in eadem fuere sententia in qua Scaliger. De Juda vero ex oppido Gamala exorto, et quartæ inter Judæos hæreseos Galilæorum auctore, hæc habet Josephus : Ἰούδας Γαυλανίτης Σάδδουκον Φαρισαῖον προσλαμβανόμενος, ἠπείγετο ἐπὶ ἀποστάσει, τήν τε ἀποτίμησιν οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἄντικρυς δουλείαν ἐπιφέρειν λέγοντες, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐπ' ἀντιλήψει παρακαλοῦντες τὸ ἔθνος. Ὡς παρέσχον μὲν κατορθοῦν εἰς τὸ εὐδαιμον ἀνακειμένης τῆς κτήσεως, ἀσφαλεῖαν δὲ ἐκ τοῦ ταύτης περιόντος ἀγαθοῦ, τιμὴν καὶ κλέος ποιήσεσθαι τοῦ μεγαλόφρονος, καὶ τὸ θεῖον οὐκ ἄλλως ἢ ἐπὶ συμπράξει τῶν βουλευμάτων εἰς τὸ κατορθοῦν συμπροθυμεῖσθαι μᾶλλον, ἂν μεγάλων ἐργάται τῇ διανοίᾳ καθιστάμενοι, μὴ ἐξαφίωνται φόνου ἐπ' αὐτῆς. Καὶ ἡδονῇ γὰρ τὴν ἀκρόασιν ὧν λέγοιεν ἐδέχοντο οἱ ἄνθρωποι προὔκοπτεν ἐπὶ μεγάλῃ ἐπιβολῇ τοῦ τολμήματος. « Judas Gaulanites, adjuncto sibi Pharisæo Sadduco, sollicitabat ad defectionem populos, censum nihil aliud quam manifestam servitutis professionem esse dictitans, et universam gentem ad tuendam libertatem adhortans : fore enim ut re bene gesta fortunis suis fruantur feliciter, et confirmati in earum possessione laudem quoque sibi parent fortitudinis : nec sperandum auxilium cœlestis Numinis, nisi etiam ipsi C rebus suis consulant. Accipiebantur hæc pronis vulgi auribus, ita ut accenderentur ad audendum aliquid. » Census de quo hic loquitur Josephus idem est ac ille quem Augustus instituit in Judæa per Quirinium, et de quo verba fecit superius noster Glycas, nosque in notis. In Dogmatibus vero Judas ejusque asseclæ pene consentiebant cum Pharisæis, nisi quod constantissimo libertatis amore flagrabant, putantes unum Deum habendum dominum et principem, uti videre est penes ipsum Josephum loc. cit.; Natalem Alexandr. tom. II, *Hist Eccles. Vet. Testam.* ubi de Hebræorum sectis; et Calmetium, Dissertat. de sectis, atque alibi, ut Bustorphium aliosque innumeros tum veteres tum recentiores præteream.

(13) Olim iis qui divinam prædicationem susceperant, et salutari baptismatis purgatione loti fuerant, evidenter datam esse spiritalis gratiæ operationem Actus ipsi apostolorum pluries ostendunt, D Justinus martyr in II *Apologia pro Christianis*, veluti firmissimum veritatis religionis argumentum profert, et Patres omnes Ecclesiæ divinam hac in re œconomiam admirantur ac celebrant. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν, inquit Theodoretus in I Epistol. ad Corinth. cap. XII, τοὺς ἐπὶ πλεῖστον τῇ δαιμόνων ἐξαπάτῃ δεδουλευκότας, καὶ κοινὴν νόσον νενοσηκότας, ἀπαιδεύτοις ἀνθρώποις καὶ πενίᾳ συζῶσιν οὕτω ῥᾳδίως πιστεῦσαι, καὶ μεταμαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, μὴ τῆς θείας χάριτος ἐναργῶς φαινομένης, καὶ οἷα ἐχέγγυα τῆς πίστεως παρεχούσης τὰ θαυμαντα : « Neque enim fieri poterat, ut qui dæmonum fraudi diutissime serviebant, et communi morbo laborabant, indoctis hominibus et inopibus tam facile crederent, et ab eis veritatem discerent, nisi divina gratia aperta omnino appareret, et fidei veluti pignora miracula præberet. » Eadem videre est in Basilio, Chrysostomo, Augustino, Hieronymo, Leone Magno et aliis, quos adeat qui φιλοθεολόγος divinæ bonitatis thesauros admirari concupiscet.

jusmodi mirabilia patrarit ? Quis validos illos reddens, qui quavis re destituti erant, et consilii inopes, omnem terram discurrere dedit, et cum loquendi libertate nuntiare Evangelium ? Optime de iis locutus est divinissimus Isaias : « Quam speciosi pedes annuntiantium pacem ! » Qui enim essent alii ubique pacem annuntiantes, et nationem quamque in unam fidem captivantes, nisi ubique currentes dicamus apostolos, quorum pedes speciosi ac valde pulchri? Ipsos enim propriis lavit manibus Dominus, paratos faciens ad prædicationem. Dic, quis per eos, veteres omnes sanctificationes cessare fecit, unamque firmavit in omnibus populis evangelicam legem? Nonne fortis in bello Christus hæc omnia prospere gessit? Neque mea sane hæc verba sunt ; imo ipsum audi prophetam Amos dicentem : « Et ait Dominus ad me : Ecce ego deponam trullam (14) in medio populi mei Israel ; non adjiciam ultra superinducere eum, et demolientur altaria risus, et sanctificationes Israel desolabuntur. » Quid hoc dilucidius? Altaria destructa videmus, sanctificationes Israel in desolationem redactas. Quem denique alium noscamus oportet *trullæ* nomine designatum, nisi omnino invincibili vi præditum Christum ? Suo enim adventu, et altaria, et sanctificationes Israel dispersæ sunt. Optime vero Christum vocavit propheta adamantem ; quanta enim et qualia machinati sunt contra ipsum reges, duces et tyranni? operam tamen perdiderunt; etenim in Christum veluti adamantem impingentes, invalidi omnes sunt deprehensi ; atque ex hoc multo magis etiam nostra elucet prædicatio. Nonne [ais] revera vides Judæos, Æthiopas, Ismaelitas a sua ipsorum religione deficientes ad Christum transire ? Quid dicis ad hæc? Cum essent valde contemptibiles, pauperes, perplexi, divitiis obviam processerunt. Assentior explicationi tuæ. Verum quomodo apostoli mundum universum converterunt, et qua ratione? generis nobilitate, potentia, sapientia (15), persuasione sermonis, gloria,

A γυμνοὺς καὶ ἀπόρους ὄντας πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαδραμεῖν, καὶ μετὰ παῤῥησίας κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον; Καλῶς ἔλεγε περὶ αὐτῶν ὁ θειότατος Ἡσαΐας· « Ὡ; ὡραῖοι οἱ πόδες ὑμῶν τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην ! » Τίνες γὰρ εἶεν ἕτεροι οἱ πανταχοῦ εἰρήνην εὐαγγελιζόμενοι, καὶ τὰ ἔθνη πάντα εἰς μίαν πίστιν ἑλκύσαντες, εἰ μήτε τοὺς ἀπανταχοῦ δραμόντας εἴποιμεν ἀποστόλους, ὧν οἱ πόδες ὡραῖοι καὶ σφόδρα περικαλλεῖς; Ἔνιψε γὰρ αὐτοὺς οἰκείαις χερσὶν ὁ Κύριος, ἑτοίμους ποιῶν εἰς τὸ κήρυγμα. Λέγε, τίς ὁ δι' αὐτῶν πάσας μὲν τελετὰς καταργήσας, μόνην δὲ κρατήσας τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν ἐν ἅπασιν; Ὁ κραταιὸς ἐν πολέμοις Χριστὸς ταῦτα κατώρθωσε. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· τοῦ προφήτου Ἀμὼς ἄκουε λέγοντος· « Καὶ εἶπε ὁ Κύριος πρός B με· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐντάσσω ἀδάμαντα ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου Ἰσραήλ· οὐκέτι μὴ προσθῶ τοῦ παρελθεῖν αὐτὸν, καὶ ἀφανισθήσονται οἱ βωμοὶ τοῦ γέλωτος, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθήσονται. » Τί τούτου σαφέστερον; Τοὺς βωμοὺς ἀφανισθέντας ὁρῶμεν, τὰς τελετὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθείσας. Τίνα λοιπὸν χρὴ νοεῖν ἀδάμαντα, ἢ πάντως τὸν ἄμαχον ἔχοντα τὴν ἰσχὺν Χριστόν; Τῇ γὰρ αὐτοῦ παρουσίᾳ οἵ τε βωμοὶ, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπώλλυντο. Καλῶς δὲ τὸν Χριστὸν ἐκάλεσεν ὁ προφήτης ἀδάμαντα· ὅσα γὰρ ἐμηχανήσαντο κατ' αὐτοῦ καὶ οἷα βασιλεῖς, ἡγεμόνες, καὶ τύραννοι ; Ἀλλ' ἐσφάλησαν τοῦ κόπου· ὡς γὰρ ἀδάμαντι τῷ Χριστῷ προσβαλόντες, ἀνίσχυροι πάντες ἠλέχθησαν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐπὶ πλέον λαμπρύνεται τὸ ἡμέτερον κήρυγμα. Οὐχ ὁρᾷς C Ἰουδαίους, Αἰθίοπας, Ἰσμαηλίτας τῆς θρησκείας αὐτῶν ἀποπηδῶντας, καὶ τῷ Χριστῷ προσερχομένους ; Τί πρὸς ταῦτα φῄς; Ἐπείπερ εἰσὶν εὐκαταφρόνητοι, πένητες, ἄποροι, τοῖς χρήμασιν ὑπήντηνται. Δέχομαι τὴν παραγραφήν σου. Πῶς δὲ οἱ ἀπόστολοι τὸν κόσμον ἐσαγήνευσαν ἅπαντα καὶ τίνι τρόπῳ ; εὐγενείᾳ, δυναστείᾳ, σοφίᾳ, πιθανότητι λόγου, δόξῃ, πλούτῳ, χρήμασιν ; Οὐκ ἦν τοιοῦτον οὐδὲν παρ' αὐτοῖς· ἀλλὰ γυμνοὶ μὲν ἦσαν καὶ ἄποροι, μόνην δὲ ἡμφιεσμένοι τὴν τοῦ Πνεύματος δύνα-

(14) Ita prorsus Vulgata, quique eam secuti sunt pro *trulla* instrumentum illud intelligunt, quo fabri murarii, tectoriis linendis complanandisque delutare solent, ut non solum, ait Henr. Stephanus, parietes pulchritudinem accipiant, sed et fortitudinem contra injuriam imbrium et creberrimas tempestates; ac si Deus diceret : deponam omnem curam linendi muros Israelis, sinamque illos funditus corruere, ut Hieronymus, Remigius, Haymo, Hugo, et alii senserunt. Lyranus vero, etsi Vulgatam et ipse sectetur, animadvertit tamen Hebræos legere : « Ecce Dominus stans super murum lineatum, et in manu ejus linea ; » aitque : « Accipitur hic linea pro chorda latomi, in cujus extremitate est plumbum, et cum qua considerat, si murus erigitur recte super fundamentum, et si invenit distorsionem, reducit eum ad rectitudinem ; et per hoc designatur divina justitia tortuositatem culpæ emendans per pœnam; ideo sequitur : « Ecce ego ponam lineam in medio populi mei, » id est rectitudinem justitiæ meæ ejus peccata punientis : « Non adjiciam ultra pertransire eum, » id est dissimulare ejus peccata absque punitione. » Septuaginta vero interpretes, quibus adhæret noster Glycas, *adamantem* prò *trulla* dixere, quapropter audiendus Theodoretus, qui omnibus Græcis Patribus in hoc consentiens, ac de more Scripturæ dictum explanans ait : Ἰσχυρὰν αὐτοῖς, καὶ στερεὰν λίαν ἐπάξω πληγὴν, καὶ ἀδάμαντι ἐοικυῖαν, ὃς τῶν ὅλων ἐστὶν ἁπασῶν στερεώτατός τε, καὶ ἰσχυρότατος. Οὐ γὰρ ἀνέξομαι λοιπὸν περιιδεῖν τὴν ὑπ' αὐτῶν τολμωμένην ἀσέβειαν, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς καὶ τοὺς τῶν εἰδώλων ἀφανιῶ βωμοὺς, καὶ τὰς τούτων ἑορτὰς καταπαύσω, καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶσαν αὐτῶν καταλύσω τὴν βασιλείαν. Scilicet, « Validam et præduram plagam inferam, similemque adamanti, qui ex materiis quibusve durissimus est et valentissimus. Non enim patiar impositorum, ut ab his admissa impietas abeat impunita : quin una cum ipsis altaria idolorum delebo, et eorum festos dies cessare faciam ; omne denique eorum regnum penitus evertam. » Videsis Basilium et Chrysostomum, qui eadem pene edisserunt.

(15) Ineruditos omnino, imo et rudes fuisse apostolos, veteres omnes Patres pleno ore docuerunt, atque ex ipsorum rusticitate et imperitia,

μιν, δι' ἧς τὰ ἔθνη πάντα ἑλκόμενα, καὶ προσπίπτοντα τῷ Χριστῷ, τῆς προτέρας αὐτῶν καταγινώσκουσι καὶ πλάνης καὶ ματαιότητος. Καὶ ἄκουε τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· « Κύριε, σὺ ἰσχύς μου, καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ κακῶν· πρός σε ἔθνη ἥξουσιν ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἐροῦσιν· ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὠφέλεια. » Λέγε λοιπόν, ὁ προφητικὸς οὗτος λόγος; τίνι προσαρμόττει, τῷ Χριστῷ, ἢ ἑτέρῳ τινί; Πειθέτω καὶ Σοφωνίας ὑμᾶς Κύριον τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν, οὕτω λέγων· « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν, ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Τί πρὸς ταῦτά φατε; Ἐλήλυθεν ἡ κυριακὴ αὕτη ἐπιφάνεια, ἢ οὔ; Ἐξωλοθρεύθησαν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, Ζεὺς, Ἀπόλλων, Ἀφροδίτη καὶ Ἄρτεμις, ἢ οὔ; Ἐπέφανε λοιπὸν ὁ Κύριος κατὰ τὴν τοῦ Σοφωνίου πρόῤῥησιν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· τῇ γὰρ αὐτοῦ παρουσίᾳ πάντες οἱ τῶν ἐθνῶν θεοὶ κατεβλήθησαν. Ὅτι δὲ τὰ ἔθνη τὰ μήτε νόμον εἰδότα, μήτε προφητῶν ἀκούσαντα, μήτε ὅλως τὸν Κύριον ἐκζητήσαντα, καιροῦ καλοῦντος προσδραμεῖν ἔμελλε, καὶ ἀληθῶς εὑρηκέναι τὸν Κύριον, δῆλον ἐντεῦθεν· « Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι· » καὶ αὖθις, « Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ ἐμοῦ ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. » Τοιούτων μὲν οὖν καὶ τοσούτων προφητικῶν ῥημάτων ἀκούοντες τὴν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ κηρυσσόντων προφανῶς ἐπιφάνειαν, τί λοιπὸν ματαιάζετε καιροσκοποῦντες ἐπὶ κενοῖς Χριστὸν, ἐλπίζοντες Ἀντίχριστον; Κωφοὶ, ἀκούσατε· ὁ γὰρ Ἡσαΐας τὸν σωτηρίου προσαγορεύων καιρὸν, καὶ ὅτι οὐ δι' ἑτέρου γενήσεται ἡ σωτηρία προφήτου τυχὸν, ἢ δικαίου τινὸς, καὶ τάδε φησίν· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ἀνοιγήσονται, ὦτα κωφῶν ἀκούσονται, καὶ χωλὸς ἁλεῖται ὡς ἔλαφος. » Ἐγένετο ταῦτα ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ παρ' ὑμῶν σταυρωθέντος Χριστοῦ, ἢ οὔ; Ἵνα τί ἀπιστεῖτε τὰ τῶν προφητῶν ὁρῶντες ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ πέρας λαμβάνοντα; Ἀλλ' ὅτι μὲν οὖν τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον ἀπιστεῖσθαι παρ' ὑμῶν ἔμελλε διὰ τὴν τοῦ θαύματος ὑπερβολὴν, ἔκπαλαι τοῦτο δεδήλωκεν ὁ Θεὸς εἰπών· « Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν· ἔργον ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγήσηται ὑμῖν. » Καλῶς δὲ ὁ προφήτης εἶπεν· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. » Ὃν γὰρ τρόπον κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς πλάττων τὸν ἄνθρωπον οὐχ ὑπουργῷ τινι ἐχρήσατο, οὕτως οὐδὲ νῦν τὴν εἰκόνα φθαρεῖσαν ἀνανεούμενος ἄλλῳ τὴν ἀνάπλασιν ἐνεχείρισε.

divitiis, substantiis? Nihil tale erat in ipsis; sed nudi quidem erant et inopes, indutique tantum una Spiritus virtute per quam universæ gentes attractæ, et ad Christum accurrentes veterem suum errorem, et vanitatem condemnant. Audi sane Jeremiam dicentem : « Domine, tu robur meum, et refugium meum in die malorum; ad te gentes venient ab extremo terræ, et dicent, quod consectati sunt mendacium patres nostri idolis obsequentes, et non erat in eis adjumentum. » Dic sodes, propheticus hic sermo respicitne Christum, an quempiam alium? Persuadeat vobis Sophonias Christum Dominum confiteri ita dicens : « Apparebit Dominus ad omnes gentes, et disperdet omnes deos nationum, et adorabit eum quisque de loco suo. » Quid præter hoc dicendum? Advenit Dominica hæc apparitio, necne? Dispersine sunt nationum dii, Jupiter, Apollo, Venus, Diana, an non? Apparuit itaque Dominus super omnes gentes juxta Sophoniæ vaticinium. Quis vero hic est, nisi Dominus noster Jesus Christus? Ejus enim adventu omnes prorsus nationum dii corruerunt. Quod vero gentes neque scientes legem, neque prophetas audientes, neque penitus exquirentes Dominum, data temporis opportunitate futurum erat ut accurrerent, et vere Dominum invenirent, patet hinc, quod « Inventus sum a non quærentibus me, et non interrogantibus me apparui; » et rursus : « Quibus non annuntiatum est de me videbunt, et qui non audierunt, cognoscent. » Talia igitur ac tanta prophetarum dicta audientes Christi Servatoris apparitionem apertissime nuntiantium, quid præterea desipitis, in vanis prospicientes Christum, Antichristum sperantes? Surdi audite : Isaias enim Salvatoris prænuntians tempus, et a nullo alio propheta salvationem fieri posse, nisi a quodam Justo, hæc sane ait : « Ipse veniet et salvabit nos. Tunc oculi cæcorum aperientur, aures surdorum audient, et claudus saliet ut cervus. » Facta sunt hæc, necne, cum apparuit Christus a vobis crucifixus? Utquid ergo non creditis prophetarum dicta videntes in ipso Christo finem accipere? Quod vero futurum erat ut a vobis non crederetur Christi mysterium, propter miraculi excellentiam, olim ostendit Deus dicens : « Videte contemptores, et admiramini, et disperdimini, quoniam opus ego operor in diebus vestris : opus cui non adhibebitis fidem, si quis enarraverit vobis. » Optime vero dixit propheta : « Ipse veniet, et salvabit nos; » quemadmodum enim in principio Deus plasmans hominem nullo alio administro usus est, ita nunc corruptam imaginem renovans nemini reformationem commisit.

Spiritus qui ipsos afflavit mirandam vim prædicare non destiterunt. Nemo tamen est qui nesciat nugaces homines vitio vertisse Joanni Laminio τῷ πανσόφῳ, et hæreseos pene notam inurere studuisse eo quia rusticitatis et imperitiæ D. Joannem arguisset nondum Spiritu sancto imbutum. Adeas absolutissimum ejus opus de eruditione apostolorum, omnigenæ eruditionis sacræ promptuarium, e quo veluti e penu haurire licebit quibus doctior fias et eruditior, nec non cognosces quanto rubore suffundi debuere male feriati illi, qui maledicendi cacoethe quadam adacti tantum virum sunt injuria criminati.

Simillima jam demonstratis divinissimus Malachias multa inclamans voce dixit : « Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, neque sumam sacrificium de manibus vestris, quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum gloriosum est in gentibus, et in omni loco sacrificium et oblatio munda offertur nomini meo : vos autem ea contaminastis. » Facta sunt hæc, an non ? Offerturne incruentum et mundum sacrificium Deo in omni nationum loco, an non? Verum quid plura ? Audiamus prophetam dicentem : « Ex Sion exibit lex, et Verbum Domini de Jerusalem ; et judicium faciet in medio nationum, et arguet populum multum. » Dicite ergo, quænam est lex exiens ex Sion, et quinam sunt qui eam receperunt ? Nationes sane ; ipsæ enim redargutæ sunt velut errantes a fide, et Christi legem receperunt, quam quidem discipulis dedit in Jerusalem, et per ipsos omnibus gentibus. « Ex Sion exibit lex ; » oportebat enim novam dari legem novo ex nationibus populo, quemadmodum Jeremias dicit : « Ecce dies veniunt, et feriam cum domo Juda fœdus novum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in diebus in quibus apprehendente me manum eorum, eduxi illos de terra Ægypti. » Vel igitur dicant quæ lex data sit ex Sion, vel novam a Christo legislationem recipiant. Post enim resurrectionem ejus a mortuis, quemadmodum prophetæ prædixerant, ascendit ad cœlos, et intonuit, hoc est, ipsum hoc Novum Testamentum per omnino sanctum Spiritum elargitus est. Verum mihi dicis, quod si Dei Filius erat, vere etiam surrexit. Sed audi ; si hoc factum fuit, continuo debueras credere ? Profecto non ; qui enim iis quæ præcesserant non credidit, neque illius resurrectioni crediderit, et si in conspectu omnium factum id sit. Nonne vidisti Lazarum quatriduanum a mortuis resurgentem ? Quomodo non credidisti? Quid hoc incredibilius, solem crucifixo Christo obtenebratum esse ? Quid majus, mortuos resurrexisse, petras scissas esse, et ipsum templi velum in duas partes divisum esse ? Nonne omnium miraculorum, ne ipsa quidem excepta resurrectione, hæc sunt maxime mirabilia ? Quomodo horum signorum spectator factus non credidisti ? Vere adimpletum est quod Isaias dixit : « Cor eorum impinguatum est : aures habent, et non audiunt ; habent oculos, et non vident. » De resurrectione quidem mortuorum quæ Christi Servatoris tempore contigit, a divinissimo propheta dictum est : « Curabit et sanabit nos post duos dies ; in die vero tertia suscitabitur, et vivemus in conspectu ejus. »

Verum enimvero et hoc protendis mihi dicens : Quid hic novi ? Si vester hic Christus signa cum fecerit populum non parvum in errorem impulit ? Ecce enim et Maomethum signa multa fecisse discimus, atque inde non parvum populum decepisse. Si igitur Christus est Deus propter signa ab eo patrata, Deus eodem prorsus modo erit et Maomethes. Sed audi, Maomethi signa, manifesta

Τὰ αὐτὰ τοῖς διαληφθεῖσι καὶ ὁ θειότατος Μαλαχίας προαναφωνῶν ἔλεγεν· « Οὐκ ἔστι μοι ἐν ὑμῖν θέλημα, λέγει ὁ Κύριος, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, διότι ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτά. » Ἐγένετο ταῦτα, ἢ οὔ ; Προσάγεται ἡ ἀγαίμακτος καὶ καθαρὰ θυσία τῷ Θεῷ ἐν παντὶ τόπῳ τῶν ἐθνῶν, ἢ οὔ; Καὶ τί πολλὰ λέγειν ; Ἀκουσώμεθα προφήτου τοῦ λέγοντος· « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἐθνῶν, καὶ ἐξελέγξει λαὸν πολύν. » Εἴπατε οὖν τίς ἐξελθὼν νόμος ἐκ Σιὼν, καὶ τίνες οἱ τοῦτον δεξάμενοι ; Πάντως τὰ ἔθνη· αὐτὰ καὶ γὰρ ἠλέγχθησαν ὥσπερ τὴν πίστιν πλανώμενα, καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ νόμον ἐδέξαντο, ὃ ἔδωκε μὲν ἐν Ἰερουσαλὴμ τοῖς μαθηταῖς, δι' αὐτῶν δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται ὁ νόμος· » ἔδει γὰρ τῷ ἐξ ἐθνῶν καινῷ λαῷ καὶ νόμον δοθῆναι καινὸν, καθὼς Ἱερεμίας φησίν· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέραις ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, καὶ ἐξαγαγὼν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Ἢ γοῦν εἰπάτωσαν τίς ὁ νόμος ὁ δοθεὶς ἐκ Σιὼν, ἢ τὴν καινὴν τοῦ Χριστοῦ νομοθεσίαν καταδεχέσθωσαν. Μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἔγερσιν, καθὼς οἱ προφῆται προεῖπον, ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς καὶ ἐβρόντησε, τοῦτ' ἔστιν αὐτὴν ταύτην τὴν νέαν διαθήκην διὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐχορήγησεν. Ἀλλὰ λέγεις μοι, ὅτι εἰ Θεοῦ Υἱὸς ἦν, καὶ ἀληθῶς ἀνέστη. Καὶ ἄκουε· εἰ τοῦτο ἐγένετο, πιστεῦσαι εἶχες ; Πάντως οὐχί· ὁ γὰρ μὴ τοῖς προλαβοῦσι πιστεύσας οὐδὲ τῇ ἐκείνου ἀναστάσει ἐπίστευσεν ἂν καὶ εἰ ἐνώπιον πάντων ἐγένετο. Οὐκ οἶδας τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν τετραήμερον ἐγερθέντα ; Πῶς οὐκ ἐπίστευσας ; Τί παραδοξότερον τοῦ τὸν ἥλιον σκοτισθῆναι σταυρωμένου Χριστοῦ ; Τί μεῖζον τοὺς νεκροὺς ἐγερθῆναι, πέτρας σχισθῆναι, καὶ αὐτὸ διαῤῥαγῆναι τὸ τοῦ ναοῦ καταπέτασμα ; Οὐ πάντων θαυμάτων, καὶ αὐτῆς δὴ τῆς ἀναστάσεως, ταῦτα θαυμασιώτερα ; Πῶς τοιούτων τεράτων θεατὴς γεγονὼς οὐκ ἐπίστευσας ; Ὄντως πεπλήρωται τὸ τοῦ Ἡσαΐου· « Ἡ καρδία αὐτῶν ἐπαχύνθη· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούουσιν· ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐ βλέπουσι. » Περὶ μέντοι τῆς κατὰ τὸ σωτήριον τοῦ Χριστοῦ ἐγέρσεως τῶν νεκρῶν τῷ θειοτάτῳ προφήτῃ εἴρηται· « Ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας· ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἐξαναστησόμεθα, καὶ ζησόμεθα ἐνώπιον αὐτοῦ. »

Ἀλλ' ἔτι καὶ τοῦτο προτείνεις μοι λέγων· ὅτι Τί καινόν ; Εἰ ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος σημεῖα πεποιηκὼς λαὸν οὐκ ὀλίγον ἐπλάνησεν ; Ἰδοὺ γὰρ καὶ τὸν Μωάμεθ σημεῖα πολλὰ πεποιηκέναι μανθάνομεν, κἀντεῦθεν οὐκ ὀλίγον πεπλανηκέναι λαόν. Εἰ οὖν Θεὸς ὁ Χριστός ἐστι διὰ τὰ παρ' αὐτοῦ τελεσθέντα σημεῖα, Θεὸς ἄρα τῷ τρόπῳ τούτῳ καὶ ὁ Μωάμεθ. Καὶ ἄκουε, τὰ τοῦ Μωάμεθ ἡ πλάνη καθέστηκε προ-

φανῆς, καὶ δι' ἄλλα μὲν πολλὰ, μάλιστα δὲ διὰ τὸ μηδένα τῶν προφητῶν τούτου χάριν τὸ οἰονοῦν προειπεῖν· τὰ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ πάνυ τυγχάνουσιν ἀληθῆ, ὡς ἐκ τῶν προφητῶν τὴν σύστασιν ἔχοντα. Καὶ πρόσσχες εἰ βούλει τοῖς λεγομένοις· αὐτὸν γὰρ καὶ αὖθις τὸν Σοφωνίαν παράγω τοῦ λόγου μάρτυρα. « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Τίς οὖν ὁ ἐπιφανεὶς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὁ Χριστὸς, ἢ ὁ Μωάμεθ; Ποῖος ἐκείνων ὁ τοὺς τῶν ἐθνῶν θεοὺς ἐξολοθρεύσας, καὶ Θεὸν ἕνα προσκυνεῖσθαι ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων παρασκευάσας, ὁ Χριστὸς, ἢ ὁ Μωάμεθ; Ἀπόκριναι, ἐν τίνι πέρας ἔσχεν ἡ τοῦ Σοφωνίου προφητεία, ἐν τῷ Χριστῷ, ἢ ἐν τῷ Μωάμεθ, ἢ ἁπλῶς ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἀπ' αἰῶνος; Ἀλλ' οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, εἰ μὴ ἐν αὐτῷ καὶ μόνῳ τῷ παρ' ὑμῶν σταυρωθέντι Χριστῷ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ. Ὅτι δὲ τὰ κατ' αὐτὸν οἱ πάλαι προφῆται προανεφώνουν, δῆλον κἀντεῦθεν· μετὰ γὰρ τὴν ἐκείνου παρουσίαν οὐδεὶς ἠγέρθη προφήτης κατὰ τὴν ἐκείνου ῥῆσιν. Ὁ νόμος γὰρ καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννην· ἐπειδὴ γὰρ ἦλθεν ὁ προφητευόμενος, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ἐπεγνώσθη μυστήριον, οὐκέτι προφήτου χρεία λοιπόν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, τῶν προφητῶν πάντων τὴν Χριστοῦ παρουσίαν μεγαλοφώνως προαναφωνούντων; Ὁ θαυμάσιος Δανιὴλ καὶ αὐτὸν τὸν τῆς παρουσίας καιρὸν ἀριδήλως μεμήνυκε. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ἵνα μὴ ἐξ ἀγνοίας παρασυρέντες οἱ ἄνθρωποι, ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου Χριστὸν εἰσδεξώμεθα. Σαθρὸν μὲν οὖν σοι καὶ τὸ κατὰ τὸν Μωάμεθ πρόβλημα, ὦ σαθρὲ τὸν νοῦν καὶ ἀσύστατε.

Ἀλλ' ἄλλην ἐξ ἀμηχανίας ἑτράπης ὁδὸν, καὶ εὐαγγελικῶν ῥημάτων μεμνημένος ἐπάγεις μοι λέγων· Πῶς αὐτὸν Θεὸν λογισθήσομαι, ὃς τῷ νομικῷ εἰπόντι πρὸς αὐτὸν, « Διδάσκαλε ἀγαθὲ, » εἶπεν· « Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; » Καὶ ἐν πρώτοις μὲν λέγω σοι· « Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; » Πῶς ἐπεντρανίζειν τῇ εὐαγγελικῇ δόξῃ ἐπιχειρεῖς, καλύμματος ἐπικειμένου τοῖς νοητοῖς ὀφθαλμοῖς σου; Ἄφελε τὸ κάλυμμα, καὶ παρακύψας ἴδῃς τὴν δόξαν Κυρίου· « Ἀποκάλυψον γάρ, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. » Περιελὼν τὴν τοῦ στόματός σου πικρίαν, γεύσεις τοῦ εὐαγγελικοῦ μέλιτος, καὶ ἡδονῆς ἀπολαύσεις ἀῤῥήτου. Ταῦτά σε τὰ ῥήματα σκανδαλί-

A inituntur deceptione, tum ob multa alia, tum maxime quod prophetarum nullus de eo quidquam prædixerit, dum ea quæ Christum spectabant vere omnino acciderunt, prout in prophetarum prænotionibus habentur. Et adverte si libet dictis; ipsum enim rursus profero Sophoniam testem sermonis, qui ait: « Apparebit Dominus ad omnes gentes, ac funditus perdet omnes deos nationum, et unusquisque de loco suo adorabit ipsum. » Quis ergo apparuit ad omnes gentes, Christus an Maomethus? Uter horum deos nationum funditus perdidit, et unum Deum ab omnibus adorari, et ubique disposuit, Christus an Maomethus? Responde, sodes, in quo finem habuit prophetia Sophoniæ, in Christo, an in Maometho, vel alio quovis eorum qui B fuerunt a sæculo? Verum non habes quid dicas, nisi in ipso uno a vobis crucifixo Christo Dei Filio et Deo. Quod vero ea quæ ad ipsum pertinent, prophetæ olim prænuntiarint, manifestum exinde est, quod post ejus apparitionem nemo surrexit propheta, juxta ejus vaticinium. Lex enim et prophetæ usque ad Joannem; postquam enim venit prænuntiatus, atque ejus cognitum est mysterium, nulla amplius erat prophetæ utilitas. Et quid plura oportet dicere, omnibus prophetis Christi adventum magna voce prænuntiantibus? Admirabilis Daniel ipsum pene adventus manifeste designavit momentum. Qua vero hoc de causa? Ne ab ignorantia protracti nos homines, alterum pro altero Christum ad C mitteremus. Marcidum ergo sane de Maomethe (16) problema, o putris mente et inconstans.

Verum ex difficultate in aliam translatus es viam, et evangelicorum verborum recordatus subjungis mihi dicens: Quomodo ipsum Deum mente cogitare potero, qui legisperito dicenti: « Magister bone, » respondit: « Nemo bonus nisi solus Deus? » Et primum quidem a te peto: « Quæ communicatio lucis cum tenebris? » Quomodo obniteris evangelicum sensum aperire, obductis velamine oculis tuæ mentis? Aufer velamen, et introspiciens videbis gloriam Domini: dictum est enim: « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. » D Auferens ab ore tuo amaritudinem, gustabis evangelicum mel, et suavitate fruens inenarrabili. Hæc verba scandalo tibi sunt, hæc nobis tu ipse objicis,

(16) Mahomethis doli et ambages quibus allicere studuit male feriatos homines cujusvis generis, maximeque concupiscentiæ ipsorum indulgentes omnimode, cuique jam compertæ sunt, neque in præsentiarum arridet coctum recoquere. Is certe utpote matre Judæa natus, Judæos in spem erexit putantes illum exspectatum Servatorem advenisse, atque ea de causa synagoga legatos ad ipsum laudatoresque misit, pene regem sibi constitutura. Ita porro Cedrenus: Οἱ δὲ πεπλανημένοι Ἑβραῖοι ἐν ἀρχῇ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἐνόμισαν αὐτὸν εἶναι τὸν παρ' αὐτοῖς προσδοκώμενον Χριστόν· ὡς καί τινας τὸν ἀριθμὸν δέκα προὔχοντας αὐτῶν προσελθεῖν αὐτῷ, ἀφεῖναί τε τὴν τοῦ θεόπτου Μωσέως, καὶ δέξασθαι τὴν αὐτοῦ θρησκείαν, καὶ σὺν αὐτῷ διάγειν μέχρι τῆς σφαγῆς αὐτοῦ. Scilicet: « Judæi interim in errorem abducti, cum primum is exstitit, existimarunt illum esse Christum, quem exspectabant, adeo ut decem numero viri proceres ad eum sese contulerint, desertaque Mosis, cui se videndum Deus præbuerat, religione, ipsius superstitiosam impietatem amplexi sint, et usque ad ejus cædem ipsi adhæserint. » Qui plura cupit, adeat ipsum Cedrenum, Zonaram, et Damascenum penes antiquos, atque e recentioribus Historiam universalem a doctissimis Br taunis viris absolutissime concinnatam, ubi omnia fanda et infanda hujusce ψευδοπροφήτου inveniet.

pientem Salomonem in divina institutione tropice sic sermoni colophonem imponentem : « Fili, ede mel, ut dulce fiat guttur tuum. » Verum enimvero nos et tacere melius et tergiversari tractationem, quam supra vires omnino audere putamus ; quandoquidem et bajulatores videmus eos rejicere sarcinas, quæ non sunt horum viribus congruentes. Cæterum adsis mihi, et tuis votis fer opem, mihique da sermonem, qui et congruus sit et accommodus opportunitati : adsis, et sermonis viam sternens, facilem mihi reddas propositam disquisitionem. Novi enim, o sacrum caput, quod prius forte petræ natura tuo emolliretur digito, quam rationibus cor Judæi. Hoc sciens et divinus Ezechiel ait : « Usquequo domus Israel contentiosa est et duri cordis? » Neque secius vero et ipse Deus hæc ad Mosem locutus est : « Populus duræ cervicis est : sine me, et iratus conteram ipsos. » Si enim mirabilium quæ facta sunt in Ægypto obliti, et ipsius Dei sunt obliti, et imposuerunt Aaroni dicentes : « Fac nobis deos, qui præcedant nos (27); » quis tandem sermo poterit eorum inflexibile cor emollire? Satius itaque prorsus erat ab ipsis averti, ac nullo eos dignari sermone; « sectatorem enim, ait, hominem post unam vel alteram admonitionem devita. » Verum ne omnino tacite retrocedere, velut infirmi videamur, ac p[illegible] d[illegible] ne mendacium eo magis libere ut effutiant sinamus, de paucis nonnullis cum iis colloquemur, non sapientiam jactantes, neque sermonis suasioni confisi, sed Scripturarum testimoniis omnia expendentes; licet et ista stulti, ut eorum mala consuetudo est, perperam intelligentes, suam ipsorum blasphemiam pro fundamento habere student. Sed hæc quidem apud quosdam profanos et rerum divinarum inscios et male ex-

λομῶντα περὶ τῆς θείας διδασκαλίας τροπικῶς οὕτω διεξιόντα· « Υἱέ, φάγε μέλι, ἵνα γλυκανθῇ ὁ φάρυγξ σου. » Ἔνθεν τοι καὶ σιωπᾷν ἡμᾶς ἄμεινον, ὀκνεῖν τε πρὸς τὴν ἐγχείρησιν, ἢ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ὅλως ἐπιτολμᾷν· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀχθοφόρους ὁρῶμεν ἐκεῖνα τῶν φορτίων ἀποσειομένους, ὅσαπερ οὐκ εἰσὶ τῇ δυνάμει τούτων κατόλληλα. Πάρεσο λοιπόν μοι, καὶ ταῖς εὐχαῖς σου συνάρηγε, καὶ δίδου μοι λόγον, ὅσος γε σύμμετρος τῷ καιρῷ, καὶ κατάλληλος· πάρεσο, καὶ τὴν τοῦ λόγου λεαίνων ὁδὸν, ῥᾳδίαν ποίει μοι τὴν προκειμένην διάλεξιν. Ἀκριβῶς γὰρ οἶδα, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, ὡς θᾶττον ἂν ἡ σκληρὰ τοῦ λίθου φύσις τῷ σῷ καταμαλακισθείη δακτύλῳ, ἢ λόγοις Ἰουδαίου καρδία. Τοῦτο εἰδὼς καὶ ὁ θεῖος Ἰεζεκιὴλ ἔλεγε· « Ποῦ οἶκος Ἰσραὴλ φιλόνεικοί εἰσι καὶ σκληροκάρδιοι; » Οὐχ ἧττον δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς τοιαῦτα πρὸς Μωσέα λελάληκεν· « Ὁ λαὸς σκληροτράχηλός ἐστιν· ἄφες με, καὶ θυμωθεὶς ἐκτρίψω αὐτούς. » Εἰ γὰρ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ τερατουργηθέντων ἀμνημονήσαντες, αὐτοῦ τε τοῦ Θεοῦ ἐπελάθοντο, καὶ τῷ Ἀαρὼν ἐπετέθησαν λέγοντες· « Ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν· » ποῖος ἆρα ὁ λόγος ἰσχύσει τὴν ἀκαμπῆ μαλάξαι κῆρδίαν αὐτῶν; Οὐκοῦν βέλτιον ἦν τέλεον αὐτοὺς ἀποστρέφεσθαι, καὶ μηδὲ λόγου τινὸς ἀξιοῦν· « Αἱρετικὸν » γὰρ, φησὶν, « ἄνθρωπον μετὰ μίαν ἢ καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ. » Ἀλλὰ ἵνα μὴ πάντη σιγῶν ἀναπεδίζειν, ὡς ἀνίσχυροι, δόξωμεν, κἀντεῦθεν τὸ ψεῦδος ἐπὶ πλέον παῤῥησιάζεσθαι δώσωμεν, μικρά τινα τούτοις προσδιαλεξόμεθα, οὐ σοφίαν αὐχοῦντες, οὐδὲ πιθανότητι λόγου θαῤῥοῦντες, ἀλλὰ γραφικαῖς μαρτυρίαις τὰ πᾶν ἐπιτρέποντες· εἶγε καὶ ταύτας οἱ μάταιοι κακοήθως παραλογιζόμενοι τὴν αὐτῶν βλασφημίαν τὸ ἑδραῖον ἔχειν ἐπιτεχνάζονται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς ἀμυήτους τινὰς καὶ ἀπαιδεύτους τὰ θεῖα καὶ σοφίζονται κακῶς καὶ προβάλλονται· οὓς καὶ δίκην

ρίον τῷ στόματί μου, scilicet « Super mel et favum ori meo, » id quod et S. Augustinus animadvertit; in enarratione enim in psalmum CXVIII eadem hæc verba expendens ait : « Hæc est illa suavitas, quam Deus dat, ut terra nostra det fructum suum, ut bonum vere bene, id est non mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione faciamus. Melli autem est similis aperta doctrina sapientiæ : favo vero occulta doctrina, quæ de abstrusioribus sacramentis, tanquam de cellis cereis ore disserentis velut mandentis exprimitur : verum ori cordis, non carnis est dulcis. »

(27) Infandum prorsus atque immane hoc crimen, quod unum impietatis notam satis inurit Judaico populo, gloriam Domini Dei sui in similitudinem vituli comedentis fœnum insane mutanti, oblitoque beneficiorum quibus omnimode affectus fuit, dissimulare studuerunt quamplurimi inter Hebræos, vel paucos improbos reos agentes, vel ineptis fabulis fucum facere lectoribus conati. Philo ipse disertissimus Judæorum, lib. III, *De vita Mosis*, rem ita narrat : Μωϋσέως ἀναβάντος εἰς τὸ πλησίον ὄρος, καὶ πλείους ἡμέρας ἰδιάζοντος τῷ Θεῷ, τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ καιρὸν ἐπιτήδειον εἶναι νομίσαντες οἱ μὴ βέβαιοι τὰς φύσεις, ὥσπερ ἀναρχίας γενομένης, ἄφετοι πρὸς ἀσέβειαν ὥρμησαν, καὶ ἐκλαθόμενοι τῆς πρὸς τὸ ὂν ὁσιότητος, ζηλωταὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν γίνονται πλασμάτων· εἶτα χρυσοῦν ταῦρον κατασκευασάμενοι, μίμημα τοῦ κατὰ τὴν χώραν ἱερωτάτου ζώου δοκοῦντος εἶναι, θυσίας ἀθύτους ἀνήγαγον, καὶ χοροὺς ἀχορεύτους ἵστασαν, ὕμνους τε ἤδον, θρήνων οὐδὲ διαφέροντας, καὶ ἐμφορηθέντες ἀκράτου, διπλῆ μέθῃ κατέσχοντο, τῇ μὲν ἐξ οἴνου, τῇ δὲ καὶ ἀφροσύνης. Scilicet : « Cum Moses ascendisset montem proximum, ibique aliquot diebus remotis arbitris colloqueretur cum Deo, nonnulli inconstantes, tanquam orbati principe, absentiam ejus verterunt in impietatis occasionem, oblitique Dei veri, cœperunt æmulari figmenta Ægyptia, facto juvenco aureo, ad imitationem animalis ejus regionis sacratissimi : cui profana sacra faciebant, et choreas agebant inconditas, hymnos concinendo lamentis similes, et expleti mero congeminarunt temulentiam, vino pariter furentes et insania. » Eadem pene habet in lib. *De special. legib.*, ubi etiam τινὲς *nonnullos*, atque hos vel Ægyptios proselytos, vel mancipia quædam tantum idololatriæ studuisse videtur innuere, contra sacræ Scripturæ luculentissimum testimonium; in Hebraico enim, Chaldaico Græcoque textu habetur : « Universum populum abripuisse inaures aureas ab uxoribus et filiis, et ad Aaronem attulisse. » Rabbini vero historiæ hujusce veritatem infirmare pro virili parte contendunt innumeris de more fabellis, uti videre est penes Lyranum et Abulensem.

μορμολυκείων ἐμφοβοῦσιν ἐνίοτε, καὶ ταράττουσι ταῖς φρεσὶν, ὡς εἴρηται, νηπιάζοντας· εἰ γὰρ ἐλλογίμῳ τινὶ συμπλακῆναί ποτε, καὶ λόγους ὁπωσοῦν συνάραι τολμήσαιεν, τίνες τε εἶεν εὐθέως καὶ ὅποι κακῶν ἐληλάκει (28) τὰ κατ' αὐτοὺς, παραχρῆμα οἱ τάλανες αἴσθονται· εἰ καὶ ξύλον σκαμβὸν δυσχερὲς ὀρθωθῆναι ᾖ, καὶ πάντῃ ἀδύνατον.

Ponunt, et objiciunt; quos et interdum, larvarum adinstar terrent, et mente percellunt, veluti infantes: si enim alicui docto aliquando commisceri, et cum ipso utcunque sermocinari auderent, quinam statim evaderent, et quot mala effugerent, quæ in se ipsis miseri nunc sentiunt! Quanquam lignum obliquum rectum facere difficillimum est, vel omnino impossibile.

Λέγε λοιπὸν, ὦ Ἰουδαῖε, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν ἐν αἰχμαλωσίᾳ τρίβεις τοσοῦτον καιρόν; Ἰδοὺ γὰρ ὡσεὶ χίλια πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη διήχθησαν, καὶ « ὁ νῶτος ὑμῶν, » κατὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ πρόῤῥησιν, « ἔτι συγκάμπτεται. » Πρότερον γὰρ ἡνίκα προφήτας ἀπέκτανες, ἡνίκα τράπεζαν τοῖς δαιμονίοις ἡτοίμαζες, ὅτε τοὺς υἱούς σου καὶ τὰς θυγατέρας σου τοῖς ἐρασταῖς σου προσέφερες, εἰς χεῖρας μὲν ἐχθρῶν παρεδίδου καὶ αἰχμάλωτος ἦγου διορθώσεως ἕνεκεν· ἀλλ' ἐπηκολούθησε πάλιν ἡ ἐπανάκλησις. Ὕστερον δὲ τί τὸ αἴτιον, ἵνα ἐξορία τόσα ἔτη παραπεμφθῇς, ἵνα στένων καὶ τρέμων πορεύῃ, καθάπερ ὁ Κάϊν, ἔκτὸς ἀνὰ πᾶσάν σου τὴν ζωήν; Λέγε, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν ἡ ἁμαρτία σου τοῦ ἀφεθῆναί σε μείζων ἐγένετο, ὑπηνίκα καὶ δωρεῶν μεγίστων ἐτύγχανες ἄξιος, ἅτε δὴ λαοπλάνον τινὰ καὶ ἀντίθεον ἐκ μέσου καλῶς ποιησάμενος; Εἰπὲ γάρ μοι· ἐάν τις καὶ πολλοῖς πταίσμασιν ἔνοχος ὢν τὸν τοῦ βασιλέως ἐχθρὸν ἢ ἀπαλλάξῃ τοῦ ζῆν, ἢ ὁπωσδήποτε κατασχὼν δέσμιον ἀγάγῃ τῷ βασιλεῖ, εὐεργετηθείη τούτου ἕνεκεν, ἢ βαρείαις ὑποπέσῃ κολάσεσι. Δὸς ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. Τί τὸν Φινεὲς ἐδικαίωσεν; Οὐχ ὁ τοῦ Ζαμβρῆ

Dic de cætero, o Judæe, quænam causa qua tantum temporis in servitute degis (29)? Ecce enim mille centum et ultra anni prætrierunt, et « dorsum vestrum, » juxta Davidis vaticinium, « adhuc incurvatur. » Primum enim cum prophetas occidisti, quando mensam dæmoniis præparasti, cum tuos filios et filias tuas amatoribus tuis obtulisti, in manus quidem inimicorum tradebaris, et captivus ducebaris correptionis gratia; sed rursus subsecuta est universorum vocatio. Postea vero quænam causa, quare exterminatio tua tanta ætate fieret gravior, atque ingemiscens ac pavidus traduceres uti Cain profugus omnem tuam vitam? Dic qua de causa peccatum tuum pro eo quod dimitteretur tibi majus factum est, cum et maximis dignus muneribus habebaris, quippe qui populi corruptorem et Deo parem se facientem optime de medio sustulisses? Dic sodes: si quis vel multis sceleribus obstrictus regis inimicum vita privaret, vel quomodocunque retinens vinctum ad regem duceret, beneficiis potius afficeretur, quam gravibus subjiceretur suppliciis. Respondeas quæso: quid Phinees justificavit (30)?

(28) Locus hic in codice aliquantum corruptus.

(29) Permultis quam sæpissime vexatos captivitatis doloribus et angustiis Judæos neminem latet, ac cuique comperta sunt infanda illa quæ duræ cervicis populus pertulit in Ægypto, Babylone atque alibi, quoties posthabito Deo suo diis alienis litabat. Diutius tamen non sivit unquam Deus illum servitute angi, imo semper resipiscentem de malo eripuit, hostesque ejus conterens fortiter pro eo pugnavit. Hisce innixi et nostræ ætatis Judæi sibi fucum faciunt, pietatisque simulato studio perfidiam ipsorum celant sæpe usurpantes illud Philonis lib. *De legat. ad Caium*: Τὰ μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ἅπαντα καὶ ῥᾳδίως ἔχει, καὶ ἐῤῥέτω· μενέτω δὲ ταῖς ψυχαῖς ἀκαθαίρετος ἡ ἐπὶ τὸν σωτῆρα Θεὸν ἐλπὶς ὃς πολλάκις ἐξ ἀμηχάνων καὶ ἀπόρων περιέσωσε τὸ ἔθνος· : « Valeant igitur humana præsidia quæ nos deserunt, modo in animis spes firma maneat, Deum nobis servatorem non defore, qui sæpe gentem eripuit exitio. » Toto tamen aberrant cœlo; ipsi enim, ut ait Augustinus in *Enarrat. Psal.* LVIII: « Per omnes gentes dispersi sunt, testes iniquitatis suæ et veritatis nostræ, » non ut quondam captivi alicujus populi frenum mordent, « in ramis » namque « superbiæ præcisis, inserto » Deus « misericordiam suam demonstrat oleastro. » Prophetam jam venturum Moses prænuntiaverat, « illumque audiendum esse, et omnem animum quæ illum non audiret deletum iri de genere suo» monuerat: quapropter Eusebii sententia, lib. I *Præpar. evangel.* c. 7: Λύτίκα Ἰουδαῖοι μὴ παραδεξάμενοι τὸν Προφήτην, μηδ' ὑπακούσαντες αὐτοῦ τοῖς ἁγίοις λόγοις, ἔσχατον ὑπέμειναν ὄλεθρον ἀκόλουθα τῇ προῤῥήσει πεπονθότες, οὔτε γὰρ τὸν Χριστοῦ νόμον τῆς καινῆς Διαθήκης κατεδέξαντο· οὔτε τὰ Μωσέως παραγγέλματα δίχα παρανομίας οἷοίς' ἂν εἶεν φυλάσσειν· διὸ καὶ τῇ Μωσέως ὑποβέβληνται κατάρᾳ, τῷ, μηδὲ δυνατὸν αὐτοῖς εἶναι τὰ παρὰ Μωσεῖ νενομοθετημένα συντελεῖν, περιῃρημένης αὐτῶν τῆς μητροπόλεως, καὶ ἀποκεκλεισμένης τῆς μόνον αὐτόθι συγκεχωρημένης ἐπιτελεῖσθαι Μωσαϊκῆς θρησκείας. « Continuo Judæi, postquam illum prophetam non acceperunt, nec sanctis illius verbis parnerunt, extremum pertulere interitum: qui quidem illorum casus iis oraculis, quæ de illis edita sunt, consentaneus accidit. Nam nec Christi legem, quæ Novo Testamento continetur, susceperunt; neque Mosis præcepta sine legis contemptu servare possunt. Quocirca in ipsius Mosis exsecrationem relapsi sunt: quando fieri nullo modo potest, ut quæ in legibus illius sunt posita, perficiant, quippe cum et ipsorum metropolis sublata sit, et Mosaica religio exclusa, quæ illic solum perfici concedebatur. » De his vide etiam Clementem Alexandrinum, Hieronymum, Cyprianum et Augustinum, ut multos præteream eadem ferme concinentes.

(30) Historiam hanc quæ habetur Numerorum cap. XXV, θαυμαστῶς transformat Josephus *Judaic. Antiq.* lib. IV, cap. 6, ubi longiori, quam forte par erat, oratione convicia congerit, quibus Moses impetitus fuit a procacissimo Zambri, quorumque nulla mentio in Scriptura. Primum enim fallitur cum dicit mulierem illam, quæ una cum Zambri pugione a Phinees confossa interiit, ejus uxorem esse, etsi alienigenam, non tamen scortum, ut sacræ Litteræ testantur; deinde advocatam a Mose concionem falso scribit, ut moneret populum ne diis alienis studerent, cum constet ipsum ad concilium judices advocasse ut sontibus jus dicerent pœnasque de iis sumerent. Tertio ex ingenio fingit populum mussitantem exspectasse quo audacia Zambri esset evasura, cum divinus scriptor teste-

nonne Zambri justum homicidium? Quid Eliam ostendit zelatorem? Nonne justa adversus profanos sacerdotes indignatio? Quid Moysem verendum in Israel fecit et spectabilem? Nonne violenta in vitulum fabricantes irruptio? Quomodo denuo conscendentem Sina, et secundas petentem tabulas non vacuis illinc manibus remisit illum Deus, veluti sanguinum hominem et cædis amantem? Quomodo vero et divinissimum Samuelem non redarguit, quando regem Agag interfecit (31)? Cæterum dic quæ tanta ira Dei contra te? Palam loquaris, neque in triviis tantum et inviis velis tuam nudare dementiam. Apparet igitur ex multis, quod (Deus) multum diligit, et honoribus dignos censet malignitatem punientes. Si vero hæc ita se habent, quomodo et vos, uti ardentes zelatores, et deceptoris illius Christi interfectores, beneficiis ac donis non remuneratus est Deus? Manifestum igitur est quod verus Deus erat ille Christus a vobis crucifixus; manifestum utique quod contra Deum manus injecisti, contra Deum dentes acuisti, ac propterea merito a Deo odio habitus, ab ejus vultu recedis, et per sæcula puniris. Neque mea sane hæc verba sunt; ipsum Deum audi per Jeremiam dicentem: « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, quasi leo in silva dedit super me vocem suam, idcirco odivi ipsum (32). » Verus Deus erat qui a vobis crucifixus est. Quod si dictis non credis, operibus saltem fidem adhibeas. Quot primitus prophetæ, et justi per scelus e vivis sublati sunt, præcipites acti, cœno volutati, saxis contusi, serris secti? et nihil eorum quæ sunt constitutum sibi ordinem dereliquit, nulla creatura ulla immutatione affecta est. Verum crucifixo Christo, et lapides scissi sunt, et caliginem sol induit propter improbos servos; nihil enim patiebatur suum ipsius Dominum de ligno pendentem veluti nefarium videre (33).

Α δίκαιος φόνος; Τί τὸν Ἠλίαν ἔδειξε ζηλωτήν; Οὐχ ἡ κατὰ τῶν ἀνιέρων ἱερέων εὔλογος ἀγανάκτησις; Τί τὸν Μωσέα φοβερὸν ἐν Ἰσραὴλ ἐποίησε καὶ περίβλεπτον; Οὐχ ἡ κατὰ τῶν μοσχοποιησάντων ἀνένδοτος ἐπεξέλευσις; Πῶς αὖθις ἀναβάντα περὶ τὸ Σίναιον, καὶ πλάκας αἰτοῦντα δευτέρας οὐχὶ κεναῖς ἐκεῖθεν χερσὶ κατήγαγεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, ὡς αἱμάτων ἄνδρα καὶ φόνιον; Πῶς δὲ καὶ τὸν θειότατον Σαμουὴλ οὐκ ἠμύνατο, ἡνίκα τὸν Ἀγὰγ βασιλέα διεχειρίσατο; Λέγε λοιπὸν, τίς ἡ τοσαύτη ὀργὴ τοῦ Θεοῦ κατὰ σοῦ; Λέγε παῤῥησίᾳ, καὶ μὴ στενωποῖς καὶ τριόδοις τὴν σὴν ἐθέλῃς παραγυμνοῦν φρενοβλάβειαν. Φαίνεται οὖν ἐκ πολλῶν, ὅτι καὶ σφόδρα φιλεῖ, καὶ τιμῶν ἀξιοῖ τοὺς τὴν κακίαν κολάζοντας. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς οὐχὶ καὶ ὑμᾶς ὡς Β θερμοὺς ζηλωτὰς, ὡς τὸν πλάνον ἐκεῖνον διαχειρισαμένους Χριστὸν, εὐεργεσίαις ἠμείψατο καὶ δωρεαῖς ὁ Θεός; Εὔδηλον οὖν, ὅτι ὁ Θεὸς ἦν ἀληθινὸς ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος ὁ παρ' ὑμῶν σταυρωθείς· εὔδηλον οὖν, ὅτι κατὰ Θεοῦ τὰς χεῖρας ὥπλισας, κατὰ Θεοῦ τοὺς ὀδόντας ἠκόνησας, ἐφ' ᾧ δικαίως; παρὰ Θεοῦ μισηθεὶς, ἐξέβης ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ εἰς αἰῶνας κολάζῃ. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Ἱερεμίου ἄκουε λέγοντος· « Ἐγκατελέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ὡς λέων ἐν δρυμῷ ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτόν. » Θεὸς ἦν ἀληθινὸς ὁ παρ' ὑμῶν σταυρωθείς. Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς λεγομένοις, τοῖς πράγμασι πείσθητι. Πόσοι πρότερον προφῆται καὶ δίκαιοι κακῶς τοῦ ζῆν ἀπηλλάγησαν, κρημνοῖς, C βορβόροις, λίθοις, πρίοσι; Καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων τὴν οἰκείαν τάξιν καταλέλοιπεν· οὐδὲν τῶν κτισμάτων τὴν οἰανοῦν ἀλλοίωσιν ἔπαθε. Τοῦ δὲ Χριστοῦ σταυρουμένου καὶ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ ζόφον ὁ ἥλιος κατὰ τοὺς τῶν οἰκετῶν ἀγνώμονας ἠμφιάσατο. Οὐδὲν γὰρ ἔφερε τὸν αὐτοῦ Δεσπότην ἐπὶ ξύλου κρεμάμενον ὡς κακοῦργον ὁρᾷν. Εἰ μὴ κτίστης ἦν ὁ πά-

tur turbam filiorum Israel ad fores tabernaculi citato pede confugisse Dominum deprecaturam, cum fœdissimam scortatoris impudentiam intueri non posset. Cui vacat adeat Josephum ubi sup. et Philonem, qui et ipse nonnihil a sacris Litteris recedit.

(31) Agag, regem Amalecitarum contra Dei præceptum a Saule servatum, atque a Samuele in frusta concisum narratur lib. 1 Regum cap. 15. Rabbini plurimi toti in eo sunt, ut Saulis perperam imminuant scelus, minime animadvertentes quod πᾶν τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ κελευόμενον εὐσεβές: scilicet *Quidquid a Deo jubetur, id sane pium*, ut ait Theodoretus, et Samuelem, veluti nimio zelo abreptum redarguunt. Quid tamen insanius hisce deliramentis? Inobedientiæ notam, avaritiæ et superbiæ quis a Saule deterget, cum ipsum Deum « pœnituerit se eum constituisse regem, qui verba Dei opere non complevit, et pepercit Agag et optimis gregibus, et universis quæ pulchra erant? Post inobedientiæ culpam » præterea, ait magnus Gregorius, « triumphalem arcum vel fabricam erigere, est mala agere, et de eorumdem malorum perpetratione superbire. » Propheta vero quomodo arguendus divinis mandatis obtemperans?

(32) Chaldaicus pro *odivi* melius habet *projeci*; atque eam lectionem utpote rite accommodam ad

innuendam Judæorum rejectionem, Patrum permulti secuti sunt.

(33) Merito sane obstupuit cœlum super immane Judæorum facinus, et exhorruit terra vehementer. Ἐκλονήθη γὰρ, ait Theodoretus, in cap. 1 *Interpret. in Isaiam*, ἡ γῆ τῆς μαρτυρίας ἀναμιμνήσκουσα, ὁ δὲ οὐρανὸς ἐπειδὴ ταύτην τοῖς ἀνθρώποις παρέχειν D τὴν αἴσθησιν οὐκ ἠδύνατο, ἄνωθεν ὢν, τὸν ἐν αὐτῷ βαδίζοντα ἥλιον· ἔδειξε τῶν ἀκτίνων ἱστερημένον, καὶ τὸ σκότος εἰς τὴν κατὰ τῆς ἀσεβείας μαρτυρίαν ἐπήγαγεν. « Concussa enim est terra memor testimonii, et cœlum, quia sursum exsistens sensum istum hominibus indere non poterat, gradientem in ipso solem, radiis orbatum exhibuit, et tenebras contra impietatem testes produxit. » Mira hæc quæ Christo moriente contigere et Phlegon Hadriani libertus refert lib. *Chron.* cap. 13, ubi Τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει, inquit, τῆς σϛ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρας ϛ' τῆς ἡμέρας· ἐγένετο ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι, σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατέστρεψατο. Scilicet: « Quarto anno ducentesimæ secundæ Olympiadis magna et excellens inter omnes, quæ ante eam acciderunt, defectio solis facta; dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stellæ in cœlo visæ sint, terræque motus in Bi-

σχων, οὐκ ἂν αὐτῷ συνέπασχε καὶ τὰ κτίσματα. Περὶ μέντοι τοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν σκοτασμοῦ προηγόρευται μὲν καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ λέγοντι· « Ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ ὡς σάκκον θήσω τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. » Προείρηται δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Ἀμώς· « Δύσεται γάρ, » φησίν, « ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. » Τί τούτου παραδοξότερον εἰπὼν ὁ προφήτης, « Δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, » καὶ αὐτὴν τὴν ὥραν καθ' ἣν ἐσταυροῦτο ὁ Κύριος· « Ὥσει ὥρα ἕκτη ἦν. »

Ἀλλ' οὐ δέχῃ τὰ λεγόμενα· φενάκῃ δὲ ταῦτα, καὶ ψεῦδος δοκεῖ σοι, καὶ οὐ πιστεύεις αὐτοῖς, μηδὲ πιστεύσειας πώποτε· ἐκπαλαι σκληροκάρδιος εἶ· ἀρχῆθεν ἀπιστίᾳ νοσεῖς· ἐν ἐρήμῳ πάλαι τοσούτων ἀγαθῶν ἀπολαύσας, τοσούτων τεράτων θεατὴς γεγονώς, οὐκ ἐνέμεινας τῷ ἐνεργοῦντι ταῦτα Θεῷ, ἀλλὰ καθ' ὥραν ἐγόγγυζες, καὶ ἐπείραζες τὸν Κύριον λέγων· « Εἰ ἔστιν ἐν ἡμῖν Κύριος, ἢ οὔ; » Καὶ τὸ μεῖζον πάντων, θεοὺς ἐζήτησας οἳ προπορεύσονταί σου. Καὶ τί χρὴ περὶ τῶν θαυμάτων φιλονεικεῖν; Αὐτὴν ταύτην, εἰ βούλει, τὴν ἐν τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου πενταχισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει γεγονυῖαν πρὸς ἡμᾶς ἄφιξιν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διισχυρίζου μηκέτι ἐλθεῖν, καὶ οὕτω δείξεις ἡμᾶς ἐπὶ πᾶσι ματαιάζοντας. Ἀλλ' ἔλαθες ἑαυτόν, ὦ δύσερι σὺ, καὶ σοβαρὲ καὶ ὑπέρογκε· ταύτην ὑμῶν τὴν βουλὴν ἐματαίωσε Κύριος, ὡς πάλαι τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ, ἐφ' ᾧ καὶ τῷ τῆς ἀμηχανίας βρόχῳ κατ' ἐκεῖνον συμπνίγεσθε.

A Nisi conditor esset qui patiebatur, non sane cum ipso et creata passa essent. De obscuratione quidem circa crucem jam prænuntiatum fuerat et Isaiæ dicenti: « Induam cœlum caligine, et veluti saccum ponam amictum ejus. » Prædictum vero et ipsi Amos: « Occidet enim, ait, sol in meridie, et lux super terram contenebrescet in die. » Quiddam etiam incredibilius adjungens propheta verbis: « Occidet sol in meridie, » ipsam scilicet horam, in qua crucifixus est Dominus, ait: « Hora enim erat quasi sexta. »

Sed dicta non admittis; deceptio hæc, ac mendacium tibi videntur; hisce non credis, neque unquam credidisti; jampridem duro es corde: jam ab initio incredulitate laboras: in eremo olim tantis perfruens bonis ac tantorum mi-
B raculorum spectator factus, in hæc operante Deo non permansisti, sed singulis horis murmurabas, et tentabas Dominum dicens: « Si est in nobis Dominus, an non? » Et quod omnium maximum est, quærebas deos qui te præcederent. Sed quid oportet de mirabilibus disputare? Hanc ipsam, si lubet, in anno quinquies millesimo quingentesimo ab orbe condito factam apparitionem apud nos Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, affirmes nondum advenisse, et sic ostendes nos omnino vanitati studentes rerum. Sed tete ipsum ignoras, o contentiose, fastuose ac superbe; vestrum hoc consilium inane reddidit Dominus, uti quondam consilium Achitophelis (34-10) propter quo eodem

thynia Nicææ urbis multas ædes subverterit: et Julius Africanus testatur eadem pene memorasse Thallum in lib. III suarum *Historiarum*. Mirum hoc monstrum post hominum memoriam nulli secundum permulti hinc inde imminuere toto marte conati sunt, Scaliger præcipue et Gerardus Vossius, qui futilibus haud rationum momentis naturalem eclipsim fuisse ostendere contenderunt. Nostrum non est hic ea omnia recoquere quæ Calmetius, Serri et sexcenti alii qui in hanc arenam descenderunt, quosque adire potest cui libitum, retulere, ut miraculum astruant, nobisque sat erit innuisse veteres omnes Ecclesiæ Patres hoc usos esse veluti firmissimo argumento, ut ethnicorum, et Judæorum os obstruerent, et veritatis nostræ religionis fidem firmarent. Imo Lucianus ipse martyr, et Tertullianus mirifice ostendunt eclipseos hujusce memoriam in veterum publica tabularia relatam; horum
D enim alter Nicomediæ coram præside: « Annales vestros, inquit, consulite, et invenietis Pilati temporibus, dum pateretur Christus, media die fugatum solem, et interruptam diem; » alter vero causam Christianorum defendens *Apolog.* cap. 21, ait: « Eodem momento dies, medium orbem signante sole, subducta est; deliquium putaverunt, qui id quoque super Christo prædicatum non scierunt, et tamen eum mundi casum relatum in archiviis vestris habetis. » Vid. Natal. Alex. *Histor. Eccles.* sæcul. I, cap. 5, § 3, et Paulum Baudrium in notis ad Lactantium, tom. II, pag. 546.

(34-10) Achitophelis historiam ejusque prava consilia quibus quotidie urgebat Absalonem in David patrem suum habes II Reg. cap. 16, et 17, ubi pariter narratur quod ipse « videns quod non fuisset factum consilium suum, stravit asinum, surrexitque et abiit in domum suam, et disposita domo sua, suspendio interiit. » Præstat tamen

C audire etiam hac de re Theodoretum interpr. in Psal. VII, ita rem prorsus narrantem: Ἀποδιδράσκων ὁ μακάριος Δαβὶδ τὸν ἀλάστορα, καὶ πατραλοίαν υἱόν, εὗρε βοηθὸν τὸν Χουσὶ δς πέπεικε τὸν Ἀβεσσαλῶμ μὴ κατὰ τὴν εἰσήγησιν τοῦ Ἀχιτόφελ παραυτίκα διῶξαι τὸν πατέρα, ἀλλὰ τὸν λαὸν ἅπαντα συναγεῖραι, καὶ τηνικαῦτα κατὰ τοῦ γεγεννηκότος στρατεῦσαι, Ἀχθεσθεὶς τοίνυν καὶ λίαν ἀδημονήσας ὁ Ἀχιτόφελ, ὡς αἱρετωτέρας ὀφθείσας τῆς τοῦ Χουσὶ συμβουλῆς, αὐτόχειρ αὐτὸς γενόμενος, τὴν δι' ἀγχόνης ἐδέξατο τελευτήν. « Fugiens beatus David nefarium et parricidam filium, adjutorem invenit Chusi, qui Absaloni persuasit, ne secundum Achitophelis consilium statim patrem persequeretur, sed ut prius cogeret omnem populum, ac dein contra parentem bellum moveret. Mœrore igitur affectus, et admodum conturbatus Achitophel, eo quod consilium Chusi præstantius visum fuerat, factus sui ipsius homicida, suspendio vitam finiit. » Videsis etiam Josephum, *Jud. Antiq.* lib. VII, cap. 9, historiam hanc uberius referentem. Salianus in *Annal. Eccles. Vet. Test.* ad annum mundi 2980, tom. III, pag. 420, Num. XVIII, proferens verba versiculi 23, c. XVI, lib. II Reg. quæ sunt hujusmodi: « Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum, sic erat omne consilium Achitophel, » elogio donatum perperam putat Achitophelem a Scriptura, eumque, contra SS. Patrum fidem, omnium inter consiliarios regis prudentissimum vocat. « Verum laudatur sane in Achitophel, ait Estius, solertia, non probitas, aut virtus veri nominis; et laudatur Achitophel eo modo quo Dominus apud Lucam villicum iniquitatis laudat, aitque filios hujus sæculi prudentiores esse in generationibus suis, filiis lucis. »

atque ille imprudentiæ laqueo suffocamini. Quando enim secundum carnem natus est, persuadet Cæsari Augusto describere universam terram (11), ea sane de causa, ut Romanis codicibus inscripta quæ de eo facta sunt, fide digna essent apud posteros ac nota, et Judæorum exinde blasphemantium os obstrueretur. Deus erat vere qui a vobis crucifixus est. Quare et immisericorditer veluti Dei interfector puniris. Quod si non hoc, et qua de causa peccatorum pœnæ a te exiguntur?

Ἠνίκα γὰρ ἐτέχτετο κατὰ σάρκα, πείθει τὸν Αὔγουστον Καίσαρα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπογράψασθαι. Τίνος ἕνεκεν; Ὡς ἂν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς κώδιξιν ἀνάγραπτα γεγονότα τὰ κατ' αὐτὸν, ἀξιόπιστά τε εἶεν τοῖς μετὰ ταῦτα καὶ γνώριμα, καὶ ἐντεῦθεν τῶν βλασφήμων Ἰουδαίων ἀποφράττειν τὰ στόματα. Θεὸς ἦν ἀληθῶς ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος ὁ παρ' ὑμῶν σταυρωθείς. Ἐφ' ᾧ καὶ ἀσυμπαθῶς ὡς θεοκτόνος κολάζῃ. Ἀλλ' οὐ δι' αὐτό· καὶ τίνος ἕνεκεν, εἰπέ, ἁμαρτημάτων δίκας εἰσπράττῃ;

Igitur non habes sane quod dicas; vita enim vestra irreprehensibilis; juxta leges ambulatis; damno expertes estis cujusque mali operis; vindices Dei et legis facti estis, et posterioribus beneficiis anteriora abluistis. Qua vero de causa tandiu suum ipsius gladium vibravit contra vos? Nonne idem ipse est qui per prophetam dicit: « Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forte inimicos ejus humiliassem? » Quomodo ergo adeo conversus est a vobis? quomodo preces vestras non audit? Quomodo ipse per Isaiam manifeste dicit: « Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis; manus enim vestræ sanguine plenæ sunt? » Quid vero sibi vult hoc? Non sustineo, inquit, ego qui Pater sum Filii amans, manus vestras videre sanguine maculatas unigeniti Filii mei. Deus ergo vere erat et non deceptor, qui a vobis crucifixus est; non enim exstinctum est nomen ejus, nec ipsa ejus doctrina, licet spirantibus ita opportuno, tempore ventis, præteriit, uti de Theuda illo præstigiatore contigit, atque Juda Ga-

Οὐ μὲν οὖν οὐκ ἔχεις εἰπεῖν· ὁ γὰρ βίος ὑμῶν ἀνεπίληπτος· κατὰ νόμους πορεύεσθε· πάσης ἀθῶοι κακίας ἐστέ· ἔκδικοι Θεοῦ καὶ νόμου γεγόνατε· ταῖς ἐσχάταις εὐποιίαις καὶ τὰ πρότερα ἀπενίψασθε. Τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τοσοῦτον ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ ῥομφαίαν ἐστίλβωσε καθ' ὑμῶν; Ἆρ' οὖν καὶτός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ διὰ τοῦ προφήτου εἰπών· « Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐταπείνωσα; » Πῶς οὖν ἀπεστράφη τοσοῦτον ὑμᾶς; Πῶς οὐκ εἰσακούει δεομένων ὑμῶν; Πῶς αὐτὸς διὰ τοῦ Ἡσαΐου ἐδήλωσεν εἰπών· « Ἐὰν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις; » Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Οὐκ ἀνέχομαι, φησὶ, φιλόπαις ὑπάρχων πατὴρ, τὰς χεῖρας ὑμῶν ὁρᾶν ᾑμαγμένας τῷ αἵματι τοῦ μονογενοῦς μου Υἱοῦ. Θεὸς ἦν ἀληθῶς καὶ οὐ πλάνος ὁ παρ' ὑμῶν σταυρωθείς. Μὴ γὰρ ἐσβέσθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ταῦτα, τοσούτων ἀνέμων κατὰ καιροὺς ἰδίους πνευσάντων; Μὴ παρῆλθε τὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, καθάπερ ἐπὶ Θευδᾷ ἐκείνῳ τῷ γόητι, καὶ Ἰούδᾳ

(11) Non Judæi solum, verum quam plurimi etiam eorum qui reformatæ religioni nomen dedere impie oppugnare ausi sunt Lucæ divinum testimonium confirmantis Christum natum esse cum in Judæa census haberetur, ac somnia jactant, ut minus diis charis illudant. Hi itaque ut fidem sancti historici infirment primum aiunt falso ipsum scripsisse factam Judææ descriptionem a Romano præside; id enim nunquam sivisset sui juris impendio Herodes tunc temporis regni habenas pro suo moderans arbitratu. Verum quis ita in historiis jejunus qui nesciat non suo, sed beneficiario jure regnum Judææ Herodem tenuisse, cum ex Appiano ipso, lib. v *De civil. bell.*, noverimus Antonium Romanarum copiarum ducem reges permultos appellavisse οὓς δοκιμάσειεν, ἐπὶ φόροις ἄρα τεταγμένοις. « Pro suo arbitratu duntaxat, qui certum tributum penderent, » in quibus ipsum Herodem? Præterea et quem latent Romanæ victoriæ de Judæis jam ante relatæ, Pompeiumque Hierosolyma occupata, Judæos Romanæ reip. vectigales fecisse, uti præ cæteris Josephus ipse lib. I, *De bello Judaico* fusius ostendit? A vero itaque longe aberrant qui ut videantur nodum in scirpo quærere inania effutiunt ut sibi quodammodo fucum faciant, nec animadvertentes quod aliquando Κ.ων ἐπὶ δεσμά, uti Græcorum adagium monet, tenetur. Nec Bodinus nobis, lib. v *De abditis rerum sublimium arcanis* objiciat neminem coactum fuisse censendi causa loca mutare, adeoque omni procul dubio S. Josephum, et Mariam Matrem Christi iter non arripuisse ut dicto Cæsaris parerent, quemadmodum evangelista testatur; namque in Romanis censibus professio omnino sequi debuit locum originis, ut colligitur ex l. *Forma* § 2 D. *De censibus*, et ex Ulpiano, lib. III, de censibus scribente: « Is vero qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in qua ager est: agri enim tributum eam civitatem debet levare, in cujus territorio possidetur; » idque satis astruitur testimonio Livii lib. XXXVIII, cap. 27, et lib. XLII, cap. 9, narrantis Valerio Messala et Livio Salinatore coss. Campanos ex S. C. Romæ censeri coactos fuisse, cum incertum esset ubi antea censerentur; atque item C. Popilio Lænate, et P. Ælio Ligure coss. cum Q. Fulvius Flaccus, et Aulus Posthumius Albidus censores lustrum conderent, minorem aliquanto invenisse numerum, « quia Posthumius cos. pro concione edixerat, qui sociorum Latini nominis ex edicto Claudii Cæsaris redire in civitates suas debuissent, ne quis eorum Romæ, sed omnes in civitatibus suis censerentur. » Blaterant igitur et somniant qui luce clariora tenebris conantur inepte offundere; census enim Romani imperii habitos esse ab Augusto Suetonius Tabulæque Ancyranæ testantur; testatur in hoc indubiæ sane fidei Josephus, *Antiq. Judaic.* lib. XVIII, cap. 1, ubi ait: Κυρήνιος δὲ ἐπὶ Συρίας παρῆν ὑπὸ Καίσαρος, δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος. «Cyrenius interea a Cæsare in Syriam mittitur, ut jura populis redderet, facultatesque omnium censeret,» idque Deus fieri voluit, ne de Servatoris universorum adventu ambigeretur, ejus in censuales tabulas, ut moris erat, in publicum relato nomine, ut S. Justinus martyr, Tertullianus et Chrysostomus innuerunt. Plura de hoc censu et de censendi ritu vide penes Danielem Huetium, *Demonstrationis evangelicæ* cap. 9.

τῷ Γαλιλαίῳ συμβέβηκε; Καλῶς ἐκεῖνος ἔλεγε· « Καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Ὅρα τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς πῶς οὐ καθ' ἑαυτοὺς ἡσύχασαν· πῶς οὐ φυγάδες ᾖχοντο· πῶς οὐκ ἄλλως ἐπ' ἄλλην ὁδὸν ἐτράποντο, τὰ ἐκείνου ἀφέντες ὡς μάταια. Δῶμεν ὡς ἀληθῶς οὐκ ἀνέστη, ἀλλὰ νυκτὸς ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἔκλεψαν αὐτὸν, καὶ οἷα ψιλὸς ἄνθρωπος νεκρὸς μεμένηκε. Τίς δὲ ὁ πανσόφους τοὺς ἁλιεῖς καὶ ἰδιώτας ποιήσας, καὶ μυρίαις γλώσσαις αὐτοὺς καθοπλίσας; Πῶς οὐ πιστεύετε, μάταιοι, τὰ τῶν προφητῶν ὁρῶντες αὐτοῖς τοῖς πράγμασι σύνδρομα; « Ἐκχεῶ γὰρ, φησὶν Ἰωὴλ, ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, » δηλαδὴ τὴν πιστεύσασαν· οὐδὲ γὰρ οἱ μαθηταὶ μόνοι τὸ τῶν γλωσσῶν ἐσχήκασι χάρισμα, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ παρ' αὐτῶν φωτιζόμενοι. Λέγε τίς ὁ ποιήσας δι' αὐτῶν τοιαῦτα θαυμάσια; τίς ὁ ἐνισχύσας αὐτοὺς

A lilæo (12) : optime enim dictum erat : « Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, » Vide ejus discipulos quomodo non sibimetipsis acquieverunt, quomodo non fugitivi abierunt, quomodo non alias per aliam vlam recesserunt, quæ ejus erant, veluti vana relinquentes. Demus illum vere non resurrexisse, sed noctu venientes discipulos ejus illum furtim sustulisse, et tanquam purum hominem mortuum mansisse. Quis vero omniscios piscatores et idiotas fecit, ipsosque innumeris linguis instruxit? Quomodo inepti nimium non creditis, videntes prophetarum dicta rebus ipsis omnimode consona? « Effundam enim, ait Joel, de spiritu meo super omnem carnem, » quæ videlicet credidit; non enim tantum discipuli linguarum dono
B affecti sunt, verum et omnes qui ab illis veritatis lumine (13) sunt illustrati. Dic, quis per ipsos hu-

(12) De Theuda hoc, et de Juda Galaunite, quorum hic meminit noster Glycas, et in Judæorum concilio Gamaliel legum doctor, uti habetur Actor. cap. v, præstat audire Josephum de altero lib. xx, *Antiq. Judaic.* cap. 2, in fin. ita narrantem, de altero vero lib. xviii, cap. 1 et seq. Φάδου δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, γόης τις ἀνὴρ Θευδᾶς ὀνόματι πείθει τὸν πλεῖστον ὄχλον ἀναλαβόντα τὰς κτήσεις ἕπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν αὐτῷ. Προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ προστάγματι τὸν ποταμὸν σχίσας, δίοδον ἔφη παρέξειν αὐτοῖς ῥᾳδίαν. Καὶ ταῦτα λέγων, πολλοὺς ἠπάτησεν. Οὐ μὴν εἴασεν αὐτοὺς τῆς ἀφροσύνης Φάδος, ἀλλ' ἐξέπεμψεν ἴλην ἱππέων ἐπ' αὐτοὺς, ἥτις ἀπροσδόκητος ἐπιπεσοῦσα, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ
C ζῶντας ἔλαβεν αὐτόν τε τὸν Θευδᾶν ζωγρήσαντες, ἀποτέμνουσι τὴν κεφαλὴν, καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. « Phado vero Judæam procurante, prælistigiator quidam nomine Theudas, collecta ingenti hominum multitudine, suasit illis, ut asportatis opibus, ducem se ad Jordanem usque flumen sequerentur : quippe se prophetam esse aiebat, diremptisque imperio suo aquis fluminis, facilem se transitum ipsis præstiturum. Hujusmodi sermonibus plurimos decepit, sed Phadus vesaniam illorum brevi compressit, missis adversus eos equitum turmis, qui ex improviso illos adorti, partim occiderunt, partim vivos comprehenderunt, ipseque etiam Theudas ab iisdem est captus, ejusque præcisum caput Hierosolymam retulerunt. » Eamdem hanc historiam ex Josepho refert Eusebius Pamphil. *Histor. Eccles.* lib. II, cap. 11, qui dire vapulat a Scaligero, lib. VI *De emend. temp.* quod Theudam illum de quo Lucas, eumdem esse putaverit ac
D Theudas fuit, de quo Josephus, adeoque ad Claudii imperatoris ætatem revocarit. Henricus tamen Valesius in notis ad Eusebium, pag. 31 et seq. sententiam Scaligeri, et pene cognatam Casauboni expendit, atque ad trutinam revocans verba ipsa B. Lucæ ostendit nulla posse adduci ratione ut duos credat exstitisse Theudas, qui se prophetas esse mentiti, eodem prorsus uterque modo et decem annorum spatio, Judæos ad spem novarum rerum concitaverint. Male itaque et Menochius et Tirinus qui in eadem fuere sententia in qua Scaliger. De Juda vero ex oppido Gamala exorto, et quartæ inter Judæos hæreseos Galilæorum auctore, hæc habet Josephus : Ἰούδας Γαυλανίτης Σάδδουκον Φαρισαῖον προσλαμβανόμενος, ἠπείγετο ἐπὶ ἀποστάσει, τὴν τε ἀποτιμησιν οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἄντικρυς δουλείαν ἐπιφέρειν λέγοντες, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐπ' ἀντιλήψει παρακαλοῦντες τὸ ἔθνος. Ὡς παρέσχον μὲν κατορθοῦν εἰς τὸ εὐδαιμον ἀνακειμένης τῆς κτήσεως, ἀσφάλειαν δὲ ἐκ τοῦ ταύτης περιόντος ἀγαθοῦ, τιμὴν καὶ

κλέος ποιήσεσθαι τοῦ μεγαλόφρονος, καὶ τὸ θεῖον οὐκ ἄλλως; ἢ ἐπὶ συμπράξει τῶν βουλευμάτων εἰς τὸ κατορθοῦν συμπροθυμεῖσθαι μᾶλλον, ἂν μεγάλων ἐργάται τῇ διανοίᾳ καθιστάμενοι, μὴ ἐξαφίωνται φόνου ἐπ' αὐτῆς. Καὶ ἡδονῇ γὰρ τὴν ἀκρόασιν ὧν λέγοιεν ἐδέχοντο οἱ ἄνθρωποι προῦκοπτεν ἐπὶ μεγάλῃ ἐπιβολῇ τοῦ τολμήματος. « Judas Gaulanites, adjuncto sibi Pharisæo Sadduco, sollicitabat ad defectionem populos, censum nihil aliud quam manifestam servitutis professionem esse dictitans, et universam gentem ad tuendam libertatem adhortans : fore enim ut re bene gesta fortunis suis fruantur feliciter, et confirmati in earum possessione laudem quoque sibi parent fortitudinis : nec sperandum auxilium cœlestis Numinis, nisi etiam ipsi rebus suis consulant. Accipiebantur hæc pronis vulgi auribus, ita ut accenderentur ad audendum aliquid. » Census de quo hic loquitur Josephus idem est ac ille quem Augustus instituit in Judæa per Quirinium, et de quo verba fecit superius noster Glycas, nosque in notis. In Dogmatibus vero Judas ejusque asseclæ pene consentiebant cum Pharisæis, nisi quod constantissimo libertatis amore flagrabant, putantes unum Deum habendum dominum et principem, uti videre est penes ipsum Josephum loc. cit.; Natalem Alexandr. tom. II, *Hist Eccles. Vet. Testam.* ubi de Hebræorum sectis; et Calmetium, Dissertat. de sectis, atque alibi, ut Bustorphium aliosque innumeros tum veteres tum recentiores præteream.

(13) Olim iis qui divinam prædicationem susceperant, et salutari baptismatis purgatione loti fuerant, evidenter datam esse spiritalis gratiæ operationem Actus ipsi apostolorum pluries ostendunt, Justinus martyr in II *Apologia pro Christianis*, veluti firmissimum veritatis religionis argumentum profert, et Patres omnes Ecclesiæ divinam hac in re œconomiam admirantur ac celebrant. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν, inquit Theodoretus in I Epistol. ad Corinth. cap. XII, τοὺς ἐπὶ πλεῖστον τῇ δαιμόνων ἐξαπάτῃ δεδουλευκότας, καὶ κοινὴν νόσον νενοσηκότας, ἀπαιδεύτοις ἀνθρώποις καὶ πενίᾳ συζῶσιν οὕτω ῥᾳδίως πιστεῦσαι, καὶ μεταμαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, μὴ τῆς θείας χάριτος ἐναργῶς φαινομένης, καὶ οἷα ἐχέγγυα τῆς πίστεως παρεχούσης τὰ θαύματα : « Neque enim fieri poterat, ut qui dæmonum fraudi diutissime serviebant, et communi morbo laborabant, indoctis hominibus et inopibus tam facile crederent, et ab eis veritatem discerent, nisi divina gratia aperta omnino appareret, et fidei veluti pignora miracula præberet. » Eadem videre est in Basilio, Chrysostomo, Augustino, Hieronymo, Leone Magno et aliis, quos adeat qui φιλοθεολόγος divinæ bonitatis thesauros admirari concupiscet.

jusmodi mirabilia patrovit ? Quis validos illos reddens, qui quavis re destituti erant, et consilii inopes, omnem terram discurrere dedit, et cum loquendi libertate nuntiare Evangelium ? Optime de iis locutus est divinissimus Isaias : « Quam speciosi pedes annuntiantium pacem ! » Qui enim essent alii ubique pacem annuntiantes, et nationem quamque in unam fidem captivantes, nisi ubique currentes dicamus apostolos, quorum pedes speciosi ac valde pulchri? Ipsos enim propriis lavit manibus Dominus, paratos faciens ad prædicationem. Dic, quis per eos, veteres omnes sanctificationes cessare fecit, unamque firmavit in omnibus populis evangelicam legem? Nonne fortis in bello Christus hæc omnia prospere gessit? Neque mea sane hæc verba sunt; imo ipsum audi prophetam Amos dicentem : « Et ait Dominus ad me : Ecce ego deponam trullam (14) in medio populi mei Israel; non adjiciam ultra superinducere [eum, et demolientur altaria risus, et sanctificationes Israel desolabuntur. » Quid hoc dilucidius? Altaria destructa videmus, sanctificationes Israel in desolationem redactas. Quem denique alium noscamus oportet *trullæ* nomine designatum, nisi omnino invincibili vi præditum Christum? Suo enim adventu, et altaria, et sanctificationes Israel dispersæ sunt. Optime vero Christum vocavit propheta adamantem; quanta enim et qualia machinati sunt contra ipsum reges, duces et tyranni? operam tamen perdiderunt; etenim in Christum veluti adamantem impingentes, invalidi omnes sunt deprehensi; atque ex hoc multo magis etiam nostra elucet prædicatio. Nonne [ais] revera vides Judæos, Æthiopas, Ismaelitas a sua ipsorum religione deficientes ad Christum transire? Quid dicis ad hæc? Cum essent valde contemptibiles, pauperes, perplexi, divitiis obviam processerunt. Assentior explicationi tuæ. Verum quomodo apostoli mundum universum converterunt, et qua ratione? generis nobilitate, potentia, sapientia (15), persuasione sermonis, gloria,

A γυμνοὺς καὶ ἀπόρους ὄντας πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαδραμεῖν, καὶ μετὰ παῤῥησίας κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον; Καλῶς ἔλεγε περὶ αὐτῶν ὁ θειότατος Ἡσαΐας· « Ὡ; ὡραῖοι οἱ πόδες ὑμῶν τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην ! » Τίνες γὰρ εἶεν ἕτεροι οἱ πανταχοῦ εἰρήνην εὐαγγελιζόμενοι, καὶ τὰ ἔθνη πάντα εἰς μίαν πίστιν ἑλκύσαντες, εἰ μήτε τοὺς ἁπανταχοῦ δραμόντας εἴποιμεν ἀποστόλους, ὧν οἱ πόδες ὡραῖοι καὶ σφόδρα περικαλλεῖς; Ἔνιψε γὰρ αὐτοὺς οἰκείαις χερσὶν ὁ Κύριος, ἑτοίμους ποιῶν εἰς τὸ κήρυγμα. Λέγε, τίς ὁ δι' αὐτῶν πάσας μὲν τελετὰς καταργήσας, μόνην δὲ κρατήσας τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν ἐν ἅπασιν; Ὁ κραταιὸς ἐν πολέμοις Χριστὸς ταῦτα κατώρθωσε. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· τοῦ προφήτου Ἀμὼς ἄκουε λέγοντος· « Καὶ εἶπε ὁ Κύριος πρός B με· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐντάσσω ἀδάμαντα ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου Ἰσραήλ· οὐκέτι μὴ προσθῶ τοῦ παρελθεῖν αὐτὸν, καὶ ἀφανισθήσονται οἱ βωμοὶ τοῦ γέλωτος, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθήσονται. » Τί τούτου σαφέστερον; Τοὺς βωμοὺς ἀφανισθέντας ὁρῶμεν, τὰς τελετὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθείσας. Τίνα λοιπὸν χρὴ νοεῖν ἀδάμαντα, ἢ πάντως τὸν ἄμαχον ἔχοντα τὴν ἰσχὺν Χριστόν; Τῇ γὰρ αὐτοῦ παρουσίᾳ οἵ τε βωμοὶ, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπώλλυντο. Καλῶς δὲ τὸν Χριστὸν ἐκάλεσεν ὁ προφήτης ἀδάμαντα· ὅσα γὰρ ἐμηχανήσαντο κατ' αὐτοῦ καὶ οἷα βασιλεῖς, ἡγεμόνες, καὶ τύραννοι; Ἀλλ' ἐσφάλησαν τοῦ κόπου· ὡς γὰρ ἀδάμαντι τῷ Χριστῷ προσβαλόντες, ἀνίσχυροι πάντες ἠλέχθησαν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐπὶ πλέον λαμπρύνεται τὸ ἡμέτερον κήρυγμα. Οὐχ ὁρᾷς C Ἰουδαίους, Αἰθίοπας, Ἰσμαηλίτας τῆς θρησκείας αὐτῶν ἀποπηδῶντας, καὶ τῷ Χριστῷ προσερχομένους; Τί πρὸς ταῦτα φῄς; Ἐπείπερ εἰσὶν εὐκαταφρόνητοι, πένητες, ἄποροι, τοῖς χρήμασιν ὑπήντηνται. Δέχομαι τὴν παραγραφήν σου. Πῶς δὲ οἱ ἀπόστολοι τὸν κόσμον ἐσαγήνευσαν ἅπαντα καὶ τίνι τρόπῳ; εὐγενείᾳ, δυναστείᾳ, σοφίᾳ, πιθανότητι λόγου, δόξῃ, πλούτῳ, χρήμασιν; Οὐκ ἦν τοιοῦτον οὐδὲν παρ' αὐτοῖς· ἀλλὰ γυμνοὶ μὲν ἦσαν καὶ ἄποροι, μόνην δὲ ἡμφιεσμένοι τὴν τοῦ Πνεύματος δύνα-

(14) Ita prorsus Vulgata, quique eam secuti sunt pro *trulla* instrumentum illud intelligunt, quo fabri murarii, tectoriis linendis complanandisque delutare solent, ut non solum, ait Henr. Stephanus, parietes pulchritudinem accipiant, sed et fortitudinem contra injuriam imbrium et creberrimas tempestates; ac si Deus diceret : deponam omnem curam linendi muros Israelis, sinamque illos funditus corruere, ut Hieronymus, Remigius, Haymo, Hugo, et alii senserunt. Lyranus vero, etsi Vulgatam et ipse sectetur, animadvertit tamen Hebræos legere : « Ecce Dominus stans super murum lineatum, et in manu ejus linea ; » aitque : « Accipitur hic linea pro chorda latomi, in cujus extremitate est plumbum, et cum qua considerat, si murus erigitur recte super fundamentum, et si invenit distorsionem, reducit eum ad rectitudinem; et per hoc designatur divina justitia tortuositatem culpæ emendans per pœnam; ideo sequitur : « Ecce ego ponam lineam in medio populi mei, » id est rectitudinem justitiæ meæ ejus peccata punientis : « Non adjiciam ultra pertransire eum, » id est dissimulare ejus peccata absque punitione. » Septuaginta vero interpretes, quibus adhæret noster Glycas, *adamantem* pro *trulla* dixere, quapropter audiendus Theodoretus, qui omnibus Græcis Patribus D in hoc consentiens, ac de more Scripturæ dictum explanans ait : Ἰσχυρὰν αὐτοῖς, καὶ στερεὰν λίαν ἐπάξω πληγὴν, καὶ ἀδάμαντι ἐοικυῖαν, ὃς τῶν ὅλων ἐστὶν ἁπασῶν στερεώτατός τε, καὶ ἰσχυρότατος. Οὐ γὰρ ἀνέξομαι λοιπὸν περιδεῖν τὴν ὑπ' αὐτῶν τολμωμένην ἀσέβειαν, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς καὶ τοὺς τῶν εἰδώλων ἀφανιῶ βωμοὺς, καὶ τὰς τούτων ἑορτὰς καταπαύσω, καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶσαν αὐτῶν καταλύσω τὴν βασιλείαν. Scilicet, « Validam et præduram plagam inferam, similemque adamanti, qui ex materiis quibusve durissimus est et valentissimus. Non enim patiar impositorum, ut ab his admissa impietas abeat impunita : quin una cum ipsis altaria idolorum delebo, et eorum festos dies cessare faciam; omne denique eorum regnum penitus evertam. » Videsis Basilium et Chrysostomum, qui eadem pene edisserunt.

(15) Ineruditos omnino, imo et rudes fuisse apostolos, veteres omnes Patres pleno ore docuerunt, atque ex ipsorum rusticitate et imperitia,

μιν, δι' ἧς τὰ ἔθνη πάντα ἑλκόμενα, καὶ προσπίπτοντα τῷ Χριστῷ, τῆς προτέρας αὐτῶν καταγινώσκουσι καὶ πλάνης καὶ ματαιότητος. Καὶ ἄκουε τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· « Κύριε, σὺ ἰσχύς μου, καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ κακῶν· πρός σε ἔθνη ἥξουσιν ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἐροῦσιν ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὠφέλεια. » Λέγε λοιπὸν, ὁ προφητικὸς οὗτος λόγος; τίνι προσαρμόττει, τῷ Χριστῷ, ἢ ἑτέρῳ τινί; Πειθέτω καὶ Σοφωνίας ὑμᾶς Κύριον τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν, οὕτω λέγων· « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν, ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Τί πρὸς ταῦτά φατε; Ἐλήλυθεν ἡ κυριακὴ αὕτη ἐπιφάνεια, ἢ οὔ; Ἐξωλοθρεύθησαν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, Ζεὺς, Ἀπόλλων, Ἀφροδίτη καὶ Ἄρτεμις, ἢ οὔ; Ἐπέφανε λοιπὸν ὁ Κύριος κατὰ τὴν τοῦ Σοφωνίου πρόρρησιν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· τῇ γὰρ αὐτοῦ παρουσίᾳ πάντες οἱ τῶν ἐθνῶν θεοὶ κατεβλήθησαν. Ὅτι δὲ τὰ ἔθνη τὰ μήτε νόμον εἰδότα, μήτε προφητῶν ἀκούσαντα, μήτε ὅλως τὸν Κύριον ἐκζητήσαντα, καιροῦ καλοῦντος προσδραμεῖν ἔμελλε, καὶ ἀληθῶς εὑρηκέναι τὸν Κύριον, δῆλον ἐντεῦθεν· « Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι· » καὶ αὖθις, « Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ ἐμοῦ ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. » Τοιούτων μὲν οὖν καὶ τοσούτων προφητικῶν ῥημάτων ἀκούοντες τὴν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ κηρυσσόντων προφανῶς ἐπιφάνειαν, τί λοιπὸν ματαιάζετε καιροσκοποῦντες ἐπὶ κενοῖς Χριστὸν, ἐλπίζοντες Ἀντίχριστον; Κωφοὶ, ἀκούσατε· ὁ γὰρ Ἡσαΐας τὸν σωτηρίου προσαγορεύων καιρὸν, καὶ ὅτι οὐ δι' ἑτέρου γενήσεται ἡ σωτηρία προφήτου τυχὸν, ἢ δικαίου τινὸς, καὶ τάδε φησίν· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ἀνοιγήσονται, ὦτα κωφῶν ἀκούσονται, καὶ χωλὸς ἁλεῖται ὡς ἔλαφος. » Ἐγένετο ταῦτα ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ παρ' ὑμῶν σταυρωθέντος Χριστοῦ, ἢ οὔ; Ἵνα τί ἀπιστεῖτε τὰ τῶν προφητῶν ὁρῶντες ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ πέρας λαμβάνοντα; Ἀλλ' ὅτι μὲν οὖν τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον ἀπιστεῖσθαι παρ' ὑμῶν ἔμελλε διὰ τὴν τοῦ θαύματος ὑπερβολὴν, ἐκπαλαι τοῦτο δεδήλωκεν ὁ Θεὸς εἰπών· « Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν· ἔργον ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγήσηται ὑμῖν. » Καλῶς δὲ ὁ προφήτης εἶπεν· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. » Ὃν γὰρ τρόπον κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς πλάττων τὸν ἄνθρωπον οὐχ ὑπουργῷ τινι ἐχρήσατο, οὕτως οὐδὲ νῦν τὴν εἰκόνα φθαρεῖσαν ἀνανεούμενος ἄλλῳ τὴν ἀνάπλασιν ἐνεχείρισε.

divitiis, substantiis? Nihil tale erat in ipsis; sed nudi quidem erant et inopes, indutique tantum una Spiritus virtute per quam universæ gentes attractæ, et ad Christum accurrentes veterem suum errorem, et vanitatem condemnant. Audi sane Jeremiam dicentem : « Domine, tu robur meum, et refugium meum in die malorum; ad te gentes venient ab extremo terræ, et dicent, quod consectati sunt mendacium patres nostri idolis obsequentes, et non erat in eis adjumentum. » Dic sodes, propheticus hic sermo respicitne Christum, an quempiam alium? Persuadeat vobis Sophonias Christum Dominum confiteri ita dicens : « Apparebit Dominus ad omnes gentes, et disperdet omnes deos nationum, et adorabit eum quisque de loco suo. » Quid præter hoc dicendum? Advenit Dominica hæc apparitio, necne? Dispersine sunt nationum dii, Jupiter, Apollo, Venus, Diana, an non? Apparuit itaque Dominus super omnes gentes juxta Sophoniæ vaticinium. Quis vero hic est, nisi Dominus noster Jesus Christus? Ejus enim adventu omnes prorsus nationum dii corruerunt. Quod vero gentes neque scientes legem, neque prophetas audientes, neque penitus exquirentes Dominum, data temporis opportunitate futurum erat ut accurrerent, et vere Dominum invenirent, patet hinc, quod « Inventus sum a non quærentibus me, et non interrogantibus me apparui; » et rursus : « Quibus non annuntiatum est de me videbunt, et qui non audierunt, cognoscent. » Talia igitur ac tanta prophetarum dicta audientes Christi Servatoris apparitionem apertissime nuntiantium, quid præterea desipitis, in vanis prospicientes Christum, Antichristum sperantes? Surdi audite : Isaias enim Salvatoris prænuntians tempus, et a nullo alio propheta salvationem fieri posse, nisi a quodam Justo, hæc sane ait : « Ipse veniet et salvabit nos. Tunc oculi cæcorum aperientur, aures surdorum audient, et claudus saliet ut cervus. » Facta sunt hæc, necne, cum apparuit Christus a vobis crucifixus? Utquid ergo non creditis prophetarum dicta videntes in ipso Christo finem accipere? Quod vero futurum erat ut a vobis non crederetur Christi mysterium, propter miraculi excellentiam, olim ostendit Deus dicens : « Videte contemptores, et admiramini, et disperdimini, quoniam opus ego operor in diebus vestris : opus cui non adhibebitis fidem, si quis enarraverit vobis. » Optime vero dixit propheta : « Ipse veniet, et salvabit nos; » quemadmodum enim in principio Deus plasmans hominem nullo alio administro usus est, ita nunc corruptam imaginem renovans nemini reformationem commisit.

Spiritus qui ipsos afflavit mirandam vim prædicare non destiterunt. Nemo tamen est qui nesciat nugaces homines vitio vertisse Joanni Laminio τῷ πανσόφῳ, et hæreseos pene notam inurere studuisse eo quia rusticitatis et imperitiæ D. Joannem arguisset nondum Spiritu sancto imbutum. Adeas absolutissimum ejus opus de eruditione apostolorum, omnigenæ eruditionis sacræ promptuarium, e quo veluti e penu haurire licebit quibus doctior fias et eruditior, nec non cognosces quanto rubore suffundi debuere male feriati illi, qui maledicendi cacoethe quadam adacti tantum virum sunt injuria criminati.

Simillima jam demonstratis divinissimus Malachias multa inclamans voce dixit : « Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, neque sumam sacrificium de manibus vestris, quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum gloriosum est in gentibus, et in omni loco sacrificium et oblatio munda offertur nomini meo : vos autem ea contaminastis. » Facta sunt hæc, an non ? Offerturne incruentum et mundum sacrificium Deo in omni nationum loco, an non? Verum quid plura? Audiamus prophetam dicentem: « Ex Sion exibit lex, et Verbum Domini de Jerusalem ; et judicium faciet in medio nationum, et arguet populum multum. » Dicite ergo, quænam est lex exiens ex Sion, et quinam sunt qui eam receperunt? Nationes sane ; ipsæ enim redargutæ sunt velut errantes a fide, et Christi legem receperunt, quam quidem discipulis dedit in Jerusalem, et per ipsos omnibus gentibus. « Ex Sion exibit lex ; » oportebat enim novam dari legem novo ex nationibus populo, quemadmodum Jeremias dicit : « Ecce dies veniunt, et feriam cum domo Juda fœdus novum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in diebus in quibus apprehendente me manum eorum, eduxi illos de terra Ægypti. » Vel igitur dicant quæ lex data sit ex Sion, vel novam a Christo legislationem recipiant. Post enim resurrectionem ejus a mortuis, quemadmodum prophetæ prædixerant, ascendit ad cœlos, et intonuit, hoc est, ipsum hoc Novum Testamentum per omnino sanctum Spiritum elargitus est. Verum mihi dicis, quod si Dei Filius erat, vere etiam surrexit. Sed audi ; si hoc factum fuit, continuo debueras credere? Profecto non ; qui enim iis quæ præcesserant non credidit, neque illius resurrectioni crediderit, et si in conspectu omnium factum id sit. Nonne vidisti Lazarum quatriduanum a mortuis resurgentem? Quomodo non credidisti? Quid hoc incredibilius, solem crucifixo Christo obtenebratum esse? Quid majus, mortuos resurrexisse, petras scissas esse, et ipsum templi velum in duas partes divisum esse? Nonne omnium miraculorum, ne ipsa quidem excepta resurrectione, hæc sunt maxime mirabilia? Quomodo horum signorum spectator factus non credidisti? Vere adimpletum est quod Isaias dixit : « Cor eorum impinguatum est : aures habent, et non audiunt ; habent oculos, et non vident. » De resurrectione quidem mortuorum quæ Christi Servatoris tempore contigit, a divinissimo propheta dictum est : « Curabit et sanabit nos post duos dies ; in die vero tertia suscitabitur, et vivemus in conspectu ejus. »

Verum enimvero et hoc protendis mihi dicens : Quid hic novi? Si vester hic Christus signa cum fecerit populum non parvum in errorem impulit? Ecce enim et Maomethum signa multa fecisse discimus, atque inde non parvum populum decepisse. Si igitur Christus est Deus propter signa ab eo patrata, Deus eodem prorsus modo erit et Maomethes. Sed audi, Maomethi signa, manifesta

A Τὰ αὐτὰ τοῖς διαληφθεῖσι καὶ ὁ θειότατος Μαλαχίας προαναφωνῶν ἔλεγεν· « Οὐκ ἔστι μοι ἐν ὑμῖν θέλημα, λέγει ὁ Κύριος, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, διότι ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτά. » Ἐγένετο ταῦτα, ἢ οὔ; Προσάγεται ἡ ἀγαίμακτος καὶ καθαρὰ θυσία τῷ Θεῷ ἐν παντὶ τόπῳ τῶν ἐθνῶν, ἢ οὔ; Καὶ τί πολλὰ λέγειν; Ἀκουσώμεθα προφήτου τοῦ λέγοντος· « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἐθνῶν, καὶ ἐξελέγξει λαὸν πολύν. » Εἴπατε οὖν τίς ἐξελθὼν νόμος ἐκ Σιὼν, καὶ τίνες οἱ τοῦτον δεξάμενοι; Πάντως τὰ ἔθνη· αὐτὰ καὶ γὰρ ἠλέγχθησαν

B ὥσπερ τὴν πίστιν πλανώμενα, καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ νόμον ἐδέξαντο, ὃ ἔδωκε μὲν ἐν Ἰερουσαλὴμ τοῖς μαθηταῖς, δι' αὐτῶν δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται ὁ νόμος· » ἔδει γὰρ τῷ ἐξ ἐθνῶν καινῷ λαῷ καὶ νόμον δοθῆναι καινὸν, καθὼς Ἱερεμίας φησίν· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέραις ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, καὶ ἐξαγαγὼν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Ἢ γοῦν εἰπάτωσαν τίς ὁ νόμος ὁ δοθεὶς ἐκ Σιὼν, ἢ τὴν καινὴν τοῦ Χριστοῦ νομοθεσίαν καταδεχέσθωσαν. Μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἔγερσιν, καθὼς οἱ προφῆται προεῖπον, ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς καὶ ἐβρόντησε, τοῦτ' ἔστιν

C αὐτὴν ταύτην τὴν νέαν διαθήκην διὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐχορήγησεν. Ἀλλὰ λέγεις μοι, ὅτι εἰ Θεοῦ Υἱὸς ἦν, καὶ ἀληθῶς ἀνέστη. Καὶ ἄκουε· εἰ τοῦτο ἐγένετο, πιστεῦσαι εἶχες; Πάντως οὐχί· ὁ γὰρ μὴ τοῖς προλαβοῦσι πιστεύσας οὐδὲ τῇ ἐκείνου ἀναστάσει ἐπίστευσεν ἂν καὶ εἰ ἐνώπιον πάντων ἐγένετο. Οὐκ οἶδας τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν τετραήμερον ἐγερθέντα; Πῶς οὐκ ἐπίστευσας; Τί παραδοξότερον τοῦ τὸν ἥλιον σκοτισθῆναι σταυρουμένου Χριστοῦ; Τί μεῖζον τοὺς νεκροὺς ἐγερθῆναι, πέτρας σχισθῆναι, καὶ αὐτὸ διαῤῥαγῆναι τὸ τοῦ ναοῦ καταπέτασμα; Οὐ πάντων θαυμάτων, καὶ αὐτῆς δὴ τῆς ἀναστάσεως, ταῦτα θαυμασιώτερα; Πῶς τοιούτων τεράτων θεατὴς γεγονὼς οὐκ ἐπίστευσας; Ὄντως πεπλήρωται τὸ τοῦ Ἡσαΐου· « Ἡ καρδία αὐτῶν ἐπαχύνθη·

D ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούουσιν· ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐ βλέπουσι. » Περὶ μέντοι τῆς κατὰ τὸ σωτήριον τοῦ Χριστοῦ ἐγέρσεως τῶν νεκρῶν τῷ θειοτάτῳ προφήτῃ εἴρηται· « Ὑγιάσει καὶ ἀναστήσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας· ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἐξαναστησόμεθα, καὶ ζησόμεθα ἐνώπιον αὐτοῦ. »

Ἀλλ' ἔτι καὶ τοῦτο προτείνεις μοι λέγων· ὅτι Τί καινόν; Εἰ ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος σημεῖα πεποιηκὼς λαὸν οὐκ ὀλίγον ἐπλάνησεν; Ἰδοὺ γὰρ καὶ τὸν Μωάμεθ σημεῖα πολλὰ πεποιηκέναι μανθάνομεν, κἀντεῦθεν οὐκ ὀλίγον πεπλανηκέναι λαόν. Εἰ οὖν Θεὸς ὁ Χριστός ἐστι διὰ τὰ παρ' αὐτοῦ τελεσθέντα σημεῖα, Θεὸς ἄρα τῷ τρόπῳ τούτῳ καὶ ὁ Μωάμεθ. Καὶ ἄκουε, τὰ τοῦ Μωάμεθ ἡ πλάνη καθέστηκε πρὸ-

φανῆς, καὶ δι' ἄλλα μὲν πολλὰ, μάλιστα δὲ διὰ τὸ μηδένα τῶν προφητῶν τούτου χάριν τὸ οἰονοῦν προειπεῖν· τὰ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ πάνυ τυγχάνουσιν ἀληθῆ, ὡς ἐκ τῶν προφητῶν τὴν σύστασιν ἔχοντα. Καὶ πρόσσχες εἰ βούλει τοῖς λεγομένοις· αὐτὸν γὰρ καὶ αὖθις τὸν Σοφωνίαν παράγω τοῦ λόγου μάρτυρα. « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Τίς οὖν ὁ ἐπιφανεὶς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὁ Χριστὸς, ἢ ὁ Μωάμεθ; Ποῖος ἐκείνων ὁ τοὺς τῶν ἐθνῶν θεοὺς ἐξολοθρεύσας, καὶ Θεὸν ἕνα προσκυνεῖσθαι ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων παρασκευάσας, ὁ Χριστὸς, ἢ ὁ Μωάμεθ; Ἀπόκριναι, ἐν τίνι πέρας ἔσχεν ἡ τοῦ Σοφωνίου προφητεία, ἐν τῷ Χριστῷ, ἢ ἐν τῷ Μωάμεθ, ἢ ἁπλῶς ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἀπ' αἰῶνος; Ἀλλ' οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, εἰ μὴ ἐν αὐτῷ καὶ μόνῳ τῷ παρ' ὑμῶν σταυρωθέντι Χριστῷ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ. Ὅτι δὲ τὰ κατ' αὐτὸν οἱ πάλαι προφῆται προανεφώνουν, δῆλον κἀντεῦθεν· μετὰ γὰρ τὴν ἐκείνου παρουσίαν οὐδεὶς ἠγέρθη προφήτης κατὰ τὴν ἐκείνου πρόρρησιν. Ὁ νόμος γὰρ καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννην· ἐπειδὴ γὰρ ἦλθεν ὁ προφητευόμενος, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ἐπεγνώσθη μυστήριον, οὐκέτι προφήτου χρεία λοιπόν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, τῶν προφητῶν πάντων τὴν Χριστοῦ παρουσίαν μεγαλοφώνως προαναφωνούντων; Ὁ θαυμάσιος Δανιὴλ καὶ αὐτὸν τὸν τῆς παρουσίας καιρὸν ἀριδήλως μεμήνυκε. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ἵνα μὴ ἐξ ἀγνοίας παρασυρέντες οἱ ἄνθρωποι, ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου Χριστὸν εἰσδεξώμεθα. Σαθρὸν μὲν οὖν σοι καὶ τὸ κατὰ τὸν Μωάμεθ πρόβλημα, ὦ σαθρὲ τὸν νοῦν καὶ ἀσύστατε.

Ἀλλ' ἄλλην ἐξ ἀμηχανίας ἐτράπης ὁδὸν, καὶ εὐαγγελικῶν ῥημάτων μεμνημένος ἐπάγεις μοι λέγων· Πῶς αὐτὸν Θεὸν λογισθήσομαι, ὃς τῷ νομικῷ εἰπόντι πρὸς αὐτὸν, « Διδάσκαλε ἀγαθὲ, » εἶπεν· « Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; » Καὶ ἐν πρώτοις μὲν λέγω σοι· « Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; » Πῶς ἐπεντρανίζειν τῇ εὐαγγελικῇ δόξῃ ἐπιχειρεῖς, καλύμματος ἐπικειμένου τοῖς νοητοῖς ὀφθαλμοῖς σου; Ἄφελε τὸ κάλυμμα, καὶ παρακύψας ἴδῃς τὴν δόξαν Κυρίου· « Ἀποκάλυψον γάρ, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. » Περιελὼν τὴν τοῦ στόματός σου πικρίαν, γεύσεις τοῦ εὐαγγελικοῦ μέλιτος, καὶ ἡδονῆς ἀπολαύσεις ἀῤῥήτου. Ταῦτά σε τὰ ῥήματα σκανδαλί-

A inituntur deceptione, tum ob multa alia, tum maxime quod prophetarum nullus de eo quidquam prædixerit, dum ea quæ Christum spectabant vere omnino acciderunt, prout in prophetarum prænotionibus habentur. Et adverte si libet dictis; ipsum enim rursus profero Sophoniam testem sermonis, qui ait: « Apparebit Dominus ad omnes gentes, ac funditus perdet omnes deos nationum, et unusquisque de loco suo adorabit ipsum. » Quis ergo apparuit ad omnes gentes, Christus an Maomethus? Uter horum deos nationum funditus perdidit, et unum Deum ab omnibus adorari, et ubique disposuit, Christus an Maomethus? Responde, sodes, in quo finem habuit prophetia Sophoniæ, in Chri-
B sto, an in Maometho, vel alio quovis eorum qui fuerunt a sæculo? Verum non habes quid dicas, nisi in ipso uno a vobis crucifixo Christo Dei Filio et Deo. Quod vero ea quæ ad ipsum pertinent, prophetæ olim prænuntiarint, manifestum exinde est, quod post ejus apparitionem nemo surrexit propheta, juxta ejus vaticinium. Lex enim et prophetæ usque ad Joannem; postquam enim venit prænuntiatus, atque ejus cognitum est mysterium, nulla amplius erat prophetæ utilitas. Et quid plura oportet dicere, omnibus prophetis Christi adventum magna voce prænuntiantibus? Admirabilis Daniel ipsum pene adventus manifeste designavit momentum. Qua vero hoc de causa? Ne ab ignorantia protracti nos homines, alterum pro altero Christum ad
C mitteremus. Marcidum ergo sane de Maomethe (16) problema, o putris mente et inconstans.

Verum ex difficultate in aliam translatus es viam, et evangelicorum verborum recordatus subjungis mihi dicens: Quomodo ipsum Deum mente cogitare potero, qui legisperito dicenti: « Magister bone, » respondit: « Nemo bonus nisi solus Deus? » Et primum quidem a te peto: « Quæ communicatio lucis cum tenebris? » Quomodo obniteris evangelicum sensum aperire, obductis velamine oculis tuæ mentis? Aufer velamen, et introspiciens videbis gloriam Domini: dictum est enim: « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. »
D Auferens ab ore tuo amaritudinem, gustabis evangelicum mel, et suavitate frueris inenarrabili. Hæc verba scandalo tibi sunt, hæc nobis tu ipse objicis,

(16) Mahomethis doli et ambages quibus allicere studuit male feriatos homines cujusvis generis, maximeque concupiscentiæ ipsorum indulgentes omnimode, cuique jam compertæ sunt, neque in præsentiarum arridet coctum recoquere. Is certe utpote matre Judæa natus, Judæos in spem erexit putantes illum exspectatum Servatorem advenisse, atque ea de causa synagoga legatos ad ipsum laudatoresque misit, pene regem sibi constitutura. Ita porro Cedrenus: Οἱ δὲ πεπλανημένοι Ἑβραῖοι ἐν ἀρχῇ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἐνόμισαν αὐτὸν εἶναι τὸν παρ' αὐτοῖς προσδοκώμενον Χριστόν· ὡς καί τινας τὸν ἀριθμὸν δέκα προὔχοντας αὐτῶν προσελθεῖν αὐτῷ, ἀφεῖναί τε τὴν τοῦ θεόπτου Μωσέως, καὶ δέξασθαι τὴν αὐτοῦ θρησκείαν, καὶ σὺν αὐτῷ διάγειν μέχρι τῆς σφαγῆς αὐτοῦ. Scilicet: « Judæi interim in errorem abducti, cum primum is exstitit, existimarunt illum esse Christum, quem exspectabant, adeo ut decem numero viri proceres ad eum sese contulerint, desertaque Mosis, cui se videndum Deus præbuerat, religione, ipsius superstitiosam impietatem amplexi sint, et usque ad ejus cædem ipsi adhæserint. » Qui plura cupit, adeat ipsum Cedrenum, Zonaram, et Damascenum penes antiquos, atque e recentioribus Historiam universalem a doctissimis Britannis viris absolutissime concinnatam, ubi omnia fanda et infanda hujusce ψευδοπροφήτου inveniet.

o demens et rixose. Ad ea vero quæ ad verbum enarrat Evangelium meum, nimirum : « Ego et Pater meus unum sumus, » et : « Qui vidit me, vidit et Patrem, » et : « In principio erat Verbum ; » quid respondebis non videns quod alicubi quidem veluti Deus edisserit, alicubi vero ut homo, nostram propter infirmitatem ? quoniam et rete nisi undique sit absconditum, nunquam passerem capiet. Atque hac de causa ne addubites : legisperitum enim nihil prorsus divinum mente concipientem de ipso, congruenter vetuit ne ipsum appellaret bonum, ejus humi cubantem mentem sublevans, et quodammodo dicens : Si ad me venis, uti ad Deum, bonum appella, si vero ut ad hominem sublimem, ne dicas, propterea quod homines per gratiam participes fiunt bonitatis. Illud tamen : « Nemo bonus nisi solus Deus, » semper memor a tenes, et in medium profers ; quæ vero juxta Nathanaelem (17), quando prophetando seipsum Deum ostendit, et quæ secundum Caipham, quando veluti condemnatus ipsi astans, et juramentis ab ipso coactus Deum se ipsum esse confirmavit, quomodo non consideras ? quomodo in medium non profers? Simile quid pati mihi videmini navi in medio mari periclitanti causa valentium ventorum. Quemadmodum enim ipsa ventis obsistere non valens vela quidem remittit, eorumque sistit actionem, in ancorarum vero omnem retinaculis spem reponit ; quid enim aliud agat cum ipsis viris in profundum pene demergenda? ita et vos difficultatum tempestate circumacti, omnem relinquentes itineris rectitudinem, ad commenta semper confugitis, ut detrectando excusetis excusationes in peccatis.

Sed de hisce satis dictum sit, non enim decet margaritas ante porcos projicere. Sed quoniam veluti canis oblatras Christum non esse Deum, contende et hoc dicendo quod Deus non nascitur, pannis non obvolvitur, non bibit, non sitit, non fatigatur ; iterum vero dico tibi : Quoniam talia te scandalizant, utpote inanem prorsus ac mente minorem, necesse est etiam omnino te circa incorpoream atque incircumscriptam naturam scandalizari, et circumscriptam dicere et incorpoream, et nullo modo perfectum Deum existimare, quem vetus et divina annuntiat Scriptura ; ipsi enim tribuit manus et pedes, et oculos et aures, et locales migrationes : « Descendens enim, ait, super Sodomam videbo utrum clamorem ipsorum compleverint, » et quævis alia hujusmodi. Sed quemadmodum illic et

ζουσι, ταῦτα προσφέρεις καθ' ἡμῶν, ὦ ἀνόητε σὺ καὶ φιλόνεικε. Ἐν οἷς δὲ διέξεισι κατὰ ῥῆμα τὸ Εὐαγγέλιόν μου· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἕν ἐσμεν, » καὶ « Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα, » καὶ « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· » τί ἀποκριθήσῃ μὴ εἰδὼς, ὅτι ποῦ μὲν ὡς Θεὸς διελέγετο, ποῦ δὲ ὡς ἄνθρωπος διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν; ἐπεὶ καὶ παγὶς ἐὰν μὴ πανταχόθεν συσκιασθῇ, οὐκ ἂν ἀγρεύσῃ στρουθόν. Καὶ τούτου χάριν μὴ ἀμφιβαλλε· τῷ γὰρ νομικῷ μηδέν τι θεῖον περὶ αὐτοῦ διανοουμένῳ εἰκότως εἶπε μὴ λέγειν αὐτὸν ἀγαθὸν, ἀνάγων αὐτοῦ τὸν νοῦν χαμαὶ κείμενον, καὶ οἱονεὶ λέγων· Εἰ μὲν οὖν ὡς Θεῷ μοι προσέρχῃ, λέγε ἀγαθόν· εἰ δὲ ὡς ἀνθρώπῳ ὑψηλῷ, μὴ λέγε, διὰ τὸ τοὺς ἀνθρώπους χάριτι μετέχειν τῆς ἀγαθότητος. Καὶ τὸ μὲν, *Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς*, διὰ μνήμης ἔχεις ἀεὶ καὶ εἰς μέσον προσφέρεις· τὰ δὲ κατὰ τὸν Ναθαναὴλ ἡνίκα διὰ τοῦ προφητεύειν Θεὸν ἑαυτὸν παρεδείκνυε, τὰ δὲ κατὰ τὸν Καϊάφαν ἡνίκα ὡς κατάκριτος αὐτῷ παριστάμενος, καὶ ἐξορκισμοῖς ὑπ' αὐτοῦ καταδεσμούμενος, Θεὸν ἑαυτὸν εἶναι διεβεβαιοῦτο, πῶς οὐκ ἀναλογίζῃ; πῶς οὐκ εἰσάγεις εἰς μέσον; Ταυτόν τι πάσχειν ἐοίκατε τῇ ἐπὶ μέσου πελάγους ὑπ' ἀνέμων βιαίων καταβαπτιζομένῃ νηΐ· ὥσπερ γὰρ ἐκείνη τοῖς πνεύμασιν ἀντιστῆναι μὴ δυναμένη ὑποχαλᾷ μὲν τὰ ἱστία, καὶ ἄπρακτα τίθησιν, ἀγκυροβολίοις δὲ καὶ πείσμασι πάσας ἀναρτᾷ τὰς ἐλπίδας· τί γὰρ καὶ δράσαιεν ἕτερον, αὐταν̓δρος τῷ βυθῷ καταδυομένῃ; οὕτω καὶ ὑμεῖς τῷ τῆς ἀμηχανίας στροβούμενοι κλύδωνι, πᾶσαν ἀφέντες εὐθυπορίαν, εἰς παραγραφὰς ἀεὶ καταφεύγετε, καὶ προφασίζεσθε προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις.

Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τούτων ἤρκει, οὐ χρὴ γὰρ ἔμπροσθεν χοίρων ῥίπτειν τοὺς μαργαρίτας. Ἐπεὶ δὲ ὡς κύων καθυλακτεῖς τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι Θεὸν, διισχύριζε καὶ τὸ λέγων ὅτι ὁ Θεὸς οὐ γεννᾶται, οὐ σπαργανοῦται, οὐ πεινᾷ, οὐ διψᾷ, οὐ κοπιᾷ. Καὶ πάλιν λέγω σοι· Ἐπεὶ τοιαῦτά σε σκανδαλίζουσιν ὡς κοῦφον πάντη καὶ ἀνόητον, ἀνάγκη σοι πᾶσα καὶ ἐπὶ τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀπεριγράπτου φύσεως σκανδαλίζεσθαι, καὶ περιγραπτὴν λογίζεσθαι καὶ ἀσώματον, καὶ μηδὲν Θεὸν ἡγεῖσθαι τέλειον, ὃν ἡ παλαιὰ καὶ θεία καταγγέλλει Γραφή. Χεῖρας γὰρ καὶ πόδας; προσάπτει, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ ὦτα, καὶ τοπικὰς; μεταβάσεις· « Καταβὰς γὰρ ἐπὶ Σόδομα ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται· » καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ συγκαταβατικῶς τε καὶ οἰκονομικῶς διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν λέγονται·

(17) Quæ noster hic Glycas habet de Nathanaele, vide in Evangelio Joannis, cap. 1, 45 et seq., ubi Christi divinitatis illustre profertur testimonium. Varias in partes vero Ecclesiæ Patres abiere circa Nathanaelem, qui a plurimis e numero apostolorum eximitur, eo quia peritus esset in lege, dum ab aliis eumdem ipsum esse ac Bartholomæum putatur. Priorum agmen ducit S. Augustinus, qui contendens ideo idiotas electos fuisse in apostolos a Christo, ne prædicatio eorum, et per eos conversio hominum, humanæ sapientiæ tribueretur, *Tractatu* VII in Joannem ait : « Non solum primus inveniter in apostolis, sed nec medius, nec ultimus inter duodecim Nathanael, cui tantum testimonium perhibuit Filius Dei dicens : *Ecce verus Israelita, in quo dolus non est.* Rupertus autem, Estius et sexcenti alii probabilibus nec futilibus rationum momentis ducti autumant Nathanaelem fuisse nomen proprium apostoli Bartholomæi, *filii* scilicet *Tholmæi*, uti Hebræa vox sonat ; nec in re adeo dubia, quæ Œdipo indiget, est qui nodum solvere valeat. Adisis prædictum Joannis Lamii *De eruditione apostolorum* opus, ubi pluries de Nathanaele loquitur, et cum Augustino ipsum non cooptatum fuisse a Christo inter apostolos con-

οὐδὲ γὰρ ἄλλως τὰ θεῖα γνωρίσαι δυνάμεθα· οὕτω κάνταῦθα. Πλὴν ἄκουε· Ὁ Θεὸς πλάσας τὸν ἄνθρωπον, φυσικὸν αὐτῷ νόμον ἐνέθηκεν, ὅπως ὁρῶν οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν καὶ πάντα ἐν αὐτῇ, δοξάζῃ, καὶ προσκυνῇ τὸν δημιουργὸν καὶ κτίστην αὐτῶν. Ἐκ μεγέθους γὰρ, φησὶ, καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. Ἐπεὶ δὲ εἶδε μηδὲν ἡμᾶς ἐκ τούτων ἐπὶ τὴν αὐτοῦ γνῶσιν προκόπτοντας, εἰς κακίαν δὲ πᾶσαν ἐγκυλιουμένους, ἑτέραν θεραπείαν μετέρχεται, καὶ τὸν Μωσέα νομοθέτην καθιστᾷ, καὶ διὰ πραγμάτων ἡμῖν ὁμιλεῖ. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ γεγονότος οὐδὲ τοιούτου ὠφελήθημεν, οὐ παρὰ τὴν τοῦ ἰατροῦ τέχνην, παρὰ δὲ τὴν μοχθηρὰν ἡμῶν δίαιταν· ἠῦξανε δὲ τὸ κακὸν, ἔτι καὶ ἔτι ἡ νόσος προέκοπτεν· ἑτέρῳ μείζονι καὶ θαυμασίῳ χρᾶται φαρμάκῳ, καὶ δι' ἑαυτοῦ ἡμῖν ἐπιδημεῖ. « Αὐτὸς γὰρ, φησὶν ὁ Ἡσαΐας, ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς· » αὐτὸς καὶ οὐχ ἕτερος κενώσας ἑαυτὸν καὶ καθ' ἡμᾶς χρηματίσας ἄνθρωπος, ἵνα περιέλῃ πᾶσαν ἡμῶν ἀφορμήν.

demisse et œconomice propter nostram infirmitatem dicuntur, neque enim aliter divina noscere possumus, ita et hic. Præterea audias: Deus plasmans hominem, physicam ei constituit legem; ut videns cœlum, terram, mare et omnia quæ in eo sunt, glorificet, ac veneretur opificem et conditorem eorum; ex pulchritudine enim, ait, et amplitudine conditarum rerum non incongrue ipsarum opifex dignoscitur. Quoniam vero vidit nos ex his minime profecisse in ejus cognitione, imo in quovis malo implicatos, alteram curationis speciem adhibet, et Moysen legislatorem statuit, et per opera nobis loquitur. Sed cum neque ex hoc facto quidquam utilitatis ceperimus, non propter medici artem, verum propter vitæ nostræ improbitatem; malum vero in dies augeretur, et morbus ingravesceret: alio validiori et mirifico utitur remedio, et per se ipsum ad nos venit. « Ipse enim, Isaias ait, veniet, et salvabit nos, » ipse et non alius, exinaniens semetipsum, et apud nos agens ut homo, ut omnem a nobis auferat animi commotionem.

Μηκέτι λοιπὸν ἀμφίβαλλε, μὴ θορυβοῦ καθ' ἑαυτὸν σάρκωσιν ἀκούων Θεοῦ, καὶ τὰ τῆς σαρκώσεως ἴδια. Ἡσαΐας βοᾷ σοι· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· μέλι καὶ βούτυρον φάγεται· » καὶ αὖθις· « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. » Εἰ τοίνυν τὸ γεννηθὲν παιδίον Θεὸν ἰσχυρὸν ὁ προφήτης φησὶ καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πατέρα, πῶς οὐχὶ θεοτόκος καὶ παρθένος κληθείη ἂν ἡ τὸ παιδίον τοῦτο γεννήσασα; Ἵνα τί λοιπὸν ματαιάζεις καὶ ἐπὶ κενοῖς κακουργεῖς; Ἵνα τί τὰς λέξεις ὑπαλλάττεις, καὶ νεᾶνιν ἀντὶ παρθένου ἀναγινώσκεις, τῷ σῷ διδασκάλῳ κἀν τούτοις ἀκολουθῶν, Ἀκύλᾳ λέγω τῷ ματαιόφρονι; Ἡμεῖς περὶ τὴν λέξιν οὐ ζυγομαχοῦμεν· ταυτὸν γὰρ νεάνιδος καὶ παρθένου τὸ σημαῖνον κατὰ τὴν τοῦ Δευτερονομίου παράδοσιν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ μὴ τὸν τόκον παράδοξον εἴπομεν, εἰ γυναῖκα πάρθενον μητέρα παιδίου γενέσθαι ὁμολογήσομεν, ψεύδεται ὁ προφήτης σημεῖον τῷ Ἄχαζ δοθῆναι λέγων παρὰ Θεοῦ. Ἀλλὰ τί τοῦτο, καὶ ποταπόν ἐστι τὸ σημεῖον; Πρόσσχες, εἰ βούλει, τῷ Ἡσαΐᾳ, τὴν προφητείαν ἀνάγνωθι καθ' εἱρμὸν, μὴ καλῶς ἑστῶτα διάστρεφε, τοῖς κάτω τὰ ἄνω σύναπτε· καὶ οὕτω μαθήσῃ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν. Τοῦ γὰρ Ἄχαζ, ἡνίκα παρὰ τοῦ προφήτου σημεῖον αἰτῆσαι παρεβιάζετο, εἰπόντος, « Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ οὐ μὴ πειράσω τὸν Κύριον· » ὁ προφήτης αὖθις ἐπήγαγε λέγων· « Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται. » Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν ὅτι τὸ δοθὲν σημεῖον τῷ Ἄχαζ οὐχ ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ γυναῖκα μὲν λαβεῖν ἐν γαστρὶ, ἑτέρῳ δέ τινι τρόπῳ παρηλλαγμένῳ καὶ οὐ συνήθει. Εἰ γὰρ τὸ σημεῖον ξένον τί ἐστι πρᾶγμα καὶ ἄηθες, τοιοῦτος ὀφείλει καὶ ὁ τόκος εἶναι λοιπόν. Τὸ δὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς γεννηθὲν, ὁπηνίκα δηλονότι γυναικὶ συμπλακείη, καὶ ταυτὰ νεάνιδι, οὐκ ἄν

Ne amplius igitur dubites, neque turberis in tetmetipso carnalem audiens generationem Dei, et quæ hujusce carnalis generationis sunt propria, annuntiante Isaia: « Ecce virgo in ventre concipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel; mel et butyrum comedet; » et iterum: « Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi. » Si igitur natum filium, Deum fortem dixit propheta, et futuri sæculi patrem, quomodo non Dei parens et virgo vocabitur, quæ filium hunc genuit? Cæterum quid inania captas, et in inanibus male operaris? Quid dictiones invertis, et puellam pro virgine legis, cum magistro tuo et in hisce consentiens, Aquila, dico, desipienti? Nos circa dictionem non rixamur, eadem enim puellæ atque virginis significatio juxta Deuteronomii traditionem. Verum quid plura? Nisi partum admirandum dicamus, nisi mulierem virginem pueri matrem fuisse confiteamur, mentitur propheta signum dari dicens Achaz a Deo. Sed quodnam hoc et quale est signum? Attende, si libet, Isaiæ; prophetiam lege per ordinem; quæ sibi constant ne detorqueas; inferioribus superiora conjuge: ac sic edisces mysterii potentiam. Quando enim Achaz cogebatur a propheta ut peteret signum, cum dixisset: « Non petam, neque omnino tentabo Dominum, » propheta iterum subdidit dicens: « Propter hoc ipse Dominus dabit vobis signum: ecce virgo in utero concipiet. » Disce igitur ex hoc, quod signum datum Achaz nullum aliud est quam quod mulier quidem concipiet in ventre, sed alio quodam modo diverso et insolito. Si enim signum novum est aliquid et inusitatum, partus etiam sane debet esse quid simile. Quod vero nascitur ex voluntate viri, quando nimirum cum uxore conjungitur, vel etiam cum puella, nunquam sane signum; neque

Emmanuel vocabitur quicunque rationis est compos ; commune enim hoc et familiare, et quotidie accidit (18). Si igitur Achaz datum est signum a Deo, quemadmodum loquitur Isaias, mutatio dictionis nihil omnino confert tuæ distorsioni, cum debeat esse et dici Virgo hujusce filii mater propter signi confirmationem. Mitto dicere illud Davidis : « Dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te : » statim enim arripis verbum, et consueta tua utens malitia, verbi notionem invertis, divinamque vocem in absurdum protrahis, quæ cum aperte ipsum Christum indicet, tu ad Davidem ipsam traducis ; et hæc plane noscens quod ipsi ubique nationum et locorum adorato Christo vox hujusmodi conveniat. Davidi enim in quadam tantummodo terræ parte sedenti et regnanti, neque in hæreditatem datæ sunt omnes gentes, neque fines terræ in possessionem. Verum hæc ita se habere et ipse Isaias post Davidem luculentius ostendit dicens : « Et Sabæorum populi viri sublimes ad te transibunt, teque adorabunt ac deprecabuntur, quia in te Deus est, et non est Deus præter te ; tu Deus, et non vidimus. » De quonam hæc dicit Deus ? Ad quem venerunt ex Indis lectissimi servi adorantes, et in ipso deprecantes, nisi ad servatorem omnium Christum Dei Filium et Deum ? Atque ita prorsus res sese habent. Quoniam vero carnem induere sustinuit, consequens erat et naturalibus carnis passionibus illum affici, sine peccato tamen, in nullo enim hæc contradicit : idque demonstrans Isaias aiebat : « Peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus. » Quinam igitur erit alius, de quo hujusmodi pronuntiata est prophetia, nisi profecto Christum ipsum dicamus Dei Filium, qui propter nos carnem ferre sustinuit ? Etenim juxta sapientem Salomonem, « Nemo est qui non peccaverit. »

Adhuc tamen et hoc mihi objicis dicens : si futurum erat ut Dei Verbum carnem indueret, hæc patefieret et ageret, cur nam de his apertius prophetæ non meminerunt, ne inde contradictioni essent obnoxia, et quæ de Christo sunt, petra fierent scandali ? Audi tamen : Deus prænoscens genus vestrum durum esse ac malum, et primogenitum Israelis filium spretum iri, subrogandumque ex gentibus (19) populum, obscure hæc atque ænig-

πστε σημεῖον, οὔτε μὴν Ἐμμανουὴλ καλέσοιτό τις λογισμοῦ κύριος ὤν· κοινὸν γὰρ τοῦτο καὶ σύνηθες, καὶ καθ' ἑκάστην γινόμενον. Εἰ μέντοι τῷ Ἄχαζ σημεῖον ἐδόθη παρὰ Θεοῦ, καθὼς Ἡσαΐας φησὶν, ἡ παραλλαγὴ τῆς λέξεως κατ' οὐδὲν συμβαλεῖταί σου τῇ σκαιότητι, παρθένου καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι τῆς τοῦ παιδίου μητέρος ὀφειλούσης διὰ τὴν τοῦ σημείου βεβαίωσιν. Ἐῶ λέγειν τὸ τοῦ Δαβίδ· « Εἶπε πρός με, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· » εὐθέως γὰρ ἁρπάζεις τὸ ῥῆμα, καὶ τὴν συνήθη χρώμενος κακουργίαν, τὴν τοῦ ῥητοῦ διαστρέφεις ἔννοιαν, τὴν θείαν τε παραλογίζῃ φωνὴν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξενεχθεῖσαν δηλαδὴ τὸν Χριστὸν, σὺ πρὸς τὸν Δαβὶδ μετακομίζεις αὐτήν· καὶ ταῦτα εἰδὼς ἀκριβῶς· ὡς αὐτῷ ἐν ἔθνει καὶ τόπῳ παντὶ προσκυνουμένῳ Χριστῷ ἡ τοιαύτη προσήκει φωνή. Τῷ γὰρ Δαβὶδ ἔν τινι μέρει τῆς οἰκουμένης καὶ καθημένῳ καὶ ἄρχοντι οὔτε εἰς κληρονομίαν ἐδόθη τὰ ἔθνη πάντα, οὔτε πέρατα τῆς γῆς εἰς κατάσχεσιν. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ αὐτὸς ὁ μετὰ τὸν Δαβὶδ Ἡσαΐας ἀριδηλότερον ἔδειξε λέγων· « Καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπί σε διαβήσονται, καὶ προσκυνήσουσί σε, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται· ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν. » Περὶ τίνος ταῦτά φησιν ὁ Θεός ; Τίνι προσῆλθον οἱ τῶν Ἰνδῶν ἀπόλεκτοι προσκυνοῦντες οἱ δοῦλοι, καὶ ἐν αὐτῷ προσευχόμενοι, εἰ μή γε τῷ Σωτῆρι πάντων Χριστῷ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ ; Καὶ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ἐπεὶ δὲ σάρκα φορέσαι ἠνέσχετο, ἀκόλουθον ἦν καὶ τὰ τὰ φυσικὰ πάθη τῆς σαρκὸς καταδέξασθαι, ἄνευ μέντοι τῆς ἁμαρτίας, ὅτι μηδὲν κατάφησιν αὕτη. Καὶ τοῦτο δηλῶν Ἡσαΐας ἔλεγεν· « Ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Τίς γὰρ ἂν εἴη ἕτερος, δι' ὃν ἡ τοιαύτη ἐξενήνεκται προφητεία, εἰ μή γε τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἴπωμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν σάρκα φορέσαι δι' ἡμᾶς ἀνασχόμενον ; Κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Σολομῶντα, « Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐχ ἥμαρτεν. »

Ἀλλ' ἔτι μοι καὶ τοῦτο προτείνεις λέγων, ὅτι εἰ σαρκοῦσθαι ἔμελλεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ τάδε παθεῖν, καὶ τάδε ποιῆσαι, ἵνα τί μὴ τὰ περὶ τούτων οἱ προφῆται σαφέστερον μεμηνύκασιν, ὡς ἐντεῦθεν ἀναντίῤῥητα, καὶ μὴ πέτραν σκανδάλου εἶναι τὰ κατὰ Χριστόν ; Καὶ ἄκουε· Ὁ Θεὸς προειδὼς τὸ γένος ὑμῶν ὅτι σκληρόν ἐστι, καὶ πονηρὸν, καὶ ὅτι ἐκβληθήσεται μὲν ὁ πρωτότοκος υἱὸς Ἰσραὴλ, ἀντεισαχθήσεται δὲ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, ἀσαφῶς ταῦτα καὶ μετ'

(18) Optime hic Glycas noster Judæorum perfidiam exagitat ; signum enim Achaz prænuntiatum ab Isaia apertissime in Virgine Matre completum mundus agnovit ; Σημεῖον γὰρ, ut verbis utar Theodoreti, καὶ σημεῖον μέγιστον, οὗτος ὁ τόκος καλεῖται· « Signum scilicet, et signum maximum appellatur hic partus. » Οὐδεὶς δὲ σημεῖον καλεῖ τὸ καθ' ἑκάστην γινόμενον ἡμέραν. Εἰ γὰρ μὴ παρθενικός ἐστιν, ἀλλὰ γαμικὸς ὁ τόκος, πῶς τὸ κατὰ φύσιν ὁδεῦον σημεῖον προσαγορεύεται : « Nemo autem signum vocat id quod singulis diebus contingit. Quod si non virgineus, sed ex connubio est partus, quomodo id quod secundum naturam de more fit, signum appellatur ? » Omnes quidem Patres in hoc plane consentiunt, ut de mundi Servatore intelligatur hic locus, nec est cur detineamur ab Hebræorum magistris, qui ut suis illudant somnia jactant, et nugas inficetiores effutiunt. Vide etiam S. martyris Justini *Dialog. cum Tryphone*, ubi Judæos refutat quod lectionem germanam textus invertere sint conati.

(19) Satis haud unquam quis par erit laudare divinam sapientiam, quæ utique *attingens a fine usque ad finem* voluit nos Judæorum spoliis ditari, et suis ipsorum libris erudiri, ea enim quæ in ipsis habentur non modo eos spectant, verum et nos, imo certiores nos faciunt quod in bonam olivam inserti per Christi mortem, ut fructifice-

ἐπικρύψεως διὰ στόματος τῶν προφητῶν προηγόρευσεν. Εἰ γὰρ ἔγνω τὴν ἑαυτοῦ ἔκπτωσιν τὸ φθόνου μεστὸν, καὶ πλῆρες ἁμαρτίας γένος ὑμῶν, πυρικαύστους ἂν τὰς βίβλους πάσας πεποίηκεν, ἅτε δὴ μὴ γράμματα φέρειν καθ' ἑαυτοῦ ἀνεχόμενον, κἀντεῦθεν ζημίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν τοῖς μετὰ ταῦτα ἐπήνεγκεν. Αὕτη μὲν οὖν αἰτία, δι' ἣν σαφῶς αἱ προφητικαὶ συνετέθησαν βίβλοι. Καὶ εἰ μὴ πείθοι τοῖς λεγομένοις, τῷ λέγοντι πείθου προφήτῃ· « Οὔτε ἔγνως, οὔτε ἠπίστασο, οὔτε ἀπ' ἀρχῆς ἀνέῳξά σου τὰ ὦτα· ἔγνων γὰρ ὅτι ἀπειθῶν ἀπειθήσεις. » Καὶ νῦν μὲν, ὅτι ἐκ γυναικὸς γεννᾶται, σκανδαλίζῃ καὶ ἀποπηδᾷς· κατὰ δὲ τὴν ἔρημον, ὅτε σοι ἀόρατος καὶ οὐ διὰ σαρκὸς συνανεστρέφετο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ παράδοξα ἐκεῖνα διά σε ἐτερατούργει, τίνος ἕνεκεν ἐφρόνεις κατὰ Θεοῦ; Πῶς ἠγριαίνου κατὰ Μωσέως, ὡς μικροῦ καὶ λιθολευστῆσαι αὐτόν; Πῶς τὸν εὐεργέτην ἀπολιμπάνων ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον παλινδρομῆσαι ἐφιλονείκεις; Ἀπόκρινai.

Εὔδηλον οὖν ὅτι αὐτὸς εἶ, καὶ οὐκ ἠλλοίωσαι, ὁ τότε σκληροκάρδιος καὶ περὶ τὸν εὐεργέτην ἀγνώμων, ὁ αὐτὸς δηλονότι καὶ νῦν· ὁ ἐκπειράζων τὸν Θεὸν τότε καὶ λέγων· « Εἰ ἔστιν ἐν ἡμῖν Κύριος, ἢ οὔ; » τὰ αὐτὰ ποιεῖς ἐπ' αὐτῷ καὶ νῦν, ὅτε δι' ἡμᾶς ἐνηνθρώπησεν, ὀφείλων ὁλοσχερῶς εὐχαριστεῖν αὐτῷ τούτου ἕνεκεν, καθά που πάντως καὶ ἐπὶ τῷ τῶν σωματικῶν παθῶν ἰατρῷ ποιεῖν εἰώθαμεν, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὸν νοσοῦντα βαδίζει συχνῶς, καὶ μὴ πρὸς τὸ ἑαυτοῦ ἀφορῶν ἀξίωμα, συγκύπτει ἐπὶ πάθη, καὶ δυσωδίας ἀνέχεται, ἵνα δῷ τὴν ὑγίειαν τῷ κάμνοντι. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς ἀμφιβάλλεις ἔτι περὶ τῆς τρισυποστάτου Θεότητος; Πῶς οὐ προσκυνεῖς, πῶς οὐ πιστεύεις τῷ Πνεύματι; Ἀλλ' ἵνα κηρύσσει Θεὸν ἡ Γραφή. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ἄφες τὸν Ἡσαΐαν, παράβραμε τὸν Δαβὶδ, καὶ πᾶσαν ἑτέραν Γραφὴν, δι' ὧν ἡ ζωαρχικὴ Τριὰς μεγαλοφώνως κηρύσσεται. Ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἄνελθε τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ σκόπησον ἀκριβῶς, τίνες τε ἦσαν οἱ ὀφθέντες αὐτῷ, καὶ πόσοι τὸν ἀριθμὸν, ὅτα τε καὶ οἷα πρὸς αὐτοὺς ὁ πατριάρχης λελάληκε. Καθάπερ γὰρ τελείῳ τὴν γνῶσιν ὄντι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ ὡς τρεῖς ἐφαίνοντο, καὶ ὡς εἷς

matice per os prophetarum prænuntiavit. Si enim suam ipsius novisset dejectionem invidissimum, et plenum peccatis genus vestrum, igni forte devovisset omnes libros, utpote scripta ea quæ contra seipsum facerent apud se habere minime perferens, maximumque inde damnum posteris attulisset. Ea igitur causa fuit, propter quam manifeste prophetici constituti sunt libri. Quod si dictis fidem non adhibes, auditum saltem præbeas prophetæ dicenti: « Neque novisti, neque intellexisti, neque ab initio aperui aures tuas; scio enim quia prævaricans prævaricaberis. » Et nunc quidem, quia ex muliere nascitur scandalizaris et refugis; in eremo autem, quando invisibilis nec carne amictus tecum versabatur Deus, et mira illa nec opinata tui gratia operabatur, qua de causa superbiebas contra Deum? Quare contra Moysem sæviebas, ut pene ipsum lapidibus peteres? Cur benefactorem derelinquens in Ægyptum iterum redire contendebas? Responde.

Dicendum igitur quod idem es, nec immutatus es, qui tunc duri cordis et benefactori infensus, idem nimirum et nunc; tunc tentans Deum et dicens: « Estne in nobis Deus an non? » eadem et nunc in eum facis, quando propter nos homo factus est, cum deberes ei omnimode gratias agere ob hoc, eadem sane ratione qua solemus corporalium infirmitatum medico, præsertim quando ad ægrotum accedit assidue, neque ad suam ipsius dignitatem respiciens, naturæ morbi se aptat, et malos odores tolerat, ut infirmo sanitatem restituat. Quod si hæc ita se habent, quid adhuc de divinissima Trinitate dubitas, quid non veneraris nec Spiritui credis? Sed unum Deum tantummodo prædicat Scriptura. Quid plura? Mitte Isaiam, præteri Davidem et omnem aliam Scripturam, per quam omnis vitæ principium Trinitas magna utique voce prædicatur (20). Ingredere in tentorium Abrahami, atque attente scrutare et quinam sint qui conspiciendos se ei præbuerunt, et quot numero, et quæ qualiaque ad ipsos locutus sit patriarcha. Quemadmodum enim perfectam habenti notionem Abrahamo tan-

mus Deo, in adoptionem filiorum sumus vocati. Miram hanc in nos Dei indulgentiam apte Justinus exponit in sua ad Græcos cohortatione, ac de sacris Libris nobis ab Judæis traditis sic loquitur: Εἰ δέ τις φάσκοι τῶν προχείρως εἰθισμένων, μὴ ἡμῖν τὰς βίβλους ταύτας, ἀλλὰ Ἰουδαίοις προσήκειν, διὰ τὸ ἔτι καὶ νῦν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν σώζεσθαι, καὶ μάτην ἡμᾶς ἐκ τούτων φάσκειν τὴν θεοσέβειαν μεμαθηκέναι λέγοι, γνώτω ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς βίβλοις γεγραμμένων, ὅτι οὐκ αὐτ ἶς, ἀλλὰ ἡμῖν ἡ ἐκ τούτων διαφέρει διδασκαλία. Τὸ δὲ παρ' Ἰουδαίοις ἔτι καὶ νῦν τὰς τῇ ἡμετέρᾳ θεοσεβείᾳ διαφερούσας σώζεσθαι βίβλους θείας προνοίας ἔργον ὑπὲρ ἡμῶν γέγονεν. Ἵνα γὰρ μὴ ἐκ τῆς Ἐκκλησίας προκομίζοντες, πρόφασιν ῥᾳδιουργίας τοῖς βουλομένοις βλασφημεῖν ἡμᾶς παράσχωμεν, ἀπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς ταύτας ἀξιοῦμεν προκομίζεσθαι, ἵνα ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔτι παρ' αὐτοῖς σωζομένων βιβλίων, ὡς ἡμῖν τὰ πρὸς διδασκαλίαν ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν γραφέντα δίκαια σαφῶς καὶ φανερῶς προτήκει, φανῇ. Scilicet: « At si quis eorum qui temere contradicere consueverunt, nobis objiciat, non nostros hos esse, sed Judæorum libros, eo quod ad hoc usque tempus in synagogis eorum asserventur: et incassum nos jactare religionem ab eis hausisse dicat: is scire debet, ex rebus ipsis quæ in libros hosce sunt relatæ, non ad Judæos, verum ad nos Christianos doctrinam eorum pertinere. Nam quod etiam nunc apud Judæos religionis nostræ libri asservantur, divinæ id de nobis est providentiæ. Ne enim ex Ecclesia eos proferentes, occasionem, quasi suppositi a nobis aut corrupti sint, maledictis nos incessere volentibus præbeamus, ex illorum synagoga proferimus; ut ex ipsis hucusque apud eos conservatis libris ad nos nostramque doctrinam a sanctis viris edita jura liquido et manifesto pertinere appareat. » Eadem videre est penes Chrysostomum, Augustinum, Hieronymum aliosque innumeros, quos adeas si vacat.

(20) Antiquis illis Judæis divinam Trinitatem compertam fuisse, apertissime docent omnes Ecclesiæ Patres, præcipue Augustinus, lib. II, *De Trinit.* cap. 10, 11, 12; Epiphanius Salaminius

quam tres apparuerunt, et tanquam unus locuti sunt, sic et ille ad eos locutus est, « Declinate, dicens, Domine, ad me. » Quid hoc mirabilius? quid aptius ad parem in omnibus Trinitatem enuntiandam? Dicens enim *Declinate* pluraliter, differentiam personarum aperuit; singulariter vero enuntians *Domine*, unicam ipsarum naturam indicavit et dominationem. Quod si Deum unum esse dicis, reliquos vero angelos, mirum in modum insaniens et ridendus mihi videris omnino. Quando enim datum est servis cum domino sedere? Quando vero Deo se conspiciendum præbente duos tantum angelos ministrantes audivimus? Exinde igitur pari honore digna atque indivisa sancta Trinitas Abrahamo comperta est. Quid contra hæc dicis? Veluti canis iterum adversus veritatem latras dicens: Si in Trinitate Deus adoratur, curnam ab ipsis prophetis de hoc nihil nuntiatum est Israeli (21)? Audi tamen, sodes.

In Ægypto quondam Israeli maximum demorato tempus, et multiplicem Ægyptiorum numinum religionem edocto, non temere qui omnia ad utilitatem ordinat Deus, Trinitatis dogmata tacuit, ne prætextu pluralitatis deorum in Ægyptiorum errorem denuo prolaberetur: et hac de causa Trinitatis mysterium sapienter omnino et œconomice obumbravit. Si enim ab initio apertos ei sermones hac de re protulisset, vix cohiberi potuisset Israel ne resiliret, et ad veterem se referret perditionem. Si enim et nihil hujusmodi audiens, ipsius tamen unius Dei quotidie obliviscebatur, prosequebaturque omnino Ægyptiacam impietatem, quid non fecisset, si exemplo Trinitatis auditor factus esset? Illos eosdem sibi visum fuisset, propter multitudinem plurimos deos videre, qui in Ægypto colebantur.

διελέγοντο, οὕτω κἀκεῖνος ἐποιεῖτο πρὸς αὐτοὺς τὴν διάλεξιν, « Ἐκκλίνατε, λέγων, Κύριε, πρός με. » Τί τούτου παραδοξότερον; τί τῇ ὁμοτίμου Τριάδος ἐκφαντικώτερον; *Ἐκκλίνατε* μὲν οὖν πληθυντικῶς εἰπών, τὸ διάφορον τῶν προσώπων ἠνίξατο· *Κύριε* δ' αὖ ἑνικῶς, τὴν μίαν αὐτῶν ἐνέφηνε καὶ φύσιν καὶ κυριότητα. Εἰ δὲ Θεὸν μὲν εἶναι τὸν ἕνα λέγεις, ἀγγέλους δὲ τοὺς λοιποὺς, μέμηνας ἀτεχνῶς, καὶ γελοῖός μοι φαίνῃ παντάπασιν. Πότε γὰρ οἱ δοῦλοι τῷ δεσπότῃ καθίσαι ἠνέσχοντο; Πότε δ' αὖ Θεοῦ ὀπτανομένου δύο καὶ μόνους ἀγγέλους δορυφοροῦντας ἠκούσαμεν; Ἔκτοτε γοῦν ἡ ὁμότιμός τε καὶ σύνθρονος ἁγία Τριὰς τῷ Ἀβραὰμ ἐγνωρίζετο. Τί πρὸς ταῦτα φῄς; Ὡς κύων καὶ αὖθις κατὰ τῆς ἀληθείας λυττᾷς, Εἰ ἐν Τριάδι, λέγων, ὁ Θεὸς προσκυνεῖται, ἵνα τί μὴ παρὰ τούτων προφητῶν ἀριδήλως τὰ περὶ τούτου διεμηνύθη τῷ Ἰσραήλ; Καὶ ἄκουε.

Ἐν Αἰγύπτῳ πάλαι τὸν Ἰσραὴλ πλεῖστον διατρίψαντα χρόνον, καὶ τὴν πολύθεον τῶν Αἰγυπτίων μεμαθηκότα θρησκείαν, οὐκ ἀνάργως τὰ περὶ τῆς Τριάδος ὁ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομῶν Θεὸς ἐξεπαίδευσε δόγματα, ἵνα μὴ πρόφασιν πολυθείας λαβὼν, εἰς τὴν τῶν Αἰγυπτίων καὶ αὖθις ἐπαναζεύξειε πλάνην, ἐφ' ᾧ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον σοφῶς πάντη καὶ οἰκονομικῶς συνεσκίασεν. Εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τοὺς τελείους προσενήνοχε λόγους, πάντως ἂν ὁ δυσκάθεκτος ἀπεσκίρτησεν Ἰσραὴλ, καὶ πρὸς τὸν πρώην ἐπαλινδρόμησεν ὄλεθρον. Εἰ γὰρ καὶ τοιοῦτον ἀκούων οὐδὲν, αὐτοῦ μὲν τοῦ ἑνὸς ἐπελανθάνετο καθ' ὥραν Θεοῦ, ὁλοσχερῶς δὲ τῆς Αἰγυπτιακῆς ἀσεβείας ἐξήρητο, τί οὐκ ἂν ἐποίησεν, εἴγε παραχρῆμα κατήκοος τῆς Τριάδος ἐγένετο; Αὐτοὺς ἂν ἐκείνους ἐδόκει, διὰ τὸ πλῆθος, ὁρᾷν τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ προσκυνουμένους παμπόλλους θεούς.

lib. I, *Advers. hæres.*, et Cyrillus Alexandrinus non semel in libris, quos adversus Juliani calumnias conscripsit, quosque adire poterit qui adhuc dubitat. Audiendus vero præ cæteris Isidorus Pelusiota, qui ad Paulum quemdam scribens epistola 143, lib. II, contendit adeo notionem sanctæ Trinitatis in Scripturis luculentissime indicatam fuisse, ut quivis inter Judæos recte inspexerit, hanc doctrinam noverit, uti Philo, licet alioquin ingenti Judaicæ religionis zelo comprehensus. Βασανίζων γὰρ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Θεοῦ, Ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, ἠναγκάσθη ὑπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐξεβιάσθη, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον θεολογῆσαι. Τί γάρ; Εἰ καὶ δεύτερον τὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ, καὶ ἀριθμοῦ, καὶ χρόνων ὄντα ἀνώτερον καλεῖ, τῆς ἀκριβείας μὴ ἐφικνούμενος, ὅμως ἐνοιάν ἔσχε καὶ ἑτέρου προσώπου. Καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον τοῦτο ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ τὸ, Θεὸς καὶ Κύριος, ἑρμηνεῦσαι πειρώμενος, τῆς βασιλικωτάτης Τριάδος τὸ μὲν τῶν πάντη διαιρετῶν ἑνικώτερον, τῶν δὲ ὄντως μοναδικῶν ἀφθονώτερον. Καὶ οὕτως κατὰ κράτος εἶλεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, ὡς ἀναγκασθῆναι τοῦτο διαῤῥῆδην καὶ εἰπεῖν, καὶ ἐν συγγράμμασι καταλεῖψαι. Scilicet: « Illud enim quod a Deo dictum est perpendens (Philo), Ad imaginem Dei fecit hominem, a veritate ipsa compulsus atque adactus est, ut Dei quoque Verbi divinitatem asseveret. Quid enim? Etiam si eum, qui eamdem cum Patre æternitatem habet, ac tempore omni sublimior est, secundum vocat (quod exactam veritatis doctrinam minime assequeretur), tamen alterius quoque personæ notionem habuit. Neque id hoc duntaxat loco ipsi contigit, verum etiam cum illa verba, *Deus et Dominus*, exponere conatur, regiam Trinitatem hoc haberi dixit, ut et ea quæ omnino divisioni subjiciuntur, unitate ac singularitate superet, et ea quæ vere singularia sunt, copia vincat. Atque ita veritas animum subegit, ut id aperte et dicere et litterarum monumentis consignare sit coactus. » Vide etiam quæ hac de re memorat Joan. Lamius *De recta Christianorum in eo quod mysterium divinæ Trinitatis attinet sententia* non uno in loco.

(21) Multos Judæorum libros, quibus eorum res gestæ, decreta, opiniones continebantur, jam intercidisse, pluresque eorum qui ad nos usque pervenere, esse tantum ἐπιτομάς eorum quæ prolixiori narratione narrata fuerant, nec non permulta ab antiquis conscripta, dedita opera omissa fuisse et consulto in arcanis habita, post Isaac. Vossium et eruditos plerosque ostendit Lamius in opere de quo supra, lib. III, cap. 7, validissimis utique rationum momentis. Quod Judæi vero caste quidem atque integre eas de Divinitate et Trinitate notiones, quibus patriarchæ et prophetæ præditi fuere, noverint, sed parcius fortasse insinuarint, eo quia eorum natio ad insanum plu-

Ἔχω δέ σοι καὶ ἕτερον ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν. Ἐπειδὴ ὁ Χριστὸς ἄνθρωπον ἑαυτόν, οὐ μέντοι Θεὸν, ὡς σὺ μαρτυρεῖς, ἔλεγεν εἶναι, πῶς αὐτὸν ἐσταύρωσαν; Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο. Καὶ τίνος ἕνεκεν; Ὡς παρανομοῦντα καὶ τὰ Σάββατα λύοντα. Καὶ πῶς καὶ τίνα τρόπον; εἰπέ. Ὅτι τὸν παράλυτον ἐν Σαββάτῳ βαδίζειν ἐποίησεν· ὅτι τὴν συγκύπτουσαν ὤρθωσεν· ὅτι νεκρὸν τετραήμερον ἤγειρε. Καὶ ποία τούτων παρανομία; Ὁ τὸ κτῆνος ἀνάγων ἐκ βόθρου κατὰ τὸ Σάββατον παρανομεῖν οὐ λέγεται, καὶ ὁ νεκρὸν ὀδωδότα ζωώσας παρανομεῖ; Ὦ τῆς ἀδίκου κρίσεως, ὦ τῆς παραπληξίας ὑμῶν, ὅτι τὸ κτῆνος κρεῖσσον ἀνθρώπου παρ' ὑμῖν τοῖς κτήνεσι κρίνεται! Ἀλλὰ τί τοσοῦτον ἀντέχῃ τῆς τοῦ Σαββάτου τιμῆς, ὦ ἄθλιε σὺ καὶ ἀνόητε; Πάλαι ὁ Θεὸς ἐντειλάμενος τιμᾶσθαι τὸ Σάββατον, καὶ ἐν αὐτῷ μηδὲν ἡμᾶς ἐργάζεσθαι, παιδίον δὲ εἰ τύχοι ὀκταήμερον, λύειν τὸ Σάββατον, καὶ ἀκωλύτως αὐτὸ περιτέμνειν, σαφῶς ἐδήλωσεν, ὡς ἐλθούσης ὀψέ ποτε τῆς ὄντως ὀγδόης περιτομῆς, ἥτις ἐστὶν ἡ ἁγία Κυριακή, μετὰ γὰρ τὴν ἑβδόμην αὕτη, ἐφ' ᾧ καὶ ὀγδόη καλεῖται, ἡ τοῦ Σαββάτου τιμὴ καταλυθήσεται. Περιτομὴ δὲ λέγοιτ' ἂν καὶ μάλα εἰκότως· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ ἁμαρτία περιελύθη, καὶ ἡ τῶν δαιμόνων ὀφρὺς καθῃρέθη. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Πάλαι ὁ Θεὸς τὴν τοῦ Σαββάτου κατάλυσιν ᾐνίξατο μὲν καὶ διὰ τῆς ὀκταημέρου περιτομῆς, ὡς ἤδη φθάσαντες εἴπομεν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ διὰ τοῦ Ἱερεμίου ὕστερον, ἡνίκα διαθήσειν διαθήκην καινὴν ἐπηγγείλατο. Μὴ οὖν δυσχέραινε, μηδὲ καθ' ἡμῶν ἐριστικῶς διαμάχου, εἴγε πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ τοῦ Σαββάτου τιμὴ μετατίθεται· καινῆς γὰρ οὔσης τῆς διαθήκης, καινά τινα εἶναι ὀφείλουσι καὶ τὰ ταύτης θεσπίσματα. Κατὰν δὲ πάντως ἐκεῖνό

Præterea aliud est quod dicam. Quoniam Christus hominem se ipsum, non tamen Deum, ut fateris, dicebat esse, cur ipsum crucifixerunt? At non ob hoc; quanam igitur de causa? Utpote contra legem agentem et solventem Sabbata. At quomodo et qua ratione? Dic, quæso. Quia paralyticum Sabbato ire fecit, quia curvam erexit, quia mortuum quatriduanum excitavit. Sed in hisce quænam legis prævaricatio? Jumentum e fovea educens in Sabbatum prævaricari non dicitur, et contra legem peccat qui mortuum fœtentem ad vitam revocat? Heu quam injustum judicium, heu quænam vestræ mentis seductio, ut præstantius a vobis vere brutis jumentum judicetur quam homo! Sed quid ita mordicus Sabbati honorem tueris, o miser et insane? Antiquitus mandans Deus honorari Sabbatum, nullumque in eo a nobis opus patrari, si tamen octavus ab ortu pueri fuerit dies, solvere Sabbatum, et consequenter ipsum circumcidere, manifeste ostendit, quod adveniente sub vespere octavæ diei circumcisione, quæ quodammodo est sancta Dominica, ipsa enim post septimam, ex quo et octava vocatur, Sabbati honor dissolvetur. Circumcisio vero merito sane dicitur; in ipsa enim ex mortuis Dominus noster Jesus Christus cum resurrexisset, et peccatum sublatum fuit, et dæmonum superbus fastus contritus est. Verum quid plura? Olim Deus Sabbati solutionem innuit per circumcisionem octava die faciendam (22), ut jam superius diximus, æque ac per Jeremiam postea, cum nuntiavit novum fœdus constituendum. Ne graveris igitur, neque contra nos eristice pugnes, si una cum aliis Sabbati etiam honor immutetur; novo enim constituto fœdere, novæ etiam quædam constitutiones ejus esse debent. Novum vero prorsus illud

rium deorum cultum prona esset, unde illos jure optimo Clemens Alexandrinus εἰδωλομανεῖς appellat, Græci propemodum omnes Patres sensere, uti et noster Glycas. Theodoretus Sermone II *Therapeutices* id præclare monet dicens: Ὁ πάνσοφος Κύριος οὐκ ἀργῶς ἅπαντα τὰ περὶ τῆς Τριάδος ἐξεπαίδευσε δόγματα, ἵνα μὴ πρόφασιν πολυθεΐας λάβωσιν εἰς τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἐπιῤῥέποντες πλάνην. Videlicet: « Sapientissimus Deus non utique illis aperte omnia Trinitatis mysteria tradidit, ne multitudinis deorum occasionem sumerent, ad errorem Ægyptiorum proni. » Isidorus vero Pelusiota in superius citata epistola rem enucleatius expendens ait: Εἰ δέ τις φαίη, Διὰ τί γὰρ μὴ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην ἐξ ἀρχῆς ταῦτα κεκήρυκται; φαίην ὅτι μὲν μάλιστα τοῖς συνετῶς ἀκούουσι λαμπρά ἐστιν αὕτη καὶ ἀπόδειξις καὶ διδασκαλία, ὡς καὶ τῷ σοφῷ ἔδοξε Φίλωνι. Εἰ δὲ καὶ συνεσκιασμένως ἐῤῥέθη, ἐκεῖνο λογίζεσθαι χρὴ, ὅτι Ἰουδαίοις τοῖς εἰς πολυθεΐαν ῥέπουσι νομοθετῶν οὐκ ἐδοκίμασε διαφορὰν προσώπων εἰσαγαγεῖν, ἵνα καὶ μὴ διάφορον φύσιν ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν εἶναι δογματίσαντες εἰς εἰδωλολατρείαν ἐκκλισθῶσιν· ἀλλὰ τὸ τῆς μοναρχίας ἐξ ἀρχῆς μαθόντες μάθημα, κατὰ μικρὸν τὸ τῶν ὑποστάσεων ἀναδιδαχθῶσι δόγμα, τὸ πάλιν εἰς ἑνότητα φύσεως ἀνατρέχον. Hoc est: « Quod si quis quærat quidnam causæ sit, quamobrem non aperte et dilucidis verbis hæc a principio prædicata fuerint, hoc illi responderim: primum quidem ac maxime, iis qui

prudenter et acute audiunt, claram et apertam esse hanc demonstrationem atque doctrinam, quemadmodum etiam erudito viro Philoni visa est. Atque ut etiam demus obscure et adumbrate traditam fuisse, illud animadvertendum erit, quod quoniam Judæis, qui ad plurium deorum cultum propendebant, leges præscribebat, personarum discrimen esse minime dixit, ne ipsi diversam quoque in personis naturam esse profitentes in idolorum cultum laberentur; verum de unius principatus atque imperii dogmate prius eruditi, personarum doctrinam paulatim addiscerent. » Id quod de vili Judæorum plebe, sequioribusque temporibus, non de sanctis vetustisque ipsorum prophetis intelligendum est.

(22) Eodem prorsus argumento ad Judæorum perfidiam coercendam, qui in circumcisione et Sabbati religione tantummodo gloriantur, usi sunt quotquot ex Patribus pro Christianæ fidei veritate pugnarunt. Præ cæteris tamen videndus martyr Justinus in dialogo, in quo Tryphonem exagitat, ubi latiori quidem oratione quam noster Glycas ostendit, quod Deus nunquam jussisset die octavo recens genitos circumcidi, sacerdotesque oblationes offerre die Sabbati, si hujusce dici religio adeo servanda esset, uti minores carne, crassiores vero corde, et spiritu incircumcisi contendunt. Vide etiam ejusdem Responsionem ad quæstionem 27 ad orthodoxos, in qua pene similia legere est.

est, quod nunc proponitur, non illud quod cum præterito idem et est et apparet. Hoc jam patefaciens Dominus dixit: « Feriam sane fœdus novum, non quale sancivi cum patribus vestris, educens ipsos ex Ægypto. » Si itaque hæc ita se habent, et Sabbati solutionem par est videre, et circumcisionis immutationem, nec non et multarum aliarum legalium constitutionum. Si enim Mosaica illa et antiqua instituta ut semper perseverarent futurum erat, et usque ad finem firma haberentur, non dixisset per Jeremiam recessura antiqua, et pro illis nova surroganda. Quodnam vero hoc novum fœdus sit, et in quo loco sancitum, Isaias te docebit dicens: « Ex Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem. » Vide tamen Dei sapientiam. Tuam enim contumaciam prævidens et incredulitatem, per hunc quidem prophetam novum fœdus sanciendum ostendit, per illum vero ipsum quoque indicavit locum, in quo debebat hujusmodi legis constitutio firmari. Cæterum frustra adhæres Sabbati honori, frustra circumcisionem retines; fœdus enim novum præstans Deus, hæc omnia abolevit.

Cæterum data etiam pro signo circumcisione, quid tamen insolescis super ipsa? Quomodo vero in nos non circumcisos insurgis? Tu carne circumcidi cogeris; ego autem circumcidor corde, ne maligna cogitem. Quod vero placita Deo sit hujusmodi circumcisio, audi quid dicat arguens Israelem per Jeremiam: « Omnes gentes incircumcisæ sunt carne, domus vero Israel incircumcisa est corde; » non enim ipsa circumcisio præputii valet justificare. Ad patriarcham Abraham te refer, et vide ipsum fide tantum, non jam circumcisione justificatum: « Abraham enim credidit Deo, et reputatum est ei ad justitiam. » Denique circumcisio lege constituta fuit indicii gratia, ut per hanc scilicet dignoscerentur fideles tum cum inter gentes versarentur, et universorum Deum in memoriam revocarent. In fidem igitur dictorum ipsa te opera deducant. Quando Israel in eremo solus per quadraginta annos processit, minime alteri genti commistus, necessaria non erat circumcisio; qua de re incircumcisi inventi sunt qui geniti fuerunt in eremo; postquam autem Jesu nave per Jordanem ipsos traduxit, divino mandato circumcisi sunt. « Fac enim, dixit Deus, lapideos gladios, et circumcide filios Israel. » Quanam de causa hoc, et propter quid? Quia post transitum Jordanis futurum erat ut commiscerentur cum variis gentibus. Si igitur circumcisio perficit et sanctificat circumcisum, qua de causa in eremo non sunt circumcisi? Quia tunc non erat necessaria circumcisio Israeli, qui, ut diximus, solus erat, et penes se commorabatur. Exinde ergo discas, quod signum erat tantum circumcisio separans Israelem a nationibus inter quas versabatur; atque hoc aperiens Dominus dixit: « Circumcidetur vobis omne masculum, et erit in signum fœderis inter me et vos. » Ne jactes igitur

ἐστι, τὸ νῦν προτιθέμενον, καὶ μὴ ταυτὸν τῷ παρεληλυθότι καὶ ὃν καὶ φαινόμενον. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Διαθήσομαι διαθήκην καινήν, οὐχ οἵαν διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἐξάγων αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ Σαββάτου κατάλυσιν εἰκὸς ἐστιν ἰδεῖν, καὶ περιτομῆς ἀλλαγήν, καὶ πολλῶν ἑτέρων νομικῶν διατάξεων. Εἰ γὰρ τὰ Μωσαϊκὰ ἐκεῖνα καὶ παλαιὰ διατάγματα ἐς ἀεὶ παραμένειν ἔμελλε, καὶ μέχρι τέλους τὸ πάγιον ἔχειν, οὐκ ἂν ἔλεγε διὰ τοῦ Ἱερεμίου, παρελθεῖν μὲν τὰ παλαιὰ, ἕτερα δὲ ἀντὶ τούτων καινὰ εἰσελθεῖν. Τίς δὲ ἡ καινὴ αὕτη διαθήκη, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ δίδοται, ὁ Ἡσαΐας διδάξει σε λέγων· « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ. » Ἀλλ' ὅρα σοφίαν Θεοῦ. Τὴν γὰρ σὴν προειδὼς ἀνηκοΐαν καὶ ἀπιστίαν, καὶ διὰ τοῦδε μὲν τοῦ προφήτου περὶ τῆς καινῆς ὑπεσημαίνετο διαθήκης, δι' ἐκείνου δὲ καὶ αὐτὸν ἐδήλωσε τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη ἔμελλε δοθῆναι νομοθεσία. Μάτην λοιπὸν ἀντέχῃ τῆς τοῦ Σαββάτου τιμῆς, μάτην ἐξέχῃ τῆς περιτομῆς· διαθήκην γὰρ ὁ Θεὸς καινὴν παρασχών, ταῦτα πάντα κατήργησεν.

Ἄλλως τε σημείου ἕνεκεν δοθείσης τῇ περιτομῇ, τί μέγα φυσᾷς ἐπ' αὐτῇ; Πῶς δὲ καὶ ἡμῶν κατεπαίρῃ τῶν ἀπεριτμήτων; Σὺ περιτέμνεσθαι καταναγκάζῃ σαρκὶ, ἐγὼ δὲ τῇ καρδίᾳ περιτέμνομαι, ἵνα μὴ πονηρὰ λογίζωμαι. Ὅτι δὲ καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστος ἡ τοιαύτη περιτομὴ, ἄκουε τί φησι κατηγορῶν τοῦ Ἰσραὴλ διὰ Ἱερεμίου· « Πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα σαρκὶ, ὁ δὲ οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος καρδίαις αὐτῶν· » μὴ γὰρ ἡ τῆς ἀκροβυστίας περιτομὴ δικαιοῦν δύναται. Ἐπὶ τὸν πατριάρχην ἀνέλθε Ἀβραὰμ, καὶ ἴδε αὐτὸν πίστει μόνως, μὴ μέντοι γε περιτομῇ δικαιούμενον· Ἀβραὰμ γὰρ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Γνωρίσματος χάριν ὕστερον ἡ περιτομὴ νενομοθέτηται, ὥστε δι' αὐτῆς χαρακτηρίζεσθαι τοὺς πιστοὺς, ὁπηνίκα τ.λ; ἔθνεσι συναναστρέφοιντο, καὶ εἰς μνήμην ἀνάγεσθαι τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. Εἰς πίστιν οὖν τῶν λεγομένων αὐτά σε παραγέτω τὰ πράγματα. Ὅτε Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη μόνος καθ' ἑαυτὸν διέτριβεν, ἑτέρῳ ἔθνει μὴ συναναμιγνύμενος, οὐκ ἦν ἀναγκαία ἡ περιτομή· ἐφ' ᾧ καὶ ἀπερίτμητοι ἐτύγχανον οἱ γεννηθέντες κατὰ τὴν ἔρημον. Ἡνίκα δὲ ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς τὸν Ἰορδάνην αὐτοὺς διεβίβαζε, κελεύσει θείᾳ περιετμήθησαν. « Ποίησον γὰρ, φησὶν ὁ Θεὸς, μαχαίρας πετρίνας, καὶ περίτεμε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. » Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Ὅτι μετὰ τὸν Ἰορδάνην ἀναμεμίχθαι διαφόροις ἔθνεσιν ἔμελλον. Εἰ τοίνυν ἡ περιτομὴ τελειοῖ καὶ ἁγιάζει τὸν περιτεμνόμενον, διὰ τί μὴ κατὰ τὴν ἔρημον περιετέμνοντο; Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀναγκαία τηνικαῦτα ἡ περιτομὴ τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς εἴπομεν, μόνου καὶ καθ' ἑαυτὸν διατρίβοντος. Ἐντεῦθεν οὖν μάνθανε, ὅτι σημεῖον μόνον ἦν ἡ περιτομὴ, ἀφορίζον τὸν Ἰσραὴλ ἐκ τῶν ἐθνῶν οἷς ἐωρᾶτο συναναστρεφόμενος. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Κύριος ἔλεγε· « Πε-

ριτμηθήσεται ὑμῶν πᾶν ἀρσενικὸν, καὶ ἔσται εἰς σημεῖον διαθήκης ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. » Μὴ τοίνυν τῇ σαρκικῇ μεγαλαύχει περιτομῇ, μηδὲ κατεπαίρου τῶν ἀπεριτμήτων ἡμῶν, καὶ ταῦτα διαθήκης καινῆς, ὡς εἴπομεν, δοθείσης ἡμῖν πολλῷ τῆς πρώην ὑψηλοτέρας καὶ μείζονος.

A carnalem circumcisionem, neque te efferas contra nos incircumcisos, itemque contra novum fœdus, ut dictum, est, nobiscum sancitum, antiquo sane sublimius et melius.

Τὰ αὐτὰ τούτοις ἔστιν εἰπεῖν καὶ ἐν αὐταῖς ζωθυσίαις, αἷς ἀπερισκέπτως κεχρήμεθα. Ἡ γὰρ καινὴ ἐλθοῦσα νομοθεσία τὰς τοῦ νόμου παρατηρήσεις κατήργησε τέλεον, τότε δὴ τότε διὰ τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς εἴπομεν, δοθείσας ἀσθένειαν. Ἵνα γὰρ τῆς Αἰγυπτιακῆς ἀσεβείας παντάπασιν ἐπιλάθωνται, νόμους τε τοιούτους ἔθετο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ζῶα πάντα διεῖλεν εἰς καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα, ἐφ' ᾧ σφάττεσθαι μὲν ἐκέλευσε παρ' αὐτοῖς ὁπόσα κατ' Αἴγυπτον ἐν τάξει θεῶν ἐνομίζετο, ἐκείνων δ' αὖ ὡς ἀκαθάρτων μὴ ἅπτεσθαι, ὅσαπερ εἰς τροφὴν ἐκεῖσε τῷ Ἰσραὴλ ἐχρημάτιζεν. Εἰ δὲ ἀκαθάρτους ἡμᾶς ἐπικαλεῖς, ὡς μὴ κατὰ νόμον δῆθεν ἐσθίοντας τὸν χοῖρον, τὸν λαγῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀνάγκη σοι πᾶσα καὶ τὸν ἐν προφήταις μέγιστον Ἠλίαν τοῖς αὐτοῖς καθυποβάλλειν ἐγκλήμασιν. Ἐπορεύθη γὰρ εἰς ἀλλόφυλον, τραπέζης παρὰ ταύτην μετέσχηκεν, ἐν τῷ Καρμήλῳ θυσιαστήριον ἤνεγκεν ἐν Σαββάτοις, μακραῖς ὁδοιπορίαις κατέτρυχεν, ἐξ ἀκαθάρτου ζώου τοῦ κόρακος τὸν ἄρτον δεχόμενος ἤσθιεν. Ὅπως δὲ ταῦτα συνέβαινε, καὶ διὰτί; Ἵνα μάθῃς ὅτι πρὸ τῆς χάριτος ἡ παλαιὰ τὰ τοῦ νόμου ἀνέτρεπεν. Εἰ γὰρ ἀκάθαρτος ἦν ὁ κόραξ, πῶς ἐξ αὐτοῦ τὴν βρῶσιν ὁ τοσοῦτος, Ἠλίας ἐδέχετο; Πῶς δὲ καὶ ὁ Σαμψὼν Ναζηραῖος ὢν, καὶ ὑπὸ νόμον τελῶν τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος ἔφαγεν, ὅπερ ἐν νεκρῷ λέοντι ἐξύφαναν μέλιτται; Πῶς δὲ καὶ διψῶντα τοῦτον διὰ τῆς ἀκαθάρτου καὶ μιαιφόνου σιαγόνος παρεμυθήσατο ὁ Θεός; Ἐὰν ὁ κόραξ, ὁ νεκρὸς λέων, καὶ ἡ σιαγὼν τῆς ὄνου ἀκάθαρτα, πῶς διὰ τῶν τοιούτων ὁ Θεὸς τοὺς αὐτοῦ θεραπόντας ἐθεράπευσε; Πῶς αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ νομοθέτης ἀνέτρεπεν; Οὐκοῦν. Εἰ ὁ λαγὼς, ὁ χοῖρος ἀκάθαρτοι, πῶς κοινὴν ἀρχῆθεν τὴν εὐφημίαν ἐδέξαντο; « Εἶδε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς αὐτὰ, καὶ εἶπεν ὅτι καλά. » Εἰ οὖν καλὸς ὁ λαγὼς, ὡς κτίσμα Θεοῦ, καὶ καλὸς λίαν, ὡσαύτως καὶ ὕστερον. Φαίνεται οὖν ἐκ πολλῶν, ὅτι τοῦ Ἰσραὴλ εἰς κακίαν ὀξύρροπον διορθούμενος ὁ Θεὸς τοιούτους νόμους ἔθετο, καὶ τοιαῖσδε θεραπείαις ἐχρήσατο. Εἰ γὰρ καὶ κνίσσαις ὁ Θεὸς ἔχαιρε, καὶ θυσίας ἐδέχετο, οὐκ ἂν ἔλεγε διὰ τοῦ Ἡσαΐου· « Τίς ταῦτα ἐξεζήτησεν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ; » Εἰ δὲ καὶ μουσικοῖς ὀργάνοις ἐτέρπετο, οὐκ ἂν ἔλεγεν ὕστερον· « Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχους ᾠδῶν του. » Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰ μὴ σὺ ἐπατέθης τῷ Ἀπρὼν θεοὺς ἐκζητῶν, εἰ μὴ χοροὺς περὶ τὸν μό-

Eadem his dicenda sunt et de ipsis animantium sacrificiis, quæ indifferenter mutuati sumus. Nova enim adveniens legislatio eas legis observationes prorsus abolevit, quæ tunc propter Israelis infirmitatem, ut diximus, datæ fuerant. Ut enim ab impietate Ægyptiaca omnino coercerentur, et leges hujusmodi constituit Deus, et animantia omnia distinxit in munda et immunda (23), ex quo occidi quidem jussit ab ipsis quotquot per Ægyptum in ordine deorum reputabantur, eaque rursus tanquam immunda non tangi, quæ ibi in cibum constituta erant Israeli. Quod si immundos nos vocas, quia scilicet contra legem edimus porcum, leporem et cætera hujusmodi, omnino necesse est te etiam maximum inter prophetas Eliam ipsis subjicere criminibus; se enim contulit ad alienigenam, ex ipsius mensa particeps factus est, in Carmelo altare erexit in Sabbatis, longa itinera arripuit, ex immundo animali corvo acceptum panem comedit. Quomodo vero hæc facta sunt, et qua de causa? Ut discas quod ante gratiam antiquum fœdus quæ leges erant destruxit. Si enim corvus immundus fuisset, quomodo ab ipso tantus vir Elias cibum accepisset? Quomodo vero Sampson, qui Nazaræus erat (24), et perfectioni legis subjectus, favum mellis comedisset, quem in mortuo leone confecerunt apes? Quomodo fuisset ipsum sitientem per immundam et sanguine scatentem maxillam solatus Deus? Si porcus, leo mortuus, et maxilla asinæ, immunda fuissent, quomodo per hæc servos suos Deus curavisset? Numquid legislator ipse quæ constituerat evertit? Non utique. Si lepus et porcus essent immundi, quomodo communem jam ab initio appellationem bonam accepissent? « Vidit enim, inquit, Deus ipsa, et dixit quoniam bona. » Si igitur bonus erat lepus eo quia opus Dei, et valde bonus, eodem modo erit et postea. Ex multis igitur compertum est, quod Israelis in malum proclivitatem emendaturus Deus ejusmodi leges constituit, et ejusmodi curationes adhibuit. Si enim Deo et carnium nidor jucundus, et sacrificia grata fuissent, non dixisset per Isaiam : « Quis exquisivit hæc de manibus vestris? Si musicis etiam organis delectatus esset, non dixisset postea : « Amove a me sonitus cantationum tuarum. » Atque ut inge-

(23) Cuivis arridet animantium mundorum et immundorum enumeratio, Leviticum excurrat cap. II et seq., necnon Deuteronomium cap. XIV. Multa sane in hoc somniarunt Rhabbini, qui pene sibi plaudentes, quasi ipsorum tantum sit omnia legis ad trutinam revocare, in multis hallucinantur, suisque fucum faciunt. Vide hac in re Seldenum et Menochium *De republica Hebræorum*. Si quis vero causam exquirere voluerit discriminis hujusce a Deo constituti, non aberraverit forte, si Judæorum valetudini Deum maxime prospexisse dixerit; innumeris enim argumentis id potest ostendi.

(24) Nazaræi, qui juxta Hebraicæ vocis etymon idem sonant ac *separati*, ii dicebantur qui peculiari quodam voto et sanctimoniæ professione Deo inserviebant. Qui plura cupit, adeat præ cæteris Menochium lib. III, *De rep. Hebr.* cap. 13; Lamy, *Apparatum Biblicum*, et Calmetium in Dissertationibus.

nue dicam, ni tu exquirens deos vim intulisses Aaroni, ni choros instituisses circa vitulum : « Sedit enim, inquit, populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere ; » non utique Deus litationibus te operam dare ac musicis organis jussisset. Effervescentem etenim morbum peritissimus noscens medicus, non statim violentis utitur medicamentis, non sectionibus vim morbi coercet, sed leniter potius ac placide mali circumstantias expendit, ne diuturnior infirmitas fiat, et medicorum artibus intractabilis; data autem opportunitate tandem molliora et lenia relinquens cauterio utitur, et exinde sanitatem opportune restituit. Verum quid plura? Cum ipse per Jeremiam dixisset : « Feriam novum fœdus, » legis observationes prorsus abolevit, quas antiquitus in tui gratiam permiserat. Ita igitur te, qui tunc carnalis eras, carnali, ut diximus, munivit signo, scilicet circumcisione. Ne igitur nos, quippe incircumcisos, vocites immundos : incircumcisi quidem sumus, sed justificati ex fide, tanquam Abraham, apud ipsum Christum, et in tuto vivimus et vivemus; immorigerum vero genus vestrum, et habenarum de more impatiens, et deletum omnino est, juxta Mosis prædictionem, et penitus succubuit interitui. « Suscitabit enim, ait, Dominus Deus vester prophetam ex fratribus vestris, ut me, et quævis anima non exaudierit ipsum, delebitur. » Neque mihi dicas in Jesu Nave hanc prophetiam adimpletam esse; hic enim neque hujusmodi Dei apparitione dignus habitus est, neque factus est legislator ut ille, neque gratiam qualem dignatus Dei visione Moses invenit.

Cæterum ex tunc prænuntiabatur meus Jesus Salvator mundi, Christus vere et Dominus. « Suscitabit Dominus Deus vobis prophetam ex fratribus vestris, ut me, » scilicet mihi per omnia similem. Quemadmodum enim ego propter infanticidam Pharaonem ab ipsis incunabulis in palustrem locum projectus fui, ita et ille propter infanticidam Herodem in Ægyptum fugiet. Hoc autem et Isaias jam ante vaticinatus est dicens : « Ecce Dominus descendet super nubem levem, et veniet in Ægyptum, et commovebuntur simulacra Ægypti. » Si igitur aliquis e medio Ægypti idola sublaturus erat, atque ut illic uni ac soli Deo cultus haberetur, disposiurus, vel invito adventum mei Christi admitte; hic enim vere contigit, neque est quod hisce contradici possit.

Hoc ipsum apertius patefaciens dixit : « In die illa erit altare Domino in regione Ægyptiorum, et timebunt Dominum Ægyptii. » Quemadmodum enim ego Ægyptium arena maris obrutum de medio sustuli, sic et ille malorum spirituum legionem in profundo maris una cum ipsis porcis abscondet. Et merito sane; ubi enim obscena vita, ibi utique et dæmones. « Ut me. » Quemadmodum ego rixantes Israelitas concilians, gravis et fastuosus unicuique apparui, ac propterea in Æthiopiam abii fugiens, ibique populum duxi alienige-

σχον ἔστησας, « Ἐκάθισε γὰρ, φησὶν, ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν· » οὐκ ἂν ὁ Θεὸς θυσίαις ἐνασχολεῖσθαί σε καὶ μουσικοῖς ὀργάνοις ἐκέλευσε. Φλεγμαίνουσαν γὰρ τὴν κακίαν ὁ πάνσοφος ἰδὼν ἰατρὸς, οὐ δριμέσιν αὐτίκα χρᾶται φαρμάκοις, οὐ τομαῖς· ἀναστέλλει τὴν τοῦ πάθους φοράν, ἠπίως δὲ μᾶλλον καὶ ἱλαρῶς τὰ τῆς νόσου μετέρχεται, ἵνα μὴ τὸ πάθος κακόηθες γένηται, καὶ τέχναις ἰατρῶν ἀκατέργαστον· καιροῦ δὲ καὶ οὗντος ὀψέ ποτε, καὶ στύφων μάλαγμα ἤνεγκε, καὶ καυστῆρ ἐχρήσατο, κἀντεῦθεν εὐκαίρως τὴν θεραπείαν χαρίζεται. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Διὰ τοῦ Ἱερεμίου εἰπών· « Διαθήσομαι διαθήκην καινὴν, » τὰς τοῦ νόμου τέλεον παρατηρήσεις κατήργησεν, ἃς ἀρχῆθεν διά σε συνεχώρησεν. Οὕτω μὲν οὖν καὶ σάρκινον ὄντα σε τηνικαῦτα, σαρκικῷ σημείῳ τῇ περιτομῇ, καθάπερ εἴπομεν, ἠσφαλίζετο. Μὴ οὖν ἀκαθάρτους ἡμᾶς, ὡς ἀπεριτμήτους, ὀνόμαζε. Ἀκρόβυστοι μὲν οὖν ἐσμεν, ἀλλ' ἐκ πίστεως κατὰ τὸν Ἀβραὰμ δικαιούμενοι, παρ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ καὶ ζῶμεν ἀσφαλῶς καὶ ζησόμεθα. Τὸ δὲ παρήκοον γένος ὑμῶν ἀφηνίαστον κατὰ τὸ σύνηθες, ἐξωλοθρεύθη τε παντάπασι, κατὰ τὴν τοῦ Μωσέως ἀπόφασιν, καὶ ἀφανισμῷ ὑπέπεσε παντελῶς. « Ἀναστήσει γὰρ, φησὶν, Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμὲ, καὶ ἔσται, πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται αὐτοῦ, ἐξολοθρευθήσεται. Καὶ μή μοι λέγε διὰ τὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν τὴν προφητείαν ταύτην ἐξενεχθῆναι· ἐκεῖνος γὰρ οὔτε τοιαύτης οἷας ὁ Μωϋσῆς ἠξιώθη θεοφανείας, οὔτε νομοθέτης, ὡς ἐκεῖνος, ἐγένετο, οὔτε χάριν εὗρεν ὅσην ὁ θεόπτης Μωϋσῆς.

Ἔκτοτε λοιπὸν ὁ ἐμὸς ἐμηνύετο Ἰησοῦς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ Χριστὸς ὄντως καὶ Κύριος. « Ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῖν προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· » τουτέστιν ἴσον ἐμοὶ κατὰ πάντα. Ὥσπερ γὰρ ἐγὼ διὰ τὸν βρεφοκτόνον Φαραὼ ἐκ σπαργάνων αὐτῶν εἰς τὸ ἕλος ἐρρίφην, οὕτω κἀκεῖνος διὰ τὸν βρεφοκτόνον Ἡρῴδην εἰς Αἴγυπτον φεύξεται. Τοῦτο δὲ καὶ Ἡσαΐας προηγόρευσεν εἰπών· Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσονται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. » Ἤγουν εἴπερ τις ὁ ποιήσας ἐκ μέσου μὲν τὰ τῆς Αἰγύπτου εἴδωλα. ἑνὶ δὲ καὶ μόνῳ Θεῷ τὴν λατρείαν ἐκεῖσε προστάγεσθαι παρασκευάσας ᾖ. καὶ ἄκων τὴν τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ παρουσίαν κατάδεξαι· γέγονε γὰρ ἀληθῶς αὕτη, καὶ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τούτοις ἀντίρρησις.

Καὶ τοῦτο δηλῶν σαφέστερον ἔλεγεν· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγυπτίων, καὶ φοβηθήσονται τὸν Κύριον οἱ Αἰγύπτιοι. » Ὥσπερ γὰρ τὸν Αἰγύπτιον ἀνεῖλον ἐγὼ, καὶ παρὰ τῇ ψάμμῳ τῆς θαλάσσης κατέχωσα, οὕτω κἀκεῖνος τῶν πονηρῶν πνευμάτων λεγεῶνα τῷ τῆς θαλάττης βυθῷ σὺν αὐτοῖς κατακρύψει τοῖς χοίροις. Καὶ εἰκότως· ὅπου γὰρ χοιρώδης βίος, ἐκεῖ πάντως καὶ δαίμονες. « Ὡς ἐμέ. » Ὥσπερ ἐγὼ μαχομένους καταλλάσσων Ἰσραηλίτας βαρὺς ἔδοξα πάντη καὶ φορτικὸς, ἐφ' ᾧ καὶ εἰς Αἰθιοπίαν

ἀπῆλθον ἀποδιῤράσκων, κἀκεῖσε ἠγαγόμην ἀλλόφυλον, οὕτω κἀκεῖνος τῶν ὁμοφύλων ἀποπεμφθεὶς, πρὸς ἀλλογενήματα βήσεται, τὴν ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ ἐκκλησίαν. « Ὡς ἐμέ. » Ὥσπερ ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεστάλην ἐπὶ τὸν λαὸν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελέσθαι, οὕτω κἀκεῖνος παρὰ τοῦ οἰκείου Πατρὸς, ἵνα τὸν κόσμον ἐξέλῃ τῆς κατεχούσης αὐτὸν ζοφερᾶς πλάνης καὶ ἁμαρτίας. « Ὡς ἐμέ. » Ὥσπερ ἐγὼ διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐκτάσεως ἐτροπωσάμην τὸν Ἀμαλήκ, οὕτω κἀκεῖνος τὰς χεῖρας ἐκτείνας ἐπὶ σταυροῦ τὸν νοητὸν τροπώσει τὸν Ἀμαλήκ. « Ὡς ἐμέ. » Ὥσπερ γὰρ ἐγὼ, ἵνα μὴ λέγω τὰ καθ' ἕκαστον, νομοθέτης λαοῦ καὶ ἄρχων κεχειροτόνημαι, οὕτω κἀκεῖνος νομοθέτης νέος ὀφθήσεται, « Καὶ ἔσται, πᾶσα ψυχὴ ἥτις οὐκ εἰσακούσεται αὐτοῦ, ἐξολοθρευθήσεται. »

A nam, ita et ille a contribulibus rejectus, ad aliam gentem descendet, ad cœtum scilicet ex gentibus coalitum. « Ut me. » Quemadmodum ego a Deo missus sum ut populum ab Ægypto vindicarem, sic et ille ab ejusdem naturæ Patre mittetur, ut mundum eruat a caliginoso quo detinetur errore et peccato. « Ut me. » Quemadmodum enim ego elevatione manuum fugæ dedi Amalec, sic et ille manus extendens in cruce spiritualem Amalec subvertet. « Ut me. » Quemadmodum enim ego, ne quævis sigillatim percurram, legislator populi et dux designatus fui, ita et ille novus legislator apparebit, « Et omnis anima quæ ipsum non audierit, disperdetur. »

Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Σὺ δ' ἔτι ἀντιπίπτεις ἐπὶ τῇ ἀληθείᾳ, ταῖς παραγραφαῖς σου θαῤῥεῖς, ἐπὶ τὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν ταύτην ἐπανάγῃ τὴν προφητείαν. Δέχομαι τὴν παραγραφήν σου. Ποῦ δὲ θήσομεν τὸ τοῦ Ἡσαΐου, τρισάθλιε σὺ καὶ ταλαίπωρε; Ἆρ' ἰσχύσεις καὶ τὴν αὐτοῦ προφητείαν ἐκκρούσασθαι; Πάντως οὐχί. Λέγει γὰρ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ ὁ Θεός· « Ὑμᾶς μὲν ἀνελῶ τῇ μαχαίρᾳ μου, τοῖς δὲ δουλεύουσί μοι ἐπικληθήσεται ὄνομα τὸ καινόν. » Τί λέγεις; Ἀνεῖλεν ὑμᾶς, ἢ οὐχί; Δουλεύουσιν ἕτεροι τῷ Θεῷ, ἢ οὔ; Κἂν σὺ μὴ ὁμολογεῖς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ καινὸν ὄνομα τρανότερον σάλπιγγος βοᾷ, καὶ διαμαρτύρεται. Ἤ γοῦν καινὸν δεῖξον ἕτερον ὄνομα, ἢ τὸ τῶν Χριστιανῶν καὶ ἄκων κατάδεξαι. Τοῦ γὰρ ἐπωνύμου τούτου καινότερον οὐχ εὕροι τις ἄν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἵνα τί καὶ εἰσέτι ματαιάζεις; Ἵνα τί καιροσκοπεῖς ἐπὶ κενοῖς, καὶ αὐτὸν ἐκδέχῃ τὸν ἠλειμμένον, μηδὲ τοῦτο, κἂν ἐννοῆσαι δυνηθῇς, τίς τε ὁ ἠλειμμένος ἐστὶ, καὶ πόθεν αὐτῷ συσταίη τὰ τῆς γενέσεως. Ἀλλὰ ψιλὸς ἄνθρωπος; Καὶ μὴν οἱ προφῆται τῷ ἐρχομένῳ σημεῖα θεότητος προστιθέασιν. Ἀλλὰ θεάνθρωπος; Καὶ τί χρὴ καὶ λέγειν; Ἰδοὺ γὰρ ἕτερον θεότητος πρόσωπον λανθάνων ὁμολογεῖς· μὴ γὰρ τὸν πατέρα ἔχεις εἰπεῖν, καὶ ταῦτα τοῦ προφήτου λέγοντος· « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν. » Ὀψέ ποτε τὸν τοῦ γράμματος βότρυν ἐκθλίψαντες, πίετε οἶνον ἀνθρώπου καρδίαν εὐφραίνοντα.

B Et hæc quidem ita se habent. Tu vero adhuc obniteris contra veritatem, in commentariis tuis confidis, et ad Jesum Nave transfers hanc prophetiam. Commentarium tuum non renuo; sed quomodo illud Isaiæ explicabimus, o miserrime et ærumnose? Poterisne et hanc ejus prophetiam repellere? Nullo modo certe. Ait enim Deus per ipsum ad Israel: « Auferam quidem vos robore gladii mei, et qui famulatur mihi, nomine novo compellabitur. » Dic, sodes, sustulit vos, an non? Famulantur Deo alii, necne? Hoc si tu minime confitearis, ipsum tamen novum nomen et clarius tuba insonat et contestatur. Vel igitur aliud novum indices nomen, vel illud Christianorum etiam invitus recognoscas; haud erit enim qui cognomen invenerit hoc recentius. Quod si hæc ita se C habent, ecquid adhuc desipis? Quid frustra tempora expendis, et ipsum exspectas unctum, cum neque ipse possis dignoscere, et quis sit ipse unctus, et unde ipsi sit generationis origo? Forte is nudus homo? Attamen venturo prophetæ divinitatis indicia tribuerunt. Forte Deus homo? quid plura? Ecce enim aliam divinitatis personam imprudens confiteris; non enim potes dicere patrem, cum propheta dicat: « Puer natus est nobis, filius datus est nobis. » Tandem aliquando litteræ racemum exprimentes, bibite vinum cor hominis exhilarantem.

Ἀλλὰ γάρ πως ἔτι κατὰ τῆς ἀληθείας φρονεῖς, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν οὔπω λέγεις γενέσθαι, τὰς ἀφορμὰς δῆθεν ἐκ τοῦ Ἡσαΐου λέγοντος· « Καὶ συγκάψουσι τότε τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Ἵνα τί τοὺς ἄλλους προφήτας ἀφεὶς τοὺς λαμπροτέρους κήρυκας τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, τὸ τοῦ Ἡσαΐου τοῦτο ῥητὸν ὅλαις κατέχεις χερσὶ, καὶ πανταχοῦ περιάγεις, καὶ ψυχὰς ἀπειροκάλους διαστρέφειν

D Verum enimvero quoquomodo et adhuc contra veritatem sentis, et Christum nondum advenisse dicis, perfugium scilicet exquirens ex Isaia dicente: « Et tunc conflabunt gladios suos in vomeres, et venabula sua in falces, nec gens levabit gladium in gentem, neque exercebuntur ultra ad prælium. » Sed quid alios prophetas, qui luculentius annuntiarunt de Christo deque ejus adventu, rejiciens, hoc Isaiæ effatum utraque amplecteris manu, et quocunque circumfers, et imperitas animas pervertere contendis (25)? Advenit vere Christus

(25) Merito sane Glycas noster Judæos hic arguit quod Scripturas distorqueant pro libitu; contra omnem veritatem etenim apertissimam hanc de Christo prophetiam explicant, et reditum ipsorum ex Babylone ab Isaia his verbis prædici putant, falso tamen; Πόλεμοι γὰρ, ait Theodoretus, ἐπάλληλοι ἦσαν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, εἰς πολλὰ τῆς βασιλείας μεμερισμένης, καὶ τῶν κατ' ἔθνος βασι-

juxta Isaiæ prædictionem, et quæ pacis erant splendide oriri fecit; quomodo vero, audi. Adveniens Christi lex, et omnes in unum congregans, et Judæos et gentes, ut ad invicem pacem haberent, velut simul sentientes in fide, fecit. Verum non assentiris dictis; atqui dicendis et invitus assentire. Romanum imperium multiplices dissoluturum dominatus, bellicis instrumentis contra se mutuo populos uti non sivit. Nonne vides, quomodo, dum hæc prædicebantur, alter quidem in Jerusalem dominabatur, alter in Samaria, alter vero imperabat Moabitis Arabibus, alter Ascalone; facto autem in carne Domino, Romano imperio omnes gentium principatus paruerunt? Huic igitur adacti omnes sese subjicere potestati, vel inviti ad invicem pacem habuere, et agriculturæ laboribus se penitus dedidere, bellica instrumenta a se longe abjicientes.

Et hæc sane ita se habent. Si vere nondum putas advenisse Christum, quia universalis pax nondum constituta (26), quid non dicis neque Mosem juxta divinum imperium et ad Pharaonem ingressum esse, et Israelem eduxisse ex Ægypto? Cum enim Deus dixisset ad Mosem: « Videns vidi afflictionem populi mei in Ægypto, et descendi ut liberem eos, et ducam in terram bonam, in terram fluentem lac et mel; » id nondum factum est, ut ex historia discimus; quippe omnes qui exierunt ex Ægypto prostrati fuerunt in eremo, ac nemo ex iis in terram illam ingressus est præter Chalebum filium Jephani, et Jesum filium Nave. Duorum igitur alterutrum respondendum, vel Deum mentiri et seducere homines, vel tempus illud nondum advenisse, de quo Deus locutus est ad Mosem. Sed quemadmodum tunc volebat quidem Deus auferre Israelem ex angustiis qua premebatur, et deducere in terram quietis et in pacificam conditionem; effectum vero sortita non est ejus voluntas, omnes enim in eremo animam efflarunt, postquam in Deum murmuravere, postquam concupie-

ἐπιχειρεῖς; Ἐλήλυθεν ἀληθῶς ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου πρόῤῥησιν, καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ῥαδιουργῶς ἀνατέταλκεν· καὶ πῶς ἄκουε. Ὁ τοῦ Χριστοῦ νόμος ἐλθὼν, καὶ πάντας εἰς ἓν συναγαγὼν, Ἰουδαίους τε καὶ ἐθνικοὺς, εἰρηνεύειν πρὸς ἀλλήλους ὡς ὁμοπίστους ἐποίησεν. Ἀλλ' οὐ δέχῃ λεγόμενα· οὐκοῦν καὶ ἄκων τὰ λεχθησόμενα δέδεξο. Ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ τὰς πολλὰς καταλύσασα βασιλείας; τοῖς πολεμικοῖς; κατ' ἀλλήλων ὀργάνοις χρῆσθαι οὐκ εἴασεν. Ἢ οὐκ οἶδας, ὡς ὑπηνίκα ταῦτα προεφητεύετο, ἄλλος μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκράτει, ἄλλος δὲ τῆς Σαμαρείας, ἕτερος δὲ Μωαβιτῶν Ἀράβων, ἄλλος Ἀσκάλωνος· τοῦ δὲ Κυρίου μετὰ σάρκα γεννηθέντος, ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν αἱ ἐθνεαρχίαι πᾶσαι γεγόνασιν; Ὑποκεῖσθαι οὖν τῇ τοσαύτῃ ἀρχῇ πάντες ἀναγκαζόμενοι, καὶ ἄκοντες μὲν πρὸς ἀλλήλους εἰρήνευον, ὁλοσχερῶς δὲ τῶν τῆς γεωργίας πόνων ἀντείχοντο, τὰ πολεμικὰ πόῤῥω που ῥίψαντες ὄργανα.

Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Εἰ δὲ διὰ τὸ μὴ παγκόσμιον εἰρήνην γενέσθαι οὔπω νομίζεις ἐλθεῖν τὸν Χριστὸν, ἵνα τί μὴ καὶ τὸν Μωσέα λέγεις μήπω κατὰ τὴν θείαν κέλευσιν πρὸς Φαραὼ εἰσελθεῖν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἀγαγεῖν ἐξ Αἰγύπτου; Ἐπεὶ γὰρ ὁ Θεὸς εἶπε πρὸς Μωσέα· « Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ κατέβην ἐπὶ τῷ ἐξελέσθαι αὐτοὺς, καὶ ἀγαγεῖν εἰς γῆν ἀγαθὴν, εἰς γῆν ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα. » Τοῦτο δὲ οὐκ ἐγένετο, ὡς ἐκ τῆς ἱστορίας μανθάνομεν· κατεστρώθησαν γὰρ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἀπ' Αἰγύπτου ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν εἰς τὴν γῆν ἐκείνην εἰσῆλθεν ἄνευ μέντοι Χάλεβ τοῦ υἱοῦ Ἰεφωννῆ καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. Δυοῖν γὰρ θάτερον ὑπολεπτέον, ἢ τὸν Θεὸν ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾷν τοὺς ἀνθρώπους, ἢ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον μηκέτι ἐλθεῖν, οὗ ἕνεκεν ὁ Θεὸς ἐλάλησε πρὸς Μωσέα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ μὲν ἐβούλετο ὁ Θεὸς ἐξελέσθαι τὸν Ἰσραὴλ τῆς κατεχούσης αὐτὸν ὀλίψεως καὶ πρὸς γῆν ἀναπαύσεως, καὶ εἰρηναίαν κατάστασιν ἀγαγεῖν, οὐκ ἔσχε δὲ πέρας τὰ τῆς βουλῆς αὐτοῦ· πάντες γὰρ ἐν ἐρήμῳ τὴν ψυχὴν ἀπερρίψαντο, ἐπειδὴ εἰς Θεὸν

λευόντων ἐπανισταμένων ἀλλήλοις· « Bella namque mutua fuerunt in universa terra, regno illo multas in partes diviso, et singularum gentium regibus contra se invicem insurgentibus. » Ex Sion exiit lex qua Novum utique Testamentum innuitur, quod primis ibi datum est apostolis, ac per eos inde omnibus exhibitum est gentibus; et sub adventum Dei Servatoris nostri Romanum prorsus floruit imperium, quod quidem multa alia regna destruens, omniumque obtinens principatum, terræ marique pacem tribuit, quando scilicet ex Hieronymi mente, et Eusebii, Jano per Augustum tertium clauso, tutissima toto orbe pax fuit; gentesque Romano imperio subjectæ, addit Theodoretus, Οὐκέτι τοῖς πολεμικοῖς ὀργάνοις κέχρηνται κατ' ἀλλήλων· τῶν δὲ ἀπὸ γεωργίας ἅπαντες ἀπολαύουσιν ἀγαθῶν, « Non amplius bellicis contra se mutuo utuntur instrumentis, sed agriculturæ bonis gaudent universæ. » Adisis etiam Justini martyris *Dialogum cum Tryphone*.

(26) Ex bellis quæ quotidie inter ipsos Christianos populos geruntur, quæque omnino tollenda autumant Servatoris adventu Judæorum doctores Isaiæ vaticinio innixi, aliud aucupantur argumentum, ut nostram fidem infirmare pertentent, incassum tamen; litteram enim occidere nos docemur, adeoque non Scripturarum vocibus, sed spiritui studemus. Verbum Domini de Jerusalem exivit, et lege sancitum est mutuam dilectionem et charitatem inter nos, veluti Novi Testamenti fidissimam tesseram adhiberi debere; verum si injuste aggrediamur, non vetamur quin irritos inimicorum conatus faciamus, nos nostraque tutemur. Præter sibi inaniter plaudentes Judæos, errarunt itaque et Lutherus, et Anabaptistæ, atque olim Manichæi, qui in eam gratis sententiam iere, nunquam a Christianis bellum geri posse etsi lacessitis, id quod et naturæ contrarium est et veritati, uti pluribus ostenderunt Tertullianus, lib. III *Contra Marcion.*; Origenes, lib. V *Contra Celsum*; Athanasius, lib. I *De Incarnat. Verbi*; et Irenæus, lib. IV, cap. 67. De jure autem belli, quave ratione indicendum id sit et regendum adeas absolutissimum opus quod *De jure belli* H. Grotius nuncupavit.

ἐπλημμέλουν, ἐπειδὴ κρεῶν Αἰγυπτιακῶν ἐπεθύ- A runt Ægiptiacas carnes, postquam choros egerunt
μουν, ἐπειδὴ χοροὺς περὶ τὸν μόσχον ἔστησαν, ἐπεί- circa vitulum, postquam Beelphegor sacrificaverunt,
δὴ τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθησαν, ἐπειδὴ μυρία ἄλλα postquam nefanda alia quotidie perpetrarunt innu-
δεινὰ καθ' ἑκάστην εἰργάζοντο· οὕτω κάνταῦθα mera: ita et nunc videns Deus afflictionem qua
ἰδὼν ὁ Θεὸς τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ ἣν ἐκακοῦτο τῷ afficiebatur populus serviens spirituali Pharaoni,
νοητῷ Φαραὼ δουλεύων, καὶ βουληθεὶς ἐξελέσθαι et volens ipsum educere, non misit Mosem, non
αὐτὸν, οὐκ ἀπέστειλε Μωσέα, οὐκ ἄγγελον, οὐ πρέ- angelum, non legatum aliquem, sed ipsum Dei
σβυν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Filium unigenitum Dominum nostrum Jesum Chri-
τὸν μονογέννητον Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, stum, quomodo Isaias dicit, ut universum mundum
καθὼς Ἡσαΐας φησὶν, ἵνα πάντα τὸν κόσμον εἰς in unam fidem adducat, et sic ad pacem disponat.
μίαν πίστιν ἀγάγῃ, καὶ οὕτως εἰρηνεῦσαι παρα- Et sane facta est, ipso adveniente, una fides in
σκευάσῃ. Καὶ δὴ καὶ γέγονεν ἐλθόντος αὐτοῦ μία universo pene mundo, et pacifica constitutio. Si
πίστις ἐν ὅλῳ σχεδὸν τῷ κόσμῳ, καὶ εἰρηναία κατά- qui vero in innata cordis duritie, quemadmodum
στασις. Εἰ δέ τινες τῇ οἰκείᾳ σκληροκαρδίᾳ κατὰ Judæi in deserto, persistentes non convenerunt,
τοὺς ἐν ἐρήμῳ Ἰουδαίους ἐναπομείναντες; οὐ neque Christi mysterium receperunt, et hac de
προσῆλθον, οὐδὲ τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον προσε- B causa pugnant, et gladio cadunt, cadant, neque
δέξαντο, καὶ τούτου ἕνεκεν διαμάχονται, καὶ μα- resurgendi modum inveniant malitiose dissidentes;
χαίρᾳ πίπτουσι, πιπτέτωσαν, μηδὲ ἴδοιεν ἔγερσιν non ob hoc vel prophetam mentiri dicamus, vel
κακοβούλως διασχιζόμενοι· οὐ παρὰ τοῦτο ἢ τὸν Christum nondum advenisse, uti superius demon-
προφήτην ψεύδεσθαι εἴπωμεν, ἢ τὸν Χριστὸν μη- stratum est. Hæc igitur et alia hujusmodi per
κέτι ἐλθεῖν, καθὼς ἄνωθεν ἀποδέδεικται. Ταῦτα Jeremiam luculentius Dominus dixit: « Et erit,
μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ Ἱερεμίου σαφέστερον quando gens hæc convertetur ut faciat malum,
ὁ Κύριος ἔλεγε· « Καὶ ἔσται, ἐὰν στραφῇ τὸ ἔθνος non inducam in ipsam omnia bona quæ locutus
ἐκεῖνο ποιῆσαι πονηρὸν, οὐ μὴ ἐπαγάγω ἐπ' αὐτῷ sum. » Vide cæterum, cordate, quod multa quidem
πάντα τὰ ἀγαθὰ ἃ ἐλάλησα. » Ὅρα λοιπὸν νουνεχῶς, promittit Deus propter suam bonitatem, quæ ta-
ὅτι πολλὰ μὲν ἐπαγγέλλεται ὁ Θεὸς διὰ τὴν αὐτοῦ men non implet propter nos et malitiam nostram,
ἀγαθότητα, οὐ πληροῖ δὲ δι' ἡμᾶς καὶ τὴν κακίαν quemadmodum sane contigit secundo Israeli. Pro-
ἡμῶν, ὁποῖον δὴ καὶ τῷ Ἰσραὴλ συμβέβηκεν ὕστε- mittens enim se illi daturum terram usque ad
ρον. Ἐπαγγειλάμενος γὰρ αὐτῷ παραδοῦναι τὴν Euphratem, promissionem suam non adimplevit,
γῆν ἄχρις Εὐφράτου, αὐτοῦ οὐκ ἐπλήρωσε τὴν eo quod ipsum viderit contra legem agentem. Ob-
ὑπόσχεσιν, ἅτε δὴ παρανομοῦντα τοῦτον ἰδών. C mutesce igitur, o impudens et ore audax, au-
Πεφίμωσο λοιπὸν, ὦ ἀναίσχυντε σὺ καὶ θρασύστο- diens hæc verba, quemadmodum olim et malus
με, τοιούτων ἀκούων ῥημάτων, καθάπερ πάλαι καὶ Saulis spiritus obmutuit, Davidem audiens can-
τὸ πονηρὸν τοῦ Σαοὺλ ἐφιμοῦτο πνεῦμα, τοῦ Δαβὶδ tantem.
ἀκούων ἐπάδοντος.

Ἀλλ' ἔτι ἀνθίστασαι, καὶ λέγεις ἔχειν προφήτας, Verum adhuc obsistis et dicis te habere pro-
δι' ὧν ἡ ἐπανάκλησις τῷ Ἰσραὴλ προηγόρευται. phetas, per quos restitutio Israeli prænuntiatur.
Σύμφημι τοῦτο κἀγώ. Οἶδα τὸν Ἡσαΐαν, τὸν Ἰεζε- Ego quoque hoc fateor, novi enim Isaiam, Eze-
κιὴλ, τὸν Ὡσηέ. Ἀλλ' ἔλαθες ἑαυτόν· ἡ γὰρ προη- chielem, Oseam; verum enimvero te ipsum decipis;
γορευμένη δι' αὐτῶν ἐπανάκλησις γέγονε, καὶ πέ- etenim prænuntiata ab ipsis restitutio jam facta
ρας ἐδέξατο· καὶ πότε, ἄκουε. Αἰχμάλωτος ἀπῆχθης est et finem recepit; et quando audi. Captivus Baby-
εἰς Βαβυλῶνα, κατελύθη σου τὸ βασίλειον, ὁ ναὸς lonem deductus es, regnum tuum dissolutum est, tem-
πυρίκαυστος γέγονεν, ἤργησαν αἱ θυσίαι ἐνέτεσιν plum igne vastatum est, septuaginta annis sacrificia
ἑβδομήκοντα, γῆν ἀλλοτρίαν παρῴκησας· ἀλλ' ἐπα- cessarunt, terramque alienigenam habitasti; sed re-
νεκλήθης αὖθις ἐκεῖθεν, τὴν γῆν σου κατέλαβες. D vocatus iterum inde, recepisti terram tuam, et prio-
καὶ ἐπὶ τοῖς προτέροις γέγονας ἀγαθοῖς. Μὴ τοίνυν ribus bonis frui datum est tibi. Ne exspectes igitur
ἑτέραν προσδόκα τοῦ λοιποῦ ἐπανάκλησιν· εἰ μὴ de cætero aliam restitutionem; nisi enim haberemus
γὰρ ἔχομεν προφήτας, δι' ὧν αἰώνιος ταλαιπωρία prophetas, per quos æterna miseria et destructio
καὶ καταστροφὴ τῷ Ἰσραὴλ προηγόρευται, ἴσως Israeli prænuntiatur, nonnulla forte tibi spes super-
ἂν εἶχες ἐλπίδα τινά. Αὐτίκα γὰρ ἄκουε τοῦ Ἱερε- esset. Statim itaque audi Jeremiam dicentem:
μίου λέγοντος· « Ὅτι ἐπελάθετό μου ὁ λαός μου, εἰς « Quoniam oblitus est mei populus meus, frustra
κενὸν ἐθυμίασε, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐ- habuerunt, et in viis suis dolore conficientur in sæ-
τῶν σχοίνους αἰωνίους. » Ἄκουε· ὅταν ἡ γυνὴ τοῦ culum. » Audi præterea; quando uxor Oseæ secundo
Ὡσηὲ ἐκ δευτέρου συνέλαβε, καὶ ἔτεκε θῆλυ, εἶπε concepit, et peperit filiam, dixit illi Deus: « Voca
πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός· « Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτῆς, οὐκ nomen ejus, absque misericordia, non enim adjiciam
ἠλεημένη· οὐκέτι γὰρ προσθήσω τοῦ ἐλεῆσαι τὸν ultra misereri domus Israel, sed obliviscens obli-
οἶκον Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι viscar eum. » Audi et ipsum Aggæum dicentem:
αὐτοῖς. » Ἄκουε δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀγγαίου λέγον- « Locutus est ad me Dominus de ædificatione tem-
τος· « Ἐλάλησε Κύριος πρός με περὶ τῆς οἰκοδο- pli, et erit gloria ejus novissima plus quam prima,

dicit Dominus. » Quoniam igitur novissimam dixit, perspicue innuit et postremam, idem enim est novissima et postrema. Sicut enim non est prima prior, sic neque postrema posterior. Si enim secundam dixisset, haud abs re esset et tertiam ædificationem exspectare. Quoniam vero secundam, novissimam appellavit, aperte et postremam fore ipsam declaravit. Erratis ergo reædificationem exspectantes post hujusce destructionem. Præterea et divinum Amos habemus dicentem : « Audite sermonem istum, quem super vos arripio cum lamentatione : Domus Israel cecidit, neque adjiciet ut resurgat. Virgo Israel projecta est super terram suam, neque est qui eam suscitet. » Si igitur prophetis ita clare vociferantibus exspectas revocationem, prophetæ isti mentiuntur, magis autem qui per ipsos locutus est Deus ; quod quidem impossibile. Verum et rursus audi Jeremiam de vobis dicentem : « Et delebo ipsos gladio in conspectu inimicorum, et ponam civitatem hanc in stuporem et in sibilum sempiternum, et edent carnes filiorum et filiarum suarum, et conteram civitatem hanc velut vas testæ, quod non poterit amplius restitui. »

Ne contendatis itaque cæterum, o stulti, in solo sermone ac propter vestram resipiscentiam divinam comminationem consistere. Si enim post salutarem Christi passionem et gladio gentium percussi cecidistis, et filiorum vestrorum carnes, juxta Josephi (27-28) historiam, vestrum cibum fecistis, confitendum est etiam contritionem vestram, secundum divinam enuntiationem, in sæcula permansuram. Si vero hæc ita se habent, si ita luculenter et vere prophetæ de omnibus vociferati sunt, quomodo faciem tuam non abscondis, miserrime ; quomodo et adhuc labra moves, et in contradictiones prorues ? Quidnam vero et libros sic retines incassum, si nullum tibi lucrum exinde ? Quidnam superbis ob ipsos, præsertim cum de te deque tuo genere dicat Deus : « Disperdam sapientiam sapientum, et intellectum prudentum irritum faciam ? » Quidnam Moysem ore semper jactas ? Quomodo te decoras ejus scriptis ? Concede prophetas apud nos Christianos remanere ; nos peculiaris ejus populus sumus : « Vocabo enim, ait, non populum, populum meum ; » nos magna illa gens, de qua Deus locutus est Moysi dicens : « Sine me, et iratus conteram ipsos, et constituam te super gentem magnam. » Quid ais ? Divinum hoc oraculum effectumne habuit, an non ? Contritus es, ut vas figuli, necne ? Necesse erat prorsus quod et Moyses super gentem hanc magnam constitueretur a Deo ; quid vero majus gente nostra de Christi nomine nuncupata ? Non enim est locus, non civitas, non regio, in quibus non adoretur Christus.

μῆς τοῦ ναοῦ, καὶ ἔσται ἡ δόξα τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, λέγει Κύριος. » Ἐπεὶ οὖν ἐσχάτην εἶπεν, ἐνέφηνε καὶ τελευταίαν, ταυτὸ γάρ ἐστιν ἐσχάτη καὶ τελευταία. Ὡς γὰρ οὐκ ἔστι τῆς πρώτης προτέρα, οὕτως οὐδὲ τῆς ἐσχάτης ἐσχατωτέρα. Εἰ μὲν γὰρ δευτέραν εἶπεν, εἰκὸς ἦν καὶ τρίτην οἰκοδομὴν προσδοκᾶν· ἐπεὶ δὲ τὴν δευτέραν ἐσχάτην ἐκάλεσε, φανερῶς καὶ τελευταίαν αὐτὴν παρεδήλωσεν. Ἀπατᾶσθε λοιπὸν παλιγγενεσίαν προσδοκῶντες μετὰ τὴν τοιούτου καθαίρεσιν. Πρὸς ἔτι τούτοις καὶ τὸν θεσπέσιον Ἀμὼς ἔχομεν λέγοντα· » Ἀκούσατε τὸν λόγον τοῦτον ὃν λαμβάνω ἐφ' ὑμᾶς θρηνῶν· Οἶκος Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκέτι προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι. Παρθένος Ἰσραὴλ ἔσφηλεν ἐπὶ τῆς γῆς ταύτης, οὐκ ἔστιν ὁ ἀναστήσων αὐτήν. » Εἴπερ οὖν τῶν προφητῶν οὕτω διαῤῥήδην βοώντων ἐκδέχῃ σὺ ἐπανάκλησιν, ψεύδονται οἱ προφῆται οὗτοι, μᾶλλον δὲ ὁ δι' αὐτῶν λαλήσας Θεός· ὅπερ ἀδύνατον· Ἀλλὰ καὶ αὖθις τοῦ Ἱερεμίου ἄκουε περὶ ὑμῶν λέγοντος· « Καὶ καταβαλῶ αὐτοὺς ἐν τῇ μαχαίρᾳ ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν, καὶ τάξω τὴν πόλιν ταύτην εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς συρισμὸν αἰώνιον, καὶ ἔδονται τὰς σάρκας τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῶν, καὶ συντρίψω τὴν πόλιν ταύτην ὡς ἄγγος ὀστράκινον, ὃ οὐ δυνήσεται ἰαθῆναι ἔτι. »

Μηκέτι λοιπὸν, ὦ μάταιοι, ἐν λόγῳ καὶ μόνῳ καὶ χάριν διορθώσεως τὰ τῆς θείας ἀπειλῆς κεῖσθαι φιλονεικεῖτε. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ τῇ τῶν ἐθνῶν μαχαίρᾳ μετὰ τὸ σωτήριον τοῦ Χριστοῦ πάθος πεπτώκατε, καὶ τὰς τῶν παίδων ὑμῶν σάρκας, κατὰ τὴν τοῦ Ἰωσήπου ἱστορίαν, βρῶμα ἴδιον πεποιήκατε, ὁμολογουμένως καὶ τὰ τῆς συντριβῆς ὑμῶν, κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν, εἰς αἰῶνας κεῖσθαι ὀφείλουσιν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, εἰ τρανῶς οὕτω καὶ ἀληθῶς οἱ προφῆται περὶ πάντων κεκράγασι, πῶς οὐκ ἐγκαλύπτῃ, τρισάθλιε, πῶς ἔτι τὰ χείλη κινεῖς καὶ εἰς ἀντιλογίας χωρεῖς ; Ἵνα τί δὲ καὶ τὰς βίβλους οὕτω κατέχεις διακενῆς, εἰ μηδέν σοι τὸ κέρδος ἐντεῦθεν ; Ἵνα τί μεγαφρονεῖς ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ταῦτά τοῦ Θεοῦ διὰ σὲ καὶ τὸ γένος σου λέγοντος· « Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω ; » Ἵνα τί τὸν Μωσέα διὰ στόματος φέρεις ; Πῶς ἐγκαλλωπίζῃ τοῖς ἐκείνου συγγράμμασιν ; Ἄφες τοὺς προφήτας παρ' ἡμῖν εἶναι τοῖς Χριστιανοῖς· ἡμεῖς ὁ περιούσιος λαός. « Καλέσω γὰρ, φησὶ, τὸν οὐ λαόν μου λαόν. » Ἡμεῖς τὸ μέγα ἔθνος ἐκεῖνο, περὶ οὗ τῷ Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεός· « Ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ἐκτρίψω αὐτοὺς, καὶ καταστήσω σε εἰς ἔθνος μέγα. » Τί λέγεις ; Ὁ θεῖος οὗτος χρηματισμὸς πέρας ἔσχεν, ἢ οὔ ; Συνετρίβης ὡς ἄγγος ὀστράκινον, ἢ οὔ ; Ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸν Μωσέα εἰς ἐκεῖνο τὸ μέγα ἔθνος παρὰ Θεοῦ καταστῆσαι· τί δὲ μεῖζον τοῦ Χριστωνύμου γένους ἡμῶν ; Οὐ γάρ ἐστι τόπος, οὐ πόλις, οὐ χώρα, ἐν οἷς οὐ προσκυνεῖται ὁ Χριστός. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν ; Εἰ μὴ τῆς ῥίζης ἐφεί-

(27-28) Immane hic prorsus innuitur facinus Mariæ Eleazari filiæ, quæ adacta fame lactentem filium interemit, sibique in cibum constituit, non sine magno militum ipsorum horrore, uti habes apud Josephum, lib. VII *De bello Judaico*, cap. 8.

σατο κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς, ἅτε δὴ προειδὼς τοὺς ἐλευσομένους ἐξ αὐτῆς ὡραίους καρποὺς, εὐαγγελιστὰς δηλονότι, ἀποστόλους, δικαίους, καὶ πρὸ πάντων αὐτὴν τὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν, ἀνηλεῶς ἂν ἔκτοτε τὸν Ἰσραὴλ συνέτριψεν ἅπαντα. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· « Εἰ μὴ Κύριος ἡμῖν ἐγκατέλιπε σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν· » τουτέστιν ἀπωλείᾳ παντελεῖ παρεδόθημεν. Χάριν οὖν, ὡς ἔφημεν, τῶν καρπῶν τῆς ῥίζης ἀγνωμονούσης τηνικαῦτα ἐφείσατο, ἵνα μὴ σὺν αὐτῇ κἀκείνους ἐκκόψοιεν· ἐπὰν δὲ προήνεγκε τοὺς καρποὺς, οὐκέτι στέγειν ἠνέσχετο, ἀλλ' ἀσυμπαθῶς αὐτὴν ἐξεθέρισεν.

A Sed quid plura? Nisi radici pepercisset jam ab initio Deus, utpote quidem prævidens venturos ex ipsa speciosos fructus, evangelistas nimirum, apostolos, justos ac præ cæteris ipsam Christi et Servatoris nostri assumptam humanitatem, immisericorditer ex tunc omnem contrivisset Israelem. Atque hoc propheta aperte innuens dicebat: « Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus, » perditioni scilicet integræ traditi fuissemus. Gratia igitur, ut diximus, fructuum, radici ingratæ tunc pepercit, ne cum ipsa et illos rescinderet; postquam vero fructus protulit, eam non amplius custodire sustinuit, sed immisericorditer demessuit.

Ἄφες λοιπὸν τοὺς προφήτας, μάτην διέρχῃ τὰς βίβλους αὐτῶν· οὐδέν σοι τὸ κέρδος ἐντεῦθεν. Βίβλον ἐσφραγισμένην οὐδεὶς ἀνέγνω ποτέ. Ἵνα τί λοιπὸν ἐκὼν σεαυτὸν ἀπατᾷς; Γνῶθι τίς τε εἶ, καὶ ποῦ δυστυχίας κατήντησας· σύνες ὅτι πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτὸν ἀφῃρέθης τὸν πλοῦτον τῆς γνώσεως. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· ὁ σὸς Ἡσαΐας διαῤῥήδην βοᾷ σοι· « Καὶ ἔσται ὑμῖν τὰ ῥήματα ταῦτα ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τοῦ ἐσφραγισμένου. » Ἐπαχύνθη καὶ γὰρ ἡ καρδία σου, τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκὼν ἐκάμμυσας. Καί σοι μὲν τῷ πάλαι συνετῷ καὶ σοφῷ τὰ τῆς θείας ἐσφράγισται γνώσεως· ἡμῖν δὲ τοῖς ἀσυνέτοις ἔθνεσι καὶ πάνυ ἐξήπλωται. Καὶ μὴ θαύμαζε· ἡμεῖς γὰρ ἠκούσαμεν, ἡμεῖς καὶ ἑωράκαμεν, ἡμεῖς συνήκαμεν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔγνωμεν. Καὶ εἰ μὴ πείθει τοῖς λεγομένοις, αὐτῷ καὶ αὖθις τῷ προφήτῃ σου πείσθητι· λέγει γάρ· « Καὶ ἀκούσονται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ κωφοὶ λόγους βιβλίου, καὶ οἱ ἐν τῷ σκότει, καὶ οἱ ἐν τῇ ὁμίχλῃ ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ὄψονται. » Δῆλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς ἐξ ὑμῶν μὲν τῶν Ἰουδαίων ἡ γνῶσις ἀπέστη· τὰ δὲ κωφεύοντα ἔθνη καὶ ἀνόητα νοοῦντες ἐν γνώσει τοῦ νόμου γεγόνασιν· « Οἷς, γάρ φησιν, οὐκ ἀνηγγέλθη, περὶ ἐμοῦ ὄψονται, καὶ οἱ οὐκ ἀκηκόασιν. » Εἰ γὰρ καὶ πρωτότοκος υἱὸς Ἰσραὴλ, εἰ τὰς ἐπαγγελίας πρῶτος ἐδέξατο, ἀλλ' ὡς πατραλοίας ἐκκήρυκτος γέγονε, κἀντεῦθεν ὁ ἄθλιος τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν δικαίως ἐκπέπτωκεν· ἐφ' ᾧ καὶ ταλανίζων αὐτοὺς ὁ προφήτης ἔλεγεν· « Πλούσιοι ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν. » Καὶ εἰκότως· τὸν γὰρ ἄρτον τῆς ζωῆς ἀποκτείναντες, πείνῃ διηνεκεῖ συνεσχέθησαν. Μηκέτι λοιπὸν τῆς παλαιᾶς ἀντιποιοῦ τιμῆς τε καὶ τάξεως· ἐκεῖθεν γὰρ ἐκπεσόντας, καθάπερ εἴπομεν, ἐπανελθεῖν αὖθις ἀμήχανον. Ὁ Κάϊν πρωτότοκος ἦν, ἀλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀπώνατο· διὰ γὰρ τὸ τοῦ Ἄβελ αἷμα καὶ τὸν ἄδικον φόνον, ὃν ὤδινε κατ' αὐτοῦ, ἐξέβη τε ἀπὸ προσώπου Θεοῦ, καὶ ἦν ἔκτοτε στένων καὶ τρέμων ἀνὰ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ζωήν. Πρωτότοκος ἦν ὁ Ἡσαοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτοῦ κακίαν καὶ ἀπληστίαν αὐτά τε πρωτότοκα προῦδωκε καὶ τῆς εὐλογίας ἐκπέπτωκε. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα πεισθέτω καί σε τὸν πρωτότοκον καὶ ἄκοντα στέργειν τὴν ἔκπτωσιν, καὶ μὴ τὰ πρωτεῖα

B Cæterum dimitte prophetas, eorum frustra libros pervolvis, nullum enim tibi inde lucrum. Librum sigillis munitum nemo legit unquam. Quid adhuc ergo sciens tibimetipsi illudis? Nosce et qui sis, et in quam calamitatem incideris; intellige a te præter alia ipsum quoque ablatum fuisse cognitionis thesaurum. Neque mea verba hæc sunt; Isaias tuus disertis utique verbis ad te clamat: « Et erunt vobis hæc verba uti sermones libri obsignati. » Impinguatum etenim est cor tuum, graviter auribus audisti, et ultro oculos clausisti. Et tibi quidem, olim intelligenti et sapienti, divina cognitio obsignata fuit; nobis vero, non intelligentibus nationibus, omnimode explicata fuit. Nec mireris; nos enim audivimus, nos etiam vidimus, nos intelleximus et veritatem novimus. Ac ni credis jam dictis, ipsi tuo rursus prophetæ credas; dicit enim: « Et audient in die illa surdi sermones libri, et oculi cæcorum, qui in tenebris sunt et in caligine videbunt. » Patet igitur quod a vobis quidem Judæis cognitio recessit; nationes vero antea hebetes et insipientes in legis agnitione prudentes factæ sunt. « Quibus enim (ait) de me non est nuntiatum, et qui non audierunt, ipsi videbunt. » Primogenitus sane filius Israel fuit, promissiones primus accepit, verum ut parricida exsul factus est, atque exinde infelix a donis Dei merito excidit; quare commiserans eos propheta dicebat: « Divites pauperes facti sunt et esurierunt. » Et merito sane, panem enim vitæ interimentes perpetua fame sunt devincti. Ne amplius itaque antiquum et gradum et honorem vindices; inde enim elapsis, utpote diximus, nulla suppetit ratio ut illuc redeant. Cain primogenitus erat, nil tamen illi id profuit; etenim propter sanguinem Abelis et injustum homicidium quod in ipsum patravit, et a facie Dei recessit, et ex eo tempore gemens pavidusque factus est in omni vita. Primogenitus erat Esau, verum propter suam improbitatem et ingluviem et ipsa primogeniti jura vendidit, et a benedictione decidit. Hæc igitur et his similia quidem animadvertens, persuadearis et tu primogenitus vel invitus acquiescere casui, neque antiqua in memoriam revocare. Ne igitur

supercilium contrahas, neque manifesta quæque facta oppugnes; primogeniti enim ipsa vox alterum docet filium mente concipere; nisi alter ab initio constitutus esset filius a Deo, non utique Israel vocaretur primogenitus; nemo enim vocari potest primus, uti vides, nisi primum consectetur secundus; mutuam enim rationem inter se habent primus ad secundum, secundus ad primum. Verum adhuc labra moves, et ad alios sermones tendis: nos tamen tacebimus; nemo enim ad surdi januam vel si validius pulset, unquam exaudietur. Divinus vero Amos pro nobis pugnabit dicens: « Domus Israel cecidit, neque amplius adjiciet ut resurgat. »

Et hæc quidem hactenus, divinissime vir; plura enim scribere non possumus, multis, testis est Dominus, animi dejectionis sagittis confixi; ac nisi præ manibus haberemus sacras Scripturas, et exinde non parvam caperemus animi erectionem, forte suspendio utentes, ipsam quoque vitam turpiter finiremus. Neque sane fabulam jam dicta putes; hoc enim ipsum et beatus David adumbrans dicebat: « Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea. » Ne igitur aspernemur lectionem; redeundum est enim unde paulo ante dispessimus; Salomoni credamus dicenti: « Sapiens fias, o fili, ut lætetur cor tuum. » Si enim Candacis ille adeo lectioni incumbebat, ut et per viam curru vectus prophetam Isaiam meditaretur, qua nos venia donabimur nec sustinentes domi libros videre? Quis Æthiopi illi munditiem ex divino lavacro conciliavit? nonne lectio? Quis apostolum Philippum duxit? nonne in sermonibus ardor? Pudore nos afficiat ipse et legens et luce illustratus; nos quoque Æthiopes in anima multam ex peccato rubiginem contraximus. Discamus non alia ratione posse nos in tuto fieri, et alia veste vestiri. « Habent enim, ait, Mosem et prophetas. » Ad lectionem igitur properemus, pulchram immutationem immutemus. Pro piscina libros habemus; pro Philippo annuntiatum ab eo. Percurramus, si possibile est, universam Scripturam, ut et nos ipsos meliores reddamus, et blasphema nobis adversantium ora obstruamus. Si enim et arbores quasdam industria et arte a naturali malignitate sanatas novimus, multo magis vulnera quæ ex præconcepta opinione contraximus, sanabit contraria Spiritus disciplina. Si semel et iterum legerimus et non intellexerimus, ne animum despondeamus, invalescamus, invigilemus: « Prævenerunt enim, ait, oculi mei diluculo, ut meditarer elogia tua. » Quantum vero perseverare juvet, vidua illa docuit, quæ judicem injustitiæ emollire potuit, petra duriorem. Meditemur, percontemur, nobis sapientiores adeamus. « Si videris enim, inquit, pluviam, vade diluculo ad ipsam. » Quod si ita semper fecerimus, si ita animæ nostræ solum quodammodo præparaverimus, in eoque hujusmodi semina jecerimus, pro certo habeamus virilem quoque fructum nos alla-

φαντάζεσθαι. Μὴ οὖν σκυθρώπαζε, μηδὲ ἐπὶ προδήλοις ἀντίπιπτε πράγμασιν· ἡ γὰρ πρωτότοκος αὕτη φωνὴ καὶ δεύτερον δίδωσιν υἱὸν ἐννοεῖν· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ δεύτερος ἀρχῆθεν υἱὸς ἐταμιεύετο παρὰ τῷ Θεῷ, οὐκ ἂν ὁ Ἰσραὴλ ἐκλήθη πρωτότοκος· δευτέρου καὶ γὰρ, ὡς οἶδας, μὴ παρεπομένου τὸ πρῶτον, οὐκ ἄν τις πρῶτος καλέσοιτο· ταῦτα καὶ γὰρ ἀλλήλων ἐξέχονται, τὸ πρῶτον τοῦ δευτέρου, καὶ τοῦ πρώτου τὸ δεύτερον. Ἀλλ' ἔτι τὰ χείλη κινεῖς, καὶ πρὸς λόγους χωρεῖς· ἡμεῖς δὲ σιωπήσομεν· οὐδεὶς γὰρ εἰς κωφοῦ θύραν καὶ πολλὸν κρούσας εἰσηκούσθη ποτέ. Ὁ δὲ θεῖος Ἀμὼς ὑπὲρ ἡμῶν πολεμήσει λέγων· « Οἶκος Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκέτι προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι. »

Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον, ὦ θειότατε ἄνερ, ὅτι μηδὲν πλείω γράφειν ἰσχύομεν, πολλοῖς, ὡς οἶδε Κύριος, ἀθυμίας βελέμνοις κατακεντούμενοι· καὶ εἰ μὴ τὰς ἱερὰς βίβλους ἀνὰ χεῖρας εἴχομεν, κἀντεῦθεν οὐ μικρὰν ἐτρυγῶμεν ἀνάψυξιν, τάχα ἂν ἀγχόνῃ χρησάμενοι καὶ αὐτοῦ τοῦ ζῆν κακῶς ἀπηλλάγημεν. Καὶ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα· αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ὑπεμφαίνων ἔλεγεν· « Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστι, τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου. » Μὴ οὖν ἀθετήσωμεν τὴν ἀνάγνωσιν· ἐπανιτέον καὶ γὰρ ὅθεν ἐξέβημεν ἐναγχος· πειθώμεν τῷ Σολομῶντι λέγοντι· « Σοφὸς γίνου, υἱὲ, ἵνα καὶ εὐφραίνηταί σου ἡ καρδία. » Εἰ γὰρ ὁ Κανδάκης ἐκεῖνος τοσοῦτον τῇ ἀναγνώσει προσέκειτο, ὥστε καὶ καθ' ὁδὸν ἐφ' ἅρματος τοῦ προφήτου Ἡσαΐου μελέτην ποιεῖσθαι, ποίας ἡμεῖς συγγνώμης τευξόμεθα, μηδὲ οἱ καθεδὰς τὰς βίβλους ὁρᾷν ἀνεχόμενοι; Τίς τῷ Αἰθίοπι ἐκείνῳ τὴν ἐκ τοῦ θείου λουτροῦ προὐξένησε καθαρότητα; οὐχὶ ἡ ἀνάγνωσις; Τίς τὸν ἀπόστολον ἦγαγε Φίλιππον; οὐχὶ τὸ περὶ λόγους πρόθυμον; Αἰσχυνθῶμεν αὐτὸν καὶ ἀναγινώσκοντα καὶ φωτιζόμενον· Αἰθίοπες μὲν καὶ ἡμεῖς τὴν ψυχὴν, πολλὴν ἐξ ἁμαρτίας μελαντηρίαν ἐπισυρόμεθα. Μάθωμεν ὡς οὐκ ἔστιν ἑτέρως ἡμᾶς καταβληθῆναι καὶ μετενδύσασθαι. « Ἔχουσι γὰρ, φησὶ, Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας. » Ἐπὶ τὴν ἀνάγνωσιν δράμωμεν, τὴν καλὴν ἀλλοιωθῶμεν ἀλλοίωσιν. Ἀντὶ κολυμβήθρας τὰς βίβλους ἔχομεν· ἀντὶ Φιλίππου τὸν ὑπ' αὐτοῦ κηρυττόμενον. Διέλθωμεν πᾶσαν, εἰ δυνατὸν, τὴν Γραφὴν, ἵνα καὶ ἑαυτοὺς βελτίους ποιῶμεν, καὶ τὰ βλάσφημα τῶν ἀντιδικούντων ἡμῖν ἀποφράττωμεν στόματα. Εἰ γὰρ καί τινα τῶν δένδρων ἐπινοίᾳ τινὶ καὶ τέχνῃ τὴν ἐκ τῆς φύσεως κακίαν θεραπευόμενα ἔγνωμεν, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἐκ προαιρέσεως τραύματα θεραπευθείη ἀντιδιδασκαλίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἐὰν ἀναγνῶμεν ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ μὴ ἐπιγνῶμεν, μὴ ἐκκακήσωμεν, καρτερήσωμεν, ἀγρυπνήσωμεν. « Προέφθασαν γὰρ, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοί μου πρὸς ὄρθρον τοῦ μελετᾷν τὰ λόγιά σου. » Ὅσον δὲ τὸ προσεδρεύειν ὀνίνησιν, ἡ χήρα ἐδίδαξεν ἡ τὸν κριτὴν τῆς ἀδικίας μαλάξαι ἰσχύσασα τὸν λίθου σκληρότερον. Ἀδολεσχήσωμεν, ἐρωτήσωμεν, προσέλθωμεν τοῖς σοφωτέροις ἡμῶν. « Ἐὰν ἴδῃς γὰρ, φησὶν, ὑετὸν, ὄρθριζε πρὸς αὐτόν. » Καὶ ἐὰν

οὕτω ποιῶμεν ἀεί, ἐὰν οὕτω τὴν ψυχὴν ἡμῶν αὖ- A turos in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in
λακα τέμνωμεν, καὶ τοιαῦτα σπέρματα καταβάλω- sæcula. Amen.
μεν, θαῤῥῶμεν ὅτι καὶ καρπὸν ἀνδρῶον κομισόμεθα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς
τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΕ' (1).

Τῷ πανσεπτοτάτῳ καὶ ἐν Κυρίῳ ἡμῶν ἀδελφῷ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Τριχᾷ.— Πῶς νοητέον τὸ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει τοῦ Θεολόγου εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου εὑρισκόμενον· « Εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινὴν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι. »

Ἰστέον, ὅτι ἐν ἑξηκοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ (2) τῆς Ἀποκαλύψεως τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ θείου Ἰωάννου καὶ τάδε διείληπται· *Εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινὴν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι.* Πρόσεχε οὖν. Ἐπὶ μὲν γὰρ οὐρανοῦ καὶ γῆς οὐκ ἀνυπαρξίαν ἐνέφηνεν, ἀλλ' ἀνακαινισμὸν ἐπὶ τὸ βέλτιον ὁ λόγος ὑπεσημήνατο. Κατὰ γὰρ τὸν πάμμεγαν Παῦλον, καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὁ θεῖος δὲ μελῳδὸς οὕτω περὶ τῶν οὐρανῶν εὕρηται λέγων· « Ἐλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. » Τὸ γὰρ παλαιωθὲν ἀνακαινιζόμενον οὐ τῆς οὐσίας ἀφανισμὸν, ἀλλὰ τοῦ γήρως καὶ τῶν ῥυτίδων ἐπιδέχεται τὴν ἀπόξεσιν. Καὶ οὕτω μὲν εἰπεῖν ἔφθασε περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς· περὶ δὲ τῆς θαλάσσης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τί; *Καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι.* Τίς γὰρ χρεία θαλάσσης, μὴ δεομένων ἀνθρώπων τοῦ πλεῖν αὐτὴν, ἢ δι' αὐτῆς πορίζεσθαι τὰ ἐν ταῖς μακρὰν κειμέναις χώραις γεωργούμενα ἀγώγιμα; Πιστοῦται ταύτην τὴν ὑπόνοιαν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, προφέρων τὴν τοῦ Ἡσαΐου ῥῆσιν τὴν λέγουσαν· *Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, Ἐρημωθήσῃ, καὶ πάντας τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ.* Καὶ οὕτω μὲν οἱ τὰ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐπεξηγούμενοι θεῖα ῥητά· ὁ δέ γε μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον τρίτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ ἀριδηλότερον τὸν περὶ τούτου λόγον ποιεῖται, καὶ οὕτω φησί· Διατί καὶ τίνος ἕνεκεν ὁ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης τόπος ὕδατι περιείληπται, πελάγεσί τε ἀπλέτοις ἐνδεδεμένος, καὶ μυρίοις ποταμοῖς ἀενάοις κατάῤῥυτος; Διὰ τὴν ἄῤῥητον σοφίαν τοῦ τὴν ἀντίπαλον τῷ πυρὶ φύσιν δυσεξανάλωτον εἶναι οἰκονομήσαντος. Ἤδει καὶ γὰρ ὁ τῆς κτίσεως δημιουργὸς, ὅσον ἀφώρισε χρόνον τῇ τοῦ κόσμου τοῦδε συστάσει, καὶ διὰ τοῦτο τοσαύτην ἐκεῖνος προαπέθετο τῷ πυρὶ δαπάνην, ὥστε μὴ καταφρυγῆναι καὶ πρὸ καιροῦ τουτὶ τὸ περίγειον τῇ ὑπερβολῇ τοῦ θερμοῦ. Ἔσται μέντοι, ὅτε καὶ πάντα τὰ ὕδατα καταφρυγήσεται τῷ πυρὶ, ὡς φησιν Ἡσαΐας, ἐν οἷς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν διαλέγεται· *Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, Ἐρημωθήσῃ, καὶ πάντας τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ.* Καὶ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν

EPISTOLA XV.

Venerandissimo in Domino fratri domno Joanni Trichæ.— Quonam modo sit intelligendum illud quod in Apocalypsi divini evangelistæ Joannis invenimus : « Vidi cœlum novum et terram novam, et mare jam non est. »

Scire necesse est, quod in capite sexagesimo quinto Apocalypsis beati Joannis evangelistæ [1] hæc etiam reperiuntur : « Vidi cœlum novum et terram novam, et mare jam non est. » Animum igitur adverte : minime enim cœli terræque inexsistentiam hic declaravit, imo in melius instaurationem sermo iste aperuit. Namque juxta magnum Paulum et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Divinus etiam psalmista ita de cœlis loquens invenitur : « Mutabis eos et mutabuntur. » Illud igitur quod veterascit instaurari, non essentiæ destructionem, sed vetustatis rugarumque ablationem exhibet. Et hæc quidem de cœlo et terra dixit, de mari vero non ita, sed quid? « Et mare jam non est. » Quæ enim est, quæso, maris utilitas, cum homines nec illud trajicere navigiis, nec per ipsum merces transportare ad longinquas terras curent? Hanc eamdem sententiam magnus aperit Basilius, Isaiæ verba proferens hæcce : « Qui dico profundo, Desolare, et omnia flumina tua arefaciam. » Et hæc quidem censuerunt qui divina Apocalypsis verba explanaverunt. Magnus Basilius in homilia tertia in Hexaemeron clariorem adhuc de hoc sermonem habuit : Quare, inquit, cujusve gratia planitiei nostræ loca sint aquis circumscripta, maribus etiam immensis constricta, nec non innumeris fluminibus perpetuo defluentibus irrigata? Ob inauditam sane illius sapientiam qui contrariam igni naturam inexhaustam esse decrevit. Enimvero Creator universi novit quantum hujusce mundi subsistentiæ tempus fixerit proptereaque tantam ipse largitus est igni adustionem, ut ante tempus hoc perigæum succendi nequeat caloris æstu; quod tamen fiet, ubi aquæ omnes igne consummabuntur, juxta illud Isaiæ, universi Deum ita alloquentis : « Qui dico profundo, Desolare, et omnia flumina tua arefaciam. » Sententia est : Si quidem desolari tunc profundum dixerit, arefieri vero in fluminibus et maribus aquas, mirari non decet, quod et ipse beatus Joannes in Apocalypsi inter alia hoc dicat : « Et mare jam non est. » Nam desolari tunc profundum et

[1] Apoc. xxi, 1.

(1) Hanc epistolam cum duabus sequentibus edidit C. F. Matthæius, Mosquæ, 1776, ex codice bibliothecæ typographiæ Synodalis. Interpretationem Latinam addidimus. Edit.

(2) Respicit divisionem Andreæ Cretensis, de qua vide editionem Novi Testamenti Millii.

mare jam non esse, nullo modo, ut equidem arbitror, discrepant. Quod si ita res sese habent, Scripturas vereri convenit, nec contraria scriptoribus sacris opinari debemus. Sufficit enim discipulo, inquit, ut sit sicut magister.

Τὸ γὰρ ἐρημωθῆναι τότε τὴν ἄδυσσον, καὶ τὸ, Ἡ πρὸς ἄλληλα διαφέρουσιν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τὰ γεγραμμένα στέργειν ὀφείλομεν, καὶ μὴ τἀναντία φρονεῖν τοῖς ὑποφήταις τοῦ Πνεύματος. Ἀρκετὸν γὰρ, φησὶ, τῷ μαθητῇ, ἐὰν ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ γένηται.

A τρόπον. Εἰ λέγει μὲν ἐρημωθῆναι τότε τὴν ἄδυσσον, ξηρᾶναι δὲ τὸ ἐν ποταμοῖς καὶ λίμναις ὕδωρ, θαυμάζειν οὐκ εὔλογον, εἴγε καὶ ὁ θεηγόρος Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει αὐτοῦ καὶ τοῦτό φησι πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὅτι *Καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι. θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι*, κατ' οὐδὲν, ὡς οἶμαι,

EPISTOLA XVI.

Venerandissimo monacho domno Charitoni. — Utrum beatus Joannes evangelista morti concesserit, sive non.

Minime nos fugit quod ille qui res gestas apostolorum memoriæ mandavit, et ipse magnus inter martyres Hippolytus, evangelica illa verba, ut videtur, audiverunt : « Si eum volo manere donec ipse veniam, quid ad te ? tu me sequere; » inter vivos beatum Joannem evangelistam versari prædicant, ipsumque Henoch et Eliæ consociant. Etsi enim multa quidem nos prætereant, attamen opera de ipso a viris supra dictis elucubrata, et magni fecimus et didicimus ; proindeque Scripturas venerari, neque in controversias abire oportuit. Cum autem sancti viri haud pauci, alia alii de his rebus opinentur, horum etiam sermonibus fidem et obsequium præstare decet, siquidem sacris canonibus contradicere omnino non valemus. Nam si plurium sententiam prævalere sacri canones suadeant, a nobis quoque illud ipsum admitti æquum est. Etsi enim divinus supra dictus Hippolytus inter Christi martyres enituerit, indeque ipsius opera a nobis recoli necesse sit, non idcirco sequitur, ut in omnibus his ei assentiamur, in primis si orthodoxo Ecclesiæ sensui oppugnat. Ecce enim, quod Antichristum illum, cujus adventus, juxta Apostoli verba, in virtute satanæ fiet, cum potestate multa, et signis et prodigiis falsis, diabolum in libro de Perfectione vocat ; ac proinde, ex muliere virgine sponte natus est Christus, ita et ille quoad speciem, in mundo etiam habitasse et a semetipso tunc signa et prodigia fecisse dicit. Et talia quidem de Joanne evangelista, quod jam diximus, viris supra dictis videtur. Disertus vero Joannes evangelicum illud verbum supra dictum : « Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere, » nec de vita sua intellexit nec hujus interpretationem in hoc sensu fecit, sed, « Tu quidem, Petre, me sequere, » id est, Vade undique docens, et a Joanne discede; ipse vero hic maneat, donec abiero Romana virga confringens eos qui me crucifixerunt. Præterea Ammonius sacerdos verbum illud evangelicum explanans, « Si eum volo manere, donec ipse veniam, » longævam Joannis vitam indicare dicit. Tempore enim Trajani absque cruciatu mortuus est. Ad hæc etiam addit Apollinarius, quod ex ignorantia fratres inde deduxerunt, quod non moriturus est. Sanctus porro Joannes Damascenus

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙϚ'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Χαρίτωνι. — Περὶ τοῦ, εἴτε διὰ θανάτου τέλος ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἐδέξατο, εἴτε καὶ μή.

Ὅτι μὲν οὖν ὁ τὰ τῶν ἀποστόλων συγγραψάμενος ὑπομνήματα, καὶ αὐτὸς ὁ ἐν μάρτυσι μέγας Ἱππόλυτος τῶν εὐαγγελικῶν, ὡς ἔοικε, ῥημάτων ἀκούσαντες τῶν οὕτω λεγόντων, *Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι, τί πρός σέ; Σὺ ἀκολούθει μοι*, ἐν τοῖς ζῶσι λέγουσιν εἶναι τὸν εὐαγγελιστὴν καὶ θεῖον Ἰωάννην τῷ Ἐνὼχ τε καὶ Ἠλίᾳ συναγελάζεσθαι, οὐδὲ ἡμῖν πάντως ἠγνόηται. Εἰ γὰρ καὶ ἀμαθεῖς ἐπὶ τοσοῦτόν ἐσμεν, ἀλλ' οὖν τὰ τοῖς διαληφθεῖσιν ἀνδράσιν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ πονηθέντα συντάγματα καὶ εὕρομεν πρὸ πολλοῦ, καὶ ἀνέγνωμεν. Ἔνθεν τοι καὶ στέργειν τὰ γεγραμμένα ἐχρῆν, οὐ μὴν ὅλως ἀντιπίπτειν ἐπὶ τούτοις καὶ ἀντιμάχεσθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἑτέρους τῶν ἁγίων οὐκ ὀλίγους ἐκεῖθεν ἀνθέλκοντας ἔχομεν, καὶ ἕτερ' ἄττα περὶ τούτου διαλαμβάνοντας, καὶ τοῖς ἐκείνων λόγοις ἐξ ἀνάγκης πειθόμεθά τε καὶ ὑποπίπτομεν, ἄτε μὴ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀντιπράττειν ὅλως ἰσχύοντες. Εἰ γὰρ τὴν τῶν πλειόνων ψῆφον κρατεῖν οἱ θεῖοι κανόνες παρακελεύονται, καὶ ἡμᾶς πάντως αὐτὸ τοῦτο καταδέχεσθαι δίκαιον. Εἰ γὰρ καὶ ὁ διαληφθεὶς θεῖος Ἱππόλυτος ἐν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διέπρεψε μάρτυσι, κἀντεῦθεν ἐπάναγκες τοῖς αὐτοῦ συντάγμασι κατατίθεσθαι· ἀλλ' οὐκ ἐπικλινεῖ ἡμᾶς ἐπὶ πᾶσι τούτοις φαίνεσθαι ἄξιον, εἴγε καὶ μάλιστα τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀντίκειται ὀρθοδόξῳ φρονήματι. Ὅρα γὰρ, ὅτι καὶ τὸν Ἀντίχριστον ἐκεῖνον, οὗ ἡ παρουσία γενήσεται κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἐν δυνάμει πολλῇ καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, αὐτὸν εἶναι λέγει τὸν διάβολον ἐν τῷ περὶ συντελείας λόγῳ αὐτοῦ· κἀντεῦθεν ἀπὸ παρθένου γυναικὸς γεννηθῆναι κατ' αὐτὸν δὴ τὸν Χριστὸν, καὶ οὕτω κατὰ φαντασίαν τῷ κόσμῳ ἐμπεριπατῆσαι, καὶ σημεῖα δι' ἑαυτοῦ τηνικαῦτα ἐπιτελέσαι καὶ τέρατα. Καὶ τοιαῦτα μὲν περὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, ὁποῖα δὴ καὶ φθάσαντες εἴπομεν, τοῖς διαληφθεῖσιν ἀνδράσι δοκεῖ· ὁ δὲ χρυσορρήμων Ἰωάννης τὸ διαληφθὲν ἄνωθεν εὐαγγελικὸν ῥητὸν τὸ λέγον, *Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι, τί πρός σέ; Σὺ ἀκολούθει μοι*, οὐ περὶ ζωῆς ἐξελάβετο, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ ἐξήγησιν κατά γε τοιοῦτον λογισμὸν ἐποιήσατο, ἀλλὰ, *Σὺ μέν, ὦ Πέτρε, ἀκολούθει μοι*, τουτέστιν, Ἔξελθε πανταχοῦ διδάσκων, καὶ τοῦ Ἰωάννου διαζεύχθητι· αὐτὸς δὲ μενέτω ἐνταῦθα,

ἄχρις οὗ ἐλεύσομαι διὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ῥάβδου πα- A
τάξων τοὺς σταυρώσαντάς με. Ἀλλὰ καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἀμμώνιος τὸ τοιοῦτον εὐαγγελικὸν ῥητὸν, τὸ, *Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι*, τὸ μακρόβιον τῆς αὐτοῦ ζωῆς ἐντεῦθεν λέγει αἰνίττεσθαι. Ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις Τραϊανοῦ ἀπέθανε τιμωρίας ἄνευ. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁ Ἀπολλινάριός φησι, ὅτι ἐξ ἀγνοίας ὑπέλαβον οἱ ἀδελφοὶ, ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται. Καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς καὶ τάδε περὶ τούτου φησὶν, Ἀποσταλήσεται Ἐνὼχ δηλαδὴ καὶ Ἠλίας, καὶ ἐπιστρέψουσι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου ἀναιρεθήσονται. Τοῦ μέντοι εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου οὐδαμῶς μνημονεύει, ἢ γοῦν ἐπελάθετο τοῦ τοιούτου, κἀντεῦθεν τῶν δύο μόνων B
ἐκείνων, Ἐνὼχ δηλαδὴ καὶ Ἠλία, μνημονεύων εὑρίσκεται. Τοῖς ζῶσιν οὐκ εἶχεν αὐτὸν ἐναρίθμιον. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ μέγας ἀπόστολος ἐν τῇ Ἀποκαλύψει αὐτοῦ δύο τινὰς παρεισάγει προφητεύοντας ἐν ἐσχάταις ἡμέραις καὶ σημεῖα ἐπιτελέσοντας ἔτη τρία καὶ ἥμισυ, λέγων οὕτως· *Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους.* Τούτους μὲν οὖν Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν ἐνόησαν οἱ τὰ τοιαῦτα ἐπεξηγησάμενοι· ἕτερος δέ τις τῇ τοιαύτῃ Ἀποκαλύψει οὐκ ἐκφέρεται. Καὶ μετ' ὀλίγα· *Καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς χαίρουσιν ἐπ' αὐτοῖς ἀναιρεθεῖσι, καὶ δῶρα πέμψουσιν ἀλλήλοις, ὅτι οὗτοι οἱ δύο προφῆται ἐβασάνισαν τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, εἶτα ἀναστήσονται.* C
Ἀλλὰ καὶ ὁ ἱστορικὸς Ἱππόλυτος περὶ τῶν ἀποστόλων διεξιὼν λέγει τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἐπανακληθῆναι τῆς ἐξορίας ὑπὸ Νερούα, καὶ οὕτω μετὰ ταῦτα τελευτῆσαι, οὗ καὶ τὸ λείψανον ζητηθὲν οὐχ εὑρέθη. Τὰ αὐτὰ τοῖς διαληφθεῖσι καὶ τῷ Προχώρῳ διείληπται. Λέγει γάρ, ὅτι κατ' ἐπιταγὴν ἐκείνου λάκκος ὤρυκτο, ἐν ᾧ πεσὼν καὶ χώματι σκεπασθεὶς παρ' ἡμῶν παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Εἶτα διηγησάμενος ταῦτα τοῖς ἐν τῇ πόλει, καὶ ὑποστρέψαντες κενὸν τὸν τόπον εὑρήκαμεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου ἀδελφὸς Καισάριος, ἐρωτηθεὶς ἐπὶ σεκρέτου ἐν Κωνσταντινουπόλει περὶ τούτου, εἶπεν, ὅτι αὐτὸς ὁ Ἰωάννης ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ διεσάφησε τὰ περὶ τούτου, ἐν οἷς οὕτω διέξεισιν· *Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει. Καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ' Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ; Σὺ ἀκολούθει μοι.* Τοῦτο γὰρ εἶπεν ἄριστα, διορθούμενος τὴν ἐσφαλμένην αὐτῶν ὑπόνοιαν, ὡς πολλαχοῦ τοῦτο πεποίηκεν, ἀνοήτους καλῶν αὐτοὺς καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Βίκτορα τὸν διάδοχον καὶ ἀρχιεπίσκοπον τῆς μεγάλης Ῥώμης ἐπιστολῇ Πολυκράτους διαδόχου ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου καὶ τάδε γέγραπται· Κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηνται, ἅτινα ἀναστήσονται τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Φίλιππος εἷς ὢν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει καὶ θυγατέρες αὐτοῦ. Ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τῷ στήθει τοῦ Ἰησοῦ ἀναπεσών· οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Καὶ ὁ μέγας δὲ Ἀθανάσιος ἐν τῷ

ita de eo loquitur : Mittentur Henoch et Elias, et corda patrum in filios convertent, et ab Antichristo peribunt. Evangelistæ tamen Joannis nullam mentionem facit; aut ipsius igitur oblitus est, cum tantum Henoch et Eliam memorasse inveniatur, vel ipsum Joannem vivis non adnumerat. Sed magnus apostolus duos testes in Apocalypsi inducit qui ultimis diebus prophetabunt et signa facient per tres annos ac medium, hisce verbis : « Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. » Per hos testes Henoch et Eliam intellexerunt commentatores, alius vero in Apocalypsi non designatur. Et paulo post addit, « Et inhabitantes terram gaudebunt super illos interemptos, et munera sibi mittent invicem : quoniam hi duo prophetæ cruciaverunt eos qui habitabant super terram; postea vero resurgent. » Aliunde Hippolytus historicus de apostolis loquens, beatum Joannem evangelistam, Nerone imperatore, ab exsilio revocatum fuisse testatur, ipsumque postea ita vitam finiisse, ut ejus reliquiæ nusquam sint repertæ. His consentanea Prochorus etiam tradidit. Dicit enim quod Illius jussu foveam effoderant, in quam prolapsus moleque obrutus a nobis emisit spiritum. Cum hæc postea civitatis incolis annuntiata essent, reversi locum vacuum invenimus. Sed divini Gregorii frater Cæsarius de hoc Constantinopoli secrete interrogatus, dixit, ipsum Joannem in Evangelio suo de hoc aperte declarasse his verbis : « Exiit ergo sermo inter fratres, illum discipulum non moriturum esse. Et non dixit ei Jesus: Non moritur; sed, Si eum volo manere donec ipse veniam, quid ad te? tu me sequere. » Et jure id dixit, falsas eorum suspiciones redarguens, quod sæpius egit, stultos ipsos vocans et duros corde. In epistola vero Polycratis successoris Ephesique archiepiscopi ad Victorem successorem magnæque Romæ archiepiscopum hæc etiam scripta sunt: Magna per Asiam elementa dormierunt, quæ ultimo die resurgent. Philippus unus ex duodecim apostolis, qui Hierapoli una cum filiabus suis dormivit; Joannes etiam qui supra pectus Jesu recubuit, Ephesi quoque dormiit. Magnus Athanasius, in libro De resurrectione, Henoch et Eliam inter vivos versari dixit, nec alium quemcunque ullo modo memoravit. Ipse etiam Gregorius Magnus Sermocinator Jacobum necatum esse dicit, Joannem vero in pace e vita decessisse. Divinissimus tandem Ephræm in sermone de secundo adventu duos tantum viros prænuntiatos, Henoch scilicet et Eliam, citasse reperitur. Et hæc quidem de beato evangelista Joanne a Patribus supradictis tradita sunt. Sive adhuc vivus Henoch et Eliæ consocietur, sive non, a sublimitate tua dijudicandum est, nec non ex more nescientium oculis subministrandum relinquo.

εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν μνημονεύσας, καὶ εἰπὼν ἐν τοῖς ζῶσι διάγειν αὐτοὺς, ἑτέρου τινὸς οὐμενοῦν ἐμνημόνευσε. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Διάλογος τὸν μὲν Ἰάκωβον λέγει ἀναιρεθῆναι, τὸν δὲ Ἰωάννην ἐν εἰρήνῃ ἀναπαυθῆναι. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ θειότατος Ἐφραὶμ ἐν τῷ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν λόγῳ αὐτοῦ, τῶν ἀναγεγραμμένων δύο καὶ μόνων ἀνδρῶν, τοῦ Ἐνὼχ δηλαδὴ καὶ Ἠλία, μεμνημένος εὑρίσκεται. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ θείου Ἰωάννου τοῖς διαληφθεῖσιν ἄνωθεν Πατράσι διείληπται· εἴτε δὲ τῷ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίᾳ ζῶν ἔτι συναγελάζεται, εἴτε καὶ μή, τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ καὶ διασκέψασθαι τὰ περὶ τούτων ἀφίημι, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ὡς ἔθος ὑποτυπώσασθαι.

EPISTOLA XVII.

Venerandissimo monacho domno Nectario. — De Juda, utrum laqueo se suspenderit juxta evangelicam historiam, sive post hæc superstes, ut dicunt aliqui, aqua interculi laboraverit, et ita mortuus sit.

Pappias historicus, qui Judam magnum impietatis signum per mundum incessisse dixit, ex Actuum libro materiam hauriens, his principis apostolorum Petri verbis ultimendacii reus palam convincitur. Namque divinus ille apostolus stans in medio fratrum in cœnaculo, in quo juxta verbum Domini sedentes discipuli, exspectabant donec virtutem desuper induerentur, hæc inter alia de Juda dixit : « Judas emit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius, et diffusa sunt viscera ejus, et innotuit omnibus habitantibus Jerusalem, quod appellaretur ager ille lingua eorum Haceldama, hoc est, Ager sanguinis. » Animum, quæso, attende. Si enim juxta dictum Pappiam aliquantum temporis post suspendium superstes fuisset Judas, hunc sermonem non pronuntiasset princeps apostolorum Petrus, nisi diu post resurrectionem Christi a mortuis. Si enim ille tum inter vivos numeraretur, quo pacto de ipso ut mortuo beatus apostolus sermocinatur? Sin autem ab ipso agrum acquisitum esse in Actuum libro legitur, eumque suspensum miserabiliter cecidisse ruptum, noli ob hoc mirari, dicens, Si agrum emit, de necessario post suspendium vixit. Nisi enim superstes fuisset, agrum non emisset. Desine, quæso, talia sentire ac dicere. Minime enim a semetipso agrum ullo modo emisse invenitur, sed veluti in tertia de Actibus homilia disertus Joannes docuit, alii quidam agrum emerunt, ipse vero quoque utpote qui pretium agri solvit. Namque principibus sacerdotum projecit argenteos, quos mercedem iniquitatis vocat : merito igitur hujus agri dominus dicitur. Ager vero ille campus figuli vocatur, qui etiam domus maledicta dicitur; tumulo enim nihil magis solitarium. Inde patet quod ipse a semetipso agrum non emit. Etsi enim iniquitatis mercedem, id est, triginta argenteos principibus sacerdotum Judas sponte projecit quibus emptus erat ager (non licebat enim eos mittere in corbonam utpote pretium sanguinis), quomodo vel unde Judas possedit agrum, cum ipse statim in templo projecta mercede iniquitatis laqueo se suspenderit? Aliis ergo agrum ementibus, et ipse emisse dicitur, ut supra demonstravimus. Quod

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΖ'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Νεκταρίῳ περὶ τοῦ Ἰούδα, εἴτε τῇ ἀγχόνῃ ἐναπέψυξε, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν, εἴτε μετὰ ταῦτα ἐπιζήσας, ὡς φασί τινες, ὑδέρῳ περιέπεσε, καὶ οὕτως τὸ τοῦ βίου τέλος ἐδέξατο.

Dominus; filius mortis est homo, qui hoc patravit; similem rursum ipse a Nathan sententiam audiit: *Tu es, qui hoc fecisti; quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Hæc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo mala de domo tua, et tollam uxores tuas ante oculos tuos, et dabo proximo tuo, et dormient cum illis in conspectu solis; tu enim fecisti abscondite, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel.* Pro his dixit David ad Nathan: *Peccavi Domino.* Et Nathan: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum; non morieris*[1]. Tu enim, inquit, mortis sententiam in suppositam personam tulisti, pœnaque illi decreta fuerat mors: sed non morieris; namque Dominus transtulit peccatum tuum, distulit nempe vindictam propter humilitatem tuam et sceleris confessionem. Eorum vero, quæ patraverat, oblivionem per prophetam datam non esse, et perfectam veniam, hinc percipitur ab iis, qui attento animo rebus advertunt. Namque, quæ illi minatus fuerat ante confessionem propheta, omnia ipsum subiisse, etiam post confessionem, historia tradit. Si vero Davidi adeo moderate, et potissimum in majestate regia, reprehensionem accipienti, facinorum solutio non citra laborem tribuebatur; innumeris quippe calamitatibus, eorum gratia, divexatus fuit; de aliis quid dicendum fuerit? Ego equidem hactenus maximopere hæreo, nec ita facile possum decernere, eoque potissimum cum monachici hujusce et sacri habitus appellatio aperte ostendat, delictorum solutionem non posse ipsam per se impertiri. Pœnitentiæ enim professio nuncupatur; et, qui eo circumvestitur, patratorum ac commissorum scelerum pœnitentiam profitetur; et; qui profitetur, non eo loci reputatur, ac si fecisset. Qui autem, quod promisit, non efficit, sed adhuc moratur, quomodo mercedem, ac si fecisset, accipiet? Nihil itaque commodi consequetur qui promisit, nisi opere ipso promissionem præstiterit. Si quem enim adolescentem conspexeris a principe circumvestiri amictu militari, indeque eumdem promittere, hostes se petiturum, belloque cum eis conflicturum, verberaque et vulnera passurum, vitam ipsam projecturum, mortemque oppetiturum; hæc si opere ipso non præstiterit, quonam putas erga eum animo agonothetam futurum? num magnifice ipsum excipiet, majori dignitate cohonestabit, et regiis largitionibus compensabit? Neutiquam, inquam, omnino, neutiquam; sed illi similia largietur, qui promissa in exitum perduxerit ac perfecerit.

Μὴ οὖν θελγέτω τοὺς νωθροτέρους ἡμᾶς ἡ περιβολὴ μόνη τοῦ σχήματος, ἅτε δεύτερον ὑπάρχουσα βάπτισμα. Ὅτι μὲν γὰρ μόνον τὸ τῆς παλιγγενεσίας θεῖον λουτρὸν ἀναπλάττειν τε καὶ ἀναγεννᾷν δύναται, καὶ καινοὺς ἀντὶ παλαιῶν τοὺς αὐτῷ προσερχομένους ἀποκαθιστᾷν, οὐχὶ δὲ τὸ σχῆμα τοῦτο

Ne itaque nos desidiores velamen habitus, ac si esset secundum baptisma, demulceat. Tantummodo vero regenerationis divinum lavacrum refingere et regenerare valet, et novos pro veteribus, qui in ipsum accedunt, conficere; non autem hunc habitum monachicum Theologus Gregorius prodit, hæc

[1] II Reg. XII, 5 seqq.

ad verbum edisserens : Et hæc cum non sit secunda regeneratio, neque figuratio, neque in pristinum statum restitutio, licet illam perquiramus, in multis suspiriis et lacrymis, ex quibus cicatrix fit, difficulter tamen secundum meum præscriptum et dictum. Fit enim, et credimus. Quod si cicatrices deleverimus, vellem equidem, quando et ipse humanitatis indigeo. Hinc omnino videtur, amictum hunc non exhibere sine labore plagarum et vulnerum, quæ ex peccato adveniunt, sanitatem. Admodum ipse sacrum simile vestimentum existimo, quod via est ad salutem, et pœnitentiæ professio, et mortificationis symbolum; at ipsum per se veniam impertiri non posse, nisi illud labores, et fontes consequantur lacrymarum, et virtutum opera. Etenim si his vix cicatrix ducitur, ut prædictus dixit divinus vir, quid dicendum est, si eisdem utendi, propter incommoditates et angustias temporis, facultas non est? Misericors itaque Dominus; verumtamen labore immodico invocantibus illius misericordiam opus est. Et hoc est, quod divinus prædixerat David, molestias notans pœnitentiæ : *Humiliavam in jejunio animam meam, et caro mea immutata est propter oleum*[1]. Et rursum : *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die*[2]. Hinc recte sanctissimus Ephræm enuntiavit : Monachum non tonsura et habitus, sed modus cœlestis et divinæ vitæ institutum constituit. Quibus nos admonet, propter nostram naturam lubricam, similem habitum satis admirabiliter magno Pachomio, per angelum, ostensum fuisse. Quare? Ut ad pœnitentiam venientes freni instar retineat, nec permittat omnino, ut concessiones ad pristinum statum comminiscantur. Hocque manifestius verbis illis expressit : Monache, considera habitum, quo circumvestitus es, et cognosce, quod ex hoc mundo decedis, et ad spirituale opus modis omnibus trahebris. Hoc et Scalæ auctor sanctissimus Joannes confirmabat : Excitet te, dicens, ad opus mœroris et ipse tuus habitus. Namque omnes, qui demortuos lugent, nigris amiciuntur vestibus. Itaque propter nostræ humanitatis lubricum, sacrum habitus mysterium exhibebatur. Nam si illud non esset, qui monachatum ambiunt, illius non indiguissent. Et videsis magnum Antonium, divinissimum Paulum Thebanum, et reliquos omnes, qui eo ævi monachum induerant, etiam absque hoc habitu, cum fortem gererent animum, ad sanctitatis absolutam perfectionem et culmen pervenisse.

Quare vera pœnitentia erit, non nigrum pallium, non pilorum demissio, sed conversio ad Dominum, vitæ non rectæ despectus, priorum malorum abstinentia, postea propter ea amaræ lacrymæ. «Fili enim, inquit, peccasti; ne addas ultra, sed et de prioribus tuis deprecare; » neque enim sat est ad pœni-

[1] Psal. cviii, 24. [2] Psal. xxxi, 3.

A τὸ μοναχικὸν ὁ Θεολόγος καὶ τοῦτο Γρηγόριος δείκνυσι κατὰ ῥῆμα διεξιὼν οὑτωσί· Καὶ ταῦτα οὐκ οὔσης δευτέρας ἀναγεννήσεως, οὐδ' ἀναπλάσεως, οὐδ' εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστάσεως, κἂν ὅτι μάλιστα ζητῶμεν αὐτὴν ἐν πολλοῖς στεναγμοῖς τε καὶ δάκρυσιν, ἐξ ὧν συνοὐλωσις μὲν ἔρχεται, μόγις δὲ κατά γε τὸν ἐμὸν ὅρον καὶ λόγον. Ἔργεται γάρ, καὶ πιστεύομεν. Εἰ δὲ καὶ τὰς οὐλὰς ἐξαλείφομεν, ἀγαπῴην ἄν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς χρῄζω φιλανθρωπίας. Φαίνεται οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι τὸ ἔνδυμα τοῦτο οὐ δίδωσιν ἀμόχθως τῶν ἐκ κακίας πληγῶν τε καὶ μωλώπων ὑγίωσιν. Ἱερὸν μὲν οὖν καὶ πάνυ τὸ τοιοῦτον ἔνδυμα ἡγημαι, ὅτι τε πρὸς σωτηρίαν ὁδὸς καὶ ὅτι μετανοίας ἐπάγγελμα, καὶ ὅτι νεκρώσεως σύμβολον· αὐτὸ δὲ καθ' αὑτὸ μὴ δύνασθαι παρέχειν συγχώρησιν, εἰ μὴ καὶ
B πόνοι τούτῳ συνέψονται, καὶ δακρύων πηγαί, καὶ ἀρετῶν ἐργασίαι. Εἰ γὰρ καὶ ταῦτα μόγις παρέχει συνοὐλωσιν, ὡς ὁ διαληφθεὶς ἔφη θεῖος ἀνήρ, τί χρὴ καὶ λέγειν, εἴγε καὶ τούτοις οὐκ ἔχομεν χρήσασθαι διὰ τὸ κατεπεῖγον τοῦ καιροῦ καὶ στενόν; Ἐλεήμων μὲν οὖν ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ μόχθου χρεία πολλοῦ τοῖς ἐπικαλουμένοις ἐκεῖθεν τὸν ἔλεον. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ θεῖος ἔφη Δαυὶδ τὸ τῆς μετανοίας ὑπεμφαίνων ἐπίπονον· *Ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλεον*· καὶ αὖθις· *Ὅτι ταῦτα ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν*. Καλῶς οὖν ὁ ὁσιώτατος Ἐφραὶμ ἔλεγεν, ὅτι τὸν μοναχὸν οὐχ ἡ κουρὰ καὶ ἡ περιβολὴ συνίστησιν, ἀλλ' ὁ οὐράνιος τρόπος, καὶ ἡ ἔνθεος πολιτεία. Ἐφ' ᾧ καὶ δίδωσιν ἡμῖν ἐννοεῖν, ὅτι διὰ τὸ εὐόλισθον ἡμῶν ἡ τοιαύτη περιβολὴ καὶ πάνυ θαυμασίως τῷ μεγάλῳ Παχωμίῳ δι' ἀγγέλου ἐδείκνυτο. Τίνος ἕνεκεν; Ὅπως τοὺς προσερχομένους τῇ μετανοίᾳ χαλινοῦ δίκην ἀναχαιτίζειν, καὶ μὴ συγχωρεῖν ὅλως ἐπιμεμνῆσθαι παλινῳδίας αὐτούς· καὶ τοῦτο πάντως ἀριδηλότερον, ὧδέ πως ἐκείνος εἰπών· Μοναχέ, ἴδε τὸ σχῆμα, ὃ ἠμφίεσαι, καὶ ἐπίγνωθι ὡς ἐξιστᾷ μὲν τούτου τοῦ κόσμου, ἐπὶ δὲ τὴν πνευματικὴν ἐργασίαν ὅλως ἀνθέλκεται. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ τῆς Κλίμακος ἀγιώτατος Ἰωάννης ἔλεγε, Πεισάτω σε πρὸς ἐργασίαν πένθους καὶ αὐτό σου τὸ ἔνδυμα. Πάντες γὰρ οἱ νεκροὺς πενθοῦντες μέλανα ἐνδύματα περιβάλλονται. Διὰ τὸ εὐόλισθον τοίνυν
D ἡμῶν ἱερὰ τοῦ ἐνδύματος ἐδίδοτο τελετή. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οἱ μονάσαι θέλοντες τοῦ τοιούτου προσεδεήθησαν. Καὶ ὅρα τὸν μέγαν Ἀντώνιον, τὸν θειότατον Παῦλον τὸν Θηβαῖον, καὶ τοὺς ὅσοι κατ' ἐκεῖνον καιρὸν μονάζοντες ἦσαν, ὅτι καὶ ἄνευ τοῦδε τοῦ σχήματος, ἅτε στερρᾶς ὄντες ψυχῆς, εἰς τὴν ἀνωτάτω πεφθάκασι τῆς ὁσιότητος κορυφήν.

Μετάνοια λοιπὸν ἀληθὴς οὐ μέλαν ἄμφιον καὶ τριχῶν ἀποβολή, ἀλλ' ἐπιστροφὴ πρὸς Κύριον, καὶ βίου κατάγνωσις οὐκ ἀγαθοῦ, ἀλλὰ τῶν πρότερον κακῶν ἀποχή, καὶ δάκρυα μετὰ ταῦτα ὑπὲρ ἐκείνων θερμά. «Τέκνον γάρ, φησὶν, ἥμαρτες. Μὴ προσθῇς ἔτι, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν προτέρων σου δεήθητι.» Οὐδὲ

γὰρ ἀρκεῖ πρὸς μετάνοιαν, ὡς ὁ Χρυσορρήμων φησὶ, τὸ στῆναι μόνον τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ τὸ καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας ποιεῖν. Ἐπεὶ καὶ τοῖς τραύμασίν οὐκ ἀρκεῖ μόνον τὸ βέλος ἐξελεῖν, εἰ μή γε καὶ κατάλληλα φάρμακα τῷ τραύματι ἐπιβήσουσι. Ταύτην μὲν οὖν τὴν μετάνοιαν καὶ ὁ τῆς Κλίμακος παριστῶν ἔλεγε· Μετάνοιά ἐστι διαλλαγὴ Κυρίου διὰ τῆς τῶν ἐναντίων τοῖς πταίσμασιν ἀγαθοεργίας. Φαίνεται οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι τὸ σχῆμα τοῦτο μόνον ἄνευ μόχθου πολλοῦ, καὶ ἀρετῶν, ἐργασίας λύσιν ἀμπλακημάτων οὐ δίδωσιν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, εἰ τοῖς ἑκουσίως προσερχομένοις λύσιν εὐθέως τῶν ἐπταισμένων οὐ δίδωσι, πῶς καὶ γὰρ εἴγε δακρύων μετὰ ταῦτα τοσούτων χρῄζομεν, ὥστε τῇ πηγῇ τοῦ βαπτίσματος ἐξισωθῆναι κατὰ τὸν ἐν θεολογίᾳ μέγαν Γρηγόριον, πῶς ἂν τοῖς ἀθελήτως, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ ἐκ βίας εἰς αὐτὸ καταφεύγουσιν ἀπαλλαγὴν σφαλμάτων δωρήσαιτο; Ἐγὼ δέδοικα μήποτε καὶ παντάπασιν ἀνοίκειός ἐστι τούτοις ἡ ἱερὰ τοῦ σχήματος τελετή. Οὐκ οἶδα γὰρ ὅ τι καὶ πράξειεν ὁ τοῦτο περιβαλλόμενος, ἤδη πνέων τὰ ἔσχατα. Ἑτοιμάζεται μὲν εἰς παράταξιν, ἀλλὰ τὰς χεῖρας κεκώλυται. Τὴν πανοπλίαν ἐνδέδυται, καὶ οὐκέτι πολέμου καιρός. Προσμένειν τῇ μονῇ ἐπαγγέλλεται, καὶ τῶν ὧδε βιαίως ἁρπάζεται. Ὑπείκειν τῷ προεστῶτι καθυπισχνεῖται, καὶ ἡ τοῦ θανάτου τυραννὶς οὐκ ἐᾷ. Γυναῖκας καὶ παῖδας ἀποβάλλειν ὁμολογεῖ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παραχρῆμα ψυχὴν ἀποτίθεται. Μαρτύρεται μὴ κατὰ βίαν τῷ σχήματι προσελθεῖν, ἀλλ' ἡ πλευρῖτις ἐπικειμένη, καὶ μὴ βουλόμενον ἐκβιάζει τὰς τρίχας τεμεῖν. Ἐκεῖνα τοῖς δεομένοις χαρίζεται, ὅσα καὶ ὄχων ἀρίησιν ἐνταυθοῖ. Ἄλλα τε πολλὰ ἐπαγγέλλεται, οἷον ὀνειδισθῆναι, ὑβρισθῆναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ποιεῖ δὲ οὐδὲν ἐξ αὐτῶν, ὅτι στενὸς αὐτῷ καὶ λίαν ἐστὶ τῆς ζωῆς ὁ καιρὸς, ἐφ' ᾧ τὰ μὲν βραβεῖα ἡτοίμασται, λαμβάνει δὲ οὐδὲν ὁ τοιοῦτος, ὡς οἶμαι. Τῷ γὰρ ἐπαγγελλομένῳ μὲν, ὡς προείρηται, μὴ ποιήσαντι δὲ, κατ' οὐδὲν αἱ βασιλικαὶ πάντως προσήκουσι δωρεαί. Οὐκ ἀσφαλῶς μὲν λοιπὸν ἐπὶ τούτοις παράγομεν τὴν ἐν Εὐαγγελίοις τοῦ ἀμπελῶνος καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κληθέντων παραβολήν. Οὐδὲ γὰρ εἰκόνα φέρει τῶν εὐσεβῶν μὲν εἶναι ὁμολογουμένων, τῇ μετανοίᾳ δὲ δῆθεν προσερχομένων ἐν τῷ τοῦ θανάτου καιρῷ. Εἰ γὰρ καὶ τὸν αὐτὸν τοῖς προκοπιάσασι μισθὸν οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην εἰλήφασιν, ἀλλὰ τὸ περὶ τὴν ἐργασίαν ἕτοιμον ἰσότιμον αὐτοῖς προὔξένησε τὸν μισθόν. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἑαυτῶν ἀργίας ὑπεραπολογούμενοι ἔλεγον, ὡς· *Οὐδείς ἡμᾶς ἐμισθώσατο*, σαφῶς ἔδειξαν, ὡς εἴγε καὶ προλαβόντες ἐκλήθησαν, εὐθέως ἂν εἰς τὸν ἀμπελῶνα ἐξῆλθοσαν. Ὅμως μὲν οὖν καὶ περὶ τὴν ἑνδεκάτην κληθέντες, ἑτοίμως οὕτω τῷ καλοῦντι, καὶ χωρὶς ἐνδοιασμῶν ἠκολούθησαν, ἐφ' ᾧ καὶ τῶν προκληθέντων οὐκ ἔλασσον ἔλαβον. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ποίαν ἡμεῖς ἕξομεν ἀπολογίαν; Μὴ κατ' ἐκείνους εἰπεῖν ἔχομεν, ὡς οὐδείς ἡμᾶς ἐμισθώσατο; Καὶ οὐ μὴν οὐ διαλείπει καθ' ἑκάστην

A tentiam, ut aurea lingua Chrysostomus ait, a peccato tantum desistere, sed necesse est, ut fructus digni pœnitentiæ producantur, quando et vulneratis haud sat est sagittam exserere, sed emplastris vulnerariis vulnus fovere. Hanc pœnitentiam Scalæ quoque auctor stabiliens, dicebat : Pœnitentia est reconciliatio cum Deo per bonorum operum, peccatis contrariorum, exercitationem. Hinc apparet, hunc habitum solum, absque ingenti labore et virtutum exercitio, solutionem peccatorum minime tribuere. Hæc si ita se habent, et sponte ad eam advenientibus illico veniam iniquitatum non exhibet (quomodo enim, cum tot postmodum indigeamus lacrymis?) quanam ratione fonti baptismatis exæquabitur secundum magnum in rebus theologicis
B pertractandis Gregorium? quo item modo illis, qui vi et nolentes, ut ita dicam, ad illum confugiunt, remissionem errorum largietur? Ego sane dubius hæreo, ne illis hujusce habitus traditio penitus incommoda et inconveniens sit. Neque enim capio, quid agere possit, qui illo amicitur, dum extremum spiritum ducit. Præparatur enim ad conflictum, sed præceditur manibus; integra armatura munitur, sed belli tempus præteriit; promittit se in solitudine permanere, sed a rebus hisce humanis vi rapitur; obedientiam spondet superiori, sed mortis non concedit tyrannis; uxorem et filios repudiare se fatetur, et statim animam suam ponit; obtestatur, se non vi adactum ad habitum accedere, sed
C lateralis dolor opprimens vel invitum comam deponere cogit; illa indigentibus donat, quæ nolens hic deserit; multaque alia profitetur, opprobrio nempe affici, injuriis peti, et similia, nihil vero ex his perficit, cum angustus illi, et ultra quam par est, vitæ terminus, designatur, in quo præmia præparata sunt; sed nihil ille, ita affectus, ut ipse existimo, suscipit; namque ea promittenti, ut dictum est, si ea, quæ promiserit, effectu non præstitit, regiæ largitiones nullo modo dantur. Non ergo sine periculo ad hos deferimus, quæ in Evangeliis est, vineæ et in eam accersitorum parabolam: neque
D enim imaginem præ se fert eorum qui fatentur se pios esse, et in mortis articulo ad pœnitentiam, ut ipsis videtur, procurrunt. Licet enim eamdem atque illi, qui antea laborem insumpserunt, mercedem susceperunt, qui hora undecima accessere, parata tamen promptaque operatio æqualem illis mercedem subministravit. Cum enim de suo se excusarent otio, dicerentque : *Nemo nos conduxit*[1], manifeste ostenderunt, quod si prius etiam vocati fuissent, subito in vineam avolassent. Nihilominus et circa horam undecimam vocati, prompte admodum et sine ulla hæsitatione vocantem secuti sunt, propterea et iis qui antea vocati fuerant, non minorem mercedem habuerunt. Hæc si ita se habent, quam ipsi responsionem habebimus? An, ut et illis dicere possumus : Nemo nos ad opus vocavit, nemo

[1] Matth. xx, 7.

nos conduxit? Et tamen continuo et singulis horis per prophetas, evangelistas, apostolos, et reliquam Scripturam, quæ ad salutem nostram conducunt, curator noster et Salvator suggerit. Optime itaque Theologi os illi, qui baptisma differebat, verumtamen postulanti, similem parabolam applicabat. Age, et parabolam addisce, ne scriptis detrimentum capias ob imperitiam; ab eo siquidem die et hora, qua quis accesserit, opus exigitur. Hoc porro dicimus, non ut impediamus eam, quæ in fine vitæ fit, divinam immutationem, divinasque, quæ super ea aguntur, cæremonias: quomodo enim, cum et pusilla suspiria non condemnentur, et eorum potissimum, quorum vita probata est? sed ut nobis ipsis suadeamus, divina prorsus præscripta non contemnere, spem nostram scilicet in extremo illo auxilio collocantes, si modo iis, qui adeo segnem vitam traduxerunt, auxilio esse poterit extrema illa vestimentorum commutatio.

Divinum itaque lavacrum, ut supra diximus, etiam sine lacrymis veniam peccatorum impertitur. Quam ob causam? Quod ea vis lavacro inest, et quod, quæ ante baptismum patrata sunt, tanquam quæ ex ignorantia proficiscuntur, facile veniam consequuntur, quæ vero post illuminationem acta sunt, plurimis lacrymis indigent. Et hoc est quod propheta David deplorans dicebat: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei; quia non custodierunt legem tuam* [1]. Non condonantur quidem, ut dictum est, quæ post baptismum fiunt, quod scientes prudentesque peccamus; quapropter multis hujus gratia cædemur. Etenim si, qui paradiso potiebatur, tot post illum honorem subiit mala, unius tantum inobedientiæ causa, nos qui cœlum recepimus, Unigeniti cohæredes facti, quid agemus, cum quotidie inobedientes deprehendamur? adeo non merentur veniam iniquitates nostræ. Excusatione rursus carent, quod valida gratiæ armatura circumsepti, et adversarium imbellem habentes. *Hostis* enim, ait, *defecerunt framcæ in finem* [2], instar inermium et nudorum, lethale vulnus ab eodem suscipimus. Hæc si ita se habent, si consolatione privantur, ut divinissimus Joannes dicit, quæ a nobis post baptismum committuntur scelera, quamnam veniam consequemur, et potissimum si usque ad finem inemendabiles perseverabimus? Ego sane dubito, ne tum adversus nos prophetica illa vox intonet: *Si extenderitis manus ad me, avertam oculos meos a vobis* [3]. Cupio equidem, et valde cupio, ut, qui sacrum hunc habitum amplectuntur, in extremo vitæ spiritu veniam delictorum adipiscerentur; sed tenet me, hæreregue facit Dominus dicens per Prophetam: *Dic tu primus peccata tua, ut justificeris* [4]. Terret, inquam, me propheticum hoc verbum, quod mortis tempore per vim aliquem accedere, coactumque similiter abscondita revelare, non est primum dicere, et primum non dicere, justilio-

διά γε προφητῶν, εὐαγγελιστῶν, ἀποστόλων, καὶ πάσης ἄλλης Γραφῆς τὰ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν διαλεγόμενος ὁ κηδεμὼν ἡμῶν καὶ Σωτήρ. Καλῶς οὖν ἡ Θεολόγος φωνὴ, τῷ βαπτισθῆναι μὲν ἀναδυομένῳ, προβαλλομένῳ δὲ τὴν τοιαύτην παραβολὴν, ἔλεγε· Δεῦρο καὶ τὴν παραβολὴν ἑρμηνεύθητι, ὡς ἂν μὴ βλάπτῃ τοὺς γεγραμμένους ἐξ ἀπειρίας. Ἀφ' ἧς γὰρ ἡμέρας καὶ ὥρας προσέλθῃ τις, ἀπ' ἐκείνης ἀπαιτεῖται καὶ τὴν ἐργασίαν. Ταῦτα δὲ λέγομεν, οὐχ ἵνα κωλύσωμεν τὸν ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ βίου γεγενημένον θεῖον μετασχηματισμὸν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τελουμένην ἱερὰν τελετήν· πῶς γὰρ, εἴγε καὶ τὰ τῶν μικρῶν στεναγμῶν οὐκ ἀπόβλητα, καὶ μᾶλλον ἐν οἷς ὁ βίος οὐκ ἀδόκιμος ἦν; ἀλλ' ἵνα πείσωμεν ἑαυτοὺς, μὴ τῶν θείων τέλεον καταφρονεῖν ἐντολῶν, τῇ τελευταίᾳ δῆθεν ἐπικουρίᾳ θαῤῥοῦντας, εἴγε καὶ δύναται τοῖς οὕτω ῥᾳθύμως διηνυκόσι τὸν βίον ἐπικουρεῖν ἡ ἐπιτελεύταιος αὕτη μετένδυσις.

Τὸ μὲν οὖν θεῖον λουτρὸν, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, καὶ ἄνευ δακρύων ἄφεσιν ἁμαρτημάτων χαρίζεται· τίνος ἕνεκεν; Ὅτι τε τοιαύτη δύναμις πρόσεστι τῷ λουτρῷ, καὶ ὅτι εὐσύγγνωστά εἰσι τὰ πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ὡς ἐξ ἀγνοίας τολμώμενα· τὰ δὲ μετὰ τὸ φώτισμα καὶ λίαν δακρύων δεόμενα. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ προφήτης Δαυὶδ ὀδυρόμενος ἔλεγε, *Διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου, ὅτι οὐκ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου.* Καὶ ἀσύγγνωστα μὲν, ὡς εἴρηται, τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα, ὅτιπερ ἐν γνώσει ἁμαρτάνομεν. ἐφ' ᾧ καὶ πολλοῖς τούτου ἕνεκεν δαρησόμεθα. Εἰ γὰρ ὁ παράδεισον λαχὼν τοσαῦτα καὶ μετὰ τὴν τιμὴν ἐκείνην ὑπέστη δεινὰ, μιᾶς χάριν παρακοῆς, οἱ τὸν οὐρανὸν ἀπολαβόντες ἡμεῖς, οἱ τοῦ Μονογενοῦς συγκληρονόμοι γενόμενοι, τί ποιήσομεν εὑρισκόμενοι καθ' ἑκάστην παρήκοοι; Οὕτω; ἀσύγγνωστά εἰσι τὰ τῶν πταισμάτων ἡμῖν. Ἀπροφάσιστα δὲ πάλιν, ὅτι καὶ στερρᾶς ὅπλοις περιφραχθέντες τῆς χάριτος, ἀσθενῆ τε τὸν ἀντίδικον ἔχοντες, Τοῦ ἐχθροῦ γὰρ, φησὶν, *ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος*, δίκην ἀόπλων τε καὶ γυμνῶν καιρίαν δεχόμεθα παρ' αὐτοῦ τὴν πληγήν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, εἰ παραμυθίας ἐστέρηνται κατὰ τὸν θειότατον Ἰωάννην τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα παρ' ἡμῶν πλημμελούμενα, ποίας συγγνώμης τευξόμεθα, εἴγε καὶ μέχρι τέλους ἀδιόρθωτοι μείνωμεν; Ἐγὼ δέδοικα μήποτε καὶ καθ' ἡμῶν ὁ προφητικὸς ἐκεῖνος ἐξενεχθείη τηνικαῦτα λόγος ὁ λέγων· *Ἐὰν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν.* Θέλω μὲν οὖν καὶ σφόδρα θέλω τὸ καὶ ἐν ἐσχάταις ἀναπνοαῖς λύσιν ἁμαρτημάτων εὑρίσκειν τοὺς τῷ ἱερῷ προσερχομένους ἐνδύματι· ἀλλ' ἐκφοβεῖ με διὰ τοῦ προφήτου, καὶ ἀμφιβάλλειν ποιεῖ λέγων ὁ Κύριος· *Λέγε σὺ πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς.* Ἐκφοβεῖ με δὲ καὶ τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ προφητικὸν, ὅτι τὸ κατὰ βίαν ἐν τῷ τοῦ θανάτου καιρῷ τινα προσελθεῖν, καὶ κατ' ἀνάγκην ὡσαύτως ἀποκαλύψαι τὰ

[1] Psal. cxvIII, 136. [2] Psal. xix, 7. [3] Isa. I, 15. [4] Isa. xLIII, 26.

κεκρυμμένα, οὐκ ἔστι πρῶτος εἰπεῖν. Τὸ δὲ μὴ πρῶτος εἰπεῖν, οὐδὲ δίκαιοῦν πάντως δύναται κατὰ τὴν θείαν φωνήν. Καὶ ὅρα τὸν Κάϊν ἐκεῖνον. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ πρῶτος, ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐλεγχθῆναι παρὰ Κυρίου, *Μείζων ἡ ἁμαρτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με*, ἔλεγεν, συγγνώμης οὐκ ἔτυχεν, ὅτι μηδὲ ἐξομολόγησιν εἶναι τὸ τοιοῦτον ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησίν. Ἐπὶ τούτοις ἐκφοβεῖ με ὁ μέγας Βασίλειος, Χάρις, λέγων, ὦ ἄνθρωπε, τῷ θανάτῳ καὶ οὐ σοί· εἴπερ ἦς ἀθάνατος, οὐκ ἂν ἐμνήσθης τῶν ἐντολῶν. Καὶ αὐτὸς δὲ τῆς μετανοίας ὁ κῆρυξ ἐκφοβεῖ με τοῦτο λέγων, Οὐκ ἔστιν ἐλεημοσύνη τὸν τελευτῶντα ἢ οὐκ ὄντα κύριον τότε παρέχειν. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν σῶν δίδως, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς ἀνάγκης. Τῷ θανάτῳ χάρις, καὶ οὐ σοί. Ἔνθέν τοι καὶ τὸν λῃστὴν οὐκ ἀσφαλῶς ἐνταῦθα παράγομεν, *Μνήσθητι*, μόνον εἰπόντα, καὶ τοῦ *παραδείσου* εὐθέως· ἀξιωθέντα. Τοὺς καιροὺς γὰρ καὶ τὰ πρόσωπα πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγκαῖον ὁρᾶν. Πολλὴ τοῦ λῃστοῦ ἡ εὐγνωμοσύνη· πολλὴ ἡ ἐπίγνωσις. Ἡνίκα γὰρ Πέτρος μὲν ἠρνεῖτο, κόρης οὐκ ἐνεγκὼν ἀπειλήν, οἱ λοιποὶ δὲ μαθηταὶ φεύγοντες ἦσαν, τότε δὴ τόν τε Θεὸν ἐκεῖνος ὡμολόγει, τὸν ὑπὸ πάντων ἐγκαταλειφθέντα Χριστόν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ συσταυρωθέντι αὐτῷ λῃστῇ, βλασφημοῦντι κατ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, σφοδρῶς ἐπετίμα λέγων, *Ἡμεῖς ἄξια πεπόνθαμεν, ὧν ἐπράξαμεν*. Ἐφ' ᾧ καὶ τοῦ παραδείσου τηνικαῦτα ἠξίωτο, *Μνήσθητί μου, Κύριε, εἰπών, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*. Θαῤῥεῖν οὖν ἐντεῦθεν οὐκ εὔλογον· οὐδὲ γὰρ ἑτοίμως ἐδίδοτο κἀκείνῳ παρὰ Χριστοῦ ὁ παράδεισος. Εἰ δὲ καὶ, *Μνήσθητί μου, Κύριε*, μόνον εἰπών, φωνῆς ἐκεῖθεν εὐθέως ἠκούσθη, θαυμάζειν οὐκ ἄξιον. Εἰ γὰρ ὁ ἐπίγειος οὑτοσὶ βασιλεὺς τοὺς ὁθενδήποτε πρὸς αὐτὸν καταφεύγοντας ἀλλοεθνεῖς αὐτῷ περιχαρῶς ὑποδέχεται, μεγίστων τε δωρεῶν εὐθὺς ἀξιοῖ, καὶ τιμῆς ὅτι πολλῆς, πολλῷ μᾶλλον ὁ μεγαλόδωρος, καὶ τὸν λῃστὴν ἐκεῖνον ἰδὼν, ἐν τοιούτῳ καὶ ταῦτα καιρῷ, μετὰ τοσαύτης αὐτῷ προσελθόντα πίστεως, οὐκ ἂν ἐδέξατο περιχαρῶς, οὐκ ἂν εὐθέως οἰκήτορα τοῦ παραδείσου ἐποίησε. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως· ἐμὲ δὲ καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἐκφοβεῖ τὸ ἐν τοῖς βίοις τῶν Πατέρων διήγημα. Γέγραπται γὰρ, ὅτι γέρων τις ἀπῆλθεν εἴς τινα πόλιν πωλῆσαι τὰ σκεύη αὐτοῦ, καὶ τάχιος ἐκαθέσθη εἰς πυλῶνά τινος πλουσίου, μέλλοντος τελευτᾷν. Καθήμενος οὖν προσέσχε, καὶ ὁρᾷ τινας ἄνδρας μελανοὺς, ἐπιβεβηκότας ἵππων καὶ αὐτῶν μελανῶν, καὶ ἔχοντας βάκλα πύρινα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Καὶ φθάσαντες εἰς τὸν πυλῶνα, ἔστησαν τοὺς ἵππους ἔξω. Αὐτοὶ δὲ εἰσῆλθον· καὶ ἰδὼν αὐτοὺς ὁ ἄῤῥωστος ἐκραύγαζε φωνῇ μεγάλῃ, Κύριε, ἐλέησόν με, καὶ βοήθησόν μοι. Λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖνοι· Ἄρτι ὅτε ὁ ἥλιος ἔδυ, ἐμνήσθης τοῦ Θεοῦ; Διατί αὐγαζούσης τῆς ἡμέρας οὐκ ἐζήτησας αὐτόν; Νῦν οὐκ ἔστι σωτηρίας ἐλπίς. Καὶ οὕτω βιαίως ἀναπάσαντες τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπῆλθον. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί ποιήσομεν ἡμεῖς, οἱ ἐν ἐσχάταις ἀναπνοαῖς θαῤῥοῦντες τὴν μετάνοιαν ἐπιδείξασθαι;

care penitus non valet, ut divina vox ait. Et considera Cainum illum : namque cum ille non primus, sed postquam a Domino reprehensus fuerat, diceret : *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear* [1], veniam non est consecutus, quod neque confessio illa fuerit, ut aurea lingua Joannes ait. Præterea terret me magnus Basilius : Gratia, dicens, o homo, morti, non tibi ; namque si immortalis esses, nunquam præceptorum recordatus fuisses. Ipsius etiam pœnitentiæ præco perterret me, cum dicit : Non est eleemosyna, dum quis obiens et cum dominus non est, aliis præstat ; non enim ex tuis das, sed ex ipsa necessitate. Morti gratia, et non tibi. Hinc etiam latronem non tuto hic adducimus, qui solum dixit : *Recordare ;* statimque paradiso dignatur. Tempora enim et personæ ante alia examinanda sunt. Ingens latronis benevolentia, ingens agnitio. Quando enim Petrus negabat, puellæ minas non sustinens, reliqui apostoli fugæ se dederant, tunc ille Deum, ab omnibus Christum derelictum, confitebatur ; neque id solum, sed et eum, qui una cum eo fuerat cruci affixus, Christumque ipsum blasphemabat, vehementer reprehendebat : *Nos*, inquiens, *digna factis recipimus*, propterea que eodem tempore paradiso donatur, *Recordare, Domine, mei*, dicens, *cum adveneris in regno tuo* [2] : Non videtur itaque rationi consonum, inde nos animos sumere : neque enim ita prompte fuisset illi a Christo paradisus concessus. Quod si, *Recordare* tantummodo dicens, vocem inde subito audiit, non est cur miremur. Etenim, si terrenus hic rex alienigenas omnes ex quacunque illi regione ad ipsum confugerent, læto animo excipit, maximis muneribus statim cohonestat, et honoribus summis condecorat, multo aptius ac convenientius munificus Rex ille, latronem illum conspiciens, et præcipue eo tempore ad illum cum tanta fide advenientem, an non lætus excepisset ? nonne statim paradisi accolam effecisset ? Et de his quidem ita sit. Me vero præ aliis exterret narratio, quæ in Vitis Patrum habetur ; scribitur enim : Senex quidam abiit in civitatem, ut vasa sua venderet, statimque assedit in vestibulo cujusdam divitis, morti propinqui. Sedens itaque attenteque animum intendens, intuetur homines nigros, super equos etiam nigros, habentes præ manibus igneos baculos. Ubi ad vestibulum pervenere, relictis equis domum introcunt : quos ubi vidisset ægrotus, clamabat voce magna : Domine, miserere et auxiliare mihi. Dicunt illi ægroto : Nunc, cum sol occidit, Dei recordaris ? quare, cum dies illucesceret, illum non quæsiisti ? nunc nulla spes est salutis. Et sic, violenter anima illius avulsa, abiere. Hæc si ita se habent, quid nos agemus, qui in extremo spiritu spem habemus, pœnitentiam ostendendi ?

[1] Gen. IV, 13. [2] Luc. XXIII, 40-42.

Secundus igitur vere pœnitentia baptismus est, A et primum renovat, ut diximus ; sed lacrymarum multarum opus est, ut supra oratio nostra demonstravit. Id enim si non esset, nunquam sancti Patres nostri eam laboriosum vocassent baptismum. Ipsæ eædem vestes præ aliis hoc idem clamant testanturque. Adde, nigrum, mœrorem inducere. Ubi vero neque mens bene disposita ac præparata, neque sufficiens lacrymarum fluxus, ut pœnitentia ductum abluere possint, mortis vero tyrannis suffocans ; quæ salutis spes, aut quæ hujuscemodi pœnitentia ? Si heri, parum memores, divina præcepta despiciebamus, hodie mortis forfice dum vita amputatur, debili et male articulata voce, numinis misericordiam deprecamur ; et hæc major iniquitas est, quam ut veniam mereatur ; eoque magis, quod B non ignoscibilis est, ipsaque mors urgeat et cogat. Ergo, si tempus non præripiamus, nisi divinam in confessione personam prævertamus, non consulto pœnitentia utemur, misericors tantummodo Deus novit, quomodo nobis peccatorum venia erit. Quis enim tantumdem viribus suis confidit, ut in adeo incertis, et Deo cognoscibilibus, audenter decernere, atque potissimum non audiat singulis diebus Prophetam dicentem : *Dic tu primus iniquitates tuas, ut justificeris ?* Licet enim prodigum conversum non est aversatus facilis reconciliatu Deus, imo eum amplexatus pressis excepit osculis, ingentique cum honore cumularit ; sed proba hujusce dispositio, et vera conversio et pœnitentia, causa fuit. Neque C enim mortem, ut hi faciunt, exspectavit, neque vi adactus conversioni se dedit ; sed ex errore solus respirans, et, quis antea fuerat, animo versans, et, quonam postmodum pervenisset, gressu celerato ad humanissimum Patrem revertitur, non ut filius fidelis ; filium enim, peccatis inquinatus atque obnoxius, amiserat ; sed in habitu humili, et demissis oculis, ut cum Patris mercenariis adnumeraretur, deprecatus est. Quapropter eum recipit Deus miserator omnium, omniaque pro eo efficit, quæ in Evangelio narrantur. Et hæc quidem a nobis, rerum divinarum imperitis, de monachico divinoque habitu relata sunt : tuæ vero sanctitatis omnino interfuerit, dicta discutere, et dubium e medio D amovere, nudamque pro more veritatem repræsentare.

Δεύτερον μὲν οὖν ἀληθῶς ἡ μετάνοια βάπτισμα, καὶ ἀνακαινιστικὸν τοῦ πρώτου, ὡς ἔφημεν, ἀλλὰ δακρύων χρεία πολλῶν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐγνώρισεν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οἱ θεῖοι Πατέρες ἐπίπονον αὐτὴν ἔλεγον βάπτισμα. Καὶ αὐτὰ δὲ πρὸ τῶν ἄλλων τὰ ἄμφια τοῦτο βοᾷ καὶ διαμαρτύρεται· ὅτι καὶ πένθους τὸ μέλαν σημαντικόν. Ἔνθα δὲ μὴ γνώμη εὐπροαίρετος, μηδὲ δακρύων ῥοῦς ἱκανὸς, ὡς ἐκπλύνειν τὸν μετανοοῦντα δύνασθαι, θανάτου δὲ τυραννὶς ἀποπνίγουσα· ποία σωτηρία ἐλπὶς, ἢ ποία τούτου μετάνοια ; εἴπερ χθὲς μὲν ἀμεριμνοῦντες τῶν θείων κατεφρονοῦμεν τέλεον ἐντολῶν, σήμερον δὲ τῇ τοῦ θανάτου τομίδι τὴν ζωὴν ἐκκοπτόμενοι, ἰσχνῇ τε καὶ ἀνάρθρῳ φωνῇ τὸν θεῖον ἐπικαλούμεθα ἔλεον, καὶ ταῦτα τῆς ἁμαρτίας μείζονος οὔσης τοῦ ἀφεθῆναι ἡμῖν διά γε καὶ μᾶλλον τὸ ταύτης ἀσύγγνωστον, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν τοῦ θανάτου κατέπειξιν. Εἰ μή γε λοιπὸν τὸν καιρὸν προαρπάσωμεν, εἰ μὴ τὸ θεῖον ἐν ἐξομολογήσει προφθάσωμεν πρόσωπον, κἀντεῦθεν ἀπροαιρέτως τῇ μετανοίᾳ χρησόμεθα, ὁ ἐλεήμων οἶδε μόνος Θεὸς, ὅπως ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῖν ἔσται συγχώρησις. Ποῖος γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτῷ τεθάρρηκεν, ὡς ἐν ἀδήλοις οὕτω καὶ τῷ Θεῷ γνωστοῖς τολμηρῶς ἀποφαίνεσθαι ; καὶ ταῦτα διὰ τοῦ Προφήτου καθεκάστην ἀκούων αὐτοῦ λέγοντος, *Λέγε σὺ πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς.* Εἰ γὰρ καὶ τὸν ἄστοχον ἐπιστρέφοντα οὐκ ἀπεστράφη ὁ εὐδιάλλακτος Κύριος, ἀλλὰ καὶ ἀγκαλισάμενος μᾶλλον θερμῶς κατεφίλησε, καὶ τιμῆς ὅτι πολλῆς αὐτὸν κατηξίωσεν, ἀλλ' ἡ ἀγαθὴ πρόθεσις αὐτὸ τοῦτο πεποίηκεν, καὶ ἡ ἀληθὴς ἐπιστροφὴ καὶ μετάνοια. Οὐδὲ γὰρ ἐκαρτέρησε θάνατον, ὡς ἐντεῦθεν καὶ ἔκων ἐπιστροφῆς ἅψασθαι, ἀλλὰ τῆς πλάνης ἐκείνης μόνος ἀνενεγκών, τίς τε πρότερον ἦν, λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ὅπου κατήντησεν ὕστερον, δρομαίως πρὸς τὸν φιλόστοργον ἐπανακάμπτει πατέρα· πλὴν οὐκ ἐν παῤῥησίᾳ υἱοῦ· ταύτην καὶ γὰρ ὡς ἁμαρτήσας πόῤῥω που θέμενος ἐν σχήματι ταπεινῷ καὶ δμωᾶτι κατηφεῖ τοῖς τοῦ πατρὸς μισθίοις καταλεγῆναι ἐκέτευσεν. Ἐφ' ᾧ καὶ προδέχεται αὐτὸν ὁ πανοικτίρμων Θεὸς, καὶ πάντα ποιεῖ ἐπ' αὐτῷ, ὅσαπερ ἐν Εὐαγγελίοις ἠκούσαμεν. Τοῦτα μὲν οὖν ἡμῖν τοῖς ἀπαιδεύτοις τὰ θεῖα περὶ τοῦ μοναχικοῦ καὶ θείου διείληπται σχήματος· τῇ σῇ δὲ πάντως ἔξεστιν ὁσιότητι καὶ διασκέψασθαι τὰ λεγόμενα, τὴν ἀμφιβολίαν τε ἐκ μέσου ποιήσασθαι, καὶ γυμνὴν ὡς ἔθος ὑποτυπώσασθαι τὴν ἀλήθειαν.

EPISTOLA XXVI (1).

(Fragm.)

Ad Alypium monachum. — De jejunio ante Natalem Domini celebrando.

Multi itaque et sæpenumero, o divinum sacrumque caput, de jejunio, ante Natalem Domini celebrari solito, dubitarunt, a quonam institutum sit, et unde cœperit, cum de eo Christi discipuli

Πολλοὶ μὲν οὖν καὶ πολλάκις, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, περὶ τῆς κατὰ τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν διηπορήκασι τεσσαρακοστῆς, πόθεν τε παρεδόθη, λέγοντες, καὶ ὅπως αὕτη συνέστηκεν, εἴγε

(1) Allat. *De consensu*, col. 1157.

περὶ ταύτης οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀπόστολοι μηδὲ τὸ τυχὸν διειλήφασι; Καὶ θαυμάζειν ἐπὶ τούτοις οὐ χρή. Τάχα γὰρ ἠγνοήκασιν ὅτι τὰ πλείω τῶν καθ' ἡμᾶς κανόνων τε καὶ δογμάτων παρ' αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις Πατράσι καὶ παραδόσει, καὶ νενομοθέτηται. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, τίνος ἕνεκεν οἱ ἀπειροπλήθεις ἐκεῖνοι καὶ θεῖοι Πατέρες ἐν ταυτῷ καὶ πολλάκις ἠθροίζοντο; Καθόσον γὰρ τὸ κατὰ Χριστὸν ἐπλατύνετο Εὐαγγέλιον, τοσοῦτον ἄρα καὶ τὰ τῆς πολιτείας ἐκανονίζετο παρ' αὐτῶν ἀκριβέστερον. Τὰ μὲν γὰρ τέλεον ἤμειψαν, τὰ δὲ καὶ ἐπηύξησαν· ὁποῖόν ἐστι πρὸ τῶν ἄλλων ἡ τοῦ θείου λουτροῦ μυστικωτέρα παράδοσις, ἡ τῆς ἱερᾶς εὐκοσμία σεμνότητος, καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα τῆς Ἐκκλησίας εὐπρέπεια. Ταῦτα οὖν οἱ πλείονες ἠγνοηκότες, ὡς εἴπομεν, ἀπορίᾳ, κἂν τῷ τυχόντι συνέχωνται. Ὃ δὴ καὶ σὲ πεπονθέναι οἶμαι.

et apostoli nihil præcepisse compertantur. Hoc mirum videri non debet Forte enim ipsi ignorarunt, potiorem partem canonum nostrorum et dogmatum ab ipsis sanctis Patribus traditam esse et sancitam. Si enim id non esset, quam ob causam innumeri illi divinique Patres in eumdem locum et sæpius congregati sunt? Quo etenim secundum Christum Evangelium magis ac magis dilatabatur, eo et vitæ ducendæ rationes ab illis accuratius præfiniebantur, ideoque quædam prorsus immutarunt, quædam auctiora reddiderunt. Qualis est, præ cæteris, divini lavacri magis arcana traditio, sacræ reverentiæ ordo, et reliquus universalis Ecclesiæ ornatus. Hæc itaque plerique cum non calleant, ut diximus, in præsenti quoque quæstione hærent; quod et tibi molestiam præbuisse existimo.

EPISTOLA XXVII.

(Fragm.)

Ad Alypium inclistum. — An secundæ nuptiæ apud Græcos prohibitæ (1).

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι νηστεύειν ἡμῖν ἐπάναγκες ἐν ταῖς ἑορτασίμοις ταύταις ἡμέραις, καὶ αὐτή σε διδάξει σαφέστατα ἡ τῆς ἑνώσεως σύνοδος. Τὴν γὰρ τριγαμίαν ἐκείνη συγχωρήσασα, καὶ διαστίξεις τινὰς ἔθετο, ἅτε δὴ μὴ κατὰ νόμους τῶν ἀποστόλων ἐγχωρηθείσης αὐτῆς. Ἐκεῖσε οὖν ἀορίστως ἡ νηστεία αὕτη ἐμφέρεται, ἐφ' ᾧ καὶ ἄλλοι μὲν ἄλλως, ἄλλοι δὲ ἑτέρως, καὶ ἕτεροι ἐν ὅλαις ἡμέραις τεσσαράκοντα. « Ὁ δυνάμενος γάρ, φησί, χωρεῖν χωρείτω, » τὴν τοιαύτην νηστείαν διέρχονται. Διετάξατο οὖν ἡ διαληφθεῖσα σύνοδος μὴ πάντη καὶ πάντοτε τοὺς τριγάμους ἀγεύστους εἶναι τῶν ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, ἀλλὰ καὶ μετελαμβάνειν μὲν αὐτῶν, οὐκ ἀπερισκέπτως δέ· τετραετίαν μὲν ἡσυχάζειν καθ' ἑαυτοὺς, ὡς μὴ κατὰ νόμον γαμήσαντας· ἔκτοτε δὲ τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις προσέρχεσθαι, κατ' αὐτήν τε τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, κατὰ τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ διὰ τὸ νηστείαν τῶν τοιούτων ἑορτῶν προηγεῖσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐπὶ τῷ τρίτῳ καὶ παρανόμῳ γάμῳ καλῶς διατέτακται. Καὶ πῶς γὰρ οὐ παράνομος οὗτος ὁ γάμος, εἴγε τῷ μακαρίῳ Παύλῳ καὶ μόλις ὁ δεύτερος γάμος; διὰ τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν συγκεχώρηται; Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ ἐν θεολογίᾳ διαπρέψας Γρηγόριος καὶ τάδε περὶ τούτου γράφων ἐφαίνετο· Τὸ πρῶτον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία, τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο χοιρώδης βίος· οὐκ ἂν ὁ μέγας ἔλεγε Βασίλειος, ὅτι τῷ τρίτῳ γάμῳ νόμος οὐκ ἔστιν. Εἰ γὰρ καὶ ἡ Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου τὴν τριγαμίαν ἐνδίδωσιν, ἀλλ' οἱ θεῖοι Πατέρες πολυγαμίαν αὐτὴν καὶ πορνείαν κεχολασμένην ἐκάλεσαν. Ὅτι δὲ τῷ Παύλῳ συγκαταβαί-

Hæc vero ita se habere, nobisque necessario jejunandum esse diebus hisce solemnibus, ipsa te unionis synodus edocebit manifestissime. Namque illa cum tertias nuptias indulsisset, interpunctiones quasdam apposuit, æque ac si illæ non secundum leges fuerint ab apostolis permissæ. Ibi itaque indeterminate hoc jejunium imponitur, in quo alii aliter, et alii alio modo, et alii quadraginta integros dies jejunant. « Qui enim, ait, capere potest, capiat. » Præcipit, itaque jam dicta synodus, non prorsus et semper, qui tertiis se nuptiis constrinxerunt, privandos esse immaculatis Christi mysteriis, sed eorum participes fieri; non inconsiderate tamen; et per quatuor annos secum ipsos vivere quiete, tanquam qui non secundum leges nuptias contraxerint; deinceps vero ter singulis annis ad ipsa immaculata mysteria accedere, ipso scilicet Nativitatis Christi die; Dormitioni sanctissimæ Deiparæ, et Christi Resurrectioni sacro; quod jejunium solemnitates hasce præcedat. Et hæc quidem per sanctam synodum super tertiis et præter legem nuptiis sancita sunt. Et quanam ratione hæ nuptiæ iniquæ non fuerint, si beato Paulo vix secundæ propter infirmitatem nostram permittuntur? Etenim, si id non esset, nunquam, in rebus theologicis pertractandis eximius, Gregorius hæc de illis scripsisset: Prima lex, secundæ permissio, tertiæ iniquitas; quæ super his sunt, vita suilla. Nunquam magnus Basilius pronuntiasset, in tertiis nuptiis nullam legem esse. Licet enim novella imperatoris, Domini Constantini Porphyrogennetæ, tertias nuptias concedat, veruntamen eas sancti Patres polygamiam, et fornicationem castigatam nuncuparunt. A Paulo porro, nostris

(1) Allat., ubi supra, col. 1561. Hoc fragmentum fortasse ejusdem ac præcedens epistolæ pars est.

infirmitatibus compatiente, et non ex lege, tanquam opportuna, præcipiente, secundas nuptias concedi, manifestum ex his, quæ maximus ille dicit : *Volo omnes esse, quemadmodum et ipse sum, in continentia.* Ideoque et de secundis verba faciens, dicebat : *Ipse dico, et non Dominus* [1]. Hinc itaque aperte primæ nuptiæ legitimæ ostenduntur, quando et Ecclesia unum virum assumpsit Christum, et non duos, etc.

A νοντι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, οὐ μήν γε νομοθετοῦντι τὰ καίρια, δεύτερος γάμος ἐνδέδοται, δῆλον ἐξ ὧν αὐτὸς ὁ πάμμεγας ἔλεγε· *Θέλω πάντας εἶναι ὡς ἐμαυτὸν ἐν ἐγκρατείᾳ.* Ταύτῃ τοι καὶ περὶ τοῦ δευτέρου διαλεγόμενος ἔλεγεν· *Ἐγὼ λέγω καὶ οὐχ ὁ Κύριος.* Ἐντεῦθεν οὖν φανερῶς ὁ πρῶτος γάμος ἔννομος ἀποδέδεικται. Ἐπεὶ καὶ ἡ Ἐκκλησία ἕνα ἄνδρα ἔλαβε τὸν Χριστὸν, καὶ οὐ δύο, καὶ τὰ ἑξῆς.

EPISTOLA XXVIII.

(Fragm.)

Ad Alypium monachum. — Græcos suos Judæorum ritibus utentes excusat (1).

Ea autem, quæ dicturi sumus, attento et valde sobrie audi. Tres, easque amplissimas solemnitates genus Hebræorum celebrabat; idque suadeat nobis divina Scriptura, cum dicit : *Tribus vicibus anni comparebit omne masculum ante Deum tuum* [2], cum ovis immolabatur, cum Pentecoste succederet, et cum Scenopegiæ dies festus esset. Ter jam nos quoque singulis annis eorum more festos dies agimus. Namque, cum Dominus ad Judæos dixisset : *Tolletur a vobis regnum, et dabitur gentibus* [3], tum Hebræorum læta eversa ad nos gradum faciebant. Sed illi quidem solemnitates celebrabant in memoriam eorum quæ tum in Ægypto tum in deserto acciderant, nos in memoriam ipsius Christi, quemadmodum ipse Dominus, cum novi Testamenti mysteria instituebat, præceperat : *Hoc facite in meam commemorationem* [4]. Illi enim agnum celebrantes manducabant; nos ipsum Christum, vere Agnum qui tollit peccatum mundi. Nostra vero non allena esse a Judaicis consuetudinibus, licet modo differant, tradit Paulus : *Vetera præterierunt, ecce facta sunt omnia nova* [5]. Et ex his etiam magis patet. Bis hebdomade Judæi jejunabant; bis et nos jejunamus secundum apostolicam traditionem. Verumtamen illi feria II et V, nos IV et VI, etsi multo plura, quam illi, debeamus. *Nisi*, enim, ait, *superabundaverit justitia vestra plusquam Pharisæorum et Scribarum, non intrabitis in regnum cælorum* [6]. Quid refert plura dicere, singulaque numerare? Apud illos erat Circumcisio, apud nos divinum lavacrum : apud illos Arca, apud nos Virgo : apud illos baculus Aaron, apud nos floret lignum Cruceum : apud illos erat agnus, apud nos ipse Christus. Et hoc est, quod in rebus theologicis pertractandis celeberrimus dicebat Gregorius : Littera secedit, spiritus augmentum accipit; umbræ prætervolant, veritas advenit. Hinc itaque disce, tres quoque apud nos esse, quemadmodum et apud illos, maximas solemnitates, revera solemnitates. Namque apud illos boves et oves in

B Τῶν δὲ λεχθησομένων ἤδη μετὰ λογισμοῦ καὶ πάνυ νήφοντος ἄκουε. Μεγίστως τρισὶ πανηγύρεσιν ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος ἑόρταζε. Καὶ πειθέτω ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ λέγουσα· *Τρεῖς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὀφθήσεται πᾶν ἀρσενικὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ σου·* καθ' ὃν τε καιρὸν ἐθύετο τὸ πρόβατον, ἡνίκα ἡ Πεντηκοστὴ παρ' ἐκείνοις παρέπιπτε, καὶ ὅτε ἡ τῆς Σκηνοπηγίας ἐπεφοίτηκε πανήγυρις. Τρὶς ἤδη καὶ ἡμεῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ κατ' ἐκείνους πανηγυρίζομεν. Τοῦ γὰρ Κυρίου πρὸς Ἰουδαίους εἰπόντος, *Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία, καὶ δοθήσεται τρίς ἔθνεσι*, τηνικαῦτα τὰ τῶν Ἑβραίων φαιδρὰ μετέπιπτε πρὸς ἡμᾶς, καὶ μετέβαινεν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐπανηγύριζον, εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐπισυμβεβηκότων αὐτοῖς κατά γε τὴν C Αἴγυπτον καὶ τὴν ἔρημον· ἡμεῖς δὲ εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Καθάπερ αὐτὸς ὁ Κύριος, ἡνίκα τὰ τῆς καινῆς Διαθήκης ὑπετίθη μυστήρια, διετάξατο εἰπών, *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.* Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀμνὸν ἑορτάζοντες ἤσθιον, ἡμεῖς δὲ αὐτὸν τὸν Χριστὸν, τὸν ὄντως ἀμνὸν, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ὅτι δὲ τὰ ἡμέτερα τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσι συνεμπίπτουσιν, εἰ καὶ τῷ τρόπῳ διαφέρομεν, *Τὰ ἀρχαῖα* γὰρ, φησὶ Παῦλος, *παρῆλθεν. Ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά.* Δῆλον κἀντεῦθεν. Δὶς τῆς ἑβδομάδος οἱ Ἰουδαῖοι ἐνήστευον. Δὶς ἤδη νηστεύομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν τῶν ἀποστόλων παράδοσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐν ἡμέρᾳ Δευτέρᾳ καὶ Πέμπτῃ· ἡμεῖς δὲ κατά γε Τετράδα καὶ Παρασκευὴν, εἰ καὶ πολὺ πλέον ἐκείνων ὀφείλομεν. *Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ* γὰρ, φησὶν, *ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν ἐπέκεινα τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, καὶ ἀπαριθμεῖν τὰ καθ' ἕκαστον; Παρ' ἐκείνοις μὲν ἦν ἡ περιτομὴ, παρ' ἡμῖν δὲ τὸ θεῖον λουτρόν. Παρ' ἐκείνοις ἡ κιβωτὸς, παρ' ἡμῖν ἡ Παρθένος. Παρ' ἐκείνοις ἡ ῥάβδος τοῦ Ἀαρὼν, παρ' ἡμῖν ἀνθεῖ τὸ ξύλον τὸ σταυρικόν. Παρ' ἐκείνοις ἦν ὁ ἀμνὸς, παρ' ἡμῖν αὐτὸς ὁ Χριστός. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ πολὺς ἐν Θεολογίᾳ

[1] I Cor. VII, 7, 12. [2] Exod. XXXIII, 14. [3] Matth. XXI, 43. [4] Luc. XXII, 19. [5] II Cor. V, 17. [6] Matth. V, 20.

(1) Allat. ibid., col. 1179.

Γρηγ/ρ.ος ἔλεγε· Τὸ γράμμα ὑποχωρεῖ, τὸ πνεῦμα πλεονεκτεῖ. Αἱ σκιαὶ παρατρέχουσιν, ἡ ἀλήθεια ἐπεισέρχεται. Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ τρεῖς ἤδη παρ' ἡμῖν, καθάπερ ἐκείνοις, μέγισται πανηγύρεις εἰσὶ, καὶ τῷ ὄντι ἀληθεῖς ἑορταί. Βόες μὲν γὰρ παρ' ἐκείνοις καὶ πρόβατα εἰς θυσίαν παρελαμβάνοντο, παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς ἀληθῶς ἑορτάζουσιν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν σφαγιάζεται. Κατὰ γὰρ τὸν μακάριον Παῦλον, *Τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς*, καὶ τὰ ἑξῆς.

A sacrificium offerebantur; apud nos vero, qui vere celebramus, Christus ipse sua sponte mactatur. Etenim, secundum beatum Paulum, *Pascha nostrum nobis immolatus est Christus* [1], etc.

EPISTOLA XXIX.

(Fragm.)

Ad..... — De processione Spiritus sancti (1).

Εἰ γὰρ εὐπαραδέκτους καὶ οὗτοι τῷ δοκεῖν παράγουσι μάρτυρας τῆς τοιαύτης αὐτῶν καινοφανείας ὑπερηγοροῦντας, Αὐγουστῖνον, Ἀμβρόσιον καὶ Ἱερώνυμον, κἀν τούτῳ θρασύνονται, καὶ μέγα καταχαυχῶνται ἡμῶν· ἀλλ' οὐ κατὰ τοῦτο δεδοικέναι σε ἄξιον. Ἔχεις ἀντιπαραγαγεῖν ὑπὲρ ἀληθείας καὶ σὺ πολλῷ τούτων, εἰ θέλεις, πλείονας μάρτυρας. Λάβε μοι κατὰ νοῦν τὰς ἁγίας πάσας συνόδους. Ἀναλόγισαι τοὺς ἐν αὐτοῖς διαπρέψαντας ὁσίους Πατέρας, ὅσοι τε τὸν ἀριθμὸν ἦσαν, καὶ οἷον τὸ δόκιμον κατά τε βίον καὶ λόγον δεδώκασι. Πάντας ἐκείνους ἀντιπαράστησον, ἐκ Πατρὸς μόνου τὸ Πνεῦμα λέγοντας ἐκπορεύεσθαι· καὶ οἶμαι ὅτι οὐδεὶς ἀντιφθέγξαιτο τοιούτῳ καὶ τοσούτῳ πλήθει ποτέ. Τῇ γὰρ ἀληθείᾳ συμφωνούντων αὐτῶν αἰδέσεται Αὐγουστῖνος, σιωπήσει Ἀμβρόσιος, οὐκ ἀντιστήσεται Ἱερώνυμος. Εἰ γὰρ ἐπὶ πᾶσι τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος κρατεῖν εἴωθεν, ἵνα μὴ τἄλλα λέγω, πολλῷ μᾶλλον ἡ μυριανδρος αὕτη τῶν Πατέρων πληθὺς τῶν τριῶν τούτων ἀνδρῶν ὑπερκείσεται, περὶ αὐτοῦ ψηφιζομένη τοῦ Πνεύματος. Αὐτίκα γὰρ ἡ ἁγία καὶ δευτέρα σύνοδος τοῦ παναγίου ἕνεκεν συγκεκρότηται Πνεύματος, καθ' ἣν ὁμοούσιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὡμολόγηται, καθ' ἣν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς προερχόμενον οὐσιωδῶς παραδέδοται. Εἰ δὲ προβολεύς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Quod si non aspernandos et hi, ut videtur, testes adducunt, qui novam eorumdem additionem (2) propugnant, Augustinum, Ambrosium, et Hieronymum, inque eo se jactant, indecoreque nobis insultant; non propterea timore perterreri te addecet. Habes tu quoque pro veritate contra opponere, dummodo libeat, testes multo plures. Complectitor mente sanctas omnes synodos: considerato omnes, qui illis sancti Patres illustres fuere, et quot numero, et quodnam suæ vitæ, tum verbo tum rebus gestis, specimen dederunt: omnes illos ex adverso ordine, ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, affirmantes. Et, ut æstimo, nemo simili testium copiæ contra hiscere audebit unquam. Cum enim illi cum veritate consentiant, reverebitur Augustinus, tacebit Ambrosius, non repugnabit Hieronymus. Etenim si in omnibus plerorumque sententia prævalet, ut reliqua sileam, multo magis innumera hæc Patrum multitudo tribus hisce potior fuerit, de eodem Spiritu sententiam ferens. Statim enim sancta secunda synodus pro sanctissimo Spiritu coacta, in qua consubstantialis ille Deo et Patri affirmatus, et ex solo Patre procedere essentialiter, traditus est. Quod si productor, etc.

[1] I Cor. v, 7.

(1) Allat. ibid., col. 917.

(2) *Filioque*.

JOANNIS DIACONI

HADRIANOPOLEOS

IN LAUDEM JOANNIS PALÆOLOGI

CARMEN POLITICUM.

(Edidit Ang Mar. Bandinius Florentiæ 1763, 4°, cum aliis opusculis Græcis.)

ARGUMENTUM.

Codicem XXIII, plutei VIII, bibliothecæ Mediceæ-Laurentianæ, varii generis opuscula, ac præsertim theologica continentem, claudit poema satis longum, versibus politicis expressum, in laudem, uti videtur, imper. Joannis Palæologi, illius nimirum qui, Eugenio IV Pont. Max. hortante, ut, Orientalis et Occidentalis Ecclesiæ dissidiis tandem sublatis, utraque uno veluti dilectionis vinculo colligata, eadem sentiret ac coleret, in Italiam ad concilium profectus est (an. 1439). Auctor poematis, ut ex titulo ejusdem item metrico eruitur, est Joannes quidam œconomus et diaconus ecclesiæ Hadrianopolitanæ (ita enim Ὑρεστιάδος vocem interpretamur). Hic igitur, ut Polycarpo ejusdem ecclesiæ antistiti morem gereret, a quo id sibi munus demandatum fuerat, imperatoris laudes ita carmine prosequitur, ut omnes ingenii vires industriæque suæ nervos in hac provincia naviter obeunda intenderit. A generis namque nobilitate majorumque regali splendore poematis initium auspicatus, ad ipsius proprias dotes, tum corporis, tum animi, celebrandas progreditur; quem propterea ab oris forma ac decore, incessu, motu et alloquio commendat, Josepho illi, cujus in sacris Litteris pulchritudo memoratur, simillimum prædicans. Animi vero ejus præstantiam iis effert laudibus, ut fortitudine Sampsonem, morum suavitate Davidem, sapientia Salomonem ab ipso referri pronuntiet. In ejusdem postea munificentia erga subditos ac profusa liberalitate decantanda multus immoratur, quem Tito Romanorum principi, ac poetico more, Pactolo Niloque, auro manantibus fluviis, comparare minime dubitat. Magnam quoque poematis partem complectuntur ea quæ ipse pro salute et incolumitate populorum suscepit itinera ac navigationes, pericula quæ adiit, labores quos exantlavit, bella quæ gessit; quo quidem in loco sub oculos ponit quomodo exteræ nationes, ejus humanitate devinctæ, sponte sese illi dediderint, regesque ipsi, novam tanti imperatoris virtutem, sapientiam moderationemque admirantes, ejus non modo consiliis conatibusque non obstiterint, sed libenti animo operam suam præstare, obsequium exhibere studuerint. Ad hæc, rerum quoque ratione carentium propensum quodammodo studium erga ipsum, et quamdam benevolentiæ speciem adjungit, ita ut, quemadmodum de magno Pompeio affirmat Cicero, ejus ut ita dicam cursibus venti obsecundarint, fluctus obedierint, maria obtemperarint. Quibus expositis Davidem ab inferis excitat, et ad concinenda præclara regis facinora invitat poeta, unaque Romam ipsam (Constantinopolim intellige), ut ipsum veluti suum libertatis vindicem ac liberatorem plausibus excipiat, cohortatur. Tandem ad Deum optimum maximum preces effundit, et ipsum incolumem multos in annos ac sospitem tueri, ejusque imperium contra omnes inimicorum conatus firmum ac tutum præstare velit, ubi fere omnia ex divinis Litteris hausit, ac præcipue ex regii vatis Psalterio, ex quo, præter alia multa, totum psalmum CVIII fere ad verbum in suum poema derivavit: cujus in fine nonnulla etiam in Polycarpi laudem attingens, singularem ejus pietatem in Deum, mirumque pro secundis imperatoris rebus studium ita effert, ut illum, novum veluti Moysen extensis manibus pro Israelitico populo vota facientem, nobis exhibeat, ac graphice quodammodo depingat. Hæc totius operis summa est atque compendium.

Nunc sermonis ratio postularet, ut aliquid de ipsius auctore diceremus: sed cum nulla ipsius mentio apud scriptores, Caveum, Oudinum ac Fabricium occurrat (quo libentius auctoris antea ignoti opus in medium proferre animum induximus), pauca quædam de dignitate qua in Ecclesia Hadrianopolitana fulgebat, delibabimus. Œconomi igitur seu dispensatoris Ecclesiæ munus erat, ecclesiasticarum rerum ac pecuniarum sacrarum administrationem habere, easque secundum proprii episcopi sententiam in singulos Christi fideles distribuere atque erogare, eaque omnia peragere quæ Isidorus in quadam epistola ad

Leudefredum episcopum Cordubensem fusius persequitur. Hæc dignitas prioribus Ecclesiæ sæculis ad presbyteros tantum pertinebat, ut ex diversis conciliis manifestum fit. In Ephesino enim act. VI occurrit Charisius πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος γεγενὼς τῆς Φιλαδελφέων πόλεως ἁγίας ἐκκλησίας. In Chalcedonensi item, act. III, Proterius πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας. Senescente vero Græcia ad diaconos etiam delata est, eaque prima erat dignitas ex illis quinque quibus qui fulgebant ἑξακατάκοιλοι nuncupabantur, erantque *magnus œconomus, magnus sacellarius, magnus chartophylax, chartophylax et sacellarius:* quorum jura ac privilegia recenset Du-Cangius Glossar. med. et infim. Græcit., tom. I, pag. 409 seqq., qui etiam varias scriptorum de hujusce nominis etymo sententias refert ibid. p. 411.

Polycarpi quoque nomen, ecclesiæ Hadrianopolitanæ antistitis, cujus jussu poema conditum fuit, æque ac Joannis Diaconi, scriptoribus ignotum omnino est, et in Michaelis Lequienii *Oriente Christiano* tom. I, pag. 1171 seqq., ubi Hadrianopolitanos episcopos enumerat, prætermissum. Fortasse tamen vicesimus secundus est illius ecclesiæ episcopus, et ille ipse pro quo Georgius, Synadorum episcopus, in synodo Constantinopolitana in templo S. Sophiæ circa annum 1440 habita, in qua Græci sancitam Florentiæ cum Latinis unionem ejurarunt, subscripsisse legitur. Allatius enim in Addend. ad lib. VI *De consensu*, col. 1387, ubi singulorum patriarcharum, metropolitarum, et aliorum qui synodo illi interfuerant, ὑπογραφὰς refert, hæc ad rem nostram habet: Γεώργιος Συνάδων, ἔχων καὶ τὴν γνώμην μακαρίου ἐπισκόπου Ῥόδου, καὶ Ἀδριανουπόλεως, καὶ Μηνᾶ Μιτυλήνης. Quæ quidem conjectura non omnino ratione aliena videri cuiquam possit, si tempus prædictæ Græcorum ejurationis cum illo confecti poematis, in quo poeta reditum Joannis Palæologi in Orientem indigitat, conferatur.

Ad urbem tandem Hadrianopolim quod attinet, notandum plures hoc nomine civitates appellari, ut apud geographos videre est, qui aliam in Paphlagonia diœcesi Ponticæ, aliam in Caria diœcesis Asianæ, tertiam in Pamphylia, quartam in Pisidia ejusdem diœcesis collocant. Ab hisce tamen diversa nostra est, quippe quæ ad Thracicam pertinet diœcesim, et provinciæ Hæmimonti caput est. Hæc olim Orestias ab Oreste, ut ferunt, conditore dicta, Hadrianopolis deinde ab instauratore suo Hadriano Augusto nomen habuit. Ad Hebrum fluvium jacet longitud. 53, 30, latitud. 43, 20, et ante captam Constantinopolim, a qua CXXX mill. pass. distat, regia Turcarum, teste Leunclavio. De hac Phil. Cluverius *Introduct. geograph.* lib. IV, cap. 15, p. 459 edit. Amstelod. hæc habet: *Secundum a Cpoli locum inter Thracicas urbes obtinet Hadrianopolis, Turcis* Endrem *dicta; magna quidem atque ingens, at mœnibus haud cincta, ædificiisque vilibus exstructa.* Vid. Mich. Ant. Baudrand in *Lexic geograph.*, Christoph. Cellarii *Notitiam orbis antiqui* pag. 1080, et Crusium in *Turco-Græcia*, pag. 336. His prænotatis, ad poema ipsum progrediamur.

JOANNIS DIACONI

CARMEN POLITICUM.

Ὀρεστιάδος (1) εὐτελοῦς ἀξίαν οἰκονόμου,
A γενέσθαι ἐν τῷ Σαββάτῳ. Εἰ δὲ ἦν τὸ Πάσχα τῷ Σαββάτῳ, πῶς ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε τῇ Τετράδι ἐν Βηθανίᾳ ὤν, *Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ Πάσχα γίνεται, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι*, δηλονότι τῇ Παρασκευῇ. Καὶ τῇ Πέμπτῃ, πρὸ τῆς Παρασκευῆς, ἣν πάντες εὐαγγελισταὶ ὀνομάζουσι πρώτην ἡμέραν τῶν Ἀζύμων, ἐν τῇ ἑσπέρᾳ, τὸν ἀμνὸν ἔφαγε μετὰ τῶν μαθητῶν. Θυσία δὲ ἀμνοῦ ἦν κατὰ νόμον τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ σελήνῃ, καὶ τῇ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τὸ Πάσχα, καὶ ἑορτὴ τῶν Ἀζύμων. Καὶ εἰς τί λέγῃ, ὅτι ὁ Χριστὸς προέφθασε μίαν ἡμέραν, διὰ τὴν σταύρωσιν, μέλλουσαν τῇ Παρασκευῇ; ἀντιλέγει ὁ θεῖος Λουκᾶς, γράφων οὕτως περὶ τῆς Πέμπτης· *Ἦν δὲ ἡμέρα τῶν Ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα.* Λέγων γὰρ, *ἔδει*, δηλοῖ ἀνάγκην τοῦ νόμου, καὶ οὐκ ἐλευθερίαν θελήματος τοῦ Χριστοῦ. Συμπεραίνωμεν οὖν ἐκ τῆς δόξης καὶ γνώμης τῶν παιδευτῶν θεολόγων Λατίνων, τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι τῇ ἰδίᾳ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα, δηλονότι τῇ Παρασκευῇ ἡρημένον παθεῖν, καὶ θύεσθαι ἑαυτὸν ἀμνὸν τὸν ἀληθινὸν ἐν τῷ καιρῷ ἀμνοῦ τοῦ τυπικοῦ, καὶ κατὰ τοὺς ἀστρονόμους αὐτῇ τῇ Παρασκευῇ γενέσθαι σελήνην πέμπτην καὶ δεκάτην ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας. Μεταφορὰν δὲ τοῦ Πάσχα εἰς τὸ Σάββατον ἀπὸ τῆς πάλαι τῶν Ἰουδαίων συνηθείας γεγενημένην, οἱ σκοποῦντες δυσχέρειαν ταῖν δυοῖν ἑορταῖν, ἐφ' ᾧ καιρῷ οὐκ ἔνι ἑτοιμάσαι τὰ βρώματα, ἑορτὰς δύο εἰς μίαν τοῦ Σαββάτου συνέθηκαν, καὶ διὰ τοῦτο γράψαι τὸν Ἰωάννην, *Ἦν γὰρ μεγάλη ἐκείνη ἡ ἡμέρα τοῦ Σαββάτου*, ὡς ἂν ἐρεῖν αὐτὸν διπλῆν ἑορτήν. Καὶ τοῦτο μὲν ἔστιν ἐκ τῶν Ἰουδαίων μαθεῖν, οὐχ ἑορταζόντων ποτὲ τὸ Πάσχα ἐν τῇ Παρασκευῇ. Καὶ ἄλις περὶ ἀζύμων καὶ Θυσίας Πασχικῆς. Ταῦτα δὲ ἔγραψα ὑμῖν, Ἕλληνες φίλτατοι, οὐ διαβάλλων ἄρτον τὸν ὑμέτερον· τοῦτον γὰρ προσκυνῶ, ὥσπερ καὶ τὰ ἡμῶν ἄζυμα, ἀλλὰ λέγων, ἡμᾶς οὐκ εὖ ποιεῖν, οὐδὲ Χριστιανῶς, ὑβρίζοντας καὶ ἀτιμάζοντας τὰ τῶν Λατίνων ἄζυμα. Ἐν ἀμφοτέροις γὰρ, ὡς εἴρηται, Χριστὸς ἀληθινὸς περιέχεται. Νενουθετημένοι οὖν ἀγαπητῶς ἐξ ἧς παύσασθε αὐθαδείας καὶ κακολογίας.

B

C

JOANNES ARGYROPULUS.

NOTITIA

(Boernerus, *De doctis hominibus Græcis, Græcarum litterarum in Italia instauratoribus.* Lipsiæ 1750)

Joannes Argyropulus, vulgo Argyropylus dictus, patria Constantinopolitanus, nobili genere natus (1), inter exsules Græcos qui Græcas litteras pariter atque philosophicas disciplinas in Italia tradiderunt præclarum adeptus est nomen. Quo primum is in Italiam venerit tempore, non convenit inter scriptores qui de illo memoriæ prodiderunt. Paulus Cortesius (2), bello Byzantino domo pulsum in Italiam eum

(1) Philanthropini nimirum ex sorore nepotem, et ex Argyrorum familia, qua privatas inter clarior in Græcia exstiterit nulla, Joannem Argyropulum fuisse, refert Nicolaus Commenus Papadopoli in *Historia gymnasii Patavini*, tom. II, pag. 179. De familia Argyrorum seu Argyropulorum, vid. Car. du Fresne *De familiis augustis Byzantinis*, pag. 154 seqq.

(2) *Dial. de hominibus doctis*, pag. 45.

sese contulisse ait : speciatimque, capta a Turcis, anno 1453, Constantinopoli, factum id fuisse, recentiores plerique dicunt (3). Paulus Jovius (4) autem, posteaquam Theodorum Gazam Amurathe Græciam omnem victoribus armis quatiente, in Italiam profugisse, scripserat, eodem Turcarum impetu Argyropulum Græcia ejectum fuisse refert, eoque ipso, ante captam Constantinopolim, in Italiam eumdem transiisse significare videtur (5). Nic. Comn. Papadopoli (6), iterata vice in Italiam eum venisse, ac, sub primum quidem adventum, a Bessarione Patavium missum, in gymnasio illius urbis et Latinas litteras didicisse, et in Aristotele versatum esse, tum vero Constantinopolim rediisse, ac per aliquot annos ibi moratum, antequam urbs a Turcis expugnaretur, in Italiam remigrasse, sedemque ibi fixisse, tradit (7)*.

Doctrinæ suæ copias explicandi amplissimus Argyropulo Florentiæ obtigit campus. Etenim Cosmas Medicès, qui cum et opibus et auctoritate ea in urbe unus omnium maxime floreret, ita ut pater patriæ publico renuntiaretur decreto, summo litteras virosque litteratos prosequebatur amore, et incomparabili munificentia fovebat, honorificentissime acceptum illum Petro filio et Laurentio nepoti præceptorem dedit, qui parentis loco eum habuerunt; tum vero Aristotelicam, cui addictus erat, philosophiam tradendi, Græcosque auctores studiosæ juventuti prælectionibus publicis enarrandi, eidem fecit potestatem (8). Magna cum laude mandato munere functus est Argyropulus et cum Laurentium Medicem, vix adhuc quidem puberem, dialecticis, eaque philosophiæ imbuit parte, qua de moribus præcipitur (9), tum Italos bene multos docuit, qui ut Cortesii (10) verbis utar, admirabili fama doctrinæ compulsi, se in ejus disciplinam tradiderant. Ex auditorum quos Florentiæ habuit, numero idem Cortesius producit Donatum Acciaiolum (11), et Matthæum Palmerium. Inter discipulos autem ejus primas facile tenet, qui in omni Græcæ Latinæque doctrinæ genere altius inde eminuit, Angelus Politianus. Is Argyropylum illum Byzantinum suum olim in philosophia præceptorem fuisse disertis profitetur verbis, eumque, cum litterarum Latinarum minime incuriosum, tum sapientiæ decretorum disciplinarumque adeo cunctarum quæ cyclicæ a Martiano dicuntur, eruditissimum habitum esse, addit (12). Exstant ejusdem Politiani in hujus præceptoris sui laudes duo epigrammata Græca, novo ac decimo ætatis suæ anno scripta (13). Quanti vero ille præstantissimi hujus discipuli sui Græcarum litterarum fecerit scientiam, vel ex eo intelligi potest, quod Scipio Carteromachus vidisse se testatur (14) Politianum Græce scribentem Joanni Argyropulo sæpe fuisse admirationi.

Posteaquam longo satis tempore philosophiæ et Græcarum litterarum doctoris munus Florentiæ obierat (15), et apud Medicem Cosmam, ac deinde filium Petrum nepotemque Laurentium, insignis fuerat et auctoritate et gratia, quibus etiam libros quosdam Aristotelis, Latine a se conversos dicavit (16), pestilentia gravi per urbem hanc incidente, et Etruriam pervastante, anno circiter 1473,

(3) Lud. Moreri in *Dictionario hist.*, tom. I, pag. 602 edit. Amst. an. 1740; Henr. Wharton, in append. ad Guill. Cave *Hist. litt.*, pag. 109; J. A. Fabricius, *Biblioth. Gr.* vol. X, pag. 425. Add. H. Hodius, *De linguæ Græcæ instauratoribus*, lib. II, cap. I, pag. 193.

(4) *Elog.* pag. 48, 50.

(5) Id ipsum etiam ex Jovii verbis colligit P. Bayle, in *Dictionar. hist. et crit.*, tom. I, pag. 308, de eo utique dubitans, num, capta Constantinopoli, in Italiam demum venerit Argyropulus. Jovio ille, hac occasione, nec immerito, succenset quod in elogiis suis ad pernoscendas temporis rationes scitu necessaria neglexerit.

(6) *Hist. gymnas. Patav.*, t. II, pag. 179. Inter Græcos qui cum Joanne Palæologo imp. ad concilium Florentinum profecti sunt, Ἀργυρόπουλος quidam memoratur a Duca *Hist. Byz.* c. 31, pag. 119 ed. Paris. a. 1689. Num is ipse noster fuerit Joannes, certo quidem dici nequit; verisimilem tamen conjecturam facit de processione Spiritus sancti et concilii Florentini decreto, ad Lucam Ducaram ab hoc postea scriptus liber.

(7) In patria cum viveret, doctoris functus est officio. Testis est Mich. Apostolii προσφώνημα εἰς τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον, Ἰωάννην τὸν Ἀργυρόπουλον, ὅτε ἤρξατο διδάσκειν ἐν τῇ ξενῶνος μουσείῳ· *Allocutio ad magistrum suum Joannem Argyropulum, cum docendi publice initium faceret* (Constantinopoli) *in auditorio xenodochi*; quæ calamo exarata, in bibliotheca Vindobonensi exstat, teste Lambecio, Commentar. l. VIII, pag. 116. Huc etiam pertinet Fr. Philelphi ad Petr. Perleonem, Constantinopoli agentem, anno 1441 data epistola, qua ipsum per litteras Joan. Argyropulo, presbytero erudito et diserto, moroso vero eidem homini, sese commendasse, ei significat. Epp. lib. V, ep. 3, pag. 30.

(8) Vid. Jovius l. c.

(9) Vid. Angelus Politianus, *Miscellaneor. centur.* cap. 1. Conf. Joan. Mich. Brutus, *Hist. Florent.* lib. V: *Thes. antiq.* et *Hist. Italiæ* tom. VIII, part. I, pag. 101, et Pap. Massonius, *Elog.* p. I, pag. 358.

(10) *Dial. de doctis hominibus*, pag. 43.

(11) Hunc etiam quamplurimis, quos Florentiæ Argyropulus docuit, annumerat Raph. Volaterranus *Comment. urban.* lib. XXI, pag. 766. Plagii in hunc præceptorem suum commissi eumdem perperam accusavit Gabr. Naudæus, *Bibliogr. polit.* pag. 23, ut post Conringium ostendit Jac. Thomasius, *De plagio lit.*, § 547. Conf. Bayle *Dict.* tom. I, pag. 41.

(12) *Miscellan.* cap. 1. Opp. edit. Par. a. 1512, tom. I, fol. 103.

(13) Opp. Politiani tom. II, fol. 119.

(14) *Orat. de laudibus litterarum Græc.*, quam Henr. Stephanus Thesauro Gr. linguæ præfixit pag. 7.

(15) Florentia iter in Galliam eum aliquando fecisse ex Philelphi ad Thomam, regis Galliarum medicum, litteris commendatitiis (epp. lib. XIII, ep. 23) apparet.

(16) Vid. Politianus, *Miscellan.*, l. c

* Propter opus quod pro synodo Florentina scripsit Argyropulus, ei locum dedimus inter scriptores qui circa synodi tempora floruerunt. Edit.

Romam Argyropulus commigravit, ibidemque Græcas litteras, præsertim vero Aristotelis philosophiam docendi provinciam cepit (17).

Thucydidem, hac in urbe, et quidem in Vaticano, publice interpretantem Argyropulum audivit Joannes Reuchlinus nostras, litteris Græcis jam antea quidem Basileæ ab Andronico Contoblanca, indeque Parisiis ab Hieronymo Spartiata institutus (18). Ferunt, Argyropulum, cum Reuchlinus, concionis cujusdam Thucydideæ partem recitare atque interpretari ab ipso jussus, verba illius non solum commode pronuntiasset, sed etiam egregie prorsus explorasset, vehementer miratum esse, ac præsentibus summæ dignitatis auditoribus exclamasse : Eheu, nostro exsilio Græcia transvolavit Alpes (19); eum fere in modum, quo Apollonius orator olim, cum Ciceronem Rhodi declamantem audivisset, admiratione æque ac mœrore affectus, Græcas litteras et eloquentiam ad Romanos illum transtulisse dixit (20). Habuit etiam Argyropulus senex Romæ ex nostris auditorem, Jacobum Questebergium, Fribergensem, qui non linguam tantum Græcam ab eo didicit, sed etiam philosophiæ initia percepit (21).

Senectute confectus Argyropulus, cum, ut Jovius tradit, immodico melopeponum esu, in febrem incidisset, Romæ decessit, relicto filio Isacio, musico nobili claroque (22). De anno vero ipsius emortuali non consentiunt inter se scriptores, nec certo is definiri posse videtur (23).

Præstanti omnino ingenio et præclara Græcarum litterarum doctrina atque eruditione fuit Argyropulus, Aristotelicæ cum maxime peritissimus philosophiæ. Magnis eo nomine laudibus certatim illum extollunt, qui propius ipsum noverant iique maxime idonei arbitri atque existimatores. Ex his in primis Franciscus Philelphus, in litteris commendatitiis ad Th. Francum, Mediolano, anno 1461 scriptis (24), cla-

(17) Jovius, l. c.

(18) Id Reuchlinus ipse nos docet, *Rudiment. Hebraic.* l. I, pag. 20, ubi de suis, quos in addiscenda lingua Græca habuit, magistris ita exponit : « Non apud Ionas, neque ulla in Græcia, sed Basileæ primum ab Andronico Contoblaca, deinde Parisiis, a Georgio Hieronymo Spartiata, post Romæ ab Argyropulo Byzantio, publice in Vaticano Thucydidem legente, Xysto IV pontifice, ad extremum Florentiæ Mediolanique, a Demetrio Chalcocondyle, Græcam linguam frustillatim, et quasi micas de mensâ domini cadentes, accepi. »

(19) Narrat hoc Philippus Melanchthon in oratione de Joan. Capnione seu Reuchlino, *Declamat.* tom. I, pag. 625, edit. Richardinæ; a quo acceptum id complures referunt, in primis Mart. Crusius, *Turco-Græciæ* l. I, pag. 58, et *Germ.-Græciæ* l. I, pag. 7; l. V, pag. 233; Matth. Dresserus, *Orat.* tom. III, pag. 55 sq.; Joann. Conr. Dietericus, in Progr. de restauratione Gr. litt. per Germaniam, auspiciis Jo. Reuchlini cœpta, sub init.; Jo. Henr. Maius, in Vita Reuchlini, pag. 28, 213 et 216, etc. Ipsa Melanchthonis audire juvat verba, quæ ita habent : « Tunc etiam (Capnio, a Philippo, Pr. El. Palatino, legatus ad Alexandrum VI Pont. Max. missus) Romæ audivit Argyropulum, publice enarrantem Thucydidem, de quo sui congressus exordia hoc modo narravit ipse : *Cum in auditorium venisset ante lectionem, more legati, cum comitatu mediocri, et assiderent ibi multi homines nobiles, senes, cardinales etiam aliqui, salutat Argyropulum reverenter aeplorat exsilium Græcorum et narrat, se cupidum esse doctrinæ ipsius. Argyropulus interrogat, cujas sit et an Græcam linguam intelligat. Hic narrat, se Germanum esse, et non omnino rudem Græcæ linguæ. Jubet igitur Argyropulus eum legere partem Thucydideæ concionis et reddere sententiam. Legit clara voce Capnio et addit interpretationem. Cumque et sonus pronuntiationis non esset agrestis, et sententia recte et vonis verbis reddita esset, animadvertit Argyropulus, non prorsus tironem esse in Græca lingua et gemens exclamat : Græcia nostro exsilio transvolavit Alpes.* Non leve autem hac in narratione dubium chronologicum occurrit. Nempe cum, anno supra millesimum et quadringentesimum octavo et nonagesimo, legatus Romam venerit Reuchlinus, ad Argyropulum tunc illum accessisse, communi fere de tempore mortis Argyropuli relationi, qua, annis minimum duodecim ante, diem obiisse dicitur supremum, manifeste adversatur. Itaque errorem, quoad temporis rationem, Melanchthonem commisisse, et id, quod narrat, eo tempore, quo Argyropulum, Thucydidem publice legentem, Romæ se audivisse, Reuchlinus ipse loco antea citato, refert, Sixto IV videlicet Pontifice, qui ab anno sæculi 71 usque ad annum 84 pontificatui præfuit, accidisse arbitramur.

(20) Apollonii vocem refert Plutarchus in *Vitis parallelis*, edit. Augustini Bryani Londinensis vol. IV, pag. 444 : Σὲ μὲν, ὦ Κικέρων, ἐπαινῶ καὶ θαυμάζω, τῆς Ἑλλάδος οἰκτείρω τὴν τύχην, ὁρῶν ἃ μόνα τῶν καλῶν ἡμῖν ὑπελείπετο, καὶ ταῦτα Ῥωμαίοις διὰ σοῦ προσγενόμενα, παιδείαν τε καὶ λόγον · *Te quidem, Cicero, laudo et admiror : Græciæ vero miseret me conditionis, cum cernam, quæ reliqua nobis sola erant ornamenta, ea quoque te ad Romanos transtulisse, litteras et eloquentiam.*

(21) Testis iterum est Ph. Melanchthon in præfat. in Procli metaphrasin quadripartitæ Ptolemæi, *Declam.* tom. I, pag. 500, ubi de Questebergii hujus vitæ studiorumque ratione exponit.

(22) Vid. Raph. Volaterranus, *Commentar. urban.* lib. XXI, pag. 776. Alterum quem habuit, filium, Bartholomæum, doctum juvenem, pertristi amisit casu, quippe qui cum Romæ apud Bessarionem versaretur, a grassatoribus interfectus est. Magno ob id mœrore affecti, Bessarionis rogatu, consolatoriam ad patrem epistolam scripsit Jac. Piccolomineus, cardinalis Papiensis, quæ inter epistolas ejus ducentesima, pag. 619 et sqq., habetur. Mitius vero filii interitum tulisse patrem, ex Papiensis, quæ pag. 621 exstat, ad Bessarionem epistola patet; fortemque Joan. Argyropuli animum eo nomine prædicat Petr. Alcyonius, in Medice legato priore, edit. Ald. fol. 6, 11.

(23) Jovius quidem, quem cæteri sequuntur, eum septuaginta habuerat annos, ereptum eum esse, an; quo autem a C. N. mortuus fuerit anno, non addit. P. Lambecio, Comm. de B. Vindob. l. VI, pag. 278, inter Gazam et Trapezuntium, seu, inter annum C. 1478 et 1485, obiisse videtur. J. A. Fabricius, *Biblioth. Gr.* vol. X, pag. 426, circa a. 1480 defunctum illum esse scribit, notatque Nic. Reusnerum, in cujus iconibus perperam a. 1571 exspirasse, tradatur. Nicolaus autem Commenus Papadopoli, qui ὡς ἐκ τρίποδος sæpenumero loqui solet, Decessit Argyropulus, inquit, septuagenarius, anno 1486.

(24) Epp. lib. XIII, ep. 23, pag. 94 edit. Ven. a. 1502.

rissimum eum vocat philosophum, et eumdem virum eloquentissimum, atque omni disciplinarum genere præstantiaque pollentem, et hoc uno neminem in universo Græcorum genere neque doctiorem, nec sapientiorem esse confirmat. Eamdem in sententiam de illo ad Donatum Acciaiolum scribit (25), hunc-que et reliquam juventutem Florentinam laudat, quod in talis tantique et oratoris et philosophi Græci sese tradiderint disciplinam. Is ipse autem Acciaiolus, præceptorem hunc suum collaudans (26), Plures jam, inquit, annos, doctrinam tradidit nobis, tanta copia, tam multiplicibus variisque sermonibus, ut visus sit, temporibus nostris, veterum philosophorum memoriam renovare. A Cortesio (27) prope perfectus dicitur peripateticus et sane tolerabilis scriptor; ab Alcyonio (28), philosophorum suæ memoriæ facile princeps. Quam bene de eodem, præceptore suo, existimaverit Ang. Politianus, supra exposuimus. Plura virorum doctorum taceo testimonia, quibus de insigni eximiaque illius eruditione prædicarunt.

Quod multis doctis hominibus commune est vitium, ut arrogantia scientiæ, qua pollent, socia sit comesque, et hac inflati solos sese sapere putent, aliosque præ se contemnant, ab hoc adeo non liber fuit Argyropulus, ut potius is videri voluerit, qui omnes inter in omni doctrinæ genere unus emineret, et insolentius summorum etiam virorum despexerit eruditionem. Totus adeo in eo diversus fuit a vetere sodali suo, Theodoro Gaza, qui modestiæ suæ erga illum ipsum singulare dedit documentum. Etenim, cum Aristotelis Naturalia atque Moralia Argyropulus Latine convertisset, Gaza quædam, a se pariter translata, combussit, ne, ut Jovius ait, amicissimi hominis crescenti famæ officerent, si ad æmulationem ódiosa comparatione certaretur. Latina enim, addit, ubertate facundior, et Græcorum modestissimus hoc facile dabat elate ambitioso et amplioris percupido fortunæ. Arrogantiæ ipsius luculentum exemplum memorat Politianus, ubi, præceptorem illum suum, Ciceronem philosophiæ pariter atque Græcarum litterarum imperitiæ arguisse, refert; et cum omnium acerrimus esset in disputando atque aurem (quod ait Persius), mordaci lotus aceto, facile id sibi cæterisque, tum quidem sectatoribus suis persuasisse ait ut, quod pene dictu quoque nefas sit, pro concesso inter ipsos haberetur, nec philosophum fuisse M. Tullium nec litteras Græcas calluisse (29).

Sed et ebriositate ac voracitate famæ suæ maculam aspersit Argyropulus, si quidem Jovio fides est habenda, qui, vini et cibi æque avidum et capacem, et multo abdomine ventricosum eum fuisse, tradit (30). Eodem auctore, Romæ ita opimis stipendiis vitam traduxit, ut tota substantia quotidianis sumptibus æquaretur, et in extremo vitæ actu jocatus, ditiores amicos, æris alieni, condito testamento, hæredes relinqueret.

Præcipua Argyropuli doctrinæ ingeniique monumenta sunt Latinæ complurium Aristotelis librorum interpretationes, quas Florentiæ confecit, gratique sui erga veræ virtutis altricem domum Mediceam, animi exstare voluit testes. Ex Græco nimirum Latine convertit Aristotelis *Prædicamenta; De interpretatione* librum; *Analyticorum posteriorum* libros; *Physicæ auscultationis* libros octo; *De cœlo* libros quatuor; *De anima* libros tres; *Metaphysicorum* libros duodecim; *Ethicorum ad Nicomachum* libros decem; et *Politicorum* libros octo. Versiones hæ antiquioribus Aristotelis operum editionibus Latinis ac nonnullæ etiam in Græco-Latinis quibusdam leguntur. Mss. in bibliotheca Laurentiana Medicea asservantur, hasque continentes in illa exstant codices aliquot membranacei, elegantissimis Cosmæ et Petri, Mediceorum, ipsiusque interpretis, iconibus exornati (31). Diversa et contraria inter se de Argyropuli versionibus virorum doctorum sunt judicia (32). R. Volaterranus (33), eleganter magis quam fideliter Aristotelis libros eum convertisse censet. Contra ea Joach. Perionius (34), fideliter magis quam ornate eleganterque illos ipsos translatos ab eo fuisse ait. Petrus Nannius (35) autem, ad verba magis quam ad sensum Argyropulum attendisse, ipsiusque adeo interpretationes nec fideles, nec elegantes esse, pro-

(25) Eodem Epp. libro, epistola 25; ex qua etiam discimus Mediolanum a. 1456 Argyropulum venisse, et a principe perhumaniter perbenigneque tractatum, ad Transalpinos transiisse, reditus ad constitutum tempus spe facta.

(26) Procem. in expositionem libr. *Ethicorum* Aristotelis, ad clariss. virum, Cosmam Medicem.

(27) *Dial. de doctis hominibus*, pag. 43.

(28) *L. s. c.*

(29) Vid. Politianus, *Miscell.* c. 1: quo ipso capite, Ciceronem ejusque expositionem vocabuli ἐντελέχεια, *Tuscul. Quæst.* I, 10, qua Tullianam Græcæ linguæ ignorantiam comprobare instituerat Argyropulus, a calumnia ejusdem, cujus quidem alias apud se non exigui ponderis auctoritatem esse profitetur, ex instituto defendit Coumenus Papadopoli, *l. s. c.*, ubi Jovii repetit narrationem, quod Argyropulus, Ciceronem Græcas litteras ignorasse prædicaverit, addit: Qua in se non omnino Argyropulus delirabat. Perbelle! Nempe, ut Politianus de Græcis suæ ætatis hominibus testatur, Latinos in participatum suæ linguæ doctrinæque non libenter admittit ista natio.

(30) Conf. Bayle *l. c.* Argyropulo, quod Ciceronem non magni fecerit, subiratum Jovium hæc de illo scripsisse opinatur Hodius *l. c.*, p. 194.

(31) Vide Catal. Biblioth. Laurent.-Medic. a Bernard. de Montfaucon in *Biblioth. bibliothecarum mss. nova* vulgatus p. 379, 402, 342, 403 et 418.

(32) Pluribus illa enarrat P. Bayle, in *Diction. hist. et crit.*, tom. I, pag. 308.

(33) *Comm. urb.* lib. XXI, pag. 776.

(34) Teste Thuano, *Hist.* l. XXIII, p. m. 1057.

(35) Συμμίκτων lib. I, cap. 3, pag. 6. Conf. Baillet, *Jugem. des Sçavans*, tom. IV, pag. 355.

nuntiat. Attamen accurate interpretandi laudem illi haudquaquam denegandam esse, P. D. Huetius (36) arbitratur.

Joannem Argyropulum auctorem etiam habet *Expositio Ethicorum Aristotelis*, quam, ab ipso videlicet Florentiæ publice traditam (37), edidit Donatus Acciaiolus. In Latinum idem transtulit Basilii Magni *in Hexaemerum homilias novem;* eaque versio in Latinis et Græco-Latinis Basilii Magni operum editionibus exstat. *De processione Spiritus sancti*, ejusdem ad magnum ducem Lucam Ducaram (38), scriptum, in quo decreti, in synodo Florentina facti, explanatio habetur cum interpretatione sua Latina, Leo Allatius inseruit *Græciæ orthodoxæ* tomo I, Romæ a. 1652 edito, pag. 400 seqq.

Ἀνέκδοτα Argyropuli, quæ in celeberrimis Italiæ, Galliæ, Hispaniæ bibliothecis latent (39), potissimum hæc sunt : *Monodia et consolatio ad imp. Constantinum* (40) *in morte fratris Joannis*, qui anno 1448 decessit; *ad Constantinum Palæologum de regno liber; Comparatio inter principes antiquos et novi imperii*, Turcici videlicet. *Solutio difficultatum et quæstionum, a Cypriis quibusdam sapientibus et medicis sibi oblatarum* (41).

(36) *De claris interpretibus* ed. Stad., pag. 295.

(37) Profitetur id ipse Acciaiolus, in proœmio expositionis hujus, impr. Florentiæ apud S. Jacobum de Ripoli, an. 1487, fol., hisce verbis : « Expositionem (Argyropuli) accommodatam præcipue menti Philosophi, litteris mandare constitui, ut ii qui adesse non potuerunt, et harum rerum desiderio tenerentur, hæc, quæ nos ex ejus ore accepimus, percipere et ipsi pro arbitrio possent. Quare traductionem illius ac ordinem explicandi pluribus verbis secuti sumus, lata interdum et diffusa oratione utentes, ut explanatio aperta magis, magisque omnibus esset communis. »

(38) Vid. Papadopoli *l. c.*, pag. 180. Perperam adeo H. Wharton, in append. ad *Hist. litt.* Guil. Cave, pag. 109, et ab eo in eumdem, ut videtur, inducti errorem, J. A. Fabricius et Hodius, pag. 204, ex magno duce, qui in libri titulo tantum nominatur, Cosmum ducem effinxerunt, Medicem illum procul dubio intelligentes, quem vero neutiquam ducem fuisse, satis constat.

(39) Referuntur illa a Phil. Labbeo in *Nova Bibl. librorum mss.*, pag. 71, 115, 387 ; indeque, post alios, a Fabricio *Biblioth. Gr.* vol. X, pag. 426 ; qui etiam, orationem Argyropuli quartam pro synodo Florentina a Nic. Comneno, *Prænot. mystagog.* p. 561, citari, notat et inter scripta illius poemata Græca ecclesiastica Argyropuli, ὁμωνύμου forte, refert.

(40) Hujus mentionem facit Leo Allatius, *De synodo Photiana*, pag. 542.

(41) Ἀνέκδοτα hæc, quæ memoravimus, omnia in bibliotheca regia Parisiensi asservantur. Vid. Catal. codd. mss. tom. II, pag. 159, 196, 245. In codice Græco ms. bibliothecæ Bodleianæ, quo Porphyrii *Isagoge*, et Aristotelis *Organon*, cum scholiis marginalibus, continentur, Argyropulus Cpoli logicam docens repræsentatur forma quidem minus concinna ; quam ipsius effigiem, æri incisam H. Hodius suis de Græcis illustribus, linguæ Græcæ instauratoribus, libris addendam curavit. Καλλιγραφίας Argyropuli documentum est anonymi Compendium chronicon, quod, manu ejus scriptum, in Græca D. Marci exstat bibliotheca. Vide Catalog., pag. 192.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΥ

ΤΩ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ ΚΑΙ ΠΕΡΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩ ΜΕΓΑΛΩ ΔΟΥΚΙ

ΣΥΝΟΠΤΙΚΩΤΑΤΟΝ,

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ

ΕΝ Ω ΚΑΙ ΑΝΑΠΤΥΞΙΣ ΤΟΥ ΟΡΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ.

—

JOANNIS ARGYROPULI

AD ILLUSTRISSIMUM ET PRÆCLARISSIMUM MAGNUM DUCEM

SCRIPTUM BREVISSIMUM

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI,

IN QUO HABETUR EXPLANATIO DECRETI FACTI IN SYNODO FLORENTINA.

(L. Allatio interprete in Græc. orthodox., tom. I.)

—

1. Rebus aliis omnibus inter viros felices ac fortunatos te colloco, illustrissime ac præclarissime magne Dux, quas si recensere velnero,

α'. Πᾶσι μὲν ἄλλοις ἐγώ σε τῶν εὐδαιμόνων νενόμικα, λαμπρότατε καὶ περιφανέστατε μέγα Δοὺξ, ὧν ἕκαστον ἀμήχανον ἐξειπεῖν, οὐ μόνον κατὰ τὸν ἐνε-

σκηκότα χρόνον, ὃς ἡμῖν ἄγαν βραχύτατος ξυγκεχώρηται, ἀλλ' οὐδ' ὅτε καιρὸς τῶν σῶν ἐγκωμίων, δθ' ὑπόθεσιν λαμπροτάτην οἶμαι τὰ σὰ ποιησόμεθα, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῇ, ἣν ἔχεις περὶ τοὺς λόγους σπουδὴν, οὓς τῶν ἐν ἡμῖν ἁπάντων νομίζων τὸ τιμιώτατον, νῦν μὲν ἱστορίαις χαίρεις καὶ ἅπερ ἐν ξυγγραφαῖς περιέχεται, νῦν δὲ φιλοσοφεῖς ἀκριβῶς, ὥσπερ τις ἐν Ἀκαδημίᾳ τραφείς, ἢ πλοκὰς εἰδὼς λόγων, οὓς αὐτὸς ἔπλεξεν ὁ Περίπατος. Μάλιστα δ' ὅτι μόνος σχεδὸν τὰ δημόσια πράττων, καὶ τοῦτ' ὑπάρχων ἐν πόλει, ὅπερ ἐν σώματι δήπου ψυχὴ, καὶ ὅπερ νοῦς ἐν παντὶ, οὐδὲ τῶν θεολογικῶν ἄμοιρος ἐγίνου δογμάτων. Ἀλλ' οὕτω τοι καλῶς καὶ τούτων τὸ πλεῖστον ἐξήσκησας, ὥστε μηδένα ῥᾳδίως πιστεύειν, ὅτι σοι καὶ περὶ ἄλλων γέγονε λόγος. Σημεῖον δὲ ὅτι πᾶς ὁστισοῦν θεολογίαν εὖ ἠσκηκὼς, πεῖραν διδοὺς καὶ λαμβάνων, ἅπεισι μᾶλλον θαυμάζων, ἢ θαυμαζόμενος. Οὕτω περίεστί σοι μελέτης, καὶ ταῦτα τῆς τῶν κοινῶν φροντίδος ἐχόμενος, καὶ ἃ σώζειν ἐθέλει τὴν ἡμετέραν ἄλλοτε ἄλλαις τύχαις οὐκ ἔξω πραγμάτων οὖσαν, ἀλλ' αἰεὶ θνήσκουσαν τῷ δέει τοὺς αὐτῇ πολεμίους. Χάριεν δέ σου κἀκεῖνο, ὅτι μόνος αὐτὸς οἷός τε ὢν τοῖς δόγμασιν ἐφιστάνειν, οὐδὲ τὴν σὴν ἡμῖν ἀπαξιοῖς θεωρίαν, ἀλλὰ λέγεις μὲν αὐτὸς, ἃ σοι περὶ ἑνίων δοκεῖ, ἀκούεις δὲ καὶ ἡμῶν, ὅ τι φρονοῦμεν περὶ αὐτῶν, ὡς οὐχ οἷόν τε ὂν τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν ἐῤῥῶσθαι, ἂν μὴ καὶ τοῖς εἰδόσι ταυτὰ δοκῇ. Αὐτὸς μὲν οὖν μηδέποτε παύσαιο τοιούτοις συζῶν ἀγαθοῖς, ἃ τε οἰκεῖά φασιν ἀνθρώπῳ, καὶ οἷς ἐθέλει τὸ μακάριον περιγίνεσθαι. Ἡμεῖς δὲ διττὰς εἰδότες σοι διὰ ταῦτα τὰς χάριτας, ὧν τε ἡμᾶς ἀξιοῖς, καὶ ὧν ἐντεῦθεν κοινῇ χρηστῶν ἀπολαύομεν, περιεργότερον μὲν ἐν ἄλλοις, σοῦ ξυνεφαπτομένου, θεολογήσομεν πολλῶν τε ἄλλων πέρι καὶ δὴ περὶ οὗ λόγος ἡμῖν ἐγένετο πρότριτα· νυνὶ δὲ ὀλίγα ἅττα σὴν χάριν περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος προόδου φιλοσοφήσομεν. Ἐκέλευσας γὰρ, καὶ οὐκ ἦν ἀπειθεῖν τοσαύτῃ δυνάμει.

verba viresque deficient non tantum hoc præsenti tempore, quod nobis quam brevissimum conceditur, sed etiam cum tuas enarrandi laudes occasio sese tulerit, et nobilissimum argumentum orationi meæ facta tua constituam : non minus vero et eo quo ad sermones concitaris studio, quos inter res humanas pretiosissimos reputans, nunc in versandis historiis, et quæ in aliorum Commentariis continentur, nunc accurate philosophicis speculationibus, perinde ac si in Academia enutritus, et disputationibus difficiles explicatus habentibus, quas ipse Peripatus plexuit, exercitus esses, operam navas. Sed inter alia præcipue, quod solus fere res publicas administrans, et in civitate id operans, quod in corpore anima, et mens in universo, a theologicis decretis, uti eorum expers, non abstines, sed in his etiam adeo prompte sedula exercitatione, ea incrementa cepisti, ut nemo facile crediderit, animum studiis aliis applicasse. Indicio est, quod quicunque, in speculationibus theologicis versatissimus, quid possit uterque vestrum vicissim experiens, abscedit admirans potius ipse, quam sui admirationem injiciens, sic tibi hujuscemodi exercitationis rerum publicarum curis licet implicito : et quæ patriæ nostræ, variis fortunæ casibus et calamitatibus nimium misere fractæ, et tantum non præ hostium imminentium sibi metu continuo exspiranti, opem ferre possent comminiscenti, abunde est. Litas quoque gratiis, quod cum solus ipse posses edicendis dogmatibus præesse, neque tuas nobis speculationes pernegas, sed edisseris tu quidem de iis quibus tibi videtur verba faciens, audis vero et nostram de iisdem sententiam, quasi opinionem de iis firmam esse non posse existimes, nisi et scitorum calculo corroboretur. Tu igitur nunquam cum bonis similibus vitam agendi finem ponas, quæ propria esse hominis traduntur, et quibus beatitas ipsa comparatur. Nos porro tibi duplices gratias agentes, tum ob ea quæ nobis impertis, tum ob ea quæ inde bona communiter possidemus, curiosius in aliis, te opem ferente, de rebus aliis multis divinis orationem instituemus, et de eo quoque, de quo ante triduum sermonem contulimus. Nunc vero pauca quædam in tui gratiam de Spiritus sancti processione philosophabimur. Imperasti siquidem, tantæque potestati morem non gerere, haud fas est.

β'. Τριῶν οὖν ὄντων ἐν τοῖς θείοις προσώπων κατὰ τὰς θεολογικὰς ὑποτυπώσεις τε καὶ ἀρχὰς, Πατρὸς, Υἱοῦ τε καὶ θείου Πνεύματος, ἡνωμένων μὲν τῇ οὐσίᾳ, διακρινομένων δὲ ταῖς ἰδιότησι χρήματι, παράγει μὲν τὸ ἓν ὁ Πατὴρ, παράγεται δὲ τὰ δύο Υἱός τε καὶ Πνεῦμα ἅγιον. Οὔτε γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἔδει ταῦτ' εἶναι, ἵνα μὴ ἑτερότης γένοιτο φύσεως, οὔτε ἐξ ἀλλήλων παράγεσθαι, οἷς αὐτὸ ἑαυτό τι παράγειν ἀμήχανον. Ἓν οὖν διὰ τοῦτο τό γε παράγον, τὰ δὲ λοιπὰ παραγόμενα. Παράγων δὲ ὁ Πατὴρ πρακτικὰς δήπουθεν ἕξει δυνάμεις, διακρινομένας πως καὶ αὐτὰς, οἷς δι' αὐτῶν διακρινόμενα παράγεται πρόσωπα, τὴν μὲν ᾗ τὸν Υἱὸν, τὴν δ' αὖ πάλιν, ᾗ παράγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀρχὰς οὔσας τε καὶ δυνάμεις, καὶ γονιμότητας, αἷς μήτε παρα-

2. Cum itaque in divinis sint tres personæ, secundum theologica placita et principia, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, essentia quidem unitæ, re vero distinctæ proprietatibus, una, Pater nempe producit, duæ vero, Filius et Spiritus producuntur. Neque enim has a semetipsis esse adlecebat, ne naturæ diversitas introduceretur, neque una ex alia produci ; unum enim seipsum producere haud potis est. Quapropter unum est producens, cætera producta. Et Pater producens productivas equidem facultates habebit, et ipsas inter se quodammodo distinctas, quibus distinctæ personæ producuntur, alteram quidem, qua Filium, alteram rursum, qua Spiritum sanctum producit, quæ principia sunt, et facultates, et fecunditates, neque quippiam

producentes, neque productæ : id enim est hypostasis proprium; non enim perfectionum, aut facultatum, namque hæc in hypostasi sunt et cum hypostasi, vocanturque a theologis, hæc generativa, illa productiva facultas, quapropter et productorum hic quidem fetus et Filius, ille productio et Spiritus nuncupatur. Oportet enim ea, quæ ex principiis sunt, in iis quæ ejusdem generis sunt, propriis suis principiis non dissimilia esse, et ex iis quoque sibi nomen asciscere.

3. Cum vero productorum utrumque ex essentia dicatur Patris, ipsa autem neque generat, neque generatur, neque etiam producit, neque producitur, ut theologi tradunt, necesse est essentiam amborum principium esse tale, quo Pater utrumque producat, Filium et Spiritum sanctum, cum alias ejusdem essentiæ sint cum producente producta, et inter se producta non alio modo exsistant, quam ex Patris essentia veluti principio et facultate, quæ neque producit, neque producitur, neque in ea, quæ ex aliquo est, neque in ea quæ ad aliquid definitione est, cum in Patre scilicet exsistat, et in Filio, et in Spiritu, et veluti principium, et veluti species, in quantum exhibetur. Verumtamen Patris hypostasis una et eadem, cum personas producit, rursusque essentia unum et idem principium et facultas, ipsa producta modis omnibus eadem essent; imo unum equidem plane esset persona producta, nisi essentiæ et alia quædam inessent, per quæ quodammodo facultates diversæ fierent, quibus Filius et Spiritus producuntur. Et hæc fuerint intellectus et voluntas, illa quidem simul cum essentia principium et facultas exsistens, per actionem generationis productiva Filii, propterea que Verbum Dei Filius a theologico tonitru nuncupatur. Fetus enim intellectus est Verbum. Voluntas vero simul cum ipsa essentia principium et facultas exsistens per operationem productionis, sive spirationis productiva hypostasis Spiritus sancti, non ut principium liberum, sed ut necessarium et naturalis quædam facultas et principium, propterea que a theologis amor divinus Spiritus appellatur. Virtus enim amoris voluntas est. Et dicta hæc nostra et theologorum placita concorditer inter se congruunt. Neque his minus conveniunt sancti Augustini dicta in volumine *de Trinitate*, in quibus memoriam quidem generativam, voluntatem vero spirativam vocavit facultatem.

4. Manifestum itaque est ex dictis, Patrem fontem esse Deitatis, et solam causam, et solam originem supersubstantialis Divinitatis, et solum genitorem simul et productorem, et alia, quibus ipsum theologorum schola cohonestat; non solum quod jam dictas facultates atque fecunditates a nemine habeat, sed quod ipse solus sit solum in divinis producens. Ipse etenim solus est, qui jam dictis facultatibus veluti fons et principium, et

A γούσας, μήτε μὴν παραγομένας αὐτάς. Ἑκάτερον γὰρ ὑποστάσεως ἴδιον, οὐ τελειοτήτων, οὐδὲ δυνάμεων. Ἐν ὑποστάσει γὰρ τὰ τοιαῦτα καὶ ἐνυπόστατα. Καλεῖται δὲ πρὸς τῶν θεολογούντων αὐτῶν ἡ μέν τι; γεννητικὴ, ἡ δ' ἦν προβλητικὴ δύναμις. Διὸ καὶ τῶν παραγομένων τὸ μὲν γέννημα καὶ Υἱὸς, τὸ δὲ πρόβλημα καὶ Πνεῦμα προσαγορεύεται. Δεῖ γὰρ τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν ἐν τοῖ; τοῦ αὐτοῦ εἴδους ταῖς σφῶν αὐτῶν πως ἀρχαῖς ἐοικέναι, καὶ ἐξ ἐκείνων ἔχειν καὶ τοὔνομα.

B γ. Ἐπεὶ δὲ τοίνυν παραγομένοιν ἑκάτερον ἐκ τῆ; οὐσίας λέγεται τοῦ Πατρὸς, αὐτὴ δὲ οὔτε γεννᾷ, οὔτε γεννᾶται, οὔτε μὴν προβάλλει, οὔτε προβάλλεται, καθάπερ οἱ θεολογοῦντές φασιν, ἀνάγκη τὴν οὐσίαν ἀρχὴν ἑκατέρων εἶναι τοιαύτην, ᾗ παράγει Πατὴρ ἑκάτερον, Υἱόν τε καὶ Πνεῦμα ἅγιον. Ἄλλως τε καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα, τά τε παραγόμενα τῷ παράγοντι, καὶ ἀλλήλοις τὰ παραγόμενα, οὐκ ἂν ἄλλως εἶεν ἢ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ὡς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως, ἣ οὔτε παράγει, οὔτε παράγεται, οὔτ' ἐν τῷ ἐξ οὗ, οὔτ' ἐν τῷ πρὸς ὄν ὅρῳ, ἐν τῷ Πατρὶ δηλαδὴ οὖσα καὶ ἐν Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι, καὶ ὡς ἀρχὴ καὶ ὡς εἶδος τό γε διδόμενον. Ἀλλὰ μὴν τῆ; τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως τῆς αὐτῆς οὔσης, ὅτε παράγει τὰ πρόσωπα, καὶ τῆς οὐσίας μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς αὖ πάλιν οὔσης ἀρχῆς καὶ δυνάμεως, τὰ παραγόμενα τὰ αὐτὰ ἂν ἦν πάντη πάντως. Μᾶλλον δὲ ἓν ἂν ἦν τῷ ὄντι τὸ παραγόμενον πρόσωπον, εἰ μὴ τῇ οὐσίᾳ καὶ ἄλλ' ἄττα ξυνῆν. δι' ὧν διάφοροί πως C γένοιντ' ἂν αἱ δυνάμεις, αἷς Υἱὸς καὶ Πνεῦμα παράγεται. Τὰ δὲ ἄρα νοῦς ἂν εἶεν καὶ βούλησις, ὁ μὲν ἅμα τῇ οὐσίᾳ ἀρχὴ καὶ δύναμις ὢν δι' ἐνεργείας τῆς γεννήσεως, παρακτικὴ τοῦ Υἱοῦ· διὸ καὶ Λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὑπὸ τῆς θεολόγου βροντῆς ὠνόμασται· νοῦ γὰρ γέννημα λόγος· ἡ δ' αὖ σύναμα τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ ἡ βούλησις, ἀρχὴ καὶ δύναμις οὖσα δι' ἐνεργείας τῆς προβολῆ;, ἢ πνεύσεως παρακτικὴ, τῆ; τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποστάσεω;, οὐχ ὡς ἀρχὴ αὐτεξούσιος, ἀλλ' ὡς ἀναγκαία καὶ φυσική τις δύναμις καὶ ἀρχή· διὸ πρὸ; τῶν θεολογούντων ἀγάπη τὸ θεῖον κέκληται Πνεῦμα. Τῆς γὰρ ἀγάπης. ἡ δύνσμις βούλησις. Ξυνᾴδει δὲ τὰ λεγόμενα ταῖς τῶν θεολογούντων φωναῖς, οὐχ ἧττον δὲ τοῖς εἰρημέ- D νοις ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ Αὐγουστίνου ἐν τῷ *Περὶ Τριάδος* βιβλίῳ, ἐν οἷς καὶ μνήμην μὲν τὴν γεννητικὴν, βούλησιν δὲ τὴν πνευστικὴν ἐκάλεσε δύναμιν.

δ'. Φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ὁ Πατὴρ πηγαία θεότη;, καὶ μόνον αἴτιος, καὶ πηγὴ μόνη τῆς ὑπερουσίου θεότητος, καὶ μόνος γεννήτωρ ἅμα καὶ προβολεὺ;, ὅσα τ' ἄλλα πρὸς τῶν θεολογούντων ὠνόμασται, οὐ μόνον τῷ παρὰ μηδενὸς ἔχειν τὰς εἰρημένας δυνάμεις καὶ γονιμότητας, ἀλλὰ καὶ τῷ μόνον αὐτῷ ἐν τοῖς θείοις εἶναι τὸν μόνον παράγοντα. Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶν ὁ παράγων ταῖς εἰρημέναις δυνάμεσιν, ὡς πηγὴ καὶ ἀρχὴ καὶ αἰτία, καὶ

ὅ τι ἂν εἴποι τις τῶν ὁμοίων. Φανερὸν δὲ καὶ ὅτι αἱ εἰρημέναι δύο δυνάμεις ἡ θεία οὐσία πάντως ἐστὶ, καὶ τὰ ἀποδιδόμενα τῷ Θεῷ, νοῦς τε καὶ βούλησις. Νοῦς δὲ ἄρα καὶ βούλησις τελειότητες. Δυοῖν δὲ ὄντοιν τοῖν παραγομένοιν προσώποιν, Υἱοῦ τε καὶ θείου Πνεύματος, ὁ μὲν πρόεισιν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ᾗ Πατὴρ, διὸ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναφέρεται τῇ υἱότητι· Υἱὸς γὰρ Πατρὸς, ὥσπερ καὶ Πατὴρ ὁ Πατὴρ Υἱοῦ λέγεται· ὁ δ' αὖ πάλιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, οὐχ ᾗ Πατὴρ, ἀλλ' ᾗ προβολεὺς δήπου, καὶ προβάλλων, καὶ πνέων, καὶ ὅσα τῆς ὁμοίας ὄντα τυγχάνει δυνάμεως. Διὸ καὶ πρὸς αὐτὸν τὸ θεῖον ἀναφέρεται Πνεῦμα τῇ προβολῇ. Προβολέως γὰρ πρόβλημα λέγεται, καθάπερ καὶ προβολεὺς αὖ προβλήματος προβολεύς. Ὥσπερ οὖν τοῦ προβολέως ὁ Πατὴρ προεπινοεῖται κατὰ μὲν τὸ ἀΐδιον οὗ, ἅμα γὰρ κατ' ἐκεῖνο Πατήρ τε καὶ προβολεὺς, συναϊδίως τοιοῦτος ὤν, κατὰ δὲ τὸ δύνασθαι καὶ προάγειν. Πρότερον γὰρ τὸν Υἱὸν παράγει τοῦ Πνεύματος, ἤδη νοούμενος ὑφεστηκέναι τῇ πρὸς τὸν Υἱὸν ἰδιότητι, τῇ πατρότητι· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς αὖ πάλιν προεπινοεῖται τοῦ Πνεύματος, οὐχ ὅτι οὐχ ἅμα ἀλλήλοις συναϊδίως ἐστίν· οὕτω γὰρ τὰ τρία πρόσωπα ἅμα πάντη καὶ ξυναΐδια, καὶ οὐδαμῶς ἄλλο ἄλλου γε πρότερον· καὶ ὅτι τὸ γεννᾶσθαι πρότερον ἐκ τῆς τοῦ χρήματος φύσεως τοῦ προβάλλεσθαι, καὶ τὸ γεννᾷν τοῦ προβάλλοντος. Καὶ αὕτη πάντως ἐστὶν ἡ τῶν θείων ὑποστάσεων τάξις, ἐκ τῆς πηγαίας ἀρχῆς καὶ αὐτὴ ἀνίσχουσα τοῦ Πατρὸς, καθ' ἣν ὁ Πατὴρ μὲν τοῖν δυοῖν, ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ θείου Πνεύματος πρότερος· καὶ ταῦτα κατὰ τὸ αὐτὸ νῦν τῆς ἀϊδιότητος ἅμα Πατρός τε ὄντος Υἱοῦ τε καὶ θείου Πνεύματος.

causa, et quidquid aliud in re tanta ac simili quispiam excogitaverit, producit. Clarum item est dictas duas facultates divinam essentiam plane esse, et quæ Deo attribuuntur intellectus et voluntas. Intellectus itaque et voluntas perfectiones sunt. Verumtamen cum personæ, quæ producuntur binæ sint, Filius et Spiritus sanctus, ille quidem prosilit ex Patre, qua Pater est, ideoque ad ipsum filiatione refertur : Filius enim Patris est, quemadmodum et Pater, Filii Pater dicitur. Ille vero rursus ex eodem Patre procedit, non qua Pater est, sed qua productor, et producens, et spirans, et quæcunque alia similem facultatem exprimunt. Propterea ad ipsum divinus refertur Spiritus productione. Productoris enim productio dicitur, sicuti et productor vice versa producti est productor. Quemadmodum itaque Pater prius intelligitur quam productor, non secundum æternitatem; namque ea simul una sunt et Pater et Productor, ab omni æternitate talis exsistens, sed secundum facultatem et productionem ; prius enim Filium producit, quam Spiritum, cum jam intelligatur proprietate ad Filium, paternitate nempe subsistere : pari modo et Filius prius intelligitur, quam Spiritus, non quod una simul non sint eadem æternitate : sic enim tres personæ simul modis omnibus, et æviternæ, et nullatenus alia alia præcedit : sed quod generari prius sit ipsa natura, quam produci, et generare quam producere, quibus prius intelligitur Pater, quam producens. Et hic est divinarum hypostaseon ordo ex primigenio principio Patre assurgens quo Pater utraque persona, Filius vero Spiritu sancto anterior est : licet secundum idem momentum æternitatis Pater, Filius et Spiritus sanctus una simul sint.

ε'. Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο τοῖς εἰρημένοις προσθεῖναι δίκαιον, θεολογικώτατον ὄν· ὅτι ὁ Πατὴρ ἑκάτερον τῶν θείων παράγει προσώπων, ἴσον ἑαυτῷ πάντη πάντως καὶ ὅμοιον ταῖς αὐταῖς τῷ ἀριθμῷ τελειότησι. Πάντα γὰρ ὅσα πρόσεστι τῷ Πατρὶ ἄνευ πατρότητος, καὶ ὅσαπερ ἐφαρμόττει τῇ θείᾳ πατρότητι, καὶ ἄνευ πατρότητος ἅμα καὶ πνεύσεως, καὶ ὅσαπερ αὐταῖς κοινῶς ἐφαρμόττει, κοινὰ καὶ τοῖς ἐκ Πατρὸς εἶναι ὁ θεολογικὸς παραδίδωσι λόγος. Αὐτὰ μὲν γὰρ, ἤτοι πατρότης, καὶ πατρότης ἅμα καὶ πνεῦσις, καὶ ὅσαπερ ἕπεται τῇ πατρότητι, καὶ αὖ πάλιν πατρότητί τε καὶ πνεύσει σχέσεις εἰσὶ μόνον, οὐ τελειότητες, ὥσπερ καὶ ἡ υἱότης, καὶ ἡ ἐν τῷ Πνεύματι πνεῦσι,· διὸ καὶ ἰδιότητες ταῦτα, ἑνὶ μόνῳ τῶν προσώπων ἑκάστου προσόντος ἥκιστα κινουμένου καὶ μεταπίπτοντος. Τὰ δὲ παρὰ ταῦτα πάντα τὰ αὐτὰ τῷ ἀριθμῷ κοινὰ τοῖς τρισὶν, ἵν' εἴη τοῖς αὐτοῖς ἴσος καὶ ὅμοιος Θεὸς ὁ Υἱὸς Θεῷ τῷ Πατρὶ, καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμα Θεῷ Πατρί τε καὶ τῷ Υἱῷ· καὶ διὰ ταῦτα Θεὸς εἷς τὰ τρία, τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ οὐσίᾳ, καὶ ταῖς αὐταῖς τελειότησι, τοῦ τρόπου μόνου πως ἐναλλάττοντος, οἷς ἐν Πατρὶ μὲν πηγαίως ταῦτα, καὶ ἀνάρχως, καὶ ἀναιτίως, καὶ μὴ παρ' ἄλλου του διδόμενα, ἐν δὲ τῷ Υἱῷ καὶ Πνεύματι

5. Illud quoque jam dictis apponi non absonum fuerit, ex intimis theologiæ arcanis petitum : Pater ex divinis personis utramque sibimetipsi æqualem per omnia et similem iisdem numero perfectionibus producit. Quæcunque enim insunt Patri, excepta una paternitate, et iis quæ divinæ paternitati accommoda sunt, exceptaque paternitate et spiratione, et quæ illis adaptantur, communia iis quoque, qui ex Patre sunt, theologorum sententia facit. Illa siquidem, paternitas nempe, et paternitas simul et spiratio, et quæ paternitatem consequuntur, itemque paternitatem et spirationem, relationes tantummodo sunt, non perfectiones, quemadmodum et filiatio, et, quæ in Spiritu est, spiratio : propterea proprietates, uni soli personæ singulatim inhærentes, nulloque modo sese moventes, aut in aliam recidentes. Præter hæc, universa reliqua eadem numero tribus juxta communia sunt, ut iisdem æqualis et similis Deus Filius sit Deo Patri, et Deus Spiritus Deo Patri, Deoque Filio ; propterea tria hæc Deus unus, una eademque essentia iisdemque perfectionibus modo tantummodo vario diversoque, quo in Patre quidem hæc tanquam in fonte, et absque principio et causa,

nec ab alio exhibita insunt, in Filio vero et Spiritu, ab alio exhibita, Patre duntaxat, non veluti in fonte, nec absque principio et causa. Solus siquidem fons supersubstantialis divinitatis Pater est, et solus ipse causa, et causator, quod et solus sine causa et sine principio est : neque enim ex aliquo ipse est, ut quodammodo et ipse productus sit, et quæ in ipso sunt ab alio quopiam, et non sine principio, et tanquam in fonte. Siquidem ipse solus est Filii et Spiritus principium absque principio, et absque causa, ut dicebamus.

παρ' ἄλλου του διδόμενα τοῦ Πατρὸς οὐκ ἀνάρχως, οὐ πηγαίως, οὐδ' ἀναιτίως. Μόνη γὰρ πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατὴρ, καὶ μόνος αὐτὸς αἰτία καὶ αἴτιος, ὅτι καὶ μόνος ἀναίτιός τε καὶ ἄναρχος. Οὐδὲ γὰρ ἔκ τινος καὶ αὐτὸς, ἵν' εἴη καὶ αὐτός πως αἰτιατὸν, καὶ τὰ αὐτῷ προσόντα παρ' ἄλλου του καὶ μὴ ἀνάρχως, μηδὲ πηγαίως. Αὐτὸς γὰρ μόνος Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀρχὴ ἄναρχος καὶ ἀναίτιος, ὡς ἐλέγομεν.

6. Producens igitur Pater Filium communicat ipsi divinam essentiam, reliquasque omnes illius perfectiones, uti et generativam et productivam simul facultatem. Cum enim ejusdem essentiæ personæ sint, easdem quoque possident perfectiones, ut demonstratum est, et intellectus quidem et voluntas perfectiones sunt. Cum alioquin quis non novit intellectum et voluntatem eadem prorsus omnique ex parte in Patre, et Filio, et Spiritu? Verumtamen cum Filius producebatur a Patre, ut Patre, non intelligitur Spiritus sanctus ex Patre ut producente produci. Præintelligitur enim Pater, qua Pater producenti, qua producens est, ut dicebatur. Aliter paternitate, quæ est una ex proprietatibus, sustinente paternam hypostasim, veluti et Filium filiatio, et Spiritum productio, non utique simul fuerit paternitas, et, quæ in Patre est, productio. Præintelligetur siquidem paternitas quæ in Patre est, et idem erit dicere, activæ productioni. Quare et Filius, cum Pater ut producens producit Spiritum sanctum, eamdem possidens a Patre per generationem facultatem, productivam nempe, una cum Patre intelligetur in Spiritus processione, quæ una fuerit ex Patre per Filium, una scilicet principio, et una facultate, quæ in Patre et Filio est, in illo veluti in fonte, et absque principio, nec ab alio tradita; in Filio vero tanquam ex principio sine principio, et fonte, et causa per generationem exhibita, ex qua ambo exsiliunt Filius et Spiritus sanctus. Quapropter Spiritus sanctus jure merito ex Patre per Filium procedere dicitur, indubitata ac clara theologorum sententia. Neque enim ex solo Patre, ne Filius illi reputaretur dissimilis, tanquam qui easdem atque Pater perfectiones non possideret, propterea neque consubstantialis, quod conformissimum est Arianæ hæresi, qui Filium divina natura Patris spoliabat. Quorum etenim facultates diversæ sunt, essent quoque eadem ipsa essentia diversa. Neque rursus ex Filio, ne iterum Filius principium existimaretur sine principio : indeque rursus a paterna essentia naturaque alienus. Ad hæc, ne et nepos Patris reputaretur Spiritus sanctus, et Filius item Filii Dei. Esset enim vicissim et Filius Pater. Item, ne quid Filio inesse, veluti productivam facultatem Spiritus sancti, opinaremur, quod non esset idem numero in Deo et Patre. Introducitur namque et

ς'. Παράγων τοίνυν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, δίδωσιν αὐτῷ τὴν θείαν οὐσίαν, καὶ ὅσαπερ αὐτῆς τελειότητες, ὥστε καὶ τὴν γεννητικὴν καὶ προβλητικὴν ἅμα δύναμιν. Τῆς γὰρ αὐτῆς οὐσίας τὰ πρόσωπα καὶ τὰς αὐτὰς ἔχει δήπουθεν τελειότητας, ὡς ἐδέδεικτο· καὶ νοῦς δὲ καὶ βούλησις τελειότητες. Ἄλλως τε τίς οὐκ οἶδε νοῦν τε καὶ βούλησιν τὰ αὐτὰ πάντη πάντως ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι; Ἀλλὰ μὴν ὅθ' ὁ Υἱὸς παρήγετο ἐκ Πατρὸς ὡς Πατρὸς, οὐ νοεῖται τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς προβολέως παράγεσθαι. Προεπινοεῖται γὰρ ὁ Πατὴρ ᾗ Πατὴρ, τοῦ προβολέως ᾗ προβολεὺς, ὡς ἐλέγετο. Ἄλλως τε καὶ τῆς πατρότητος ὑφεστώσης, μιᾶς ἰδιότητος οὔσης, τὴν πατρικὴν ὑπόστασιν, καθάπερ καὶ τὸν Υἱὸν ἡ υἱότης, καὶ τὸ Πνεῦμα ἡ προβολή, οὐκ ἂν ἅμα εἴη πατρότης, καὶ ἡ ἐν τῷ Πατρὶ προβολή. Προεπινοηθήσεται γὰρ πατρότης τῆς ἐν Πατρὶ, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, τῆς ἐνεργητικῆς προβολῆς. Οὐκοῦν καὶ ὁ Υἱὸς, δθ' ὁ Πατὴρ ὡς προβολεὺς παράγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν αὐτὴν ἔχων παρὰ τοῦ Πατρὸς διὰ γεννήσεως δύναμιν, τὴν προβλητικὴν δηλαδὴ, ξυνεπινοηθήσεται τῷ Πατρὶ πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος πρόοδον, μίαν οὖσαν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, μιᾷ δηλαδὴ δυνάμει τε καὶ ἀρχῇ, τῇ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἐν μὲν ἐκείνῳ πηγαίως οὔσης καὶ ἀνάρχως καὶ μὴ παρ' ἄλλου, ἐν δὲ τῷ Υἱῷ διδομένη διὰ γεννήσεως ἐκ Πατρὸς, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἀνάρχου καὶ πηγῆς καὶ αἰτίας, ἐξ ἧς ἑκάτερα πρόεισιν Υἱός τε καὶ Πνεῦμα ἅγιον. Ὥστε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰκότως ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λέγεται δι' Υἱοῦ, κατὰ τὴν ξυνεπτυγμένην θεολογίαν. Οὐδὲ γὰρ ἐκ μόνου Πατρὸς, ἵνα μὴ νομίζοιτο ὁ Υἱὸς αὐτῷ ἀνόμοιος, μὴ τὰς αὐτὰς ἔχων τελειότητας τῷ Πατρὶ, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' ὁμοούσιος, ὅπερ οὐδαμῶς ἀπέοικε τῇ τοῦ Ἀρείου αἱρέσει, τὸν Υἱὸν ἀλλοτριούσῃ τῆς θείας φύσεως τοῦ Πατρός· ὧν γὰρ αἱ δυνάμεις διάφοροι, καὶ αὐτὰ ἂν εἶεν ταῖς οὐσίαις διάφορα· οὐδ' αὖ ἐξ Υἱοῦ ἵνα μὴ πάλιν ὁ Υἱὸς ἀρχὴ νομίζοιτο ἄναρχος, κἀντεῦθεν πάλιν ἀλλότριος τῆς πατρικῆς οὐσίας καὶ φύσεως· πρὸς δὲ καὶ ἵνα μὴ υἱωνὸς νομίζοιτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Πατρὸς, καὶ υἱὸς αὖ πάλιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ἦν γὰρ ἂν καὶ ὁ Υἱὸς αὖ πάλιν Πατήρ· πρὸς δὲ καὶ ἵνα μὴ νομίζοιτό τι τῷ Υἱῷ προσεῖναι ὡς παρακτικὴ δύναμις τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μὴ τῷ αὐτῷ ὂν τῷ ἀριθμῷ κἀν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἐπεισάγεται γὰρ καὶ τοῦτο πάλιν αὖθις τὸ τῆς οὐσίας ἀνόμοιον, ἃ δὴ πάντα ἀνόσια καὶ ἀθέ-

μιτα, καὶ πόρρω τῆς τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίας καὶ πίστεως.

ζ'. Διὰ τοῦτο οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, καὶ ἡ καθολικὴ ἑβδόμη σύνοδος ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀπεφήναντο δι' Υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι Πνεῦμα, οὐχ ὡς αἰτίου τοῦ Υἱοῦ ὄντος, οὐδ' ὡς ἀρχῆς ἁπλῶς καὶ προβολέως τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, ἀλλ' ὡς ξυναιτίου καὶ ἀρχῆς ἐξ ἀρχῆς, οὐδ' ὡς μὴ οἷου τε ὄντος τοῦ Πατρὸς μόνου, μόνως τὸ Πνεῦμα παράγειν τὸ ἅγιον. Ἦ γὰρ ἂν οὐδὲ τὸν Υἱὸν ἄνευ τινὸς ἑτέρου προσώπου γεννῆσαι μόνος Πατὴρ ἠδύνατο, οἷς τῆς αὐτῆς ἐστι τελειότητος τῶν παραγομένων ἑκάτερον καὶ δυνάμεως. Πατὴρ μὲν γὰρ αὐτὸς αὐτάρκως τὸν Υἱὸν γεννᾷ, καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλει τὸ ἅγιον, αὐτοῦ τε ὄντος ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, αὐτοῦ τε αὖ ἀπόντος τῇ ἐπινοίᾳ, οὐδ' Υἱὸς ὅλως ἔσται, οὐδὲ τὸ Πνεῦμά πως ἐξ Υἱοῦ, οὐδ' ὅλως ἓν οὐδὲν τῶν προσώπων, μὴ ὅτι γε πρόοδος, καὶ ἡ πρὸς ὕπαρξιν τῶν προσώπων ἐνέργεια. Υἱὸς δ' ὡς προβάλλων, παράγων πως καὶ αὐτὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς προϊὸν, αὐτό γε προβάλλει, καὶ τοῦ Πατρὸς προβάλλων ἐξήρτηται, μὴ ὅτι καθὸ γεννᾶται, ἀλλὰ καὶ ᾗ προβάλλων ἐστὶν, οἷς διὰ γεννήσεως τῆς αὐτῆς μεταλαβὼν δυνάμεως τοῦ Πατρὸς ὡς προβάλλοντος, προβάλλει καὶ αὐτὸς σύναμα τῷ Πατρὶ τὸ ἐκ Πατρὸς προβαλλόμενον. Ὡς γε καὶ εἰ κατ' ἐπίνοιαν ὁ προβολεὺς μὲν τοῦ Πατρὸς προηγεῖτο, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρότερόν πως ἐκ τοῦ προβολέως παρῆγετο τοῦ Υἱοῦ, ὁ Υἱὸς ἂν ἦν ἐκ τοῦ προβολέως διὰ τοῦ Πνεύματος, τὸ δέ γε Πνεῦμα τῇ αὐτῇ δήπου δυνάμει τῇ ἐν Πατρὶ, τῇ γεννητικῇ δηλαδὴ τοῦ Υἱοῦ παρῆγεν ἂν καὶ αὐτὸ τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ προβολέως ὥς γε Πατρός· οὐχ ὅτι ὁ προβολεὺς ᾗ Πατὴρ οὐκ ἦν ἂν αὐτάρκης τὸν αὐτοῦ γεννῆσαι Υἱὸν, ὅπου νῦν αὐτὸν αὐτάρκως μόνος γεννᾷ, καθάπερ καὶ τότε μόνος αὐτάρκως ἂν τὸ Πνεῦμα παρῆγε τὸ ἅγιον· ἀλλ' ὅτι τὴν αὐτὴν ἂν εἶχε γεννητικὴν δύναμιν τῷ Πατρὶ διὰ πνεύσεως αὐτῷ δοθεῖσαν, ὡς τελειότητα καὶ δύναμιν ἐκ Πατρὸς, μήπω τοῦ Υἱοῦ τῇ ἐπινοίᾳ παραγομένου. Τὴν δὲ ξυνεπτυγμένην ταύτην θεολογίαν ἡ Ῥωμαϊκὴ ἀναπτύξασα Ἐκκλησία *καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα* ἐθεολόγησεν ἐκπορεύεσθαι, ταυτὸ βουλομένη νοεῖν διὰ τούτου τῷ δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς, ἵν' αἰτίαν μὲν διὰ τούτου καὶ πηγὴν καὶ ἀρχὴν ἐξ ἀρχῆς πηγαίαν τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποστάσεως τὸν Πατέρα κηρύξῃ, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου φωνὴν, ξυναίτιον δὲ τὸν Υἱὸν, καὶ πηγὴν ἐκ πηγῆς, καὶ ἀρχῆς τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως, τῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν ἔχειν τὴν προβλητικὴν δύναμιν, ὡς ἐλέγομεν, ᾗ Πατὴρ παράγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Διὸ καὶ ἀρχοειδῶς μὲν καὶ προηγουμένως, φαίην δ' ἄν, καὶ προκατηρτικῶς, καὶ ἀρχικῶς, καὶ κυρίως ἐκ τοῦ Πατρὸς προΐέναι φησὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐξ Υἱοῦ δὲ οὐχ οὕτω, κἂν καὶ ἐξ αὐτοῦ τῇ αὐτῇ παράγηται δυνάμει καὶ προβολῇ. Οὐδὲ γὰρ αἴτιος, ἀναίτιος ὁ Υἱὸς, οὐδὲ ἀρχὴ ἄναρχος τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως.

η'. Ταῦτά τοι καὶ ἐξ *Υἱοῦ* λέγειν ἐθέσπισε τὸ

A hoc rursum, essentiæ nempe dissimilitudo, quæ omnia impia, nefaria, et a Christiana Ecclesia et fide quam disjunctissima sunt.

7. Hinc doctores Ecclesiæ et universalis septima synodus decreverunt, ex Patre per Filium Spiritum sanctum procedere, non quod sit causa Filius, et principium absolute, et productor hypostasis Spiritus; sed quod cum alio causa sit, et principium ex principio, neque quod non sit potis solus Pater singulariter Spiritum sanctum producere: tum enim neque Filium sine alterius personæ ope solus generare potuisset: cum ejusdem sit perfectionis facultatisque ex productis utrumque. Nam Pater ipse sufficienter Filium generat, et Spiritum sanctum producit, et cum ille est, erit B plane et Filius, et Spiritus: et si is defecerit cogitatione nostra, prorsus neque Filius erit, neque etiam Spiritus ex Filio, et nulla penitus persona, tantum abest, ut processio sit, et in exsistentiam personarum motus. Filius vero veluti producens, suo modo producens, et ipse Spiritum sanctum, ex Patre emanantem producit, producensque Patri adhæret, non tantum ut generatur, sed etiam ut producit: namque per generationem facultatis paternæ, ut producentis particeps factus, producit et ipse una cum Patre, quod a Patre producitur. Adeo ut, si nostra imaginatione fingamus, a producente Patrem ipsum præcedi, et Spiritum sanctum ante ipsum Filium produci, Filius esset a pro- C ductore per Spiritum, et Spiritus eadem, quæ in Patre est, facultate, generativa nempe Filii, produceret et ipse Filium ex productore tanquam Patre. Non quod producens, qua Pater est, non esset sufficiens suum generare Filium, cum nunc illum sufficienter solus generat, quemadmodum et tum solus sufficienter Spiritum sanctum produxisset: sed quod perinde atque Pater generativam facultatem sibi per spirationem communicatam, veluti perfectionem et facultatem possedisset, cum nondum Filius a Patre cogitatione nostra productus esset. Et hanc quidem theologiam implicitam Romana Ecclesia explicans, *et ex Filio Spiritum procedere* determinavit; id scilicet insinuans, per Filium ex Patre, ut hocce causam, et fontem, et D principium primum sancti Spiritus hypostasis Patrem evulgaret, etiam secundum Dei Verbi vocem, et causam communiter Filium, et fontem ex fonte, et principium ex principio ejusdem hypostasis, quod a Patre ipse productivam facultatem, qua Pater Spiritum sanctum producit, ut dicebamus, habeat. Quapropter a primigenia causa et principali, adderem ipse, primaria et præcipua et propria a Patre procedere tradit Spiritum sanctum, ex Filio vero non æque, licet et ex ipso eadem facultate et productione producatur. Neque enim Filius est causa sine causa, neque principium sine principio hypostasis Spiritus.

8. Propterea*que et ex Filio* dici *Spiritum san-*

ctum decrevit, per hoc illud innuens, *per Filium ex Patre*. Sicut enim illud, *per Filium* Patrem præponit, eumque ejusdem actionis primariam causam et fontem, et absque principio præintelligit, ita et illud, *ex Filio*, Filium una cum eo causam et principium ex principio, Patrem vero simpliciter causam et principium absque principio Spiritus demonstrat. Hincque si aliquo in loco Filium principium et causam vocat, sive permittit dicere, Spiritus hypostasis, quemadmodum in definitione sacræ universalis octavæ synodi, Florentiæ coactæ scriptum est, non absolute principium, neque causam eum prætendit esse, sed principium ex principio, et causam, causam scilicet cum alio. Sicuti et illud rursus, quod in eadem definitione continetur, *eo modo Spiritum et ex Filio produci, quo ex ipso Patre producitur*, non secundum modum processionis intelligit, ut æqua ratione, veluti ex fonte, et sine principio et causa, et quasi ex ipso Filio Spiritus producatur, quemadmodum et ex ipso Patre : sibi enim ipsa contradiceret, si hoc pacto verba illa intelligeret, *et ex Filio* Spiritum determinans, sed secundum unum ac idem facultatis, quæ una numero est in Patre et Filio, per generationem, ut diximus, ex Patre Filio exhibitæ, sicuti et essentia ipsa exhibita est. Idcoque et Filium ex Patre producere Spiritum definit, et producentem ipsum esse ex Patre, et quæcunque alia eadem pollent facultate.

9. His a nobis hunc in modum expositis, si quis addubitat, primum quidem : Quomodo Filius non generat, quemadmodum et producit, cum ejusdem facultatis generativæ perinde atque Pater particeps sit ? vel quomodo Spiritus sanctus neque producit, neque generat, cum ipsi ambæ insint hæ facultates eodem, quo et in Patre et Filio modo ? secundum : Quomodo non erunt duo principia, cum producentia duo sint ? aut quomodo non erit contractio, dum duo in unum principium concurrunt ? primo loco de primo discat, Patre Filium generante facultate generativa, ut diximus, generationem suæ facultati adhærescere, qua Filius generatur a Patre : pari ratione et Patre per Filium Spiritum producente, productionem et ipsam propriæ suæ facultati adhærescere, qua ex Patre per Filium Spiritus sanctus procedit. Neque itaque Filius ob hæc generat ; neque Spiritus sanctus aliquid generat, aut emittit. Namque Pater dictas facultates, generativam Filio, generativam et productivam Spiritui sancto, suis operationibus conjunctas, ut perfectiones tantum, non ut facultates communicat. Estque præterea utraque facultas infinita, iisque, quæ ex Patre sunt, commensurata, infinitis et ipsis, una eademque infinitione, et quæ semper producuntur, ut theologorum dicta tinniunt. Idcoque et Pater una facultate generativa, non plures una filiali hypostasi generat, nec una productiva facultate plures producit Spiritus. Hinc neque tribus plures in divinis hypostases numerantur, nec

A *Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, ἐκεῖνο δήπου διὰ τούτου δηλοῦσα, τὸ *δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρός*. Ὡς γὰρ *δι' Υἱοῦ* τὸν Πατέρα προτίθησι, καὶ τοῦτον τῆς αὐτῆς ἐνεργείας προκαταρκτικὸν αἴτιον καὶ πηγαῖον καὶ ἀναρχον προεπινοεῖ, οὕτω καὶ τὸ, *καὶ ἐξ Υἱοῦ*, τὸν μὲν Υἱὸν ξυναίτιον καὶ ἀρχὴν ἐξ ἀρχῆς, τὸν δὲ Πατέρα ἁπλῶς αἴτιον καὶ ἀρχὴν ἄναρχον ἀποφαίνει τοῦ Πνεύματος. Ὅθεν καὶ εἴ που τὸν Υἱὸν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν φησὶν, ἢ ξυγχωρεῖ λέγειν, τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, καθάπερ ἐν τῷ ὅρῳ τῆς ἱερᾶς καθολικῆς ὁγδόης συνόδου τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ γέγραπται, οὐχ ἁπλῶς ἀρχὴν οὐδ' αἰτίαν αὐτὸν βούλεται εἶναι, ἀλλ' ἀρχὴν ἐξ ἀρχῆς, καὶ αἰτίαν, ἢ αἴτιον, ὡς ξυναίτιον. Ὥσπερ αὖ πάλιν κἀκεῖνο ἐν τῷ αὐτῷ περιεχόμενον ὅρῳ τὸ, *οὕτω καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα προβάλλεσθαι καθάπερ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς*, οὐ κατὰ τὸν τρόπον νοεῖ τῆς προόδου, ὥστε ὡσαύτως, ἤτοι πηγαίως καὶ ἀνάρχως καὶ ἀναιτίως, καὶ οἷον ἐξ ἑαυτοῦ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα προάγεσθαι, καθάπερ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρός· ἀντιφάσει γὰρ περιέπιπτεν, εἰ οὕτως ἐνόει ταυτὶ, *καὶ ἐξ Υἱοῦ* τὸ Πνεῦμα κηρύττουσα, ἀλλὰ κατὰ τὸ ταυτὸν τῆς δυνάμεως, μιᾶς οὔσης τῷ ἀριθμῷ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, διὰ γεννήσεως, ὡς ἐλέγομεν, ἐκ Πατρὸς τῷ Υἱῷ διδομένης, καθάπερ καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς. Διὸ καὶ τὸν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς παράγειν κηρύττει τὸ Πνεῦμα, καὶ προβάλλοντα αὐτὸν εἶναι ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὅσα τῆς ὁμοίας ἐστὶ δυνάμεως.

B

C

Θ'. Εἰ δὲ τούτων ὑφ' ἡμῶν εἰρημένων τις ἀπορεῖ, πρῶτον μὲν, Πῶς οὖν ὁ Υἱὸς οὐ γεννᾷ καθάπερ δὴ καὶ προβάλλει, τῆς αὐτῆς μεταλαγχάνων γεννητικῆς δυνάμεως τῷ Πατρί ; ἢ πῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὔτε προβάλλει, οὔτε γεννᾷ, τῶν δυνάμεων ἑκατέρων οὐσῶν ἐν αὐτῷ, καθάπερ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ ; δεύτερον δὲ, Πῶς οὖν οὐ δύο ἀρχαὶ δυοῖν ὄντων τῶν προβαλλόντων, ἢ πῶς οὐ ξυναλοιφὴ, εἰ δύο μία ἀρχή ; ἔστω πρῶτον μὲν πρὸς τὸ πρότερον, ὅτι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν γεννῶντος τῇ γεννητικῇ δυνάμει, καθάπερ ἐλέγομεν, ἡ γέννησις ξυνῆπται τῇ ἑαυτῆς δυνάμει, ᾗ ὁ Υἱὸς γεννᾶται ἐκ τοῦ Πατρός. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα προβάλλοντος, ἡ προβολὴ ξυνῆπται τῇ ἑαυτῆς καὶ αὐτὴ δυνάμει, ᾗ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται. Οὔτε τοίνυν ὁ Υἱὸς γεννᾷ διὰ ταῦτα, οὔτε τὸ ἅγιον Πνεῦμα γεννᾷ τι, ἢ ἐκπορεύει. Μεταδίδωσι γὰρ ὁ Πατὴρ τῶν εἰρημένων δυνάμεων, τῆς μὲν γεννητικῆς τῷ Υἱῷ, τῆς δὲ γεννητικῆς καὶ προβλητικῆς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ξυνημμένων ἤδη ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐνεργείαις, ὡς τελειοτήτων μόνον, οὐχ ὡς δυνάμεων. Πρόσεστι δὲ καὶ ὁ τὴν δύναμιν ἑκατέραν ἄπειρον εἶναι καὶ ξυμμετρουμένην τοῖς ἐκ Πατρὸς καὶ αὐτοῖς ἀπείροις οὔσι μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἀπειρίᾳ, καὶ ἀεὶ παραγομένοις κατὰ τὴν τῶν θεολόγων φωνήν. Διὸ καὶ ὁ Πατὴρ μιᾷ δυνάμει γεννητικῇ οὐ πλείους μιᾶς υἱικῆς ὑποστάσεως γεννᾷ, οὐδ' ἑνὸς αὖ μιᾷ δυνάμει προβλητικῇ πλείω παράγει τὰ Πνεύματα. Ταῦτά τοι καὶ οὐ πλείω τριῶν ἐν τοῖς

D

θείοις ἐντεῦθεν αἱ ὑποστάσεις, καθάπερ τοῖς θεολογικωτέροις ἐξήτασται. Οὐχ οὕτω δὲ ξυμβαίνει περὶ τὴν ἐν τῷ Υἱῷ προβλητικὴν δύναμιν, τὴν ἐκ Πατρὸς αὐτῷ διδομένην διὰ γεννήσεως. Αὐτὴ γὰρ, ὅθ' ὁ Υἱὸς παρῆκται, μήπω νοουμένου τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύεσθαι, καθάπερ πρόσθεν ἐλέγομεν, ἐκ Πατρὸς δέδοται τῷ Υἱῷ μήπω τοῦ Πατρὸς ὡς προβολέως αὐτῇ τὸ Πνεῦμα προάγοντος. Διὸ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει καὶ ὁ Υἱὸς, ᾗ προβάλλων ἐκ τοῦ Πατρὸς, σύναμα Πατρὶ μιᾷ προόδῳ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύει τὸ ἅγιον, ὅθ' ὁ Πατὴρ ᾗ προβολεὺς αὐτὸ ἐκπορεύει.

ι'. Ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τὸ δεύτερον ἴστω, ὅτι τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα διττῶς οὐ μόνον τοῖς φιλοσόφοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεολογοῦσι λαμβάνεται, ἕνα μὲν τρόπον ὡς δύναμις, ἄλλον δ' αὖ ὡς πρόσωπον, ἢ ἄτομον, ἢ ὑπόστασις. Καλεῖται δὲ ἡ μὲν ἀρχὴ ἡ ὡς δύναμις, ᾗ, τουτέστιν, ᾗ δυνάμει καὶ ἀρχῇ προάγει τό γε προάγον, αὐτῆς μὲν οὐ προαγούσης· ἡ γὰρ ἂν καὶ αὐτὴ ἄλλῃ τινὶ δυνάμει παρῆγε τῇ ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὴ πάλιν αὖ ἑτέρᾳ δυνάμει, κἀντεῦθεν ἐν τοῖς καθ' αὑτὸ ἡ ἐπ' ἄπειρον ἦν προχώρησις, ὅπερ ἄτοπον· ἀρχῆς δὲ οὔσης αὐτῆς καὶ δυνάμεως, ᾗ προάγει τὸ αὐτὴν ἔχον, ὡς ἀρχὴ κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ἀρχῆς σημαινόμενον. Ἡ δὲ ἀρχὴ ἡ ὡς πρόσωπον, ἢ ἄτομον, ἢ ὑπόστασις, ἥτις καλεῖται, τουτέστιν ἥτις παράγει τῇ ᾗ δυνάμει τῇ ἐν αὐτῇ δηλαδή. Τοσαυταχῶς οὖν τοῦ τῆς ἀρχῆς ὀνόματος ἐκλαμβανομένου, εἰ μὲν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ δύο τὰς ἀρχὰς θείη τις ὡς δυνάμεις προβλητικὰς, αἷς Πατὴρ καὶ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα παράγουσι, μάλα ἄτοπον, καὶ ψευδὲς, καὶ τῆς εὐσεβείας ἀλλότριον. Ἦ γὰρ ἂν οὐδ' ἡ αὐτὴ οὐσία τῷ ἀριθμῷ Πατρὶ πρόσῃν καὶ Υἱῷ, οἷς τῇ τῆς αὐτῆς δυνάμεως διακρίσει καὶ ἡ διάκρισις εὐθὺς ἕπεται τῆς οὐσίας, ἔστι μὲν ὅτε καὶ εἴδει, ἔστι δ' ὅτε καὶ τῷ ἀτόμῳ. Ἀλλ' οὕτω δύο ἀρχὰς ἐν τοῖν δυοῖν ὡς δυνάμεις οὐδαμῶς ἡ ἱερὰ τῶν Ῥωμαίων ἐδόξασεν Ἐκκλησία. Πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ὅπουγε, καθάπερ ἐλέγομεν, πάντη τὴν αὐτῆς ἐν Πατρὶ προβλητικὴν δύναμιν τἀριθμῷ προσεῖναι δοξάζει καὶ τῷ Υἱῷ, ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτῷ διδομένην διὰ γεννήσεως, καθάπερ καὶ τὴν οὐσίαν αὐτὴν, ὅσα τε ἄλλα φαμὲν τοῖς προσώποις ἐκ τῆς πηγαίας ἀρχῆς δίδοσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, κἀντεῦθεν καὶ μίαν τἀριθμῷ πρόοδον, καὶ ἓν δήπου Πνεῦμα τὸ παραγόμενον ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, τῇ μιᾷ τἀριθμῷ δυνάμει τῇ ἐν ἀμφοῖν. Εἰ δὲ δύο ἀρχὰς οὕτω τις ἐκλαμβάνειν ἐθέλει, καθάπερ ὑποστάσεις δύο καὶ πρόσωπα, τί τὸ ἄτοπον πρὸς τῆς Τριάδος αὐτῆς; ἢ ποῖον κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐντεῦθεν γένοιτ' ἂν δόγμα τῷ τοῦ Ἀρείου προσεοικός; Καὶ πειθέτω σε τὸ μιᾷ δυνάμει τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τὴν κτίσιν παράγειν, τρεῖς ἀρχὰς οὕτως ὡς ὑποστάσεις, οὐχ ὡς δυνάμεις. Ὅ τε γὰρ Πατὴρ παράγει τὴν κτίσιν, ὅ θ' Υἱὸς παράγει τὴν κτίσιν, τό τε Πνεῦμα τὸ ἅγιον παράγει τὴν κτίσιν· καὶ οὐδὲν ἐντεῦθεν ἕπεται ἄτοπον, οὐδ' ἀσεβὲς δόγμα, οὐδὲ τῷ τοῦ Ἀρείου προσεοικός. Ἕως γὰρ ἂν μιᾷ θεότητι αἱ ὑποστάσεις πληθύνονται, οὐδέποτε ἄτοπον νομισθείη τὸ ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει πλείους τὰς ἀρχὰς ὑπάρχειν ὡς ὑποστάσεις.

sunt, uti accuratiorum theologorum examine constitutum est. Aliter vero se habet in facultate productiva, quæ in Filio est, ex Patre ipsi per generationem exhibita. Illa enim, cum Filius productus est, nondum intellecto, Spiritum procedere, ut antea dictum est, ex Patre traditur Filio, nondum Patre, veluti productore, ea Spiritum producente. Proptereaque eadem facultate et Filius, qua productor est ex Patre, simul cum Patre una processione Spiritum sanctum producit, cum Pater, qua productor est, illum producit.

10. De secundo postmodum sciat, principii nomen, non tantum a philosophis sed a theologis quoque bipartito accipi, et uno quidem modo, uti facultas, alio uti persona, aut individuum, aut hypostasis: vocatur vero principium, ut facultas, qua nempe facultate et principio producens produ-ducit, ipsa quidem nullo modo producente; namque tum et ipsa alia quapiam facultate, quæ in ea esset, produceret, et ipsa rursus alia facultate, hincque in rebus similibus processio daretur in infinitum, quod plane absurdum est. Sed cum ea est principium et facultas, qua producit eamdem possidens, uti principium, secundo principii significatu, principii scilicet quod est ut persona, aut individuum, aut hypostasis, sic vocati, qui producit facultate quam in se habet. Tot itaque modis nomine principii accepto, si in Patre et Filio duo principia quis constituerit, veluti facultates productivas, quibus Pater et Filius Spiritum producunt, absurdum id maximopere, et falsum, et a veritate alienum asseveraverit. Tum siquidem neque eadem numero essentia Patri inesset et Filio, quos ejusdem facultatis distinctione statim et naturæ distinctio subsequeretur, aliquando specie, aliquando individuo diversa. Et hac ratione duo principia in duabus personis ut facultates nunquam sacra Romanorum Ecclesia tenuit. Nil minus; cum, ut jam diximus, modis omnibus eamdem producentem facultatem, quæ in Patre est numero, in Filio quoque esse censet, ex Patre ipsi per generationem communicatam, uti et essentiam ipsam, et quotquot alia personis ex primigenio principio Deo et Patre tribuuntur: indeque unam numero progressionem, et unum numero Spiritum productum a Patre per Filium, unica numero facultate, quæ in ambobus est. Quod si quis duo principia ita acceperit, quasi duas hypostases et personas, quodnam absurdum, per Trinitatem ipsam, vel quodnam inde adversus Ecclesiam dogma, Ario concordans, assurget? Et suadeat te, quod una facultate tres hypostases creaturam producunt, tria principia æque atque hypostases, et non facultates. Tum enim Pater creaturam producit, tum Filius creaturam producit, tum Spiritus sanctus creaturam producit; et nihil inde absurdi consequitur, neque dogma impium, neque quod Arianam hæresim referat. Donec enim in una Deitate hypostases multiplicantur, nullum absurdum reputabitur, in una eademque facultate plura principia veluti hypostases existere-

11. Iis itaque manifestum remanet, nullam inde divisionem aut contractionem sequi, neque aliquod absurdum, neque quod fieri non possit, in una siquidem facultate productiva, uti personæ, hypostases dividuntur Pater et Filius, quemadmodum et in una essentia Pater et Filius et Spiritus sanctus, non duo productores exsistentes, sed unus. Duo utique producentes modo solummodo differentes. Illud etenim facultatem respiciut, quæ una est, non plures in utroque. Propterea que unus omnino producens: hoc uno hypostases re quasi separantes. Propterea que duos dicimus producentes, ex penitissima ipsa theologiæ doctrina. Hæc est Romanæ Ecclesiæ, quod idem erit dicere, universalis fidei de processione Spiritus sancti pietas. Iis nos educati sumus instructique dogmatibus: non sophismos, ut quidam obloquuntur, aut persuasibilia sapientiæ verba, aut humana excogitata temere sequimur, sed Ecclesiæ doctores, sententiasque eorum, singulas divinitus pronuntiatas. Hinc etiam colligi potest existimarique sibi ipsis concordia Patres enuntiasse, neque de iisdem diversa atque contraria, sibi ipsis adversantes, concinnasse, in quam sententiam, qui res theologicas ignorant, abeunt, cum vel sanctorum pronuntiata obelo transfigunt, vel spuriis injectis adulterant, vel pernegant, vel male et inscite, et, ut ipsis allubescit, interpretantur.

ια'. Ἐκ τούτων δὴ φανερὸν, ὅτι οὐδεμία τις ἐντεῦθεν διαίρεσις ἢ συναίρεσις ἕπεται, ἕπεται οὐδ' ἄλλο τι ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. Ἐν γὰρ μιᾷ δυνάμει προβλητικῇ προσωπικῶς αἱ ὑποστάσεις διῄρηνται Πατὴρ καὶ Υἱὸς, καθάπερ καὶ ἐν μιᾷ οὐσίᾳ Πατὴρ Υἱός τε καὶ Πνεῦμα ἅγιον, οὐ δύο μὲν προβολεῖς ὄντες, ἀλλ' εἷς· δύο γε μὴν προβάλλοντες, τῷ τρόπῳ μόνῳ γε διαφέροντες. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὴν δύναμιν ἀφορᾷ, μίαν οὖσαν, οὐ πλείους ἐν ἑκατέρῳ, καὶ διὰ τοῦτο εἷς πάντως ὁ προβολεύς· τοῦτο δὲ ἄρα τὰς ὑποστάσεις ὡς διακρινομένας τῷ χρήματι. Καὶ διὰ τοῦτο δύο φαμὲν θεολογικώτατα τοὺς προβάλλοντας. Αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, τῆς καθολικῆς πίστεως περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ εὐσέβεια. Τοιούτοις ἡμεῖς ἐτράφημέν τε καὶ ἐπαιδεύθημεν δόγμασιν, οὐ σοφίσμασιν, ὡς ἔνιοί φασιν, ἢ πειθοῖ σοφίας, ἢ ἀνθρωπίναις ἐννοίαις γυμναῖς ἑπόμενοι, ἀλλὰ τοῖς θεολόγοις τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ὅσαπερ θεόθεν ἐφθέγξαντο. Ἐντεῦθεν ἔστι διὰ τούτων καὶ τοὺς ἁγίους νομίζειν ξυνῳδὰ σφίσιν αὐτοῖς φθέγγεσθαι, καὶ οὐ περὶ τῶν αὐτῶν διαφέρεσθαι, ὅπερ οἱ τῆς θεολογικῆς σοφίας ἀνεπιστήμονες πάσχουσιν, ἤτοι τὰ τῶν ἁγίων ὀβελίζοντες ἀξιώματα, ἢ νοθεύοντες, ἢ ἀρνούμενοι, ἢ κακῶς καὶ ἀνεπιστημόνως, καὶ ὡς αὐτοῖς ἐφετὸν, ἐξηγούμενοι.

12. Verum tu nihil tale patiaris, quem ego et omnibus aliis, sed potissimum exquisito circa pietatem studio, et rectorum dogmatum integritate vere fortunatum reputo. Et diligenter animo, quæ ab utrisque producuntur perpensis, sequere potius eos qui ratione res theologicas pertractant, quam imperitos improbe, qui nullam sui dicti rationem, quæ rationi ipsi consonans sit, adducunt, et judicium potius vitant, et veritatem occulunt, et nationem Græcorum tum factis, tum dictis misere perdunt. Erat animus hanc orationem prolixiorem edere, et de iisdem multo plura concinnare, sed hæc in præsentia satis esse duxi tuæ examinatrici animæ, quæ ex paucissimis multo plura conjicere atque apprehendere valet. Secuturo postmodum tempore, si annueris, latiorem de rebus divinis sermonem habebimus, accuratius theologicas sententias recensentes. Mos siquidem prorsus tibi, veluti patriæ et nationis curatori gerendus est.

ιβ'. Ἀλλὰ μὴ τοιοῦτόν τι πάθοις αὐτὸς, ὃν ἐγὼ πᾶσιν ἄλλοις εὐδαίμονα τῷ ὄντι νομίζω, καὶ δὴ καὶ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβείᾳ καὶ τῇ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ὀρθότητι. Ἀλλ' ἐπιστήσας σὺν ἀκριβείᾳ τοῖς λεγομένοις ἐξ ἑκατέρων, ἔπου τοῖς θεολογικωτέροις μᾶλλον σὺν λόγῳ ἢ τοῖς ἀμαθέσι σὺν ἀμαθείᾳ, λόγον μὲν οὐδένα ἀποδιδοῦσιν, ὃς ἂν καὶ εὔλογος νομισθείη, φυγοδικοῦσι δὲ μᾶλλον, καὶ τὴν ἀλήθειαν ξυγκαλύπτουσι, καὶ τὸ τῶν Ἑλλήνων γένος οἷς πράττουσί τε καὶ λέγουσι διαφθείρουσιν. Ἐβουλόμην τὸν παρόντα λόγον ἐκτείνειν, καὶ πλείω σοι γράφειν τῶν αὐτῶν περὶ λαμπρότατα· ἀλλ' ἀρκεῖν ἐνόμισα ταῦτα νυνὶ τῇ ἐξεταστικῇ σου ψυχῇ, ἐξ ὀλίγων ἄγαν τὰ πλείω ξυνιδεῖν δυναμένῃ. Ἐν δὲ τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ διεξοδικώτερον, εἰ σὺ κελεύοις, θεολογήσομεν, ἀκριβέστερον τὰ τῆς θεολογίας διεξερχόμενοι δόγματα. Δεῖ γάρ σοι πείθεσθαι πάντως, καθάπερ πατρὶ καὶ κηδεμόνι τοῦ γένους.

JOANNIS ARGYROPULI EPISTOLA AD DOMINICUM ROBOREUM, CARDINALEM TAURINENSEM.

In codice Taurinensi 433 (Pasini *Cod. Taurin.* p. 102) habetur *Aristotelis opus de anima a Joanne Argyropylo emendatione ultima elegantius causa Dominici Roborei cardinalis Taurinensis traductum.*

In fronte totius operis elegantissima habetur Argyropyli epistola ad cardinalem Roboreum, cujus gratia interpretationem hanc accuratiorem susceperat. Integram hic subjicere non inutile fuerit, utpote quæ cardinalis mirabilem erga litteras et scientias propensionem commendet.

Joannes Argyropylus Dominico Roboreo cardinali Taurinensi salutem perpetuamque felicitatem.

Meus erga te amor summaque benevolentia, Sapientissime Pater, id agere me optimo suo jure compellit: quod ni facerem, nemo homo nimirum esset, qui non meum me munus officiumque aut ignorare aut negligere posthabereque putaret, quorum utrumque turpitudinem non mediocrem præ se

ferre nemo est qui ignoret. Nam quid amor affectat, quid benevolentia flagitat, ignorare nimium hebetis sane, nimium vecordis hominis esse constat. Et id quod benevolentiæ ratio postulat, quod e præcordiis amoris emergit negligere posthabereque ejus est profecto, cui res eadem placet atque non placet, quique maximis in rebus honestissimisque suapte sponte delinquit. Omitto mutuæ benevolentiæ mutuique amoris merita juraque referre : quibus si quispiam quoad vires suppetunt haud respondeat, ingratitudinis obnoxius iniquitatisve crimini non injuria fuerit : a quibus humana probitas ingenuique mores potissimum abhorrere videntur. Tu vitæ talem tenere pulcherrime cursum instituisti, ut domesticis rebus familiaribusve bene lauteque dispositis partim amplissimi magistratus officio munereque cæteris hominibus vivas : partim in litterarum tibi studiis doctrinisque nobilissimis satisfacias, utramque summam vivendi rationem complexus. In qua tibi me quoque comitem atque socium ascivisti : non inscius studia quibus incumbimus expeditius, exactius hoc pacto meliusve fieri posse. Ego qui res omnes humanas, optimo fine sublato, vanas esse nihili pendendasque semper putavi : cujus illa sententia perpetua fuit : hominem utriusque vitæ rationem complexum : oculis utrisque, prædito corpori : carentem altera lusco, præstantiore dextro aspectu : inferiore sinistro : expertem utriusque cæco penitus persimilem esse. Cui religio sanctissima nostra, nobis oblata divinitus, hac quoque ratione quod perornatos perfectosque homines utroque vivendi modo suis pulcherrimis legibus institutisque reddere tam naturæ quam Opifici suo conatur, vehementer placet : quem denique præter honestatem omnino sapientiæque studia nihil delectat : quid erga te faciam quæso quid agam : quod ad utrosque nos accommodatissimum fuerit : tum instante, urgente compellenteque amore : tum instituto vitæ perinde atque natura movente, et veluti recta ratione jubente. Nonne id omne quod affectas modo nobis facultas adsit : ut non inepti videamur, non ignari penitus rationis, alia quævis offerentes non ea quibus est opus. Nonne id omne quod ad exoptatum hominis finem facile consequendum tibi conducere potest : ad quem jam ipse toto studio conatuque pergis. Succurrere porro quoad vires mihi suppeditant : præclarissimis ac honestissimis tuis studiis : operamque tibi dare frequentem : cæteris rebus neglectis atque posthabitis : operæ pretium esse duxi : atque tibi vias itineraque quibus ad felicitatem humanam beatitudinemque recta pergitur, demonstranda esse putavi. Tecum una mihi legendos esse scriptores et auctores bonarum artium pervolutandosque censui. Evocandam in lucem esse veritatem in illis inclusam omnem existimavi. Disserendi denique facultatis formulas ac rationes degustandas, haud posthabendas esse dijudicavi : sine quibus investigatio veritatis perceptioque recta minime fieri potest. Quocirca nec id sane negligendum esse censui : quod quidem haud mediocriter sine dubio nobis conferet ad id ad quod tendere maximopere cupimus. Aristotelis, inquam, illius nostri præstantissimi philosophi summique artificis opera nonnulla bonorum omnium sola meo judicio fontes, unde finis humanus emanat, elegantius nunc traducere tibique offerre : ab eo potissimum initio sumpto, quo scientia de anima traditur. Qua plane non modo cæterorum omnium animantium, sed nostrum etiam exactissime naturam, humanæque felicitatis originem, causas, principia fontesque percipere possumus. Nam ut te non præterit, utrumque curæ non injuria nobis esse : nos jam diu statuimus : rerum inquam notitiam : tam earum quæ nullius egent operæ nostræ : quam earum quarum nos auctores sumus : quæque sub potestate nostra sunt collocatæ : et elegantiam linguæ : dicendi rationem : delectum verborum : ornatum, venustatem ac copiam : quo res sententiæque dictioni : et rebus sententiisque dictio sit conveniens atque accommodata, si sensis orationes : sensa rebus accommodanda sint, ut tum ipsorum ratio naturaque, tum institutio sapientum hominum expetit, efflagitat atque exposcit. Non enim ii nobis ut exemplaria sint proponendi : qui vel ornatu verborum utuntur sine notitia rerum : vel scientia præditi sunt, sine perítia rationis dicendi. Insignis profecto turpitudinis est utrumque, tam vane quam prave loqui, quanquam alterum, vel impotentiæ forte fortuna, vel segnitiei ratione : secundum potius est expetendum. Conjungamus nos ea quæ conjungenda omnino sunt, non ea quæ sine dedecore suo potest unquam conjungere nemo, ac sapientiam ab elegantia, lepore venustateque verborum orationisque non separemus. Hanc igitur operam ipse mea sententia non inhonestam, non inutilem, non injucundam, non a communi nostro proposito : non a mutua nostra benevolentia dissidentem ac abhorrentem : dandam esse quasi lege quadam assiduam a me tibi frequentemque censui, statui definivi, atque adeo, ut nisi naturæ necessitudo, nulla vis eam nobis adimere possit. Quæ cum ita sint, opus Aristotelis de anima, veluti nostræ quamdam operæ partem, elegantius ultima nunc emendatione limatiusve causa tui traductum, uti materies fert, ratioque præscribit interpretandi (non enim in talibus amplus campus conceditur) tibique a nobis oblatum, legere aggrediare bona fortuna. Habebis et nos in hoc etiam legendo percipiendoque, quoniam ita voluimus ac instituimus, comites, adjutores ac duces, non pigros quidem, non inertes, non segnes, sed ad omnem promptissimos subeundum laborem, fructus cujus is consequendus est tibi finis, ob quem natura te procreavit, opifexque rerum Deus tot tantisque viribus facultatibusque condecoravit. Vale plusquam dimidium animi mei, et tibi persuade mihi te chariorem neminem esse.

THEODORUS AGALLIANUS

CONTRA

JOANNEM ARGYROPULUM

EXCERPTUM EX PRÆFATIONE DOSITHEI PATRIARCHÆ HIEROSOL.

Præfixa ΤΟΜΩ ΑΓΑΠΗΣ typis edito ἐν Γιασίῳ τῆς Μολδοβλαχίας, 1698 fol.)

ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ ΕΣΤΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΔΙΚΑΙΟΦΥΛΑΚΟΣ ΤΟΥ ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΥ, ΟΣΤΙΣ ΕΝ ΤΗ ΚΑΤΑΛΛΑΓΗ ΛΕΓΕΤΑΙ ΙΕΡΟΜΝΗΜΩΝ, ΕΠΕΙΔΗ ΤΟΤΕ ΑΛΛΟ ΟΦΦΙΚΙΟΝ ΕΙΧΕΝ ΟΤΕ ΕΓΡΑΨΕ ΤΟ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ ΕΚΕΙΝΟ, ΚΑΙ ΑΛΛΟ ΟΦΦΙΚΙΟΝ ΕΙΧΕΝ ΟΤΕ ΕΓΡΑΨΕ ΤΟ ΠΑΡΟΝ. ΕΓΡΑΨΕ ΔΕ ΟΥΤΩΣ ΚΑΙ ΕΤΕΡΑ ΤΙΝΑ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ, ΑΤΙΝΑ ΤΥΠΩΣΟΜΕΝ ΣΥΝ ΘΕΩ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤΑ ΕΝ ΑΛΛΩ ΤΟΜΩ. ΙΣΤΕΟΝ ΔΕ ΟΤΙ Ο ΙΩΑΝΝΗΣ ΟΥΤΟΣ Ο ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ ΕΓΡΑΨΕ ΛΟΓΟΥΣ ΤΙΝΑΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΣΥΝΟΔΟΥ, ΟΣ ΕΓΡΑΨΕ ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΤΙΝΑ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΔΟΥΚΑΝ, ΗΝΤΙΝΑ ΑΝΑΣΚΕΥΑΖΕΙ Ο ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΝ ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΑΠΟΔΕΙΚΝΥΕΙ ΒΛΑΣΦΗΜΟΝ ΚΑΙ ΤΟΛΜΗΤΙΑΝ, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΑΓΡΑΜΜΑΤΟΝ. ΚΑΙ ΑΠΟ ΤΟΥΤΟΥ ΓΙΝΕΤΑΙ ΦΑΝΕΡΟΝ ΟΤΙ ΚΑΙ ΤΑ ΟΣΑ ΕΝ ΑΛΛΟΙΣ ΕΓΡΑΨΕ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΣΥΝΟΔΟΥ Ο ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ, ΕΙΣΙ ΨΕΥΔΕΠΙΠΛΑΣΤΑ ΚΑΙ ΠΟΡΡΩ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ. ΑΛΛΑ ΔΗ ΚΑΙ ΕΝ ΤΗ ΕΙΡΗΜΕΝΗ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΓΡΑΨΕΝ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑ ΣΥΝΟΔΟΥ ΠΑΝΥ ΒΛΑΣΦΗΜΩΣ ΒΕΒΑΙΩΝ ΤΟΝ ΠΑΝΤΟΛΜΟΝ ΟΡΟΝ ΑΥΤΗΣ Ο ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ ΚΑΙ ΙΔΕ ΠΩΣ ΕΞΕΛΕΓΧΕΙ ΑΥΤΟΝ Ο ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

ΤΟΥ ΤΙΜΙΩΤΑΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΦΥΛΑΚΟΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ΚΥΡΙΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΥ

ΑΝΑΣΚΕΥΗ ΤΟΥ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΔΟΞΗΣ ΛΑΤΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΥ.

Χάρις πολλὴ τῷ πάντα ἀρίστῳ καὶ σοφῷ Ἀργυροπούλῳ, ὅτι καὶ τοῦ δέους ἡμᾶς ἀπήλλαξεν, ἐμφανίσας, ἐν οἷς πρὸς τὸν θαυμάσιον μέγαν Δούκαν γράφει τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας φρόνημα, ὅπως τε συμβήσεται τῷ νῷ, καὶ τίνι τρόπῳ συνάψεται τῇ τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησίᾳ ἐν τῷ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ζητήματι, ὥστε καὶ τὸν Υἱὸν φρονεῖσθαι καὶ κηρύττεσθαι ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς αὐτὴ διδάσκει, ἐκ τούτου μόνου λαμβάνων ὡς ὁμολογούμενον αὐτὸ, καίτοι πολλοῖς καὶ γενναίοις ἀντιλεγόμενον καὶ ἐλεγχόμενον λόγοις ὑπὸ πολλῶν τῶν ἐν ταῖς τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησίαις, οὐχ ἧττον ἐν σοφίᾳ ἢ ἁγιωσύνῃ διαλαμψάντων· τὰ δὲ τῶν ἁγίων ἕλκων, καὶ πρὸς τὸν τοιοῦτον νοῦν μεταῤῥυθμίζων, καὶ ταῦτα πρὸς τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον αὐτὰ γράφων ἄνδρα, ᾧ πολὺ μέτεστι τῆς ἐν τοῖς τοιούτοις γνώσεως, ὡς καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖ, καταγνοὺς, ὡς οἶμαι, οὐχ ὅτι γε αὐτοῦ καὶ ἡμῶν πάντων τῶν τοὺς τοιούτους διδασκάλους μετιόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν σοφῶν τε καὶ ἁγίων ἀνδρῶν ἀγροικίαν, ὧν ἑνίους τοῖς παλαιοῖς ἐκείνοις φωστῆρσιν, ἴσους ἐγώ τε καὶ πᾶς τις εὖ φρονῶν θείη δικαίως· εἰ μήτε τῆς φωνῆς ἢ τῆς θεολογίας, μήτε τοῦ σκοποῦ ἐπαΐειν οἷοί τε ἐγένοντο, ἢ οὐκ ἠθέλησαν, ὃ καὶ χεῖρον, ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀπωλείας αἴτιοι ψυχικῆς καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐφεξῆς εἵλοντο γεγονέναι, ὃ τις ἀλάστωρ καὶ βάσκανος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν φρενῶν ἐκπεπτωκέναι νεανιεύσαιτο.

Ὡς ἐμοί τε τοῦτο τὸ δέος ἠνώχλει τὰ μάλιστα καὶ ἠνία τὴν ψυχὴν, δύνασθαί τινας λέγοντας ἀποδεῖξαι τὴν Λατινικὴν δόξαν ἐν τοῖς ἁγίοις πυθομένῳ, μᾶλλον δὲ διατεινομένους καὶ οὕτως ἔχει φάσκοντας τἀληθές· ἡμᾶς δὲ μὴ ἐπαΐειν ἀλογίᾳ τε φερομένους, καὶ ἄλλοις πάθεσιν, ὥστε καὶ τῇ μὲν ἐμαυτοῦ περὶ τῶν τοιούτων εἰδήσει, ἥνπερ ἐκ πολλοῦ τοῖς τοιούτοις ἐκμελετῶν, συνειλόχειν μὴ πιστεύειν, τὰς δὲ τῶν ἄλλων, ὅσοι περὶ τῶν τοιούτων διαλέγονται ὑποτοπάζειν καὶ ὡς εἰπεῖν δέος ἐδεδίειν οὐ μικρὸν, εἰ οὕτω μὲν ὡς αὐτοὶ λέγουσιν ἔχει, τῷ δὲ μὴ δύνασθαι μὲν αὐτὸς οἰκοθεν νοῆσαι, ἑτέροις δ' ἕπεσθαι οὐκ ὀρθῶς

ὑφηγουμένοις ἔξω τοῦ ὀρθοῦ φρονήματος εὑρεθείην, καὶ ἐν τῷ μεγίστῳ πλανώμενος. Ἀλλὰ νῦν ἐν τούτοις πᾶσαν τὴν τοῦ λόγου ἰσχὺν θεασάμενος, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσεως ἐπὶ τούτων σαλεύειν κατανοήσας, ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο ἡγοῦνταί τινες τοὺς σοφωτέρους ἐπισπάσεσθαι· τοὺς γὰρ μὴ τοιούτους καὶ εὐληπτοτέρους ἴσως εἶναι πιστεύουσιν, ἐθαυμάσαμεν ὅπως σοφοὶ ἄνδρες, νοῦ τε καὶ παιδείας εὖ ἔχοντες, καὶ πείρᾳ θεολογίας προβεβηκέναι δοκοῦντες, τοιούτοις τισὶ τὴν πίστιν καὶ τὴν τῶν Πατέρων θεολογίαν κρίνειν καὶ ταλαντεύειν πειρῶνται, ἢ αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἀπατῶντες, ἢ ἄλλους ῥᾳδίως ὑπ' αὐτῶν τοῦτο πείσεσθαι νομίζοντες. Ἀπήλλαγμαι δ' ὡς ἔφην καὶ τοῦ δέους, βέλτιον τῇ πατρίῳ δόξῃ στηριχθείς. Πέφυκε γάρ πως τὰ τῶν ἐναντίων ἐλεγχόμενα τοὺς τούτοις διαφερομένους βεβαιοτέρους ἢ καὶ γενναιοτέρους ποιεῖν.

Καὶ ὁ μὲν οἰουδήτινος ἁπτόμενος ἐλέγχου δόξειεν ἂν ἴσως ἐνισχημένος τινὶ πάθει τοῦτο ποιεῖν, ἐφ' ᾧ τὰ μὲν καλῶς ἔχοντα διαστρέφειν καὶ παρερμηνεύειν, τοῖς δὲ σαθροτέροις ἐπιφύεσθαι, καὶ πρὸς τοῦτο μόνον τείνειν τὸν σκοπὸν, ὅπως ἱκανῶς δόξειε τὸ ἀνταγωνιστὸν ἑλών, ἐγὼ δὲ τοῦτο ἐν οἱῳδήτινι πράγματι ἀπεικὸς εἶναι νομίζων καὶ ἄδικον. Τῆς γὰρ ἀληθείας ἐστὶ κατάγνωσις καὶ τῆς συνειδήσεως φθορὰ, οὐχ ἥκιστά γ' ἐν οἷς περὶ πίστεως γίγνονται λόγοι καινοῦ τινος πράγματος καὶ μεγίστου καὶ κεφαλαίου τῶν πάντων, ἀνόσιον ἡγοῦμαι τοῦτο καὶ ἀσεβὲς, μὴ ἀπαθεῖ καὶ καθαρῷ νοῒ τὰ περὶ τούτων καταστοχάζεσθαι, ἀλλὰ πρὸς ἔριν, ἢ φιλονεικίαν, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων τοὺς λόγους ποιεῖσθαι. Τῷ τοι καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν ἐν τούτοις μαρτύρομαι, ὡς ὅσα μοι καθαρῶς ὑπαγορεύει τὸ συνειδὸς, ἀφ' ὧν ἔχω μαθὼν πρὸς τῶν προηγησαμένων σοφῶν καὶ ἁγίων ἀνδρῶν, καὶ τῶν κοινῶν τῆς εὐσεβείας διδασκάλων, καὶ τῶν ἀρχῶν τῆς πίστεως λέξων ἔρχομαι· ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, οὐδ' ἐξ οἰκείου δικαστηρίου τὴν ψῆφον αὐτὸς οἴσω. Παραθεὶς δὲ μόνον ταῦτα ταῖς τῶν ἁγίων γραφαῖς, τόν τε νοῦν τούτων τῷ ἐκείνων παρεξετάσας, δικαστὰς τοὺς εὐγνώμονας καὶ ἀπαθῶς τὰ παρόντα διελευσομένους προστήσομαι· οὓς καὶ ἀξιῶ μὴ τῇ λέξει προσέχειν ἀφελῶς ἔχουσαν, τὸν δὲ νοῦν ἐξετάζειν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπιζητεῖν.

Τῶν μὲν εἰς τὸν ἐνδοξότατον μέγαν Δούκαν ἐγκωμίων κἀγὼ χάριν ὁμολογῶ σὺν πᾶσι τοῖς ἄλλοις αὐτῷ· κοινῇ τε γὰρ ἅπαντες ὀφείλομεν τὰς χάριτας τῷ τοιούτῳ ἀνδρὶ, προθύμῳ τε ὄντι περὶ τὰ κοινὰ καὶ ἐπωφελεῖ, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος διὰ τὴν πρὸς ἕκαστον εὔνοιαν αὐτοῦ, κοινὸν πρυτανεῖον ἑαυτὸν ἀγαθοῦ καὶ πάσης χρείας καὶ βοηθείας ἑκάστου παρασχομένῳ· τὰ δὲ κατ' αὐτοῦ ταῦτα ἐγκώμια ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων τῶν προσηκόντων αὐτῷ βραχέα καὶ αὐτὸς εἶναι ὁμολογῶ, καὶ ἀνθρώπου πεφεισμένως ἄγαν, καὶ ἄκροις ὡς εἰπεῖν δακτύλοις τούτων ἁψαμένου, τῷ βραχυτάτῳ τὸν ἐνεστηκότα ξυγχωρῆσθαι χρόνον, καὶ τῷ μήπω τὸν καιρὸν ἥκειν τῶν ἐγκωμίων τῶν τελεωτέρων ἴσως· τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς ἅπας ἀνεῖται καιρὸς εἰς ἔπαινον. Τὸ δὲ χάριεν τῶν αὐτοῦ καλῶν, τὸ μὴ μόνον ἐφιστάνειν τοῖς δόγμασιν οἷόν τε ὄντα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνακοινοῦσθαι περὶ τούτων, οὐ μόνον οἷς σύνοιδεν ὑγιῶς φρονεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μὴ οὕτως ἔχουσιν, ἵν' ἐκ πάντων τὸ καλὸν κατὰ τὴν σοφὴν μέλιτταν ἀναλέγοιτο, οὐ χάριεν αὐτὸς ἂν φαίην, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀλλὰ γενναῖον καὶ θαυμαστὸν, καὶ λογίας ὄντως ἴδιον ψυχῆς, ὅθεν καὶ τὰ περὶ τούτων ἀφειμένῳ ἰτέον ἤδη μοί ἐστι πρὸς τὰ θεολογικώτερα, οὐ περιέργως τοῦτο ποιοῦντι οὔτε νῦν, οὔτ' ἄλλοτε, προὔργου γὰρ τοῦτό γε τυγχάνον πάντως, οὔτ' ἀμελῶς, εἴπερ γὰρ ἄλλο τι τοῦτο προσοχῆς τελείας ἄξιον, εἰ μή που περιέργως θεολογεῖν, καὶ περιεργότερον ἔτι θεολογήσειν, εἴποι τις τὸν μηδὲν ἀναγκαῖον λέγοντα, ἢ ἐροῦντα, καὶ τῆς ἱερᾶς θεολογίας ἄξιον. Τί οὖν φησι τὰ τῆς θεολογίας;

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ.

Τριῶν ὄντων ἐν τοῖς θείοις προσώπων κατὰ τὰ; θεολογικὰς ὑποτυπώσεις καὶ ἀρχὰς, Πατρὸς, Υἱοῦ τε καὶ θείου Πνεύματος, ἡνωμένων μὲν τῇ οὐσίᾳ, διακρινομένων δὲ ταῖς ἰδιότησι χρήματι.

ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

Ὁ μὲν θεμέλιος ὡς εὐσεβὴς καὶ ἀληθὴς καὶ θεολογικώτατος ἀρχή τε καὶ ὑπόθεσις τῆς πίστεως ἀληθεστάτη, εἰ καὶ τὰ ἐποικοδομούμενα αὐτῷ σύμφωνα τοῖς τῶν ἀρχιτεκτόνων, καὶ οἷς ἕπεσθαι προστετάγμεθα ἐπιτεθείη. Διακρίνεσθαι γάρ φησι τὰ θεῖα πρόσωπα ταῖς ἰδιότησι. Καλὸν οὖν πυθέσθαι πρὸς τῶν θεολόγων Πατέρων, τίσιν εἰσὶν αἱ τῶν προσώπων ἰδιότητες, αἳ καὶ διακρίνουσι τὰ πρόσωπα καὶ οὐδὲ μεταπίπτειν πεφύκασιν, ἀμιγεῖς τε καὶ ἀκοινώνητοι κατονομάζονται. Αὐδία γάρ τις ἂν εἴη πρὸς τὰ ἐξῆς τό τε κίβδηλον ἐμφαίνουσα καὶ τὸ εἰλικρινές. Εἰ γὰρ τηρήσει τὴν θέσιν, τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ αἴτιον ἔνδον ἐν τῇ θεότητι ὡς ἰδιάζητα τοῦ Πατρὸς αὐτῷ μόνῳ φυλάξει· εἰ δὲ κοινὰ νομοθετήσει Πατρὶ καὶ Υἱῷ, πάντως τὰς θεολογικὰς ὑποπτυπώσεις παρασαλεύσει.

Αὐτίκα γὰρ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, « Αἱ ἰδιότητες, φησὶ, Πατρὸς μὲν καὶ ἀνάρχου καὶ ἀρχῆς ἐπινοουμένου καὶ λεγομένου. » Καὶ ὁ ἱερὸς Διονύσιος, « Μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατήρ. » Καὶ Κύριλλος, « Εἰ γνώρισμα τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως ἡ καρποτοκία, εἴτουν θεογονία, φυσική τίς ἐστι πάντως ἰδιότης αὐτοῦ. » Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, « Ἴδιον τοῦ Πατρὸς ἡ ἀγεννησία καὶ τὸ καλεῖσθαι Πατήρ. » Ὅπερ ἀναπτύσσων ὁ Γρηγόριος, « Τοῦτό ἐστι, φησὶν, ὁ Πατὴρ, γεννήτωρ καὶ προβολεύς. Ἴδιον δὲ τοῦ Υἱοῦ τὸ καλεῖσθαι Υἱὸν, καὶ τὸ γεννᾶσθαι ἐκ τοῦ Πατρός. Ἴδιον δὲ τοῦ Πνεύματος τὸ καλεῖσθαι Πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. »

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς ἔφην, κείσθωσαν ὡσανεί τις γνώμων καὶ κανὼν, παρ' οὗ τῶν ἐφεξῆς αὐτοῦ συμπεραινόντων κατάδηλον ἔσται τὸ ἐφαρμόζον· τί δὲ τὰ ἐφεξῆς;

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ.

Παράγει μὲν τὸ ἓν ὁ Πατὴρ, παράγεται δὲ τὰ δύο, Υἱός τε καὶ Πνεῦμα ἅγιον.

ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

Τίνος τῶν θεολόγων ἀκήκοας, ἄνθρωπε, ταύτῃ τῇ

λέξει χρησαμένου, τῷ *παράγει*; Ταύτῃ γὰρ οὐ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ καὶ τὸν Μονογενῆ κτίσμα φρονεῖν δοκεῖς. Ἡ ἀγνοεῖς ὅτι τὸ παράγειν ἐν τοῖς τοιούτοις λεγόμενον, τὸ ἔξω ἑαυτοῦ καὶ τῆς φύσεώς τι ποιεῖν ἔστι τὸν Θεὸν, ὡς ἡ λέξις ἐμφαίνει; Παράγει γὰρ, φησὶ, τὰ σύμπαντα· καὶ, Παρήγαγε τὸν κόσμον ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος. Διὸ καὶ οἱ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας τῷ *προάγει* καὶ τῷ *πρόεισι* μᾶλλον ἐχρήσαντο ἐπὶ τῆς ἔνδον θεολογίας. Τῇ γὰρ τοιαύτῃ προθέσει μᾶλλον ἔγνωσαν τὴν τῶν ἐνδοτέρων γίνεσθαι προόδων ἔμφασιν. Ἠκριβωμένας δὲ δήπου καὶ τὰς λέξεις εἶναι δεῖ τῶν θεολογούντων, ἵνα μήθ' ἑκόντες μήτ' ἄκοντες κακὴν δόξαν περὶ σφῶν αὐτῶν παράσχωσι, καὶ ὧν προΰθεντο.

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ.

Οὔτε γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἔδει ταῦτα εἶναι, ἵνα μὴ ἑτερότης γένηται φύσεως οὔτ' ἐξ ἀλλήλων παράγεσθαι οἷς αὐτό τι ἑαυτὸ παράγειν ἀμήχανον.

ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἀτέχνως ἅμα καὶ περιττῶς εἴρηται. Ἔδει γὰρ μᾶλλον εἰπεῖν, ὡς οὔτ' ἀφ' ἑαυτῶν ἔδει ταῦτα εἶναι, οἷς αὐτό τι ἑαυτὸ προάγειν ἀμήχανον, καὶ ἅμα ἵνα μὴ ἑτερότης γένοιτο φύσεως, οὔτ' ἐξ ἀλλήλων προΐέναι, ἵνα μὴ ἐξ ἀλλήλων αἱ ἀρχαὶ εἶεν, καὶ οὕτως οὐδεμία εἴη ἀρχὴ, μηδενὸς ὄντος ἀγεννήτως καὶ ἀναιτίως, ἢ καὶ οὕτω Χριστιανικώτατον ὄν, καὶ οὔτ' ἐξ ἀλλήλων, οὔτ' ἐξ ἑαυτῶν εἶναι ταῦτά φαμεν, οὕτω τῆς Γραφῆς διδασκούσης· καὶ γὰρ Γρηγόριος ὁ θεῖος, πολὺ βελτίων ὢν θεολόγος, Διὰ τοῦτο, ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὅρων ἱστάμενοι, φησὶ, τὸ ἀγέννητον εἰσάγομεν, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ὥς πού φησιν αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος. Τῷ γὰρ τῆς Γραφῆς ἐρείδεται ἀξιώματι καὶ τοῖς ἐκεῖθεν πεπηγόσιν ὅροις ἐμμένειν φησὶν, οὗ δὴ καὶ τὸ ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον προστεθεικὼς, πᾶσαν κακοφωνίαν τῶν τοὺς ὅρους τούτους παρεξιόντων ἀνεῖλεν.

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ.

Ἐν οὖν φησὶ δι' αὐτὸ τό γε παράγον, τὰ δὲ λοιπὰ παραγόμενα.

ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

Καλῶς ἔχει τοῦτο, πλὴν τῆς λέξεως, εἰ μέχρι τούτου σταίης· εἰ γὰρ ἓν ἐστι τὸ προάγον ἐν τοῖς τρισὶ, τοῦτο δ' ἔστιν ὁ Πατὴρ, καὶ μόνος εἴπερ ἓν, οὐκ ἄρα ὁ Υἱὸς, οὐδὲ μετὰ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατήρ. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν προϊόντων· δύο εἰσὶ τὰ προϊόντα, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα· οὐκ ἄρα ὁ Υἱὸς προάγει. Τοῦτο καὶ Γρηγορίῳ δοκεῖ τῷ Θεολόγῳ ἐν τοῖς πρὸς Ἥρωνα λέγοντι· Ἀληθῶς Πατέρα τὸν Πατέρα, ὅτι μόνως, ἰδιοτρόπως γὰρ, καὶ μόνος, οὐ γὰρ μετὰ συζυγίας, καὶ μόνου, μονογενοῦς γάρ· καὶ μόνον ἀληθῶς Υἱὸν τὸν Υἱόν· ὅτι μόνος καὶ μόνου, καὶ μόνως καὶ μόνον· εἰ γὰρ Πατὴρ, καὶ ὅλον Υἱός. Εἰ οὖν μόνως Πατὴρ ὁ Πατὴρ, καὶ οὐ μετὰ συζυγίας . . τοῦτο δέ ἐστιν ὁ Πατὴρ, γεννήτωρ καὶ προβολεὺς, καλῶς ἂν εἶχέ σοι μέχρι τούτου στῆναι, καὶ τοῖς ὅροις τούτοις ἐμμένειν. Σὺ δὲ προϊὼν τὴν καινὴν μίξιν ἐπινοήσεις τὸ γεννητοαγέννητον, καὶ αἰτιατοαίτιον· ἢ κατὰ σὲ φάναι, παραγομενοπαράγων· ὅταν δὲ φῇς παράγεσθαι, συμπαράγειν νουθετήσεις τὸ συμπαραγόμενον πρόσωπον, τέρατά τινα παραδιδοὺς, καὶ θεολογίαν ἀνήκουστον· ἀλλ' ἀποτρέπει σε Ἀθανάσιος ὁ μέγας ἐν τῷ περὶ ἀϊδίου ὑπάρξεως λέγων· « Ἔσται τὸ αὐτὸ αἴτιόν καὶ αἰτιατὸν, γεννῶν καὶ γεννώμενον, ὅπερ ἄτοπον, » καὶ ὁ Θεολόγος καινὴν μίξιν ὀνομάζων τὸ γεννητοαγέννητον. Τί γὰρ ἐν τῷ μέλιτι κρύπτεις τὸ δηλητήριον, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς ἀνακαλύπτεις; Ἔδει γάρ σε λέγειν μᾶλλον εὐθὺς, ἓν μὲν εἶναι τὸ παράγον, ἓν δὲ τὸ παράγον καὶ παραγόμενον, ἓν δὲ τὸ παραγόμενον μόνον, ὡς ἐκ τῶν λόγων σου φανήσει φρονῶν. Ἀλλ' ὡς ἔοικε τὸ μὲν ἀληθῆ τοῦ τιθέναι θεμέλιον ἐκ τῆς ἀνάγκης τῆς ἀληθείας ἐστὶ, τὸ δὲ σύμφωνα, ἢ μὴ τοιαῦτα, ἐποικοδομεῖν τῆς ἡμετέρας ἐν τοῖς τοιούτοις πείρας ἢ προαιρέσεως. Τί τὸ ἐντεῦθεν;

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ.

Παράγων δὲ ὁ Πατὴρ, παρακτικὰς δήπουθεν ἕξει δυνάμεις, διακρινομένας· πως καὶ αὐτὰς, οἷς δι' αὐτῶν διακρινόμενα παράγεται πρόσωπα, τὴν μὲν ἥ τὸν Υἱὸν, τὴν δ' αὖ πάλιν ἥ παράγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

Τοῦτό ἐστιν ὁ θεμέλιος τῆς καινοτομίας τῆς τῶν ἁγίων θεολογίας. Τίς γάρ ποτε τῶν θεολόγων εἴρηκε προσεῖναι τῷ Πατρὶ δυνάμεις παρακτικὰς ἐν αὐτῷ διακρινομένας, δι' ὧν προάγει τὰ θεῖα πρόσωπα; Οὐδείς δήπου. Τῆς δὲ καινοτέρας ταύτης θεολογίας ἐστὶν εὕρημα, καὶ ὡσανεὶ θεμέλιος τοῦ δόγματος τούτου τοῦ καινοῦ, προϋποτιθέντων τῶν τοῦτο κατασκευαζόντων ἐν τῷ Πατρὶ ταύτας ἃς αὐτοὶ λέγουσι δυνάμεις παρακτικὰς, τάξει τινὶ προσούσας αὐτῷ, ὥστε τὴν μὲν εἶναι προτέραν δεῖν, τὴν δὲ δευτέραν, ἵν' οὕτω προάγοιντο καὶ τὰ θεῖα πρόσωπα· προλαμβανούσης δηλαδὴ τῆς γεννητικῆς δυνάμεως καὶ ὑφεστώσης τὸν Υἱὸν, ἵνα φθάσῃ συμπροάγειν τῷ Πατρὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα, κοινοποιουμένης τῆς ἑτέρας παρακτικῆς δυνάμεως, τῆς λεγομένης προβλητικῆς τῷ Υἱῷ, τῷ φθάσαι ταύτην λαβεῖν ἐν τῷ γεννᾶσθαι. Τοῦ δὲ Πνεύματος ἀποκλειομένου, τῷ λαχεῖν ὑστερογενεστέρας δυνάμεως τῆς παραγούσης αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἔχοντος δύναμιν παρακτικὴν κατὰ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα, ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἐλλιποῦς ὄντος. Ἃ πόσης ἔχονται βλασφημίας, πάντες ἂν εἰδεῖεν οἱ καὶ μετρίαν ἐν τοῖς τοιούτοις εἴδησιν ἔχοντες. Ἀλλ' ἔδει δήπου ταῦτα; τὰς δυνάμεις καὶ προσειπεῖν ἢ οὐσιώδεις καὶ φυσικὰς, ἢ ὑποστατικάς. Οὕτω γὰρ μεμαθήκαμεν πρὸς τῆς ἱερᾶς θεολογίας πάντων τῶν ἐπιθεωρουμένων ἢ λεγομένων ἐν τῇ ὑπερουσίῳ Τριάδι, τὰ μὲν οὐσιώδη εἶναι, τὰ δὲ ὑποστατικά· καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς οὐσίας ἀνίσχοντα κατηγορεῖσθαι καὶ τῶν τριῶν προσώπων. Ὅσα γάρ φησιν ὁ ἱερὸς Διονύσιος ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ αὐτοῦ ἤτοι τοῦ Υἱοῦ, τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι κοινωνικῶς καὶ ἡνωμένως ἀνατίθησι τὰς θεουργίας, τὸ σέβας, τὴν πηγαίαν καὶ ἀνέκληπτον αἰτίαν, καὶ διανομὴν τῶν ἀγαθῶν δώρων. Καὶ οὐδένα τῶν τοῖς θείοις λόγοις

ἀδιαστρόφοις ἐννοίαις ἐντεθραμμένων οἶμαι πρὸς τοῦτο ἀντερεῖν, ὅτι τὰ θεοπρεπῆ πάντα τῇ ὅλῃ θεαρχίᾳ πρόσεστι κατὰ τὸν θεοτελῆ λόγον. Ὅσα δὲ ταῖς ὑποστάσεσι προσήκει, ἢ τοιαῖσδε ὑποστάσεσιν, ἀκινώνητα παντάπασιν εἶναι καὶ ἀμιγῆ, ὡς ἰδιότητας, οὐδεμιᾶς ἐν τούτοις ἀντιστροφῆς, ἢ ὅλως κοινότητος; ἐπεισαγομένης, φησὶν ὁ αὐτὸς Διονύσιος. Πῶς γὰρ ἂν καὶ μείνῃ ἰδιότης κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα; Μέσον δέ τι τούτων ἡμῖν οἱ θεολόγοι τῆς Ἐκκλησίας οὐ παρέδωκαν, ἀλλ' ἡ καινὴ αὕτη θεολογία ἑκατέρωθεν ὁρῶσα ᾧ περιπίπτει, εἰ καὶ μὴ ὁμολογεῖ, ἢ μὴ νοεῖ, ἵνα μὴ ἑτεροούσιον ἀποφήνῃ τὸ Πνεῦμα, εἰ οὐσιώδεις εἶποι τὰς δυνάμεις ταύτας, μὴ μετέχον καὶ αὐτὸ τοιαύτης τινὸς παρακτικῆς δυνάμεως, μήτε τῇ δυαρχίᾳ περιπέσῃ τῷ ὑποστατικὰς αὖ προσειπεῖν, ὥσπερ ἐν μεταιχμίῳ ἱστησιν ταύτας, ἀλλ' οὐδέτερον αὐταῖς προσμαρτυρεῖ, ἕως ἂν ἀρχὰς ὀνομάσῃ καὶ γονιμότητας κοινὰς Πατρὶ καὶ Υἱῷ, οὐ μὴν καὶ τῷ Πνεύματι, ἐναντίως καὶ τούτῳ τοῖς διδασκάλοις, τὰ κοινὰ Πατρὶ καὶ Υἱῷ κοινὰ καὶ τῷ Πνεύματι λέγουσιν.

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ.

Ἡ κοινὰς μὲν καὶ τῷ Πνεύματι, ἀλλ' ἐν ἐκείνοις μὲν μετὰ τῆς ἐνεργείας, ἐν τούτῳ δὲ δίχα ἐνεργείας.

ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

Τί τούτου τερατωδέστερον ἤκουσεν ἄνθρωπος;

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ.

Ἀρχὰς δέ φησι καὶ γονιμότητας μήτε παραγούσας, μήτε παραγομένας· ἑκάτερον γὰρ ὑποστάσεως ἴδιον

ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

Καὶ τίς ἡ πολλὴ σπουδὴ δυνάμεις ἐπινοεῖν, καὶ ἀρχὰς αὐτὰς ὀνομάζειν καὶ γονιμότητας, καὶ ὅσα μηδεὶς τῶν θεολόγων ἐτόλμησεν, εἴπερ ἴδιον ὑποστάσεως τὸ προάγειν ἢ προΐεναι; Καὶ πῶς οὐ τοσαῦται ἀρχαί, ὅσαι καὶ ὑποστάσεις αἱ προάγουσαι; Ἢ τίνα δύναμιν ἔχουσαι αἱ ἐξευρημέναι αὗται δυνάμεις, τὰς ὑποστάσεις ἀμέμπτως συναλείφειν, ἣν οὐ Σαβέλλιος ἐξευρεῖν δεδύνηται, ἐφ' ᾧ καὶ ἀθῶος γενέσθαι τοῦ κατακρίματος; Τρόπον οὖν ἄλλον ἡμῖν παραδίδωσιν ἡ τοιαύτη τῶν δυνάμεων ἐπίνοια καινότερον καὶ ἀνήκουστον τοῖς ἁγίοις, ὡς ἂν εἴποι τις γεννηθέντα τὸν Υἱὸν, διὰ τῆς μιᾶς δυνάμεως τοῦ Πατρὸς, εἶτα δραξάμενον καὶ τῆς ἑτέρας αὐτοῦ, δι' αὐτῆς μετὰ τοῦ Πατρὸς προάγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑστερίζον κατὰ γένεσιν, μηδὲ μετέχον τινὸς τῶν δυνάμεων, ὥσπερ λόγῳ μόνῳ ἀρκοῦν τὸ συναΐδιον καὶ τὸ ἄχρονον καὶ τὸ οὐδέτερον ἑτέρου λέγεσθαι. Μὴ σκοπῶν δὲ ὅπως καὶ ἀπὸ τῶν θέσεων ταῦτα ἐμφαίνοιντο συμφωνουσῶν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον αὐταῖς συμπεραίνεσθαι.

Δυνάμεις δὲ διακρινομένας εἰπόντα, καὶ τὸν τρόπον ἔδει προσθεῖναι τῆς διακρίσεως. Εἴχομεν γὰρ ἂν ἐπιγινώσκειν αὐτὸν ἐν τίνι γένει διακρίσεως τὴν τῶν δυνάμεων διάκρισιν τίθησιν, ὡς ἔκ γε τοῦ λόγου πραγματικῶς αὐτὰς διακρίνειν. Δι' αὐτῶν γὰρ, φησὶ, διακρινόμενα πρόσωπα παράγεται. Ἴσως οὖν ἐοικέναι βούλοιτ' ἂν, ὡς τῷ διακεκρίσθαι, οὕτω καὶ τῷ τρόπῳ τῆς διακρίσεως, ἐπεὶ καὶ προεπινοεῖ τὴν γεννητικὴν τῆς προβλητικῆς, ὡς καὶ ἐκεῖ προτέραν οὖσαν δήπου, ὡς τὸ γεννητὸν τοῦ ἐκπορευτοῦ λέγει πρότερον. Εἰ δ' ἄλλο τι βούλοιτο λέγειν, ὀλίγον τῷ λόγῳ βοηθήσει. Ἀρχὰς δέ φησιν οὔσας τε καὶ δυνάμεις καὶ γονιμότητας.

Παραχθήτω τις τῶν ἁγίων ταῦτα λέγων καὶ ἀρχὰς καὶ γονιμότητας. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν· αὐτὸς δὲ προϊὼν ὥσπερ ἐκ μεταμέλου τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν εἶναι φήσει τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν δύναμιν τῆς παραγωγῆς τῶν θείων προσώπων. Εἶθ' ὥσπερ τοὺς θεολόγους δεδιὼς, μήτε προάγειν, μήτε προΐεναι τὴν οὐσίαν φάσκοντας, ξυνεῖναι φήσει τῇ οὐσίᾳ, καὶ ἄλλ' ἄττα τὴν διαφορὰν ποιοῦντα τῶν δυνάμεων.

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΣ.

Ταῦτα δὲ νοῦς ἂν εἶεν καὶ βούλησις.

ΑΓΑΛΛΙΑΝΟΣ.

Οὐκ οἶδ' ἐξότου τοῦτο λαβών· εἰ μὲν γὰρ ταυτὸν βούλεται τὴν δύναμιν εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν, καὶ οὐσίας ἐρεῖ τὴν μίαν οὐσίαν, ὥσπερ καὶ ἀρχὰς καὶ δυνάμεις οὔσας καλεῖ· εἰ δὲ οὐ βούλεται τοῦτο, τὴν μὲν τῷ Πατρὶ ὁριζομένην οὐσίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν τῶν ἐξ αὐτοῦ προϊόντων προσώπων. Ταύτας δὲ τὰς δυνάμεις καὶ γονιμότητας ἀξυνεῖναι τῇ οὐσίᾳ λέγει, καὶ νοῦν τε καὶ βούλησιν ὀνομάζει καινοτρόπως ὡς ἰδιότητας ἐπιθεωρεῖσθαι τῇ οὐσίᾳ, ἵν' αὖτη μετὰ τῆς ἰδιότητος εἴη ὑπόστασις ἀρχὴ προακτικὴ, ἀπὸ ποίας ἀνάγκης ἀποδείξει ταύτας τὰς ἰδιότητας κοινοῦσθαι καὶ τῷ Υἱῷ, τῷ Πνεύματι δὲ μή; Οἶμαι πολλὰ καμὼν οὐ δείξει, θήσει δὲ μόνον πολλὰ σαθρὰ καὶ ἐπικίνδυνα, καὶ τῇ συνηθείᾳ τῶν θεολόγων ἄγνωστα.

Γονιμότητας δὲ τίς ποτε τῶν ἁγίων εἶπε; Πηγαῖαν μὲν οὖν ἴσως θεότητα, καὶ μόνον πηγὴν, καὶ ῥίζαν, καὶ αἰτίαν, καὶ θεογόνον τὸν Πατέρα μεμαθήκαμεν, ἐνικῶς προφερόντων ταῦτα τῶν θεολόγων, τῷ μίαν γονιμότητα πάντας εὐσεβῶς τιθέναι ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ μίαν προακτικὴν δύναμιν τῷ τῆς ἕξεως τρόπῳ, τῇ πρὸς τὰ προαγόμενα παραθέσει μόνον κατὰ τὸν τῆς ἐνεργείας λόγον διιχαζομένην. Αὐτίκα γὰρ ὁ Ἀρεοπαγίτης λέγει, ὡς Τριάδα δὲ διὰ τὴν τρισυπόστατον τῆς ὑπερουσίου γονιμωτάτην ἐκφανσιν, ἐξ ἧς πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ὃν φησιν ὁ Μάξιμος ἐξηγούμενος, γονιμότητά φησι τὴν πατρικὴν ὑπὲρ ἔννοιαν πρόοδον, εἰς ἔκφανσιν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ αὖθις ὁ Διονύσιος· Ὅτι δὲ καὶ τὴν κυρίαν ἔχει τῶν ὅλων ἡ ὅλη θεότης περὶ τῆς θεογόνου θεότητος, ἢ τῆς υἱικῆς, οὐδὲ εἰπεῖν ἔστιν, οἶμαι. Ὅπου καὶ τῷ διαζευκτικῷ δείκνυσιν, ὅτι οὐ βούλεται τῷ Υἱῷ προσεῖναι ὅλως τὸ θεογόνον. Καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος· Μόνος ἀγέννητος καὶ μόνος πηγὴ θεότητος ὁ Πατήρ. Καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος· Εἷς ἐν αἴτιον τὸν Πατέρα Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀναφερομένων. Καὶ ὁ Κύριλλος· Πῶς οὐ ζωὴ τὸ ῥίζαν ἔχον τὴν ζωὴν καὶ πηγὴν ὥσπερ τινὰ τὴν ἀκήρατον καὶ παντὸς ἐπέκεινα γεννητοῦ τοῦ Θεοῦ φύσεως; Καὶ αὖθις· Εἰ γνώρισμα τῆς τοῦ Πατρὸς

ὑποστάσεως ἡ καρπογονία εἴτουν θεογονία, φυσική τις πάντως ἐστὶν ἰδιότης αὐτοῦ. Ὅθεν δῆλον ὡς οὐ βούλονται οἱ διδάσκαλοι δύο γονιμότητας, καὶ δύο δυνάμεις διακεκριμένας καὶ ἀρχὰς τεταγμένας εἶναι ἐν τῷ Πατρὶ, ὡς ἀνάξιον τῆς θεολογίας καὶ ἐπικίνδυνον· οὐδὲ τὴν γεννητικὴν δύναμιν καὶ ταῦτα προσεπινοουμένην, καὶ τὴν προβλητικὴν μαθόντες πρότερον, οὕτω καὶ τὰ κατ' αὐτὰς προαγόμενα προσηγορεύκασιν, ἀλλὰ μᾶλλον Υἱὸν Θεοῦ μαθόντες εἶναι τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἄῤῥητόν τινα τρόπον, καὶ αὐτὸ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, εἰκότως καὶ δύναμίν τινα διὰ τὴν τοῦ λόγου σαφήνειαν ἐνόησαν τῷ Πατρὶ καρποῦσθαι. Καὶ γονιμότητα τῇ πρὸς τοὺς καρποὺς ἀποβλέψει δεχαζομένην δύο ὄντας, ἐν δὲ τῷ Πατρὶ τῷ τῆς ἕξεως; τρόπῳ συνειλημμένως τε καὶ ἑνοειδῶς νοουμένην. Καὶ πολλῷ μᾶλλον ᾗ φησι περὶ τῆς τῶν ὄντων δημιουργίας ὁ ἱερὸς Διονύσιος, ὅτι τὰς πάντων αἰτίας ἐν ἑαυτῷ μονοειδῶς ὁ θεῖος λόγος προείληφεν.

Καὶ ὁ Κύριλλός φησι, διὰ μιᾶς δυνάμεως τὸν Θεὸν τὰς ποικίλας τῶν ὄντων φύσεις δημιουργεῖν, διὸ καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ προϊόντα φυσικῶς οὐ τάξει τινὶ τοιαύτῃ προϊέναι ἐθέσπισαν, οἷα ἂν εἴη τῶν ἄλλων τῶν ἀφ' ἑνὸς προϊόντων, ἐν οἷς τὸ τῷ πρώτῳ πλησιέστερον αἰτιόν ἐστι τρόπον τινὰ τῶν πορρωτέρω, οὐδὲ προεπινοεῖσθαι τὸν γεννήτορα τοῦ προβολέως· ἐν αὐτῷ τῷ Πατρί· οὐδὲ τὴν γεννητικὴν τῆς προβλητικῆς δυνάμεως, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων παρέδωκαν ἡμῖν, πᾶσαν τὴν θεολογίαν ἠκριβωκότες. Ὧδε γὰρ οἱ ἅμα τε καὶ ἀμέσως προϊέναι καὶ ἅμῳ καὶ προσεχῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς διδάξαντες, τό γε εἰς τὴν γόνιμον καὶ προακτικὴν ἦκον δύναμιν τοῦ Πατρός; Ὁ γὰρ Διονύσιος οὐ ῥίζαν καὶ στέλεχος καὶ ἄνθος εἶπεν, ἀλλ' ὅτι ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα βλαστοὶ θεόφυτοι, ἐκ μιᾶς δηλονότι ἀνισχόντες ῥίζης ὅμα καὶ ομέσως καὶ προσεχῶς ἄμφω· ἢ δύο ἄνθη, ἐν ἑνὶ βλαστῷ δηλαδὴ, ὅτε βλαστὸν τὸν Πατέρα δεῖ νοεῖν, ἅμα δύο ἄνθη προάγοντα, μηδέτερον θατέρου πρότερον ἢ προσεχέστερον ἢ ὑπερούσια φῶτα ἐκ μιᾶς λαμπάδος ἀναλάμποντα. Καὶ ταῦτά φησι πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων παρειληφέναι, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ νομοθετεῖν. Καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, πρὸς Εὐάγριον γράφων φησὶν, Οἱονεί τινες τοῦ Πατρὸς ἀκτῖνες ἀπεστάλησαν εἰς ἡμᾶς ὅ τε φεγγώδης Ἰησοῦς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μετ' ὀλίγον· Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ δίδυμος τοῦ Πατρὸς ἀκτὶς, τῷ ὡς ἐξ ἑνὸς δηλαδὴ ἡλίου τοῦ Πατρὸς ἅμα ἀπαστράπτειν ἅμῳ. Ἀλλὰ καὶ διῤῥύτον ποταμὸν ὠνομάζει τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, ἐκ μιᾶς πηγῆς τοῦ Πατρὸς δηλαδὴ προϊόντα. Καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάντες τοῖς τοιούτοις χρῶνται ὁμοίως, οἷς ἂν ἐμφήνειαν ἅμα τὴν προαγωγὴν εἶναι Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος, καὶ ἀμέσως καὶ προσεχῶς ἐκ Πατρὸς, καὶ ἅμφω τὰ δεύτερα φέροντα τῇ ἀποβλέψει τῆς κοινῆς σφῶν αὐτῶν αἰτίας, ἐξ ὧν συμπροῖασιν ὡς αἰτιατὰ μόνον, κατ' ἄλλο δ' οὐδέν.

Ἀλλ' ἡ ἄῤῥητος τοῦ Θεοῦ σοφία τὴν ἀσθένειαν τῆς ἡμετέρας εἰδυῖα φύσεως, καὶ ὅτι οὐχ οἷά τε ἔσται ἡ ἡμετέρα νόησις, καὶ ὁ λόγος σύναμα ἐκεῖνα νοεῖν τε καὶ λέγειν, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐν αὐτῷ τῷ νοεῖν καὶ λέγειν ὅτι σύναμα τοδὶ ἐστι, καὶ τοδὶ δυνάμεθα, μὴ καὶ θάτερον θατέρου προνοεῖν καὶ προεκφέρειν δυοῖν ὄντων κατὰ τὰς ὑποστάσεις, διὰ τοῦτο τὴν τάξιν ταύτην παρέδωκεν ἐν τῷ περὶ τοῦ βαπτίσματος λόγῳ, λόγοις ἴσως καὶ ἄλλοις τισὶν ἀναγκαίοις καὶ εὐσεβέσι προταχθέντος τοῦ Υἱοῦ τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς φάσκοντα· Γέγραπται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ, πῶς πρεσβύτερόν ἐστι τὸ ἐξ οὗ ἐστι; Τίς δὲ καὶ ἡ παράνοια ἑνὸς ὄντος τοῦ ἀγεννήτου, ἀλλ' ὅτι λέγειν τοῦ ἀγεννήτου ἀνώτερον, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ Μονογενοῦς πρότερον; οὐδὲν γὰρ μέσον Υἱοῦ καὶ Πατρός.

Ἔνθα καὶ ἄλλην ἀποδίδωσι αἰτίαν τοῦ μὴ λέγειν πρότερον τὸ Πνεῦμα τοῦ Μονογενοῦς, καὶ οὐ τὴν αὐτὴν ἣν εἴρηκεν ἐπὶ τοῦ Πατρός. Ἐκεῖ μὲν γὰρ, φησὶν, ἡ αἰτία κωλύει, οὐ γάρ τι ἂν εἴη πρότερον τὸ ἐξ οὗ ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ οὐ τοιοῦτόν τί ἐστι, φησὶν, ἀλλ' ἡ ἄμεσος σχέσις τοῦ Πατρὸς ὀνόματος πρὸς τὸν Υἱόν. Εἶτα ἐπάγει· Ὥστε ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει, καὶ ὅλης τῆς πίστεως ἄρνησιν. Τὴν δὲ τοιαύτην τάξιν ἔλαβεν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς. Προλαβὼν γὰρ ἔφη, « Τέτακται δὲ ὡς ἐν Εὐαγγελίοις ἐδιδάγμεθα παρὰ τοῦ Κυρίου εἰπόντος, *Πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Ταύτην οὖν τὴν τάξιν τὴν διὰ τὰ εἰρημένα τοῖς θείοις ὀνόμασι γινομένην δεῖν φασιν ἀκαινοτόμητον εἶναι, καὶ μήτε ἐν τῷ βαπτίσματι μήτε ἀλλαχοῦ μεταποιεῖσθαι.

Οὐ μὲν οὖν τάξιν εἴρηκεν ὁ διδάσκαλος, ἢ ἄλλος τι τῶν θεολόγων, ἣν ἐξεῦρεν ἡ καινὴ αὕτη θεολογία βάθμοῖς τισι καὶ προηγήσεσι συντεθειμένην, τῷ προτέραν εἶναι δηλαδὴ τὴν παραγωγὴν, ὡς αὐτός φησι, τοῦ Υἱοῦ τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, τῷ προηγεῖσθαι τὴν γεννητικὴν δύναμιν ἐν τῷ Πατρὶ, ἀρχὴν οὖσαν τοῦ Υἱοῦ, τῆς προβλητικῆς ἀρχῆς οὔσης τοῦ Πνεύματος, οὐδὲ τῷ πρότερον εἶναι τὸν γεννήτορα τοῦ προβολέως, τῷ προηγεῖσθαι τὸν νοῦν ἤτοι τὴν μνήμην, ὡς ὁ πρὸς ὃν ὁ λόγος ἔφη τῆς βουλήσεως.

Τοῦτα γὰρ οὐδὲ εἰς νοῦν τοῖς θεολόγοις ἀνέβη· πῶς γὰρ ἂν εἰς μυρίας ἀτοπίας ἐνφέροντα; καίτοι τὰς ἀτοπίας καὶ αὐτὸς φεύγειν μεγαλαυχῶν, ἔστιν οὗ τὴν προεπίνοιαν ἐπιχρώννυσι. Λέγουσι μὲν οὖν οἱ ἅγιοι προεπινοεῖσθαι τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ ὡς αἴτιον, ἵνα τὴν τοῦ χρόνου προήγησιν ἀνέλωσιν· ἀλλ' οὐ διὰ τὸ προεπινοεῖσθαι καὶ αἰτιόν φασι τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ' αἴτιον μὲν εἶναι ὑπόκειται καὶ τὸ προτετάχθαι ὡς αἴτιον ὡσαύτως· τὸ δὲ πρότερον τὸν χρόνον τῷ πρωτέρῳ τῆς ἐπινοίας διακρούονται. Ἐφ' ὧν δὲ ἡ κατὰ τὴν αἰτίαν τάξις ἀμφισβητεῖται, ἡ προεπίνοια πρὸς τὸ δεῖξαι ταύτην οὐκ ἐξαρκεῖ. Ἐπὶ δὲ τῶν δυνάμεων ἃς φησιν, ἡ προεπίνοια δὲ πολλῷ μᾶλλον ἀλυσιτελὴς πρὸς τὴν χρείαν αὐτῷ, εἰ καὶ δοίη τις εἶναι δύο δυνάμεις ταύτας ἐν τῷ Πατρί.

Nos igitur, qui in istis partibus habitamus, et supradicta omnia vera esse et scimus et tangimus, et æque majora et pejora, quam narremus, qualia esse existimas corda nostra? Fateor, tantus dolor, tanta mentis angustia, tanta super nos amaritudo convaluit, ut longo jam tempore nec cibus ori, nec somnus oculis nisi tristis appareat. Ipse quoque solis aspectus, atque viridantium regionum et maris et terræ, planctum potius excitant, quam solamen, nec ex quo in istis partibus fuimus, vel unius saltem horæ potuimus habere quietem ex his, quæ continue audimus, et non minus, quæ oculis cernimus. Sumus enim in Constantinopoli, eminentissimo loco, in Capella videlicet Constantini juxta palatium ejus, quam sancti Hieronymus et Augustinus et Nicolaus cum reliquis tercentis octodecim Patribus Chalcedonensis concilii consecrarunt, unde supra speculam ascendentes facile possumus totam prospicere civitatem, olim totius orbis excellentissimam, nunc vero tanta calamitate dejectam, ut flere potius libeat, quam mirari, cum tam ex situ, quam ex ædificiis et cæteris opportunis alter deliciarum fuisse paradisus appareat, totque ecclesias et monasteria stupendissima ruina collapsa intus et extra quam maxime, ut monasteriorum sylvam potius primitus existimasses, *in* quorum quolibet et ducenti et tercenti, *et mille* monachi residebant, laudes Altissimo decantantes in tam dulcissima melodia, quod ipse aer in noctis medio circumquaque resonabat quasi angelicam harmoniam. Nunc vero, proh dolor! et spinæ et vepres super muros ascendunt, et ibi resonant ululæ et bubones. Verum si quis civitates destructas, olim mirabiles, ut Chalcedo et Nicæa, quasi contiguas isti urbi, ac alias plurimas, quarum nec modo signa apparent, aspiceret, non puto posset continere se a fletu, quæ per infidelium manus omnia destructa sunt. Hæc sæpius loquimur, hæc plangimus, in his et similibus lamentandis temporis non parvam partem consumimus, potius optantes mori, quam ultima videre mala, quotidie augmentum sumentia nostræ gentis. Et quod plus dolorem exaggerat atque confirmat, cum quibus hæc communicare et pœnam alleviare possimus, penitus non habemus. Nam si qui in his partibus vel morantur, vel adveniunt Christiani, tanta temporalis lucri cupiditate exardescunt, ut vel non ista considerent, vel, quod horrendum est dicere, latenter exoptent. Ecce ex Teucrorum lucris bursas implent, et seipsos ex Christianorum sanguine locupletant; sed pro tanti doloris levamine subjunctum est, quod nuperrime verissimum audivimus; post reditum namque ma-

gni exercitus Teucrorum subito ex eis viginti millia vel circa retroversi, Hungaros quasi jam securos repentissime invaserunt in quadam provincia, quæ dicitur Siculorum, quasi in medio Hungariæ; ex quibus, ut fertur, triginta mille animas portaverunt. Testes sunt, qui viderunt non modo captivos duci, verum plurium nobilium et principum capita abscissa projici ante pedes imperatoris eorum per Capitaneum illum, qui ista peregit, et hoc de mense Septembris. Iterumque alium direxit in ipso Octobrio exercitum; si quid mali fecerit, non narratur, et sic terque, quaterque, deciesque in anno, nunc huc, nunc illuc, formicarum more euntes et redeuntes, semperque lucra portantes, ac si omnem Christianorum terram Deus eis tradiderit possidendam. Tantaque sunt securitate firmati et roborati victoriis, tantaque lucrandi cupiditate accensi omnes pariter, quod indubitanter se credant totam Christianitatem in parvo tempore destructuros. Et quis, quæso, ista non crederet, si quæ videmus, et ipse videret? Videmus namque in exercitu transire non solum rusticos et pastores inermes, solo arcu vel ense munitos, sed passim senes et curvos præ nimia antiquitate asella devectos, post dies paucos redeuntes tres vel quatuor juvenes collo et manibus post terga ligatos secum ducere per mediam Constantinopolim, et transire in conspectu Venetorum et Januensium mercatorum. Ibi in conspectu omnium interdum sistere faciunt, ut omnes videant, eosque injuriis et verberibus colaphizant, ita ut nemo audeat contradicere; si pensare velit, ut veritas se habet? quia qui anno præterito ducti sunt captivi, hoc anno Teucri, Teucrorumque omnium crudeliores effecti, in exercitu primi, audacia et fortitudine promptiores, quasi religionis pietate moti, ut credunt, Fidei veritate reperta, propriam patriam tradere festinant; hoc quoque potissimum inter omnia optent, patrem, matrem, fratres et sorores, cæterosque consanguineos capere, et ad lumen ducere veritatis. O stupendum, o profundum judicium Dei, sed nonnisi justum, quandiu ira sua super nos desæviet? quandiu nostri obliviscetur Altissimus? Utinam non in finem! Vere, vere, pater amantissime, timendum est, ne peccatis nostris exigentibus, quæ crescere quotidie cernimus, potius quam minui, tantum ira divinæ justitiæ exardescat, ut ad fines usque terrarum occupet ignis iste, qui in dies extendi cernitur, et spatia latiora complecti. Ecce ducenti vel circa anni sunt, quando tota Asia usque ad Antiochiam et ultra, Christianorum erat populis habitata; nunc vero paulatim tali igne combusta est, ut paucos ibi reperias Christianos, nisi forte Sclavos obsequio Teucrorum deputatos. Omitto Syriam, Terram sanctam, Armeniam, Arabiam, et usque ad Alexandriam patrias circumstantes, quas omnes Christianorum fuisse pro majori parte non longo jam tempore manifestum est. Taceo de Ægypto, Æthiopia, Persia, et quod majus est omnibus, tota Africa, ubi nisi forte aliquos mercatores, vix unum reperies Christianum. Et tamen constat prædictas omnes fuisse patrias Christianorum. Sed hæc jam sopita sunt longitudine temporis. Redeo ad dies nostros. Octuaginta vel paulo plures anni sunt, quod nec unus Teucer reperiebatur in Græcia. Transierunt etiam ab ipsis Christianis advecti, totamque illam patriam implevere, quæ nisi de celeri provideatur remedio, efficietur cito sicut Arabia vel Ægyptus. Patriam dico latam, populosam, gloriosissimis civitatibus decoratam, quæ omnes ad præsens, ut sic dicam, ad nihilum redactæ sunt, habitatoribus vacuatæ; ubi Alexander Magnus imperavit; ubi Athenæ, Corinthi, Spartanorum, Thessalonicensium, Philippensium civitates, quas modo aspicere luctus est. Parum est, quod dixi, respectu sequentium et factorum et flendorum, nisi respiciat et succurrat. Ubi nunc, quæso, est patria Dalmatiæ, Croatiæ, Bosniæ, Rasciæ, Bulgariæ, Albaniæ, Walachiæ, regna non parva, in paucis annis habitatoribus spoliata? Ad Hungariam venio, de qua, ut dicitur, a diebus non multis plusquam tercenta millia, verius dixissem sexcenta millia animarum portata sunt. Credisne ergo possibile fore, quod timeo, ne scilicet justo Dei judicio, tantum ignis iste procedat, ut occupare possit terminos Christianos? Quid igitur nunc faciunt miseri Christiani? quid eorum principes? quid pastores Ecclesiæ? Dormiuntne, an lethargum potius patiuntur, ut paulatim exspectent Christianitatem consumi? Ludunt in hastis et choreis, vel potius lacerant semetipsos. Interim Teucer Christi nomen exstinguit, jam juravit, jam se Deo suo devovit nullo pacto quiescere, nisi quam citius in tota Hungarita cantari faciat laudes Mahumetis. Heu heu, non multi anni sunt, quod nec Teucres nominabatur in mundo, nisi pastores juxta Damascum in quibusnam nescio montibus habitantes, rustici, indocti, silvestres, sine litteris, sine scientia ulla, ut sunt etiam usque modo. Nunc vero auro vestiti et gemmis, regibus et imperatoribus principantur, nec suis laborant manibus, sed tanquam domini in ipsis tapetis aureis et mollibus pulvinaribus accubant, eorumque luxuriis turpibus et immundis, olim nobiles, nunc Sclavi famulantur miseri Christiani. Nam pauci ipsorum sunt, qui octo vel decem, magni vero triginta et centum; minimi vero duos vel tres ad minus Sclavos non habeant Christianos. Quibus eos opprobriis, quo derisu, quibus injuriis et verberibus tyrannizent, narrent ibi, qui sentiunt, dicant Christiani. Utinam talia probarent, qui tanti sunt causa mali, neque cum possent subvenire, procurant.

Deficeret mihi tempus, humanissime Pater, si cuncta vellem Christianorum damna et opprobria pertractare, quæ cernimus in partibus istis, nec millesimam eorum partem sufficienter exprimere me posse confido. Exsurgat potius Josephus ille rhetor excellens, exsurgat Homerus, et unius non urbis solum, ut illi, sed decem et centum, sed

mille, sed trium et quatuor millium, imo triginta et quadraginta regnorum, si possunt, ruinas et calamitates enarrent. Exsurgat cum eis simul Hieremias, et flendo suspiret, et dicat : Quomodo sedet sola Christianitas plena populis, facta est quasi vidua domina gentium, princeps provinciarum facta est sub tributo? Plorans ploravit in nocte, et lacrymæ in maxillis ejus; non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. Omnes amici ejus spreverunt eam, et quod pejus est, facti sunt ei inimici? Viæ Sion vere modo lugent, eo quod non sit, qui veniat ad solemnitatem, etc. Miraris, frater, quia dixi triginta vel quadraginta regnorum ; obsecro, ne mireris, quoniam hæc et eadem mala et æque his majora, quæ Teucri fecerunt in partibus istis, Tartari et operati sunt, et continue operantur in partibus ultra remotis, et ut cæteras omittam patrias, quæ dinumerari vix possent, tanta quotidie mala inferunt in Russia, quod nullus est annus, quin triginta et plures naves Sclavis plenæ Constantinopolim non veniant, qui a Tartaris venundatur ut pecora in Moncastro, in Tana et in civitate Cafæ, nec hi sunt decima vel centesima pars, qui capiuntur ab eis. Singulariter isto anno in Tana, in quo tanta Sclavorum multitudo vendenda perducta est, ut ego ipse ab illo, qui vidit, accepi, quod pro quatuor, et sex, et decem ad plus florenis etiam millia juvenum emere potuisset. Sed pro multitudine et fame rejecti sunt, et ut magis de Christianorum gloria gaudeas et exsultes, noveris, quod de Cayro, de Alexandria, et ex aliis partibus Orientis Saraceni mercatores adveniunt quolibet anno, quandoque a Sultano directi, ad Cafam, ad Tanam et Moncastrum, et ad alias Christianorum terras, et ibi a Christianis Christianos emunt pretio magno, superque Christianorum naves portant, quia ipsi non habent, ad patriam suam, ut non modo Sclavos habeant, sed ut libentius faciant Saracenos, Christianorum postmodum inimicos. Oh divina justitia, certe mirum est, quare tantum sustinet Christianos! sed quotidie mysterium operatur. Exspecta parumper, venerabilis pater, aliud audire mirabile, delectabileque non parum. Teucri non habent arma, ut dicitur; si tu credis hoc impossibile fore, cum tantas Christianorum patrias exspoliaverint; ecce veniunt de Italia mercatores Latini, et Veneti, et Januenses, et cæteri, et ex magna ipsorum pietate et gratia contra fas et nefas, galeas et naves plenas, non ferro, sed chalybe, portant in abundantia tanta, ut vix credam in aliqua civitate Italiæ in tam bono foro et in tanta copia reperiri, quanta in Gallipoli, Pera et Hadrianopoli reperitur; mentior, si non vidi oculis meis; et in galeis, quibus venimus. Sed audi, quomodo excusantur? non Teucris vendunt, sed Judæis et Græcis, et illi postmodum illis propriis manibus largiuntur. Et hoc, ut acutiores gladios faciant ad Christianorum viscera effundenda. O Dei pietas, quanta sustinet! quanto differs tempore vindicare! miraris forte, quomodo et Venetiæ et Janua et cæteræ civitates Italiæ quatiuntur! Certe magis mirandum est, quare non penitus sint deletæ. Vidimus his diebus quadraginta mutos chalybe oneratos ab hac civitate ad Hadrianopolim duci, quo et ipsi Teucri derident turpiter Christianos aperte dicentes : Videte, miseri, cæcitatem vestram ; ecce vos nobis arma porrigitis, ut vos penitus occidamus. Qualia ista tibi videntur, dilecte frater? quare non ex hac etiam sola causa in civitate, in qua prædicas, pronuntias eis manifeste ruinam? Sed indubitanter scio, quod facis. Clamas, et non audiris. Sed adest flagellum Dei, quod juste verberat delinquentes. Sed vis parumper revertamur ad Tartaros.

Anno isto de mense Augusti, quando Tencer destruebat Hungariam, novus imperator electus, ut hic a pluribus fertur, non affirmo, quia non vidi; tu melius ista cognosces, cum Polonis pugnans pro regno Hungariæ, ipsos debellavit, innumerosque occidit, intellige Christianos. Tunc Tartari convicini Polonis videntes Christianos populos occupatos in bellis, Poloniam invasere. Quid ibi fecerint, enarrare non sufficio. Ipsos interroga, si qui inde venerunt. Talia sunt munimina principum, talia consilia, talis est militia contra populos infideles. Heu miseris, qui et debent et possunt subvenire et non faciunt. Nec ipsis defuit advisatio ante tempus. Nam et ego ex parte majorum et fratres direxi, et litteras plusquam triginta conscripsi diu ante de mense Decembri, quando ille parabat exercitum contra ipsos; et has ad imperatorem et duces misi, quas et habuerunt et legerunt, nec curaverunt, prout exitus ipse demonstrat. Clamabat etiam in conspectu regis et principum tuba illa Dei frater Jacobus noster, eisque in faciem injurias irrogabat : Ecce, dicens, miseri, patriam vestram alieni spoliant, uxores vestras in conspectu vestro vituperant, et ducunt et fratres et filios in catenis, nec curatis. Ipsi vero hæc et similia audientes et ridentes, insensibiles videbantur. Et quod plus est, dominus noster papa sanctissimus munera eis misit æterna, indulgentiam scilicet peccatorum, si qui contra infideles arma sumpsissent. Quando igitur, quando excitabantur miseri Christiani? O quando erit tempus illud? si videro oculis meis, antequam moriar. Hæc mihi spes, sed valde debilis, sed valde remota est, et pene desperationi jam proxima. Ubi nunc est regnum Franciæ gloriosum, quod jam antiquo tempore Saracenos ex Hispania depulit? ubi Anglorum potentia magna? Hæc duo ad invicem consumpta sunt. Ubi nunc Aragonum rex, infidelium pavor? ubi reliquæ potentiæ et cæteri principes Christiani? Alamani odiosi sunt Hungaris et Bohemis. Hungari cum Polonis pugnant. Ecclesiæ pastores cum pastoribus sunt divisi, barones cum baronibus, civitates cum civitatibus invicem se consumunt, ita ut, si nulla ab extrinseco altera persecutio inferatur, sibimet sufficiant ad ruinam. Et ut silenter insinuem, timeo,

frater, timeo ne jam tempus ultimæ tribulationis advenerit. Vehementer angustior, dilecte mi, ista revolvere, cum et plurima restent æque majora prædictis, quæ ex ipso narrationis tædio prætermitto.

Hæc autem pauca, quæ de multis quasi prælibando, non explicando perstrinxi, pro tanto tibi significare curavi, ut primo hæc tanquam a fideli narrante esse vera cognoscas, cognoscendo condoleas, et aliis prædicando denunties, qui ista non credunt, atque fideles animas, si quæ reperiuntur, in mundo gestantes viscera pietatis, orare, clamare, et flere ante pedes divinæ Majestatis inducas, ut in tanto periculo suis fidelibus, vel saltem suo nomini subvenire dignetur. Nam si ab ipso adjutorium nostrum non veniat, frustra exspectatur ab homine, in quo est vana salus, et qui sperat in eo, potius maledictus. Sed et hæc potissima causa est, quæ me tibi ad ista scribenda commovit, ut tu videlicet, qui Christi pietate et animarum zelo succensus es, quique scientia et eloquentia flores, litteram istam quam tibi conficio, dirigas et exornes, ac debita pietate et gravitate componas, quatenus digna fiat in conspectu regum et principum apparere, si forte audiant et convertantur quandoque ad Christi Jesu injuriam vindicandam. Nisi potius e contrario judicaveris, tanto ad sibi fidem præbendam aptiorem esse, quanto non composito, non ornato eloquio, sed stylo simplici conscriptam quisque cognoverit; quod totum vestro judicio derelinquo. Facio fidem verbis, non lacrymis, non dolori, quæ potius quotidie renovantur, orans, et protestans te per viscera Jesu Christi, ut hæc scribas, hæc dicas, hæc prædices toti mundo, et parvis et magnis dominis et prælatis, ut qui possunt pugnando, qui non possunt, saltem orando subveniant. Quod si vellent, Domino permittente, tam facile foret succurrere tanto morbo, quantum ei qui præfata perlegerit, incredibile, imo impossibile videretur.

De cætero, frater, compatere nobis, qui supradicta quotidie videmus et tangimus; compatere magis miseris captivatis, quorum multo gravius est periculum animarum, quam ipsa corporis servitudo. Sed maxime compassionis pietate liquescat supra reliquos Christianos, quos tanta cernimus miseranda perditos cæcitate. Postremo fratres, qui mecum sunt novem numero inter novitios et professos, tuis et aliorum patrum orationibus se commendant. Quam maxime autem orare complaceat, ac aliis commendare civitatem istam, quæ Teucrum pro anno sequenti vehementissime timet, judicioque omnium valde timendum est, quoniam tria millia et eo amplius juvenum Christianorum ad mare conduxit, eosque instruere fecit optime remigare, galeasque continue parat ad pugnam. Quod si istam civitatem ceperit, quod Deus avertat, heu! heu! cæteris Christianis, quos de facili postmodum oppugnare poterit, et per mare et per terram, cum ad præsens alteram solam manum possit extendere ad nocendum. Quare cordialissime exorandum est, ut si obsidionis casus acciderit, ipse adjuvet Deus, quoniam de Italia, unde illi civitati succurri forsitan timuisset, maxime a Venetis, penitus est securus; ex quo non creditur toto suæ tempore vitæ hunc fuisse tam fortiter animatum, tamque dispositum ad hoc, quomodo nunc est; quod et alia jam dictis indicia manifesta demonstrant. Nam triginta millia piconum, totidemque malleorum atque palarum de ferro magnarum modo parari fecit. Tu autem, ad quid ista? considera. Insuper nunquam manducat, et raro cum suis loquitur, quando civitas Constantinopolitana cum suspirio proferatur in medium. Et non immerito; cum per ipsam etiam maris potentiam facile posset acquirere. Adde, si quid ponderis est, quod de omnibus villis, civitatibus et castellis suo subjectis imperio, quæ forte centum millia sunt, decimam puerorum partem de Christianis, quod prius nunquam fecerat, nuper accepit a decem usque ad viginti ætatis annos, quos suos speciales Sclavos et Armigeros, et quod pejus est, Saracenos effecit. Unde manifeste apparet, ut summam omnium breviverbo concludam, nunc infallibiliter instare tempora, ut aut ipse destruat Christianos, aut a Christianis penitus deleatur, quorum primum vehementer expaveo, alterum potius Deus ipse concedat. Quod tamen nec desperandum est. Nam publica inter Saracenos et Teucros fama divulgata defertur, instare tempus destructionis eorum, et jam prætertisse, ut eorum quædam prophetiæ declarant. Sed ex eorum eleemosynis et pietate in pauperes, quod verum est, et ex nostrorum castigatione, quod verius est, usque in præsens esse dilatum, et adhuc et diutius differendum.

O! ubi nunc est dux ille Christianissimus, fortis, pius Gottofredus, Boxon (*sic*), Balduinus et reliqui principes per infinita sæcula gloriosi? qui Christi Jesu sepulcrum de infidelium manibus liberarunt? et ut paulo altius repetam, ubi Carolus ille nobilis Francorum rex, cujus cœlestem et æternam gloriam nulla delebit ætas, nullaque oblivio? qui non modo fortitudine et armis, verum multo magis prudentia et pietate Christi Jesu injuriam vindicatus est, cujusque fidem et cultum in Occidentis et Orientis partibus ampliavit, tantaque et sui et suorum adhuc est gloria, ut ipsum Francorum nomen etiam Barbaris terribile videatur, omnesque Christiani Occidentalium regionum per totum Orientem Francorum nomine appellentur. O igitur reges et principes Christiani, surgite jam, quia tempus est. Adest exemplum, adest honor, adest necessitas, hortatur justitia, religio, fides; ecce communis hostis in conspectu est, qui contra Christum caput erexit, fortis in timidos, in audaces pavidus, quid agitis? Vires, quæ non modo ad resistendum paganis, verum ad Christi nomen ampliandum sufficerent, in vos consumitis, bellaque geri placuit, nullos habitura triumphos. Unde, quæso, Alexandra

illi Magno tanta gloria? unde Hannibali Afro, Scipioni, Cæsarique? Profecto, non quia bella clarissima gesserunt, sed quia externis ea gentibus intulere; sed, heu! prob dolor! tanta principibus nostris ad præsens dominandi libido est, ut neque fidei damna neque propria pericula sentiant. Tument in se ipsos; sed exeant parumper in campum, et quæ sit eorum virtus, doceant barbaras nationes; quod si nec altera causa invitaret ad arma sumenda, utpote fidei, libertatis et gloriæ, mirum certe si ipsum temporale lucrum corda non raptitet, cum hæ gentes, de quibus agitur, auro et argento plenæ sunt et lapidibus pretiosis; ipsi, ipsorumque quam maxime mulieres nonnisi sericis induantur, et usque ad pedes oneratis incedant margaritis et gemmis; atque non solum scyphis et paropsidibus, verum tabulis argenteis et scriniis, frenisque et sellis aureis abutantur, et, quod audire horrendum est, eorum innumeri nonnisi aureatis calicibus bibunt a templis Christianorum acceptis, in vituperium Christi, et in eorum exaltatione. Quid igitur amplius demoramur? Ecce quod quæritis. Sed quid in talibus et tempus et verba consumo? Cum nisi ipse Deus eorum oculos illuminet, et corda commoveat, cassa omnis exhortatio hominis est. Qua de re, o patres et fratres mei, cum ad aures vestras ista pervenerint, pulsate, quæso, Deum clamoribus, pulsate suspiriis, sanctos sanctasque precibus interpellate, discurrite per civitates et castra, vocate populum, adunate cœtum, parvorum atque magnorum super his corda compungite, ut a peccatis aliquando abstineant, orationibus sedulis insistant, et intendant pro posse operibus pietatis, quatenus ipse pius et misericors Deus propter hominum peccata commotus ad iram, ipsis e contra bonis operibus mitigetur, et oculo pietatis atque clementiæ Christianum populum parumper aspiciat, caritatem infundat cordibus, prælatis atque principibus sanctam donet unionem et pacem, ut malorum omnium inventor atque incentor diabolus, qui tot in Christi Ecclesia usque modo scandala seminavit, confusus retrudatur in tartara, exsultent fideles Ecclesiæ, erubescant et confundantur et pereant infideles, qui usque hodie Christum et Christianos deridentet subsannant. Quod, si, favente Domino, hæc sacra unio celebretur, secure fratres, (dico aptis et voluntariis) mare transite, quoniam in conspectu vestro multa est terra, exuberans fructibus sempiternis. Te autem, dilecte frater, invito tanto fidentius, quanto cordis tui secreta dignosco. Amen.

Ex Constantinopoli XII dec. M. CCCCXXXVIII.

Tuus siquidem totus frater Bartholomæus de Jano, ordinis Minorum, licet indignus.

NICOLAI BARBARI

PATRICII VENETI

EPHEMERIDES DE CONSTANTINOPOLI ANNO 1453 OBSESSA ATQUE EXPUGNATA (1).

Est ista narratio opus viri qui, quæ ipse vidit eo tempore quo Byzantium a Turcis obsidebatur, summa cura referre videtur. Quæcunque enim inde a 5 Aprilis usque ad 29 Maii evenerunt, ab auctore per dierum notatorum ordinem tam exacte memoriæ prodita sunt, ut nesciam an ab alio exactius. Hinc visum est narrationem Barbari ordine chronologico in medium proferre, ita tamen, ut in quo a cæteris rerum Turcicarum scriptoribus differt, lectoribus in mentem revocemus. Id obiter dicamus quod *Ephemerides* Barbari, antiqua Venetorum dialecto scriptæ, a lingua bene Italiana multum discrepant. Quare traductio accurata eaque Italica hujus documenti inter res maxime optandas ponenda nobis videtur. Id quoque non silentio præteribo quod præter dialecti differentiam, auctor patricius, Venetiis ipsis oriundus, sæpissime contra quidquid ad Genuam (*Zenovexe*, ut ipse loquitur) attinet, manifesta ira invehitur, in quo nec Justiniano ipsi parcit; quare auctor noster caute legendus erit, ubi de Genuensibus sermo est. Ephemerides causam et præludium belli pro auctoris arbitrio particulari referunt.

1452. Martio. Mahometes sultan (*Machomet bej*) cum 40 navium classe Callipoli relicta in Bosporum (*boca de mar mazor*) se confert, castellum Bogasum Kes., 6 mill. Ital. a Constantinopoli distans constructurus.

Medio dein Augusto sultan in castello ad finem perducto duorum ab imperatore Græco legatorum capita præcidit et sic bellum inchoavit. Hinc cum 50000 mil. exercitu per tres dies urbem cingit. Mari quoque eodem tempore classis Callipolim repetit, ineunte Septembre.

Nov. 26. Navis Antonii Rizii, a Ponto Euxino re-

(1) *Giornale dell' assedio di Costantinopoli 1453 di Nicolo Barbaro, cura Henrici Cornet, ex ms. codice qui in bibliotheca S. Marci Venetæ asservatur. Viennæ* 1856 *editus.* — Epitomen damus, Latine conversam, quam vernaculo sermone germanico confecit Dr A. Ellissen in *Anecdotis* (Lipsiæ 1857).

versa, quia salutationem militarem omisit, bombardæ grandioris ictu mergitur; nauclerus post 14 dierum captivitatem sultani jussu ad palum adigitur, accito inter palatinos scriba, Dominici Maistri filio; nautis, paucis exceptis, qui Constantinopolin missi sunt, serra per medium corpus divisis. Sunt qui dicant causam fuisse belli contra Venetos Fabr. Cornerum infecta re Constantinopoli reversum.

1453. Hinc inde Barbarus res quasdam extra temporis rationem narrat. Mense Jan. 1453 sult. vim pedestrem ac navalem maximam urbi admovet. Mense Februario tormenta, decem millium cohorte stipante, prope urbem adducit. Eodem mense Græci cum tribus navigiis Turciam intrant, ac captivos Constantinopoli vendunt, sultani iram accendentes.

1452. Mentio duarum triremium Venetarum duce Gabriele Trevisano Cpolin appulsarum, quæ jussu senatus Veneti tria navigia oneraria a mari Azovico profecta comitabantur. Navis item Genuensis a papa missa memoratur Isidorum cardinalem (*el gardenal de Rosia*) gestans ut utramque Ecclesiam conciliaret, 200 sagittariis stipantibus, qui urbem male habitam defenderent; octo item naves cum commeatu e Creta aderant.

Nov. 10. Duo magna navigia e Chersoneso Taurica venientia duce Hieronymo Morosino (*Jeroluemo Morexini*) Turcis e castello clamantibus ut anchoras jacerent, ægerrime obedientes mortem tamen effugerunt. Hæc ubi Barbarus retulit, ordine protinus chronologico ut antea progreditur.

Dec. 2. Castelli Turcici milites præsidiarii triremem Venetam Jac. Coco duce Trapezunte (*Trabexonda*) venientem male tractant; quæ tamen incolumis Cpolin pervenit.

1452. Dec. 12 et 13. Ecclesiæ utrinsque unio in S. Sophiæ ecclesia solemniter confirmata. Imperator, cardinalis Russorum, episcopus Mitylenes (Leonardus Chiensis) et Græcorum barones in eadem ecclesia de necessitate deliberant naves Venetas in auxilium urbis retinendi.

Dec. 14. Sequitur quidquid viva voce ac scripto inter cardinalem, episcopum Mitylenensem, magistratus Græcos, prætorem Venetum, naucleros ac 21 spectatissimos in urbe Cpoli Venetos deliberatum fuit, additumque decretum ut memoratæ triremes Byzantium ne relinquerent. (Conf. Phrantz. 238.)

Dec. 17-20. Duodecim viri nobilium Venetorum post maturam deliberationem decernunt qua ratione ac modo recens decreta senatui Veneto deferenda sint.

1453. Jan. 26. Veneti cum imperatore paciscuntur, ea lege ut ipsorum naves sine hujus permissu urbem ne deserant, et ut onerandi eas atque exonerandi facultas eis semper præsto sit.

Eodem die Justinianus, Genua profectus cum duobus navigiis et 700 militibus auxiliariis, venit Cpolin, et ab imperatore dux copiarum pedestrium et præfectus urbis occidentalis ab exercitu sultanico oppugnatæ declaratur.

Febr. 26. Una navium Venetarum quæ vi pacti abire non debebant, ducta a P. Davanzo cum 6 navibus emporeticis vento secundo adjutæ e portu evasit.

Mart. 14. Imperatori hoc sollicitanti dux triremium Tanensium remiges suos ad locorum munitionem et ad palatium prope portam cynegeticam circumvallandum adhibendos tradit.

Mart. 31. Eodem porro sancti Sabbati die, qui quidem cum 29 Maii, qui Martis dies erat, congruit, remiges, jubente Diedo, navis patrono, coram imperatore et magnatibus fossas faciunt.

Aprilis 2. Barthol. Soligus, imperatore ita jubente, portus ostium Cpolin inter ac Peram famosa ista catena ferrea (quæ exacte describitur) occludit.

Imperator, quatuor Venetorum nobilibus hoc rogantibus, quatuor præcipuarum urbis portarum versus continentem custodiam tradit, portam Crescam (χρυσῆν?) Catarino Contarino; secundam Fabr. Cornaro; tertium quæ τῆς Πηγῆς nominatur, Nic. Mozenigo, Blachernarum denique portam Dolphino.

Sequuntur nomina 68 nobilium Venetorum qui urbi obsessæ aderant, inter quos auctor Ephemeridum nominatur medicus navium Tanensium.

April. 5. Sultanus Mahometes cum 160 militibus 2 1/2 mill. Ital. ab urbe castra metatur.

April. 6. Hinc ad milliare unum ad muros mari objectos procedit et paulo abhinc in regione urbis occidentali inde a porta Aurea usque ad Cynegeticam per 6 mill. Ital. castra ponit.

Sub eodem die imperator cum multis nobilibus equitibusque ad portam Auream; prætor autem Minottus cum plurimis Venetis mercatoribus in palatio imperatorio loca sua occupasse traduntur. Legimus insuper quod magnus Dux, primum secundum imperatorem locum tenens portui præfuit, ubi 100 ei equi parati stabant; quod muri maritimi custodia monachis duce Manuele Giagaro (Ἰαγρον Græci appellant) ac Neophyto Rhodensi commissa fuit; quod denique alia quædam urbis regio Dorgano (qui procul dubio idem est cum principe Orchano) et mercenariorum cohorti Turcarum qui a sultano defecerant, custodienda fuit tradita: quæ omnia sicut alia quæ modo retulimus, cum Phrantzæ relatione comparare ac discutere supersedemus.

Eodem die imperator classiarios qui tres supra dictas Venetorum triremes Tanenses, ut et duas alias, quibus Trevisanus præerat, agmine facto procedere jussit, ut et urbis incolis animum adderet et hostibus metum injiceret.

Apr. 9. Concione convocata de classe bene atque utiliter adhibenda deliberant. Inde novem aut decem naves grandiores una cum ducibus nominantur: (5 Genuenses, 3 Cretenses, 1 Anconensis, 1 imperatoria); quæ omnes certamini futuro destinatæ magnam portus catenam cingunt, dum in superiori portus regione 17 aliæ reservantur; inter eas 3 triremes Tanenses cum duabus aliis Venetorum communi securitati consecratæ, et 5 imperatoriæ malo armisque denudatæ recensentur.

April. 11. Sultanus tormenta ante muros mari oppositos quadripartita ponit (cf. Phrantzes, qui scribit : Ἐν τόποις τέσσαρσι καὶ δέκα τὰ τείχη τῆς Πόλεως ἔτυπτον). Tres deinde bombardæ ad imperatoris palatium Blachernense; item tres contra portam τῆς Πηγῆς; duæ in portam Auream, et quatuor in S. Romani portam directæ sunt; e quibus ingens illa 1200 librarum et alia 800 librarum memorantur.

April. 12-17. Duodecimo die Apr. (sec. Phrantzen quinto decimo) classis Turcarum e regione portus Cpolitani anchoras jacit; cujus, Barbaro auctore, numerus fuit 145, e quibus 12 triremes plane armatæ, 70-80 liburnæ majores, 20-25 parandariæ (onerariæ in belli usum), cæteræ actuariæ traduntur. Huc adde navigium onerarium æneis globis (verisimilius autem lapidibus projectilibus), materie bellica onustum Sinopense. Classis Turcica longe ab urbe littus Anatolicum tenet. Qui in urbe obsidentur aggressionem hostium in armis assiduo exspectant. Intus præter tormenta indesinenter explosa et leves contra Janissarios pugnas nihil memoratu fit dignum.

April. 18. Ea quæ diem Aprilis decimum octavum præcessit nocte aggressio Turcarum primo a Græcis paululum tremefactis repellitur; occidere Turcæ plusquam ducenti.

April. 20. Vicesimo obsidionis die quatuor Genuensium naves auxiliares Hellespontum intrant, quæ post 2 aut 3 horarum pugnam Turcarum aggressionem fortuna adjuti repellunt; sole dein occidente obsessorum triremes Genuensibus obviæ hos cum jubilo ac musices concentu in portum intromittunt.

Aprilis 21. Mahumetes cum 10000 equitibus ad classem procedit, in copiarum navalium præfectum acerbe invehitur et vita incolumi munus abdicare jubet; cui Petri Lauredani filius jactabundæ memoriæ (fortasse rei Venetæ desertor aliquis) classi præficitur.

Ad eumdem diem dira vastatio ab hostium projectilibus in regione occidentali facta, turris ad S. Romani portam sitæ ruina; conamina obsessorum ad reficiendum damnum referuntur.

Aprilis 22. Die Dom. Turcarum hoc die naves 3 mill. Ital. itinere terrestri a Bosporo in portum Cpolitanum transportantur. Auctor noster non sine animi ægritudine refert, 72 naves armatas cylindris impositas per montem cui Pera ad septentrionem insidet, a lixis et plebecula Turcica manibus tractas fuisse. Cpolitani in urbe inclusi, quorum paucis navibus utrinque periculum ab hostium classe imminet, triremem unam præsidii loco ad fretum quod Peræ adjacet ponunt, navali præfecto signum daturam, ubi hostes forte aggressionem conarentur.

Aprilis 23. In æde S. Mariæ (Hodegetriæ, ut videtur) viri ad hoc convocati deliberant quomodo hostium naves e portu ejiciendæ forent.

Aprilis 24. Domnus Jac. Cocus, triremis illius Trapezuntinæ patronus, duas naves onerarias, comitantibus duabus triremibus armat. Sed Genuensium Peram habitantium præfectus ea de re sultanum certiorem facit; ac Genuenses ipsi, homines perfidissimi, cum ducibus Venetis hosce permovent ut propositum conamen alii nocti reservarent, auxilium suum pollicendo, re vera autem Turcis omnibus viribus auxilium laturi.

April. 25-27. Hoc temporis intervallo quo nil memoratu dignum accidit, Barbarus infortunia ulteriora Numinis divini ultionem esse opinatur ob peccata quorum ætas ista rea esset.

April. 28. Ea nocte duæ triremes Gabr. Trevisano et Hier. Morosino equite atque Jac. Coco ducibus, Turcarum naves in portu igne cremandi spe destituuntur. Fusius id conamen Barbarus quam cæteri omnes narrat.

April. 29. Navarchus Diedus ducem triremis Trapezuntinæ in Coci destituti locum Dolphinum nominat; cui in custodienda Blachernarum porta Jo. Lauredanus substituitur. Quæ damna obsidentes obsessis inferunt, ab hisce illico reparantur. Nihil præterea quod memoria dignum sit, actum in mense aprili.

Maii. 1, 2. Idem de duobus hisce diebus dicendum. Alimentorum in urbe penuria.

Maii 3, 4. Cpolitani hostibus in portu duas bombardas opponunt; Turcæ duas ejusdem generis machinas ponunt. Per decem dein dies ac totidem noctes utrinque tormenta sudant sine effectu memorabili. Imperatoris jussu navis actuaria versus Negroponti insulam mittitur, Venetorum classem exquisitura et a J. Lauredano postulatura ut urbi in extremis agenti sine mora succurreret. Et hæc quidem sub vexillo Turcico et simulato Turcarum vestimento Archipelagum pervadit, sed re infecta Cpolin revertitur.

Maii 5. Turcæ plures bombardas in monte Peræ imminente sistunt, atque inde hostium naves in portu per totam catenæ magnæ longitudinem tormentis petunt. Et tertius quidem æneus globus projectus Genuensem navem mercibus ac commeatu plenam in maris ima detrudit. Christianorum inde naves Peræ mœnia non sine damno repetunt. Turcæ postquam eadem tormenta Kynegion versus sine effectu direxissent, postremo iis quæ mœnia interiora tegebant, addidere.

Maii 6. Hac quoque Dominica die tormenta perpetuo fulminant.

Maii 7. Aggressio nocturna a 30000 Turcis facta fortiter repellitur; in qua clamores stupendi ad Anatolicum usque mare pervadentes fecerunt ut urbis defensores terra marique ad pugnam se accingerent. Nil tamen a Turcis ultra tentatum, nisi quod abiturientes ignem portæ Palatinæ subdunt; quam deinde Græci muro obstruunt. Naves priori circa catenam statione potitæ sunt.

Maii 8. Decretum a Duodecimviris est ut triremes Tanenses exoneratæ in armamentarium transportarentur. Navibus sic exonerandis armata manu

obsistunt, ne sub arbitrium Græcorum caderent, triremes dicentes sibi pro domibus esse ; mari, neque vero in continenti sibi vivendum aut moriendum esse. Hæc sententia vicit ; et ipsi et navarchus in littore Peratico remanent. Tormenta circa portam S. Romani perpetuo globos projiciunt.

Maii 9. Dom. Gabr. Trevisanus ex voluntate Duodecimvirorum sic jubentium 400 milites e duabus triremibus arcessitos muro terrestri custodiendo impendit.

Maii 10. In concione habita a duodecim viris in æde S. Mariæ Dom. Diedus navarchus classis ea lege designatur, ut portus totiusque rei maritimæ curam pro libito gerat.

Maii 11. Idem tormentorum funestus labor.

Maii 12. Turcæ 50000 cum solitis clamoribus et strepitu tympanorum tibiarumque dissono clangore murum circa palatium situm adoriuntur ; sed misericordia Jesu Christi perniciem extremam ab urbe hac vice avertit, quia, ut Barbarus opinatur, Cpolis excidium secundum S. imper. Constantini prophetiam non præsenti, sed ulteriori lunæ phasi reservatum esset.

Maii 13. Dom. Trevisanus classis præfectus cum militibus suis ad terram mœnia defensurus læsa appellit. Eo loco ad expugnatam usque urbem non recedit. Secundum Phrantzem inter Kynegion et palatium Cæsareum pastorem se, non mercenarium gessit.

Tormentorum per id tempus non interruptus ignis contra murum occidentalem.

Maii 14. Turcæ, ut jam vidimus, tormenta a monte Ἁγίου Θεοδώρου per Peram versum Κυνηγίου portam e regione portus trahunt et postmodum pone portam S. Romani ponunt, ubi murus pessime laborabat, quamvis obsessi damnis illatis pro viribus mederi studerent. Trecenti viri maximam partem pyrotechnitæ et sagittarii istam portam occupant, omnes peregrini, exceptis Græcis, quorum pusillanimitatem auctor noster severe castigat.

Maii 15. Tormentorum irrequieta explosio et partium inde læsarum sedula reparatio ; cæterum induciæ.

Maii 16. Turcarum aliquot naves actuariæ catenæ circa portum appropinquant et obsessorum naves adoriuntur ; subito autem metu ne repellantur inviti, retro abeunt. Cuniculi a Turcis effossi circa portam Kaligariam a Magno duce detecti frustratique.

Maii 17. Quinque Turcarum naves explorandi ergo ad catenam usque portus procedunt, sed 70 ictibus iisque irritis excepti qua maxima poterant celeritate aufugiunt. At omnes metuunt ne hostis totis viribus urbem adoriatur, cui resisti posse omnes desperabant.

Maii 18. Turcæ per noctis spatium machinas illas turritas, a Barbaro quoque nostro cum admiratione memoratas, conficiunt ; nec satis mirari potuit Turcas id quatuor horis confecisse quod omnes Christiani Cpolin habitantes totius mensis spatio facere nequivissent. De summa hac arce Turcæ immane quantam sagittarum molem in urbem projecerunt, ut qui intus essent extremo timore afficerentur.

Maii 19. Hoc demum tempore pons conjunctis navibus confectus a Galata ad Kynegion exsistere cœpit, ut Barbarus dicit ; secundum Phrantzem vero post naves transportatas locum habuerit, ut taceamus chronologiam confusiorem Leonardi, qui eum ante pugnam navalem factum esse cum totius mensis differentia censet. Certe Ducas hac in re cum Barbaro nostro propius consentit. Turcæ globos æreos in hostes torquere et aerem clamoribus replere non desistunt ; obsessi damna illata reparant.

Maii 20. Barbarus inclusorum conatus ut muros hiantes reficerent refert, cui operi mulieres, pueri, senes, ecclesiastici vires suas impendebant. Mentionem præterea ingentis illius machinæ facit 1200 libr. lapides emittentis, et qua inflammata non mœnia tantum, sed urbis pavimentum ac naves in portu vehementissime concutiebantur.

Maii 21. Tota classis hostium diu ante solis ortum aggressionem minatur ; postquam autem obsessorum navigia ad pugnandum parata circa magnam catenam vidissent, nihil tentarunt, imo recesserunt.

Iidem cuniculum a Turcis suffossum ubi detexissent prope portam Caligariam, obstruxerunt, fossoresque trucidarunt. Nihilo secius hocce die murus et turris ipsi propinquus admodum læsa sunt, et qui intra urbem erant, indefesso labore atque ærumnis membra ægra habebant.

Maii 22. Cuniculus prope portam Caligariam denuo obstructus spem fossorum fefellit. Miro autem cœlesti spectaculo conspecto (Barbarus communem lunæ ellipsim nuncupat), Cpolitani, prophetiæ Constantini imp. memores, signum ruinæ imminentis, Turcæ victoriæ pignus viderunt.

Maii 23. Tertius porro cuniculus prope Caligariæ portam et palatium imperatoris inventus causa fuit cur machinarum bellicarum artifices aliquot manu caperentur ; qui postquam jussi dixissent ubi locorum alii cuniculi structi essent, abscissis capitibus per muros in Turcarum castra dejecti sunt. — Hoc eodem die navis actuaria, quarto ejus mensis die, ad quærendam Venetorum classem in Archipelagum missa, Turcicarum navium insidias elapsa in portum revertitur. — Urbs continuo tormentorum labore infestatur.

Maii 24. Quartus quem denuo prope Caligariæ detexerunt portam cuniculus murum haud parum læsit. Ferox inde a Turcarum castris clamor ac jubilatio propter pugnam aleatoriam jamjam instantem. Ultimus cuniculus prope supra dictam portam repertus in urbe inclusos maxime terrefecit. — Machinæ bellicæ ignem ac lapides in urbem emittere non cessant.

Maii 26. Ignes festi late patentes et jubilatio in Turcarum castris propter urbem proximo die vi adoriendam. Cpolitani Deiparæ precibus ac supplicis

adeunt ut a gentilium furore liberarentur. — Ominosa trepidatio in navibus Turcicis.

27 Maii. Domin. Postera quoque nox festis Turcarum illustratur ignibus. Clamores sublati obsessorum aures obstrepunt, ad Asiæ usque littora profusi. Ingentia muri labentis rudera cum fragore procidunt, cui rei mederi Cpolitani in vanum conantur.

Maii 28. Sultanus ad tympani sonum per castra edici jubet ut suo quisque loco maneret, mortem minatus ei qui aliter fecerit, ob urbem postero mane omnibus viribus premendam. Jam igitur 2000 scalæ admoventur. In Turcarum castris alii alios prælæ exspectatione inflammant : quippe qui tot Christiana mancipia prehensuri sint ut uno aureo duo sint habituri. Græcorum barbas laqueis torquendis se adhibituros esse jocabantur, unde canes suos alligarent. — Machinæ extremo ardore lapides evomunt. Barbarus Græcorum avaritiam ac perversitatem strenuo vituperat. Non enim nisi data pecunia auxilium vendiderunt eaque re urbi immane quantum damni intulerunt. — Jubente dein præfecto, Veneti ad murum interiorem consistunt ut (sic enim præfectus eorum monebat) per Deum immortalem, terræ salutem et omnium Christianorum honorem vivant et moriantur. — Nec minus classiarii circa magnam portus catenam ad pugnam se accingunt. — Interim sultanus cum 10000 militibus ad classem provehitur et postquam cum navarcho et cæteris polemarchis Baccho largissime ad ebrietatem usque indulsisset, in castra revertitur. — Per totum istum diem grave Turcicum tympanum resonat et nox insequens festis ignibus maxime conspicua est et clamoribus qui auctori nostro ex imo inferno venire videntur, resonat ; et dum Turcæ diu noctuque Mohamedem precibus pro obtinenda victoria prædaque fatigant, Christiani ante Delparam et omnes sanctos provoluti cum gemitu ac lacrymis liberationem e manibus gentilium impense efflagitant. Atat Deus Dominus noster pro voluntate sua inexorabili decrevit ut eo ipso die caput Græcorum in manus Mohametis veniret (*el nostro Signor Dio de la aspra sententia contra Grieci, che el volse che questa zittà andasse in questo zorno in man de Macomet*).

Maii 29. Barbarus antiquas de excidio regni Græci prophetias rememorat, quarum adimpletio secundum plurima indicia huic ipsi dici reservata fuerit. Tertia ante solis ortum hora sultanus trinos exercitus, quorum unusquisque 50000 armatos haberet, urbem versus procedere jubet. Prima quidem cohors Christianis constabat quos Turcæ ad pugnæ societatem coegerant ; secunda turba imbelli (*zente menuda, zoè vilanie tal zentaia*) ; tertia autem janissariis et exercitus robore composita erat ; post quos tandem sultanus locum suum occupabat. Ac primi illi scalas muris admovere conantes, ingenti cum damno repelluntur, sed ab insequentibus tanta violentia ad muros adiguntur, ut uno vel altero modo pereundum ipsis esset. Ut Barbarus monet, sultanus Christianos istos propterea in prima acie constituerat ut certissimæ morti exponerentur, Turcarum autem vitæ parceret, et ut per eorum vel irritam aggressionem defensores urbis fatigaret ; id quod re ipsa evenit secundæ aciei processione licet a sagittariis et bombardariis urbis multo cum sanguine repellatur. Deinde tertia sultani acies novis viribus et cum clamore longe lateque audito, janissarii et robur exercitus leonum instar prorumpunt. Non obstantibus multitudinis urbanæ, præsertim mulierum, precibus ac lamentationibus, et quamvis propugnatores in muros fortissime certarent, oriente sole Turcæ pulvere e tormento illo maximo efflata obtecti trecenti primo muros transgressi sunt. Sed postquam et hi ipsi audaciam morte expiassent, idemque stratagema renovatum fuisset, postremo ad 30000 milites per disjectas circa S. Romani portam muri partes cum impetu, qualis ferarum esse solet, in urbem irruperunt. Tot vero in ea strage Turcæ ceciderunt, ut, si Barbaro fides, 40 naves onerariæ cadaveribus transportandis vix sufficerint. Idem refert præterea Justinianum vulneratum et, Turcas jam urbe potiri clamantem, fugæ omnibus causam exstitisse. In urbe vi capta Turcæ nulla ætatis sexusque ratione habita sanguinem fundunt, donec inermes, inter quos mercatores Venetos qui in cellis se abdiderant, pretio vendere satius esse judicarint. Sancti Marci et imperatoris vexillis e turribus direptis imperatoris, substituitur canis Turcici ut nuncupant. Urbis itaque expugnatione cognita quicunque 70 naves in portu tenebant et magna classis per Hellespontum adfuit, ne præda ingenti frustrarentur, quæ eo ipso momento temporis navigiis imponi cœpta erat. Refert Barbarus quod Turcæ omni domui, monasterio, ecclesiæve quam ingressi erant, vexillolum præfixerunt quod eos qui prædandi causa subsequebantur ab ulterius procedendo avocabat. Plus 200000 ejusmodi signaculis per totam urbem affixa fuisse videntur, siquidem magna pars domuum decem ejusmodi signis decorata erat. Christianorum deinde strages tanta fuit ut viæ publicæ vel post imbrem aquis, sic sanguine inundarentur, et cadavera in Propontidem projecta pomorum instar in æquore natarent. Auctor noster de vita et morte imperatoris nihil certi compertum esse dicit, nisi quod, ut aliqui memorant, corpus ejus inter eos inventum est qui a Turcis portam S. Romani intrantibus oppressi fuere (1). Id quoque refert Barbarus quod Venetiani superstites id egerunt ut res suas, præsertim naves, in tuto collocarent. Inter eos qui salva vita evaserunt, præ-

(1) « De l'imperador mai non se potè saver novela di fatti soi, nì vivo, nì morto ; ma alguni dixe che el fo visto in nel numero di corpi morti ; el qual fo dito, che el se sofega al intrà che fexe i Turchi a la porta de san Romano. » In margine ms. Veneti legitur : « L'imperator, pregava che li suoi l'amazasse, et si messe nella furia con la spada, et casco, et rilevo, poì recasco ; et così morì. »

fectus triremium Tanensium, Diedo, quem æque ac auctorem Ephemeridum harumce et navarchum Fiurianum præfectus Genuensis Peræ captum postea libertate donavit, et qui cum trireme rupta portus catena in mare pervenit. Hieronymi quoque Morosini triremis, et Trapezuntina duce Dolphino, qui loco successerat, et quæ die 28 Apr. 164 de suis perdiderat, evaserunt. Incolumes porro aufugerunt triremis Gab. Trevisani a Turcis capti, et tres naves Cretenses quæ propter absentiam Turcarum per superiores urbis regiones despersorum aufugerunt. Minus constat quoad naves Genuensium servatas et 5 navigia imperatoria denudata quæ hosti in prædam cesserunt. Brevis fit præfecti Veneti supplicio traditi mentio. Numerus captivorum ut Barbarus scribit, est 60000; præda a Turcis facta 200000 A aureorum; alii minorem numerum tradunt. In fine Ephemeridum auctor nomina dat 1) primatum Venetorum qui in pugna contra Turcas ceciderunt; 2) eorum qui cum navibus incolumes evaserunt (33); 3) eorum qui in captivitate remanserunt, quorum quidem 800 infra annum 2000 aureorum pretio redempti sunt; 4) omnium nobilium Venetorum qui Constantinopoli degebant ipso invasionis die (68); 5) eorum qui per totum obsidionis tempus perierunt (60-68). Obvia habes illustrissima reipublicæ Venetæ nomina, Bembo, Contarini, Mocenighi, Cornaro, Nani, Gritti, Loredano, Pisani etc., salvis tamen erroribus forte a librariis commissis. Quæ de magistratuum ibidem Græcorum occisione feruntur inter versiones apocryphas amandanda videntur.

ANONYMI

NARRATIO DE VITA MOHAMMEDIS.

(Ex codice Rehdigerano ed. Dr W. Gass in App. ad *Gemadius und Pletho*.)

